D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII

BAVARI, PROFESSIONE CARTHVSIANI, VIRI SOLIDA ERVDITIONE ET eximia pietate clarissimi, in omnes totius anni Dominicales Epistolas & Euangelia Paraphrases & Exegeses Catholicæ, adhibitis ad singulas dominicas Concionibus singulis, interdum binis. In quibus omnibus germana illa & incorrupta veterum sanctissimorumq; patrum fides, pietas, & erga Deum atq; proximum charitatis integritas velut in speculo clarissimo relucet.

Omnia studio nouo diligentioriq;, quàm hactenus unquam, reuisa castigata, auctiora reddita, atq; nouo copiosissimo, perpetuoq; Indice illustrata.

UNIVERSITARIA DE GRANADA

COLONIAE,

Excudebat Ioannes Nouesianus, suis ac Materni Choterni sumptibus, Anno ab orbe redempto,

M. D. LIIII.

D. IOANNIS IVSTI LANSPERGII

BAVARI, PROFESSIONE CARTHVSIANI, *VIRI SOLIDA ERVDITIONE ET* eximia pietate clarissimi, in omnes totius anni Dominicales Epistolas & Euangelia Paraphrases & Exegeses Catholicæ, adhibitis ad singulas dominicas Concionibus singulis, interdum binis. In quibus omnibus germana illa & incorrupta veterum sanctissimorumq; patrum fides, pietas, & erga Deum atq; proximum charitatis integritas velut in speculo clarissimo relucet.

Omnia studio nouo diligentioriq;, quàm hactenus unquam, reuisa castigata, auctiora reddita, atq; nouo copiosissimo, perpetuoq; Indice illustrata.

UNIVERSITARIA DE GRANADA

COLONIAE,

Excudebat Ioannes Nouesianus, suis ac Materni Choteni sumptibus, Anno ab orbe redempto,

M. D. LIIII.

IN LAVDM D. IOANNIS
Iusti Lanspergij Epigramma.

VStus Ioannes claro Lanspergius ortu
Bauariam studijs excoluit patriam.
Nomine non tantum iustus,sed rebus honestis
Iustus vterq; parens,iustus & ipse fuit.
Palladios frutices & Christi robora carpens
Aethereum niueo pectore triuit iter.
Quum sacris,animum scriptis ornasset acutum,
Illecebras fugiens Carthusiam petijt.
Delicijs animum studio subtraxit opimis,
Prædulces epulas viribus effugiens.
Æra sub æterno feruenter rege merebat
Hæreticis terror dæmonibusq; fuit.
Arrepto fidei furias mucrone fugabat
Sydereo clypeo vicerat omne scelus.
Rebus in afflictis docti solatia tantum
Præbebant,nec non fortia scripta virum.
Ante oculos semper Christi radiabat imago,
Ante oculos semper virgo sacrata stetit.
Iustitiam coluit,magna pietate celebrem
Quam Deus immenso misit ab axe pater.
Nunquam prosilijt Titan rubicundus ab ortu
Quin properet mensæ sacra parare Dei:
Verba nec incassum summo de pectore fudit
Sed linguæ valido fræna labore parat.
Sæpius aduersa pressus valetudine miles
Attamen infracta mente pharetra tulit.
Luxuriæq; patrem sæuum contempsit lacchum
Spicula lasciuæ spreuit amara deæ
Ocia non fouit,salsis sudoribus omnes
Scripturæ nitido peruolat ore locos:
Haud secus ac tenui lætos cum murmure flores
Sedula lustrat apis,dulcia mella legens.
Cum iam spectaret tantis erroribus orbem
Inuersum,mortis sæpe diem petijt.

PRAESTANTISSIMO VIRO D. THEODORICO HEZIO
SACRAE THEOLOGIAE LICENTIATO, ET APVD
D. Lambertum Leodij Canonico ac Vicedecano, Domino & Cognato suo semper obseruando, F. Bruno Lober à Stratis, Agrippinen. Carthusiae monachus & Vicarius S. P. D.

VMANVS animus,Domine & cognate cõiunctissime,ab illa primorum parẽtum deprauatione, semper est procliuis in malũ, & miseræ carnis cupiditatibus deuinctus, pronus fertur ad appetenda & sectanda quæ carni plausibilia sunt: ac nisi quadam cœlesti virtute sursum trahatur,vix vnquam ad cœlestia & vera appetẽda bona assurgit, cum tamen eo solo nomine conditus sit a Deo,vt non caducis & terrenis, sed cœlestibus ac perpetim mansuris bonis perfruatur. Quamobrem omnipotens,sapiẽs & benignus conditor hominis vicẽ miseratus,inter alia multa,quibus ad sui cognitionẽ & amorẽ nos inuitat & prouocat,etiam scripturæ diuinæ libros nobis tradidit,quibus copiosissime & efficacissime a visibiliũ oblectamentis abstractos & auocatos,cupit nos sursum erigere ad inquirẽdas,gustandas,ac suspirãdas diuitias gloriæ suę, quas pollicitus est sibi obtẽperantibus sibiq; fide recta,spe inconcussa,& indiuidua charitate adhærentibus. Hos aũt scripturę suæ libros nõ vna omnes ætate,sed per lõga temporũ interualla per amicos suos patriarchas, prophetas & apostolos humano generi præstitit,altissimo nimirũ sapientiæ suæ cõsilio,& indulgentissima benignitate,vt nouis subinde missis nuncijs & seruis suis animos hominũ quibus iam ob vetustatẽ neglectui essent scripta & monita superiorũ temporũ, nouo quodam feruore imbutos,& a lætifero vitiorum sono excitatos,verbi & gratiæ suæ lumine collustraret. Qua re proculdubio sæpius factũ esse non ambigimus, vt multi diuinis compuncti sermonibus,atq; per seruos suos loquentis Dei vel minis territi,vel blandis promissionibus illecti sese collegerint, & suã detestantes erga Deũ ingratitudinẽ ac impietatẽ,vel etiã tremenda illius iudicia formidantes repũdiatis illis,quæ a Dei voluntate discordare didicerant,ad colendũ & amandum Deum toto corde cõuersi sint. Habet em̃ sermo Dei mirabilem vim & energiã suã,cui non possint interdum resistere etiã adamãtina vel ferrea pectora: sicut etiã ipse per Hieremiã dignatus est affirmare,dicens: Nunquid nõ verba mea sunt quasi ignis,& quasi malleus cõterens petrã? Sed qa in hisce scriptis diuinis,ne sua facilitate vilescerent,multa sunt tecta valde & obscura, & quæ interpretatiõe indigeant,q̃sdam ante natũ saluatorẽ,sed multo plures post illi

us aduentū ſpūs ſanctus doctor veritatis ſua ſapientia docuit ſcripturæ myſteria perſpicere,& ſub cortice ſimplicis literę maxima cernere ſacramenta,atq; illos ipſos impulit ſiue permouit,vt eadē ad alios quoq; notitiā verbo & ſcripto perferrent. Hinc iam a viris ſanctiſſimis & clariſſimis ingenijs ſummo ope ſudatū eſt,& innumera cōſcripta volumina,vt pauci diuinarū codices literarū, velut panes illi quos dñs diſtributos in aliquot milia multiplicauit, & turbas numeroſiſſimas ad ſatietatē vſque ijſdē refecit,in maximā optimorū librorū ſegetē excreuerint, qbus totus mūdus poſſit paſci & exatiari. Atq; adeo in hāc vſq; diē laboratur a bonis viris,vt q̄d fieri poteſt,ſcriptura explicetur & poſſit ab oībus intelligi. Quorū ſtudia,vtpote Reip. Chriſtianæ vtiliſſima,ſi tñ ſeſe contineant intra limites catholicæ fidei,neq; hæreſeos alicuius labe ſint reſperſa,iure laudanda vidētur,nec magno apud Deū p̄mio carebunt. Et q̄is doctis plus proſint,q integros ſcripturæ libros iuxta catholicæ aſſertionis regulas interp̄tantur,populo tñ & ſimplicibus v̄bi Dei præconibus plus cōmodi adferunt,q ea ſuis illuſtrant cōmentarijs,quæ vſitato more in ſacris ædibus ſub diuino officio recitantur, vt ſunt Epiſtolæ & Euangelia quæ dominicis & feſtis diebus etiam oīmi populo pro cōcione exponuntur. Hæc em̄ ſicut ad omniū notitiā veniunt,ita ſi ſint bene & cōmode explicata, concionatoribus laborē minuūt, ne opus habeant permulta vagari,aut plures legere interpretes: quod tamen etiā pleriq; ſi velint non poſſint vel ob temporis, vel ob librorū penuriā: deinde magnā auditoribus adferunt vtilitatem,quibus optima quæq; & vnde poſſint ad vitiorum odiū & Dei amorē potiſſimū inflāmari, præcipue dicēda videntur,ne ſi minus frugiferis & ſuperuacaneis quibuſdā detineātur, abſq; fructu e cōcione diſcedāt,nec aliqua ſuę ſalutis lucra reportēt. Itaq; ex horū numero nō poſtremo loco ponendus venit religioſus & venerabilis pater Ioannes Iuſtus Lanſpergius, Carthuſiani inſtituti profeſſor, qui pro ſuo in Deū & proximos amore explanauit Epiſtolas & Euāgelia totius anni de Tēpore ſingulasq; dominicas etiā addita cōcione illuſtrauit. Cœperat etiā de Sāctis eodē modo ſcribere,ſed morte abreptus nō potuit explere q̄d inſtituerat: q̄d tamen iam omnino ſarcitū & abſolutum hac æditione prodit in medium: id q̄d Lector cādidus intelliget ex Epiſtola,quā parti alteræ de Sāctis p̄fiximus. Et qa iam ante ſub tuo noīe Venerabilis & obſeruāde dñe & cognate prodijt opus Sermonū eius de Tēpore,placuit nobis etiā hanc editionē tibi p̄cipue nuncupare, vt autor pius & doctus ſub pij & docti viri patrocinio ſecurior ad oēs proficiſcatur,nec timeat cuiusq; iudicium,ſi ſe intelligat tibi tuiq; ſimilibus placuiſſe. Obſecro autē pro noſtra amicitia operam hanc meam boni cōſulas,tuiſq; me precibus iuues apud Deum,cui te in multos annos feliciter cōmendatum cupio. Data in Carthuſia noſtra Agrippineñ Calend. XIX. Septēbris. Anno ab orbe redempto. M. D. LIII.

VITA

VITA VENERABILIS ET SVSPICIENDI D. IOANNIS LANSPERGII CARTHVSIANI.

DILECTVS Deo & hominibus Pater Ioannes Lanſpergius,re &cognomento Iuſtus, ex celebri Germaniæ Ducatu Bauaria & ciuitate Lanſperga,honeſtisq; parentibus originem duxit. Qui à domino prævenus in benedictionibus dulcedinis, poſt expletum in Alma Vniuerſitate ciuitatis Colonienſis ſtudij Philoſophici curſum,mox florem iuuentutis ſuæ in Carthuſia eiuſdem ciuitatis creatori ſuo offerens, corpore & animo mundum deſerult, ſeſe que militiæ ſpirituali viriliter accinxit. In qua quantum in omni ſpiritualis vitæ diſciplina profecerit, quam feruidus extiterit amator Dei, quam deuotus glorioſæ virgini matri eius, (hanc enim poſt Deum vnice diligebat) quam obediens erga ſuperiores, quam durus ſibi, quam benignus aliis,quam zeloſus pro obſeruantia ſacri ordinis,quam tenax iuſtitiæ, quam aſſiduus in oratione,quam infatigabilis in labore,quam multis denique verbo & exemplo in via Dei velut fulgidum ſydus in firmamento Eccleſiæ poſitum luxerit, difficile foret explicare. Qui porro aliqua hinc noſſe voluerit, ſedulo pioque animo eius ſcripta & libros perlegat. Fuit quidem non modo in ſecularibus literis apprime eruditus,verum etiam interna vnctione ſpiritus ſancti non mediocriter illuſtratus: quo dulce fiebat ei in lege domini meditari die ac nocte, ſemperq; vel deuotis precationibus, aut ſacra lectione, vel certe ſcriptione tempus fructuoſe deducere, inſuper hoſtiam agni immaculati Deo in altari quotidie immolare. Et his ſanctis exercitijs adeo feruenter incubuit, vt ab illis nec validis quidem (quibus aliquot annis ante mortem premebatur) ſineret ſe auocari, ſed ſupra vires ſæpe languens, ſupra vires nihilominus ſeſe ad ea cogebat. Omnium hominum neceſſitatibus velut pia mater compatiebatur, ſeſeq; petentium conſolationi, ſiue informationi (neglecto interim ſubinde ſomno vel cibo proprio) totum impendere nō grauabatur. Nam omnibus alijs benignus & affabilis, ſibi autem ſoli durus & immiſericors fuit. Et vt carnem ſpiritui repugnantem domaret, corpuſculum ſuum ieiunijs, vigilijs, flagellis, cilitio & alijs pœnitentię laboribus aſſidue macerabat. Aliquamdiu etiam loricam ferream ſuper nudam carnem circa renes occulte portauit. A cibis delicatis, à verbis ſuperfluis, otioſis ſiue nociuis ſeipſum ſummo ſtudio tēperabat. Vnde quilibet facile colligere poteſt, quanto nitore puritatis mens eius fulſerit intus, qui carnis ſē ſuumq; ſuorum tam ſtrenuus caſtigator extitit foris: quoniam abſq; huiuſmodi caſtigatione quiſquis ſe puritatē mentis & corporis adipiſci putat, ſeipſum miſere decipit, vmbram ſequens, & aerem verberans. Obedientiā ſuperioribus ſuis tam in grauibus, quā leuibus rebus adeo ſimpliciter & abſq; vlla diſcuſſione, & ſine murmuratione quacunque exhibebat, vt omnes id ſumme mirarentur. Cuius rei gratia cum in offitio prioratus domus Cantauij prope Iuliacum (quod ex ſola obedientia ſuſceperat) propter loci humiditatem ſuæ naturæ prorſus contrariam, ex vomitu ſanguinis ſæpius vſq; ad mortem ægrotaret, nunquam tamen importune à ſuperioribus ſuis exegit ad ſalubriorem locum, licet id maxime deſideraret, remitti. Vnde paulo ante obitū ſuum pro informatione cuiuſdam fratris, grauiter teſtabatur ſe in ordine contra ſuperiorū ſuorum volūtatē nec vno verbo ſcienter vnquam quicquā feciſſe. Quapropter tātam cordi & verbis eius Deus infudit gratiam & ſapientiam, vt non ſolum fratres, ſed & principes quoque & magnates terræ eum requirentes, monita ſalutis cum magna auiditate & reuerentia ab eo audirent, ipſumq; vt Dei amicum, ſeu potius Deum in ipſo loquentem, honorarent. Et quia in operibus bonis in domo Dei ſeruum ſe fidelem & prudētem exhibebat, miſericors dominus ipſum pro incremento ſalutis ſuæ calculo, phtiſi, tuſſi violenta nimium, vomitu ſanguinis, & neſcio quibus alijs grauibus & diuturnis lāguoribus velut

aurum in igne in hoc ſeculo(quod orare ſubinde,quẽadmodum etiã in ſcriptis eius reperimus, ſolebat)à peccatis ſuis plene(vt ſperamus)purgare dignatus eſt.Nam mirabili patientia ſuſtinebat pœnas omnes & dolores,quibus ſupra modum,præſertim circa finem vitæ ſuæ,vexabatur,adeo vt intuentes ſtuperent,dicerentq; ipſum ſupernaturaliter in vita ſeruari.Quod nemini mirum videatur,cum à Medicis ſæpe deſperatus, & morti adiudicatus ſit,eo quod hepar & pulmo læſa & corrupta multis annis,contra eorũ ſententiam,valitudinarius ſuperuixerit.Adeo quoq; patientiſſimo hæc aliaq; cum plura animo ferebat,vt nunquam vnum impatientiæ verbulum ab eius ore proceſſerit.Et quãdo aliqui religioſi,ſeu etiã ſeculares & magnates ipſum viſitarent,eumq; percunctarentur,quinam haberet,ſemper reſpondit,vel bene ſe habere,vel cumD.Iob:Sicut domino placet:Sit nomen domini benedictum. Sæpius tæduit eum diutius viuere propter nimios exceſſiuosq; dolores,cupiebatq; diſſolui,& eſſe cum Chriſto, maxime propter grauiſſimam Eccleſię Catholicę ruinam,animarumq; damnationem ſanguineis lachrymis merito deflendam,quas paſſim abſq; modo & fræno per libros Eraſmi, Lutheri & aliorum ordinis ſui deſertorum (quos à Deo dicebat datos in reprobum ſenſum) videbat corruptas ad infernum currere,cum talibus pſeudodoctoribus excæcatus hodie credat mundus.A quorum lectione ipſe penitus abſtinebat, abſtinendumq; omnimodis monebat,tum quia parum bonæ frugis habeant,tum quia abſq; aliquo periculo vel contagio vix legi queant,quum ſermo eorum vt cancer ſerpat: tum etiam quod non modo omnis doctrina, ſed etiã omnes libri ipſorum prohibiti & damnati eſſent. Qua etiam re permotus vt erat mire amans & ſitiens ſalutis animarũ, multa ſubinde edidit ſcripta, nihil niſi pietatem,ſanam fidem,eximiũ in Deum proximoſq; amorem ſpirantia,vt pro ſua virili parte quoad eius fieri poſſet iam euerſos & corruptos ab errore & nexibus diaboli,quibus videbat innumeros tam tenaciter obligatos, clauſis oculis in flammas tartareas properare,extraheret,nutantes ac titubantes firmaret,ſtantes corroboraret, tepidos accenderet,conantes iuuaret,imperitos inſtrueret,currentibus calcar adderet, Deo ſeruire cupientibus tanquam probe exercitatus & peritus dux regium monſtraret iter, deniq; nemini non aliquam adferret vtilitatem.Quod ſane Deo fauente,& ſcriptis eius gratiam haud vulgarem aſpirante,cecidit illi non infeliciter,tantumque inDei Eccleſia fructum fecit,vt inter Eccleſiaſticos doctores non poſtremo ſit loco numerandus. Et quia contemni ſolent ij,qui quod docent,ipſi non præſtant,ſeipſum ſtuduit virtutũ omnium tanquam viuum quoddam ſimulachrum exhibere, nihilq; in ſe admittere, quod doctrinæ illius repugnaret,aut pondus detraheret.Ita fiebat,vt quicquid diceret aut ſcriberet,plurimum haberet energiæ & autoritatis etiam apud magnos & eruditos viros, qui in illo certis indicijs ſpiritum Chriſti habitantem,& per os eius tanquam organum ſua verba exprimentem,animaduertentes tum dictis,tum ſcriptis illius ſæpe nõ mediocriter permouebantur.Erat ſane in tota illius viuendi ratione mirus candor,columbina ſimplicitas cum prudentia multiplici coniuncta, Chriſtiana integritas, prompta erga quoſuis beneuolentia,propenſa benignitas,ſuauis,nec tamen diſſoluta affabilitas,odiũ peccati,iuſtitiæ amor,contemptus mundi & rerum terrenarum,paupertatis ingens ſtudium,charitas flagrantiſſima. Quis ad illum vnquam acceſſit, qui non ſenſerit illius ſe exhortationibus adiutum? Quis Illius familiari vſus colloquio non aliquid lucri reportauit? Nec ſolum erga fratres ſuos promptiſſima alacritate talem ſe geſſit, ſed etiam erga extraneos & ignotos.Euãgelicum præſtare virum reipſa ſemper ſtuduit: non ſolũ ore Euangelium,vt multi hodie ſolẽt,circumferre.Execrabatur plurimum impios dogmatiſtas noſtrorum temporum,quod cum tota vita ab Euangelij deſcripto diſcrepent, tamen ſe iactent Euangelicos,& à Deo illuminatos videri velint: quorum illi impudens temeritas,& veſana impudentia ſumme erat inuiſa ſemper,ita tamen,vt illorum doleret vicem,ploraretq; cæcitatem & amentiam,qua tum ſeipſos,tum alios complures in æternas conijcerent miſerias & calamitates,licet id ipſi nullius penſi habeant ob vaſtiſſimas cordis tenebras,& præfractam animi obſtinationem.Sæpe in lucubrationibus ſuis eorum reprehendit & confutat errores,non alio ſane conſilio,quam vt ijs agnitis,reſipiſcant,aut certe alij eiſdem non implicentur.Eſt enim hoc commune ſanctis Dei hominibus,vt cupiant ac nitantur diabolica fraude deceptos eripere,& ad veram ſalutem reuocare.

care.Non enim ferre poſſunt animarum pericula,quibus multo magis, quã proprij corporis incommodis cruciantur.Sed &ipſa Dei omnipotentis multiplex iniuria quam accipit ex peccatis hominum,ſupra modum illos cruciat,ob ingẽtem erga illum amorem, qui facit vt etiã minima in ſeipſis peccata non ſinant inulta abire.Poſſemus adhuc multa in huius venerandi patris commendationem plena fide ſcribere, ſed quia ex ſcriptis ille ſuis abunde cuiuis manifeſtus eſt,longam texere hiſtoriam ſuperfluum iudicamus. Feliciter vixit,& felicem vitam obitus felix conſecutus eſt.Non potuit mala perire morte,qui etiam cum viueret,ita vixit,tanquam propediem moriturus.Non neceſſe habuit mortis timere inſidias,qui nihil in ſe reſidere patiebatur,quod poſſet mortis terrorẽ incutere.Dum vixit omne peccatum & quicquid in morte prægrauare poſſet diligentiſſime à ſe profligare conatus eſt,vt morte aduentante non tum demum,quod multi ſtolidiſſime faciunt,ad mortem ſeſe præpararet,ſed ipſam mortem tanquam vitæ aditum lætiſſimus exciperet.Et certe vnum illum ex eorum fuiſſe numero minime dubitamus,qui vitam in patientia,& mortem habent in deſiderio. Quid enim illum delectaret viuere, qui vt iam ante diximus,tam varijs cruciabatur morbis,vt mortuo quam viuenti eſſet ſi milior?Ergo indefinenter ſuſpirabat ad mortem,vt poſſet venire ad conſpectum gloriæ Dei.Et quamuis aliquandiu dilatus fuerit,nec pro voto exauditus, tandem tamen poſt multos fideles labores &patientiæ coronas,fructumq; animarum quem in Eccleſia Dei & ordine Carthuſiano verbo,calamo,& exemplo tulit vberrimum,ſacramentis Eccleſiaſticis religioſe munitus,& omnia ſua errata aliquoties ſcrupuloſe ac pie confeſſus,bene compos mentis,poſtquam in ſancto ordine Carthuſianorum annos XXX. laudabiliter ſanctęq; vixerat,ſanctum ſpiritum ſuum Deo reddidit à quo illum acceperat,tertio Idus Auguſti,Anno ab orbe redempto. M. D. XXXIX.

ELENCHVS EORVM IPSIVS OPERVM QVAE Latino Sermone conſcripſit.

1. *Edidit autem præter hæc duo uolumina Sermonum de Tempore & Sanctis per totum annum, quæ poſt magnos diuturnosq; labores tandem in lucem producimus.*
2. *Conciones Paræneticas,quas in præcipuis anni feſtiuitatibus habuit ad cõuentus monachorũ.*
3. *Homelias LVI.in Monoteſſeron dominicæ paßionis.In quibus ob oculos conſtituit noſtros, quid patiendo Chriſtus nos docuerit,quomodoq; eidem debeamus conformari.*
4. *Theoremata XXVII.in quibus docemur,quæ genti humanæ Chriſtus beneficia contulerit,& quænam rurſus pro ijs mala ab eadem ſuſceperit.*
5. *Elucidationem in totum dominicæ paßionis,iuxta quatuor Euangeliſtarum narrationem, textum: in qua quænam & quanta Chriſtus pro nobis paſſus ſit,ad excitandum hominum compaßionem, explicat.*
6. *De uera religione & fide Catholica.Hunc librum Germanice conſcripſit: ſed nos eum uertimus in Latinum.*
7. *Inter Monachum & militem Lutheranum Dialogum:quem etiam Germanice fecit: ſed nos eum uertimus in Latinum.*
8. *Theorias CL. in totam uitam paßionemq; Chriſti eiusq; matris, quas in quinquagenas tres diſtinxit.*
9. *Meditationes itidem in uitam & paßionem Chriſti & matris eius.*
10. *Enchiridion militis Chriſtiani.*
11. *Speculum perfectionis Chriſtianorum.*
12. *Pharetram doctrinalem,quæ diuerſos in ſe complectitur libellos & epiſtolas morales & tractatus.*
13. *Pharetram myſticam,quæ uaria exercitia,aſpirationes,præcationes,modoſq; in ſe complectitur, quibus animæ fideles ſeſe occupent & exerceant,modumq; quo in ſpiritu proficiant addiſcãt.*
14. *Hymnorum Librum I.*
15. *Epiſtolarum Libros II.*
16. *Soliloquium ſuauißimum Ieſu Chriſti ad ſuas ſponſas, hoc eſt, uirgines & in caſtitate ipſi ſeruientes.*

Inſinuá-

17. *Insinuationum diuinæ pietatis librum I. fere totum ex Germanico in Latinum conuertit sermonem.*
18. *Apologiam huic libro præfixit prolixam simul & eruditam, aduersus curiosos huius seculi lectores qui quicquid suo turgido intellectu penetrare non possunt, deridentsuel abijciunt penitus.*
19. *Epistolas Dedicatorias simul ac defensiuas uarias ad diuersos Reges, Principes, Magnates, & Ecclesiæ Prælatos præfixit libris & opusculis D. Dionysij Carthusiani.*
20. *Edidit præterea complures tractatus, Epistolas, exercitia, præcationes, aliaq; plura, quæ ad diuersos transmisit, quæ nondum ad manus nostras peruenerunt.*

ELENCHVS EORVM QVAE CONSCRIPSIT Germanice.

21. *Pharetram mysticam fere totam Germanice fecit.*
22. *Vitam & passionem domini Iesu & matris eius totam Germanice conscripsit, eamq; in articulos distinxit CL.*
23. *Speculum Christianæ perfectionis, quod è diuersis collegit autoribus.*
24. *Soliloquium Iesu Christi ad fidelem animam.*
25. *Homilias LVI. in passionem dominicam: quam morte præoccupatus nondum perficere potuit: nos tamen si uitæ nobis Deus spacium concesserit perficere curabimus.*
26. *Rosaria III, ut uocant pij de uita & passione Christi & matris.*
27. *Vitam passionemque Christi in unum Rosarium contraxit pro ijs qui pluribus sunt negocijs occupati.*
28. *Rosarium item aliud prolixius similis argumenti.*
29. *Meditationes XV. in passionem Christi seruatoris.*
30. *In Theologiam mysticam introductiunculam quandam pietate & eruditione conspicuam.*
31. *Ad gloriosa uulnera & cor Iesu exercitia uaria & ignita.*
32. *In Orationem dominicam, & salutationem angelicam pro simplicibus explanationem.*
33. *Præparationes & exercitia pia & uaria pro felice morte.*
34. *Epistolas complures ad diuersos utriusq; sexus & conditiones hominum.*
35. *Epistolas duas prolixas & spiritu plenas ad omnes uel uoto solenni, uel proposito pio in uirginitate uel castitate Christo sponso suo seruientes.*
36. *De uera religione, & fide Catholica, ad Carolum Imperatorem eius nominis V.*
37. *Inter Monachum & militem Lutheranum Dialogum.*

INDEX

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM,

NON QVIDEM OMNIVM, SED MAXIME MEMORandarum, sparsim in hocce libro Sermonum Dominicalium D. Ioannis Lanspergij tractantur.

HAbet autem hic Liber duas partes. Hyemalem videlicet & Aestiuã. Quamobrem numerus prior adsignatus in hoc Indice designat eiusmodi siue priorem, siue alteram partem: Alter autem numerus indicat quotationem Dominicarum & Festorum, per Alphabeti elementa seu literas distinctorum. Litera autem quæ sequitur numerum huiusmodi insinuat id quod quæritur fore reperiendum sub eodem elemẽto siue litera.

Abnegare semetipsum quid. 1.10.i
Abnegationis nostri ipsorum exemplum in Christo quod 1.26.c
Abortiuum cur se nominet Apostolus Paulus 2.14.b
Abrahã uti in spẽ contra spẽ crediderit. 2.3.o
abstinentia à carnibus & uino cur Deo sit accepta 2.14.o
Accedendum quomodo sit ad Deum 2.6.n
accepta esse Deo plurima, quæ tamen non præcepit 2.14.n
accommodare cor suum Deo quid sit 1.1.p
accusati & iniurias calumniasq; passi, quid agere debeamus 1.26.b
accusatores nostri ante tribunal Dei quinam sint 1.26.a.2.12.d
acediæ lepra quomodo inficiat, 2.17.l
acedia sub cuius uirtut. specie se abscõdat. 1.12.l
aceto & felle cur potatus fuerit 1.28.b
Adhærere Deo bonũ propter sex 2.18.n
adolescentes peccatis obnoxij quam cito curandi in anima 2.27.f
adsimilari Deo in quibus debeamus 2.6.m
aduentui spiritus sancti quomodo quisq; se præparare debeant 2.1.m
aduentus ad iuditium qualis erit 1.2.r
aduentus Christi triplex quis 1.1.a
aduentus Christi quibus sit gaudio 1.2.o
aduentus Christi secundus quam sit homini necessarius 1.2.q
aduentus primi dominici ratio quæ 1.1.b
aduẽtus spiritalis fructus ut sit multiplex. 1.5.g
aduentus triplex quis 1.2.o
aduersarius noster in uia quis sit 2.2.m
aduersitates de manu domini accipiẽdas. 1.11.f
aduersitates quomodo sint tolerandæ 2.22.g
Aduersitatibus tristitiaue oppressis quid facto opus sit. 1.24.l
aduersum nos quãdo qs aliqd habeas 2.9.b
adulatio eur cauenda sit, & quale sit peccatum 2.26.f.b
adulteræ specie habere animã peccatricẽ. 2.23.c
Aequalitas qualis sit patri cũ filio 1.30.b
ætates hominis tres quæ 1.14.l.2.10.i
Affectiões cordis quatuor quæ, quomodo ad Deum conuertendæ 2.21.b
Agonia Christi unde ortũ habuerit 1.24.o
agon quid sit 1.24.p
agricola Christus quomodo dicatur 1.15.l
Alapa Christo data q̃ fuerit crudelissima. 1.25.i
altilia mystice quid signent 2.23.d
Ambitio in quanta mala præcipitet hominem 1.27.a
amari à Deo quid sit 2.2.d
ambitionis mala quæ sint 1.17.m
ambulandũ quõ sit caute & prudẽter 2.23.a
ambulare honeste quid 1.1.c
amicitiã hoim q̃ periculose aliqui uenẽtur. 1.26.e
amicitia omnium felicissima quæ 2.21.n
amicorũ Dei diuersitas quanta sit 1.2.l
amittitur Iesus quatuor modis 1.8.l
amor ad parentes & proximos qualis habendus 1.23.n
amor bonus qui obtineatur 1.26.p
amor carnalis & amor diuinus quam multipliciter differant 2.21.m
amor creaturarum uti impediat amorem Dei 2.16.m
amor creaturarum quando minus sit periculosus 2.16.l
amor Dei ad animam fidelem quantus. 2.23.e
amor Dei qui in nobis conseruetur 2.1.k
amorem Dei non posse misceri peregrino amori 2.16.n
amorem Dei omnibus pœnis & afflictionibus præferendum 2.16.o
amore nihil esse ualidius 2.2.c
amori proprium quid 1.26.e

amor quis uerbum Dei impediat 1.15.l
amoris Dei erga nos magnitudinem perpendi ex quatuor 2.2.d
amoris Dei indicia quænam sint. 2.16.o. 2.21.l
amoris diuini onera quænam releuent 2.16.n
amoris præceptum quomodo in hac uita poßit impleri ibidem f
amor Mariæ erga filium cur maior fuerit quã cæterarum matrum erga suos filios. 1.29.k
amor uti omnia grauia leuia efficiat 1.13.e
Anathema quid sonet 2.13.a
angeli ut uocentur cõserui hominum 2.25.f
angelorum fletus ad Christi exequias quales fuerint. 1.28.i
angelus Balaã occurrens quid mystice 2.15.b
angustia aiæ peccatricis moriẽtis quãta. 2.13.o
anima cur & quomodo sit diligenda 2.21.i
animæ dignitas & excellentia quanta ibidem
animã suã uti quilibet regere debeant 2.9.i
anima quã habeat aßimilationẽ ad Deũ. 2.26.l
anima quomodo per denariũ significetur. ibidẽ
anima qua puritate Deo præsentari debeat in morte ibidem m
animarum cura quam magnum sit periculosumque officium 2.12.k
animarũ pericula qui sint plangẽda 2.13.m
Anna uti oĩbus ßpeculũ fuerit pfectionis. 1.7.i
Aperiendum cor quibus solum sit 1.1.q
apostoli quando plorauerunt & fleuerũt. 1.29.d
apostoli quomodo uiderint Christũ 2.16.d
apotheca medicinalium unguentorum quomodo sit in templo 2.35.n
appinquatio ad Deũ laudabilis quæ sit. 2.6.e.l
Aquã cur & ad quid benedicat ecclesia. 2.10.f
Arbitrium hominis cur dicatur liberũ. 2.18.b
arbitriũ liberum hominis quid ualeat 2.13.f
arbor bona quænam sit 2.11.c
arbori bonæ cur Christus comparauerit hominem. ibidem p
arma lucis quæ quomodo induenda 1.1.k
Ascendisse neminem in cœlum nisi filium hominis quomodo intelligatur 2.3.f
ascensus parentũ Christi ad festa rõ quæ. 1.8.c
asina & pullus mystice quid 1.1.b
Atrium diaboli quodnam sit 1.19.e
Auaritiæ lepram esse insatiabilem. 2.17.i
auaritiæ lepra quomodo alios inficiat ibidem
Auaritia phariſæorum quanta fuerit 2.13.b
auarit. sub cuius ẏtutis ßpecie se ingerat. 1.12.l
aulam Dei esse in templo 2.35.n

Babylonis turrim uti conseruat peccator 2.13.p
baculum arundineum manu accipere quid ßpiritaliter sit 1.26.i
Baptismum Ioannis datum fuisse non in remißiõe pcõrum, sed in signũ pœnitentiæ. 1.4.g
baptismus Ioannis utrum ex Deo fuerit uel ex hominibus 1.5.b
baptismus uti tollat oẽm culpã & pœnã 2.24.l
baptista domini in qbus nobis sit imitãdus. 1.3.m
baptizati quinã fuerint in noĩe Christi 2.2.b
Beatam quænam fecerint gloriosam uirginem Mariam 1.19.g
beatitudo æterna quãta sit refectio 2.10.l
beatitudo patriæ in quo sita sit 2.16.c
beatitudo uiæ in quo sita sit ibidem
beatitudo qnanta promißa sit mandata Dei seruantibus 2.5.o
beelzebub quid sonet 1.19.b
benedicat quinã Ecclesia creaturas Dei. 2.10.c
benedicere cibũ & potum uti debeamus. ibidem n
benedicere dona Dei quid sit ibidem e
benedictionem dare ad quos pertineat 1.7.d
bene facere in quibus debeamus proximo .2.7.m
beneficia Dei homini collata quæ sint 2.25.e
beneficia quænam Christus turbis exhibuerit 2.10.n
beneficia quõ & in quos conferenda sint 1.9.g
beneficijs uti Deus peccatores non destituerit. 2.10.k
beneficium redemptionis quanti faciendũ. ibid.i
benignitas Christi quanta 2.6.q. 2.20.n
benignitas Iesu in receptione pœnitentiũ quanta 2.35.g
benignitas quid sit 1.12.a
Blaßphemia in Deum & sanctos eius quinam hodie sit in abusione 1.22.k
blaßphemijs & execrationibus quinam hoc tempore magis dediti sint ibidem
Bona iniusta ut restituenda sint 2.4.s
bona quotuplicia Deus homini cõmiserit. 2.12.d
bona temporalia quatenus diligenda sint. 2.21.k
bonitas Dei erga homines quanta 2.10.l
bono alicui uiro uti quisq; sese qui eum instituat committere debeat 1.11.i

Caecus mystice quis sit 1.3.f
cæcus quõ dicatur cæcum ducere 2.7.b
Caiphas quid interpretetur 1.25.k
calamitas quanta fuerit in Hierusalem obsessa à Romanis 2.15.f

canes ut uocentur gentiles 1.18.d
canon corrigendi optimus quis sit 2.9.g
capharnaum cur dicatur ciuitas Christi. 2.22.b
captio Iesu quam fuerit crudelißima 1.25.d
captiuitas peccati quam sit miserrima 2.2.q
captus uictusq; a diabolo quis sit 1.2.q
carni non esse seruiendum 2.18.p
castellum quid 1.1.b
castimonia quanto studio sit excolenda 1.19.a
castitas perfectißima quæ 1.20.m
castitatis consummatio quæ sit 2.17.b
Centurionis uirtutes qui sint imitandæ. 1.10.f
ceremoniæ Christi in cura surdi quid nos doceant 2.15.e
ceremonijs quibus usus fuerit Christus in eiectione dæmonis ibidem d
Chananitidis mulieris patientia quanta. 1.18.e
chananitis mulier ut designet animam quamlibet Christianam ibidem g
chananitis mulier ut signet Ecclesiam catholicam ibidem f
chaos magnum quodnam sit 2.4.n
charitas chananitidis mulieris quanta 1.18.d
charitas Christi in sacramento altaris quanta 1.24.f
charitas Christi immensa ut fuerit 1.29.o
charitas Dei quanta 1.20.m
charitas fraterna quanta bona pariat 2.8.p
charitas nostra ad Deũ quãta esse debeat. 2.21.m
charitas proximi quæ 1.20.m
charitas quanta sit uirtus 2.16.k
charitas qui amitti poßit 1.16.b
charitate quanta erga proditorem suum usus sit Christus 1.25.b
charitatis Christi magnitudo quomodo consideranda 1.29.o
charitatis ratio quæ sit 2.16.k
charitatis regula quænã sit uera. 1.28.d. 2.16.k
charitatis Christi uia quæ uocetur 1.30.m
Christi signo à quibus contradicatur 1.7.r
Christo morienti uti compati ac commori debeamus 1.28.e
Christum esse semen Abrahæ etiam iuxta sensum mysticum 2.16.a
Christus ab obiectis iniuriæ qnomodo se purgauerit 1.21.f
Christus baptizatus cuiusmodi fuerit baptismo 1.5.b
Christus cur ad Centurionis seruum ire uoluerit, & non ad filium Reguli 2.24.i
Christus in quibus patiebatur pendens in cruce 1.28.a
Christus in resurrectionẽ q fuerit positus. 1.7.g
Christus in signũ quibus fuerit positus. ibidem o
Christus legi Moses cur se subiecerit. ibidem e
Christus nasci cur uoluerit in Bethleem. 1.16.d
Christus pati cur uoluerit in Hierusalẽ. ibidẽ
Christus post resurrectionem quomodo comederit 1.27.b
Christus probat duplici argumento se non blasphemare 2.22.d
Christus probat se Deũ esse [illegible]am. ibidem e
Christus quando sit commensalis noster. 2.20.b
Christus quibus præcipue missus sit 1.18.d
Christus quomodo ad nos uenerit 1.1.o
Christus quomodo & filius & dominus sit Dauidis 2.21.f
Christus quomodo quibusue sit lux 2.2.k
Christus uti illusus fuerit quater 1.16.e
Christus uti positus fuerit in ruinam 1.7.f
Christus uti ßpiritaliter concipiatur ac nascatur 1.6.a
Christus ut patiebatur differẽter à nobis famẽ, sitim, frigora, calorẽ, aliaq; incommoda. 1.23.b
Cibi cœnæ gratiæ Dei qui sint 2.5.d
cibi quinam magnatibus permittantur 2.28.n
cibum nimis delicate præparare quando peccatum sit ibidem
cibum unde nimis sumere quid sit ibidem o
cibis delicatioribus uti quibus liceat 2.4.g
clamor Christi expirãtis qualidus fuerit. 1.28.d
clamor Dei multiplex qd reqrat à nobis. 2.15.e
claudi quinã ad cœnam Dei sint uocati 2.5.p
claudus mystice quis 1.3.f
Cœna Christi ultima amarißimaq; in cruce quælis fuerit, & quid nos docuerit 1.28.b
cœna quædam cur dicatur magna 2.5.d
cœna quam exhibet Christus suis electis, ut sit duplex ibidem c
Cogitationes malas non immitti à diabolo, sed tantum suggeri 1.24.c
cogitatiões obscenæ quãdo nõ noceãt aiæ. 1.30.l
colloquiũ Iesu & Mariæ ante paßionem. 1.23.b
colũbæ ßpecies uti insinuet ßpiritũ sanctũ. 2.1.p
comedendo mensuram modumq; excedere quale peccatum sit 2.28.n
comedere nimis frequenter quid sit ibidem o
cõpaßio B. mariæ erga filiũ quãta fuerit. 1.28.a
compaßio erga Christum qualis nobis inesse debeat ibidem b

compassionem erga Christum passum, quæ nutriant 1 23 b.
compassionis beatæ Mariæ erga crucifixum filium causa, quæ 1 27 o
compassionis Christi erga matrẽ causa, quæ ibi.
compassionis dolor in Maria ex multis ut augebatur 1.29.k
compassio quanta Christo exhibenda sit 1 27 p
compatiendum quatenus sit dolorosissimæ matri Christi 1.28 k
concorditer Deo seruiendum 2 18.m
condẽnari Christianique in suis mẽbris. 1 25 o
compellere intrare quid sit 2.5 l & r
confessio dilata quid mali adferat 1.19 k
cõfessio & Eucharistia quibus nihil desit 2 17 m
cõfessio humilis pctõrũ quid boni adferat. 1.19.l
confessione diabolum expelli 2.15 f
cõfessionẽ pctõrum cur diabolus impediat. 1.19.h
cõfessionẽ pctõrum facere quis teneatur 2 17 f
confessionẽ quot modis diabolus impediat 1 19 i
confessio sacramentalis uti à Christo præcepta sit 2.17 f
cõfessio ut sit perfecta, quid requiratur ibidem
confidentia in Deo quando uana 2.15 f
confidentia sancta quam sit nobile donum, & quis eam habeat 2 22 n
confidentia triplex quõ differat ibidem k l
confidere neminem debere suis uiribus 1 25 l
confidere, seseq; Deo committere quatenus quisque debeat 1 11 d
confitendum qui sit 1.2 b
confortatione Christi qd doceamur 1 24 o
coniugibus quando caste uiuendum 1.7 k
coniugij abusus quando fiat 2 5 i
conscientiæ præcones duo qui sint 2.15 b
conscientia munda quõ sit custodienda 1.5.g
conscientia sua quomodo cuilibet sero discutienda sit 2.19 g
consilium bonũ à quatuor esse quærendũ 2.26 g
consilium contra peccata carnis 2 27 l
cõsiliũ diuinũ p neminẽ posse labefactari. 1.27.k
consilium Iudæorum contra Christum quando fuerit conclusum 1 23 d
cõsiliũ pprij cerebri quãta mala inferat 2.8 o
consolatio desperatissima quæ sit 2.11.q
consolatorius quantum debeat fore prælatus erga subditos 2.8 p
conspuere Deum, illiq; alapas dare quinam mystice dicantur 1.26 k
consputio faciei q̃ grauis Christo fuerit. 1.25 p
consuetudo mala quanto studio in melius utenda 1 22 k
contemnere, & ex contemptu peccare, quomodo differant 2 18 d
contumelia nos afficientes quando & quomodo corripere debeamus 1 25 i
conuersari cum bonis quam sit utile 2 24 k
conuersari cum improbis quibus licitũ sit 2.6 e
cõuersio ad Deũ perfecta quæ sit. 2.29 i. 2 35 i
conuiuia Euangelica quæ 1.1 d
conuiuij Christi conditiones imitabiles quæ sint 2 28 g
conuiuij cœlestis quõ quis particeps fiat 2 25 i
conuiuiorum genera nouem quæ 2.20 b i
cooperentur quõ electis oia in bonum 2 10 l
cophini duodecim mystice quid 1.20.m
cor Christi lancea transfossum fuisse 1.28.f
cordi Iesu quidnam maxime familiare sit. 2 8 i
cor hominis quid sit 2.16.e
corona in capite religiosorum quid mystice 1.26 l
coronatio Iesu quam pœnosissima fuerit ibid i
corpus Christi quomodo mystice deponatur de cruce 1 28 g
corpus nostrum quomodo sit regendum 2 9.t
corpus suum dil gere qua ratione homo teneatur 2 21 i
correptionem quænam faciat fructuosam 2 6 o
correptio quando & quõ adhibenda sit. 2.26 f
correptiones quo animo ferendæ sint 2.2 o
correptiones quomodo debeant fieri 1 30 q r
correptio ut alteri prosit quidnã exigat 2.7.i
corruisse Christum sub cruce sepius 1 27 c
coruorum natura in alendis pullis quæ 2.18 g
creaturæ cẽs quid clament ad hominem 2 15 k
creaturæ uti prædicent amandũ creatorẽ. ibid.
credere in Deum quid sit 2.2 o
crucem pœnitentiæ bonorumque operum propter aliorum malitiam non esse relinquendam 1 27 m
crucem suam Christum portantem sequentium studia diuersa ibidem c
crucifigant carnem suam cum uitijs quomodo serui Christi 2.17 b
crucifigi quomodo curarint Iudæi Christũ præter Pilati uoluntatem 1.28 g
crucifixionis Christi modus quis 1.27.f
cruci mystice qui quomodo affigantur ibidem
crucis arbor quomodo mystice ascẽdẽda. 2.35 f
crucis baiulatio q̃ fuerit Christo dolorosa. 1.27 c

Crux Christi mystica quæ sit 2 26.a
Cupiditas quõ hominem retrahat à Deo. 2.23.l
cura præcipua homini habenda quæ 2.18.q
cura quanta pro tentatis habenda sit 1.24 n
curandum primum quidnam sit in omni actione 2 16.o
curationis corporum Christo fuisse finem curationem animarum 2.17.g
curia angelorum uti sit in Ecclesia 2.35.n
curiositas & superfluitas rerũ q nutriatur. 1.27.d
curiositas in alienis malis explorandis nimia quam cauenda 2.7.p
curiositas in uirginibus quam sit periculosa 1.23.m
curiositas sensuum quæ mala adferat 2.5.i

D
Amnare temere quid sit 2.7.f
Damnari quenquam ex propria culpa. 2.28 b
damnatio Christi in domo Caiphæ quantum animam illius afflixerit 1.25.o
damnatio Iesu quomodo fuerit publicata. 1.27.a
Dæmones quomodo tentent homines 1.24.c
Debiles quinam ad cœnã Dei uocati sint. 2.5 p
debitores Dei quinam dicantur 2.12.b
debitor uti homo sit tribus 2.9.i
decimæ Deo soluẽdæ cur institutæ sint. 2 26.e
decimas nõ soluentes quõ puniãtur à Deo. ibid.
dedicationem domus Dei & altarium habuisse in ueteri testamento exordium 2.35 l
defectus quinam minus periculi habeant. 1.30.o
deformitas clericorum quorundam quam deflenda 1.28.l
dilicata cibaria quibusnam permittantur comedere 2.28.n
deliciæ Christi quæ fuerint 1.30.k
denarij duo stabularij qui mystice 2 16.i
denarius diurnus quis sit 1.14.d
denarius mysticus quomodo Christo ostendendus sit 2.26.l
derideri Christum à nobis mystice quid. 1.26 k
Desertum pœnitenti intrandũ quod sit. 1.17 p
desertum uti quis mystice esse debeat 1.5.c
desideria quæ qui mortificanda 1.30.n
desiderium uidendi Christum quam fuerit diuersum Herodi & Zachæo 2.35.f
desperare neminem debere de quocunque peccato 1.25.l. 1 27.n
desperationis tentatio quomodo abigẽda. 2.23.i
desponsata cur fuerit mater Iesu 1.6.b
detractio quantum cuiq; noceat 1.21.i
detrahebant Iudæi Christo in tribus ibidem
Deum immutabilem esse 1.31.d
Deus in remuneratione quid attendat 1.14.b
Deus quibus modis contẽnatur à peccãte. 2.18.d
Deus quidnam in sanctis suis coronet 1.31.k
Deus quomodo sit interdum propter Deum relinquendus 2.26.k
Deus quomodo non possit odio haberi, & quomodo tamen à multis odiatur 2.18.d
Deus ut non possit esse nisi unus 2.3.m
Diabolus cur uocetur princeps huius mundi. 2.1 b
diabolus cur uocetur quandoq; homo 1.12 d
diabolus quo pacto homines decipiat ibidem e
diabolus ut semper uexet male 1.18.i
diem dominicam duodecim insignibus operibus Dei decoratum 2.20.l
die quonam Christus passus sit 1.24.a
dies humanus quid 1.4.a
dies mystice quid designet 1.14.d. 2.10.i
diffidendum quando non sit de Deo 2.18.f
digitus Dei mystice quid sit 1.19 e 2.15.f
dilectionis præceptum utrum possit in hac uita impleri 2.21.k
dilectiõis probatio uti sit operis exhibitio. 2.1.f
dilectio proximi quænam præcipiatur. 1.11.a
dilectio quænam legẽ impleat, & quæ nõ. 2.21.e
dilectio quomodo sit plenitudo legis ibidem
dilectio sufficiens ad salutem quæ sit 2.16.l
diligendos esse malos tripici respectu 2.21.d
diligendum esse proximum scripturam ubiq; tenere ibidem
diligendus quõ sit Deus ex toto, &c. 2.16.e f & 21 c
diligendus uti sit Deus tripliciter 2.16.l
diligere Deum ex toto corde quando quis dinoscatur 2 21.b
diligere proximum cogit nos ratio ibidem d
diligere proximum sicut seipsum, quomodo sit intelligendum ibidem e
diligere quanã teneamur, & quo ordine. ibidẽ b
diligi nobis Deum unde scire possimus. ibidem l
dimittendum uel puniendum quid sit in proximo delinquente 2.25 g
discipuli duo mystice quid 1.1.g
discipulos suos cur Christus cõuocauerit. 2.10.c
discretio quanta necessaria in regimine animarum 2.8.o
discretio quanto studio obseruanda à deuotionem deditis 1.17.l

Discrimen quantum sit inter filios Dei & filios diaboli 1.29.f
discumbere super terram quid mystice 2.10.n
dissimulet uti Deus nos peccantes ibidem k.
distinctio Iudæorum ab alijs gentibus olim quæ fuerit 2.27.c
dives quinam sine periculo diuitiarum esse possit 2.4.t
dives quomodo fuerit Christus iuxta naturam utramque 2.12.c
diuitiæ cur hominibus sint nociuæ 2.4.t
diuitiæ cur uocentur iniquitatis 2.12.l
diuitiæ prodesse quibus possint 3.4u
diuitiæ quando non noceant 2.35.d
diuitiæ quibus modis iniuste cõgregẽtur. 2.12.p
diuitiarum abusus duplex qui uitandus 2.4.e
diuitiarum quomodo quis debeat esse dispensator, non servus 2.23.l
diuitias ex se non esse malas 2.4.e
diuitijs quõ ad salutem suã utatur homo. 2.23.l
diuitijs quo pacto amici Dei in ipsius gloriam usi fuerint 2.35.e
diuitijs quõ utendũ sit ad gloriam Dei 2.4.r
diuitũ ad camelũ cõparatio cuiusmodi 2.12.p
diuitum cæcitas quam sit plangenda ibidem
diuitum pericula quanta sint 2.4.p
diuortium Christi à sua matre quam fuerit triste 1.23.n
Dolendum cur sit pœnitenti 1.2.b
dolor Christi cur fuerit maximus 1.23.b
dolor Christi ut fuerit duplex ibidem
dolorem Christi maximũ quænã auxerint. ibidẽ
dolores Christi interni ex multis ut causati sint 1.29.i
dolorum Christi magnitudo ex quibus causata sit ibidem g
dominica Lætare cur Ecclesia lætitiam suis filijs proponat. 1.20.c
dominica Palmarũ quid Christus egerit. 1.23.g
domini duo qbus nemo seruire põt, q̃ sint. 2.18.c
domum materialem Deo dedicari quam sit congruum 2.35.k
domus Dei spiritualis quæ sit ibidem n
domus Deo dedicanda triplex quæ sit. ibidem k
dormire Christus quando dicatur 1.10.e
dormiens Christus quõ mystice excitetur. ibid.
Ductio Iesu ad Annã q̃ fuerit crudelis. 1.25.g
ductio Iesu ad Pilatum quam fuerit pœnosissima 1.26.a
ductiones Christi nouem qui mystice bonorentur 1.25.g
ductus uti fuerit Christus nouies ignominiose ibidem
duritia in proximum quam sit detestabilis coram Deo 2.25.l

Ebrietas spũs sancta, & sobria quæ. 2.23.b
Ecclesia catholica qui ab hæreticorum cõuenticulis discernitur 2.11.k
Ecclesia cur uocetur Hierusalẽ supna. 1. 20.b
ecclesiæ prælatis q̃ ipsius licere salutaria instituere 2.20.l
ecclesiam catholicam semper unam fuisse. 2.8 f
ecclesia militans cur assimiletur ciuitati. 2.35.a
ecclesiam non posse esse nisi unam 2.11.b
Effusio sanguinis innocentis uti clamet in cœlum 2.23.d.e
Electi Dei quænam in se attendant 2.18.a
electionis signa quæ 1.14.n. 2.23.o.p
electus ex omnibus & dilectus quam debeat nobis fore Christus 1.26.f
eleemosynæ laus & efficacia quanta 2.7.o
eleemosyna unde facienda sit 2.22.a
Elias quando uenturus sit 1.4.d
Elizabeth sancta in cura infirmorum consolationem quantam habuerit, 2.12.n
Emorroissam cur Christus uoluerit manifestari 2.27.g
Emorroissa mulier quæ fuerit ibidem d
Epulo dives pro quibusnam bonis receperit hic mercedem 2.4.m
epulo dives quinam suam infelicitatem augmentabat ibidem k.
epulo in inferno quomodo sui rogarit misereri. ibidem m
epulonem in diuitiarum abusu tripliciter peccasse ibidem f
epulonis felicitas quanta hic fuerit ibidem p
epulo sepultus in inferno qui dicatur ibidem l
Erasmi libri qui repugnent Euangelio Christi 2.11.m
Erasmus uti fuerit antesignanus Lutheri. ibi.
Euangelicorum huius seculi peruersitas quanta 1.7.t
Eucharistia cum quanta sit puritate sumenda 1.24.e
Excidere à gloria quam sit infelicissimũ. 2.11.g
excidi à corpore Christi mystice quid ibid.d
eycidium Hierusalem qui mystice contingat homini morienti. 2.13.o
excusare sese semp, cuius uitij inditiũ sit. 1.26.b
excusatio à uocatione ad nuptias quid signet. 2.5.b
executores testamẽtorum quam grauiter delinquant 2.12.p
exercitia cordis septem quæ 1.1.q
exercitia corporalia & pœnitẽtialia opera quo referenda 2.11.f
exercitia Lutheranorum qualia sint ibidem n
exercitium quale habendum ad uulnera Christi 1.20.m
exercitus Romanorum cur uocentur Dei exercitus. 2.23.e
exijsse dominum quid insinuet 1.15.f
exitus uiarum quos mystice designent 2. 23.f
exorcismi Ecclesiæ quid efficiant 2.10.e
extensio Christi in cruce quam fuerit pœnosissima 1.27.e

Facies Christi qualibus sputis defœdata fuerit 1.25.p
facies Christi quibus affecta fuerit contumelijs ibidem s
faciem Christi quinam mystice cædant. ibidem q
famæ nostræ læsionem quomodo cum Iesu patiemur feramus 1.27.i
fama proximi quanto studio conseruanda sit 1.25.b
familia Dei triplex quæ 1.14.c
familia spiritualis quinam ordinanda sit 2.1.o
familiaritas hominum quantum homini imponat 1.26.e
Fercula duo cœnæ Dei quæ sint 2.5.m
festiuitates quibus operibus uiolentur, & quibus non 2.20.m n
festiuitates Iudæorum tres præcipuæ quæ. 1.8.c
festuca mystice quid signet 2.7.i
Fidei defectũ duplicẽ fuisse in Regulo. 2.24.d
fidei gradus tres fuisse in Regulo ibidem k
fidelem amorem non lassari 2.16.n
fidelitas canum quid doceat hominem ibidem m
fidelitas uti discernat inter bonos & malos ibidem m
fideliter quomodo sit Deus diligendus ibidem
fidem informem non sufficere ad salutem. ibid.e
fidem nostram Deo esse gloriosiorem quam scientiam 2.3.n
fides Abrahæ quanta fuerit ibidem o
fides aliena quomodo prosit infantibus ad salutem 2.22.c
fides de S. Trinitate sufficiens quæ sit 2.3.p
fides diabolũ mundũq; uincẽs quæ sit 2.24.b
fides D. Petri erga Christũ quãta fuerit. 2.8.p
fides Emorroissæ in quibus maior fuerit quam Archisynagogi 2.27.g
fides in pueris baptizatis quæ exigat 2.2.f
fides Ioseph quanta, quique à spiritu sancto honoratus sit 1.6.d
fides mortua quæ sit 1.25.b
fides saluans quæ sit 2.16.e.17.b
fiducia in Deo ad quæ quatuor se extendat 2.22.l.m.n
fiducia in Deo habenda tempore tentationis ex quibus tribus augeatur 2.22.n
fiduciam habere in se & non in Deo, quam sit stultum 2.14.k
fiduciam obtinẽdi peccatorum ueniam quæ tria generent 2.22.m
filiorum nomine uti signentur opa hoïs. 2.13.o
filiolos cur Christus apostolos uocet 1.24.i
filius hominis quomodo uere dicatur descendisse de cœlo 2.3.i
fimbriæ imaginis Christi uirtus quanta 2.27.d
fimbriã uti in sua ueste Christus habuerit. ibi.c
fimbria uestimenti Christi mystice quæ sit. ibi.i
finis hominis quis sit 1.30.k
Flagella Dei quam libenter patienterq̃ subire debeamus 1.26.b
flagellatio Iesu q̃ fuerit pœnosissima ibidem
flagendo quãdo spiritus sanctus arguat. 1.30.p
flendum quare sit homini 1.13.l
fletus Christi sup ciuitatẽ qd nos doceat. ibidem
fletuum Christi rationes uariæ ibidem m
fleuerit uti Christus quinquies ibidem l
fleuisse Christum super Iudæ perditione. ibid.m
Fora diuini iudicij duo quæ sint 2.25.i
forum iustitiæ quodnam sit ibidẽ k.
forũ misericordiæ nõ esse negligendũ ibidẽ i
Fructum uerbi Dei impedientia tria quæ. 1.15.m
fructus ex quibus agnoscantur Lutherani qui sint 2.11.l
fructus ouium Christi qui sint ibidem c
fructus spũs qui sint, & cur sic uocẽtur 2.7.b
Fuga sua quid nos Christus doceat 1.23.d
fugere quinam mystice dicãtur à Christo. 1.25.f
fundamẽta nouiter cõuersis locãda quæ. 1.17.d
furorem bestiũ cur Christus declinauerit. 1.20.i
furori malorum hominum quãdo sit cædendum. 1.20.i

Gaudendi materiam quæ nobis in passione domini præstent 1.25.k
Gaudere quinam in hoc seculo possint 1.2.n

gaudere tristari ue unde solũ debeamus. 2.18.q
gaudium fieri super peccatore magis, quam super iusto quinam intelligendum sit 2.6.i
gaudium bois in solo Deo constituendũ. 2.21.b
gaudium mundi quod sit 1.29.b
gaudium mundi quam sit cito finiendum. ibidẽ f
gaudium quale habuerint apostoli in aduersis et persecutionibus ibidem g
gaudium religiosum quod 1.16.c
gaudium sanctorum quod sit 1.29.i
gaudium sanctum quod 1.3.a
gazophylacium cœlestium thesaurorum esse in templo 2.35.n
Gemitus Christi quid mystice signet 2.15.d
gentiles quõ Iudæi despectui habuerint 2.1.q
genus humanum ut fuerit leprosum 1.10.l
Gloria inanis periculosa quæ 1.9.m
gloria iustorum quæ sit 2.18.a
gloriam bifariam accipi 1.9.l
gloriam fugientem sequi 2.20.n
gloria quænam sola quærenda sit. ibidem
gloriam suam in ore hominum ponere quam sit stultum 2.26.i
gloriam uanam quis modus fugiendi 1.15.n
gloria uana quantopere uitanda 2.15.c
glorificatum Christum ubi apostoli agnouerint 2.1.c
Gratia Dei quando sit uacua in homine. 2.14.b
gratia Dei uti cooperetur libero arbitrio. ibid.
gratiæ Dei quænam hominem tria aptificent 2.13.p
gratiæ uti sint Deo agendæ 2.10.n
gratiæ ut sint Deo agendæ pro corporali cibo. 1.20.k
gratia gratis data quæ sit 2.13.b
gratia gratum faciens quæ sit ibidem
gratiam Dei in uacuum recipere quid 1.17.a
Gulæ species quatuor quæ 2.17.l
gula qualis sit animæ lepra ibidem
gulæ species sex quæ sint. 2.28.l
guttas sanguinis quot fuderit Christus 1.29.p

HAbitus monachorum cur despectus sit & humilis 1.26.l
Hæretici & mali homines quousque tolerandi sint 1.12.g.i
hæretici quando de medio sint tollendi. ibidem i
hæretici quantum prosint Ecclesiæ ibidem b
hæreticorum omnium consuetudo quæ sit. 2.11.n
hæreticorum peruersitas quanta 1.7.l
hæreditas spiritualis filijs relinquenda quæ sit 2.18.q
Herodem in domini Iesu mortem consensisse 1.26.e
Herodes cur uidere cupierit Iesum ibidem c
Herodes quid interrogauerit Christum. ibid.c
Herodiani quinam dicti sint 2.26.c
Hierusalem unde ortum habeat 1.22.b
Hominem ad quid Deus creauerit 2.10.i
homines mali quid calamitatis bonis inferant 1.11.b
homines mali quam sint electis utiles ad salutem 1.12.g
homo descendẽs in Hiericho quis fuerit. 2.16.g
honor quem non lædat 2.20.f
hora cœnæ dominicæ quæ sit 2.5.g
hora nona quæ sit 1.14.f
hora sexta quæ ætas sit ibidem
hora tertia quid mystice designet ibidem e
hora undecima quæ ætas sit ibidem g i
hospicium spiritui sancto quinã paretur. 2.1. n q
hostes animæ tres quomodo prosternãtur. 1.30.f
hostes & exteriores & interiores quibus uincamus armis 2.24.b
Humiliare nosipsos cur debeamus 2.20.f
humiliatio syncera quantum prosit pœnitentibus 2.17.n
humilitas Christi quanto studio imitãda. 1.13.g
humilitas Christi quanta 1.29.d
humilitas Christi in quibus splenduerit. ibidem
humilitas & mititas Christi quanta. 1.20.m. & 1.25.k
humilitas & patiẽtia Christi ineffabilis. 1.26.d
humilitas ficta uti sit duplex superbia 2.20.g
humilitas Iesu quomodo consideranda 1.29.e
humilitas quam sit Deo & omnibus hominibus amabilis 2.14.b
humilitas quomodo obtineatur 1.13.b
humilitas uera in quibus consistat 2.6.a
humilitatem & nostri contemptionem quantam in Christi passione discere nos oporteat 1.26 f
humilitatem in passione sua quanta exhibuerit dominus Iesus 1.29 d
humilitati præcipue proprium quid 1.18 d
humilitatis exemplum quale Christus reliquerit 2.8 m
humiliter ut sit Deo seruiendum 2.18.m
humiliter esse uiuẽdum 2.20.g
Hypocrisis qualis sit animæ lepra 2.17.l
hypocrita quis sit 2.26.d

Ideo-

IDeonua diabolicum quod sit 1.27.p
Idiomate quonam apostoli loquebãtur. 2.1.b
idololatriæ origo quæ 2.24.e
idololatria initium quando sumpserit 1.19.c
Ieiunare qui non obligentur 2.28.m
ieiunij utilitas ut sit multiplex 1.17.n
ieiunio carnis petulantiã frænandam 1.7.k
ieiuniorum tempore quota hora cibum sumere liceat 2.28.l
ieiunium optimum quod 1.17.n
Iesus à quo spiritu ductus sit in desertũ. ibidẽ c
Ignoscendum uti sit proximo in nos delinquenti 2.25.g
Illudere Deo mystice qui dicantur 1.26.k
Imitari uti Christum passum debeamus 1.23.c
imitatorem Dei quænam constituant hominem 1.19.a
impedimenta hominem à Deo retrahentia quæ 2.23.k l m
impudentiæ uitium quam sit detestandũ. 1.25.r
Incarnationis Christi ratio præcipua quæ fuerit 2.15.b
incontinentia uicti quiq; quantopere resurgere debeant 2.27.f
induere Iesum Christum quid sit 1.1.e
infamatio Christi per totam ciuitatem qualis 1.27.b
infidelitas quale sit peccatum 1.30.g
infirmitatum aduersitatumq; utilitates multiplices quæ 2.24.m.n
infirmitas aliarum q̃ sit periculosa 2.17.c
infirmitas & mors unde accidãt homini. 2.24.l
infirmitas quæ bona adferat 1.10.l
infirmitatum ac tribulationum causa multiplicem esse 2.22.f
ingratitudo cuiusmodi sit lepra animæ 2.17.l
ingratitudo humana quantum cor Iesu afflixerit 1.29.i
ingressus bonorum malorumq; in hunc mundum ut sit æqualis 2.4.d
inimici quomodo sint diligendi 1.27.g
inimicos diligendi exemplum in Christo quale 1.25.b
iniuriam Dei nunquam patienti animo esse ferendam 1.27.n
iniuriã uel pſecutionẽ passo qd agendũ. 2.26.b
iniuria quomodo Christi exemplo non uindicanda sed sustinenda sit 1.25.i
inspirationem diuinam quinã reciptant 2.2.n
inspirationum diuinarum neglectores quid periculi incident ibidem
instituendi aliquẽ modus optimus quis 2.10.d
instituta monastica quanta iustitia defenſanda 2.9.l
instruat uti nos Christus per homines 2.2.o
intellectum suum quomodo captiuum tenere debeat homo 2.21.g
intentio operum & exercitiorum nostrorum quæ spectanda 1.28.c
interrogasse Christum quid sit 1.20.e
inuidia quænam mala in homine efficiat. 1.26.f
inuidia damnatorum qualis sit 2.4.n
inuidiæ lepra quomodo alios inficiat 2.17.k
Ioannem cur Christus in præsentia discipulorum non commendarit 1.3.g
Ioannes cuiusmodi lucerna fuerit 1.4.g
Ioannes cur ante Christum baptizarit 1.5.b
Ioannes in deserto cur habitauerit 1.4.m
Inannes quam bene uox dicatur ibidem f
Ioannes in quibus fuerit per Christum commendatus 1.3.i
Ioannes Roffensis Episcopus quomodo pro Christo passus fuerit 2.23.m
Ioãnis prædicatio quare dicatur clamor. 1.4.n
Ioseph cur pater Iesu dictus 1.7.d
Ira bona ac necessaria quæ sit 2.9.m
ira cuiusmodi sit lepra, quõq; inficiat 2.17.k
iræ gradus tres qui sint 2.9.g
ira patris familias quid insinuet 2.5.k
ira quædam quando bona, quando item sit mala 2.9.f
ira quænam prælatis & iudicibus necessaria sit ibidem n
ira quando sit mortale peccatum ibidem p
ira quando sit ueniale peccatum ibidem o
irascibilis uis cur data sit homini ibidem m
irreuerentiam loco sacro fieri multis modis 2.13.i
irruendum qui sit salubriter in Iesum 2.8.l
Isboseth quid interpretetur 2.1.n
Iubilei priuilegia mystice quæ 1.16.g
iucunditas uitæ æternæ quanta sit 2.5.f
Iudæam multis modis desertam fuisse 1.5.c
Iudæi cur non miserint ad Christum 1.4.c
Iudæi quinam dies suos numerent 1.24.a
Iudam proditorem uti Christus studuerit quadrifariam corrigere 1.24.b
iudicandum neminem à nobis uel spernendum 2.14.n
iudicare alios quã sit periculosum. 2.29.b. 2.35.b

iudi-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

iudicare superiores q̃ sit periculosum 1.24.d
iudicare temere peccatores quantum habeat periculi 2.6.o
iudicia hominũ iniqua libere pro iustitia esse ferenda 1.27.a
iudicia hoim quãdo non sint timenda 1.25.o
iudicij hora uti etiam pijs timenda sit 2.12.f
iudicio de quo arguendus sit mundus 1.30.g
iudiciũ cuiusmodi nõ ꝓhibuerit Christus. 2.7.e
iudicium discretionis cuiusmodi Christus fecerit in terra 2.28.a
iudicium quid quandoq; significet 2.9.e
iudicium quod in alium fertur quomodo intelligendum 2.7.m
iudicium temerarium quando sit peccatum mortale ibidem n
iudicium temerarium quod sit ibidem e
iuga boum quinq; quid mystice 2.5.i
iugum domini quibus sit suane, & q̃bus nõ. 1.13.f
iugum domini quomodo ſpiritus sanctus leue faciat ibidem d
Iuliani apostatæ in sacra impietas quanta fuerit 2.13.i
ius suũ quõ unicuiq; reddere debeamus 2.26.k
iusti antiqui quomodo uiderint Christũ. 2.16.d
iustificari hoiem ex operibus quid sit 2.14.g
iustificatio hominis duplex quæ sit ibidem
iustificatus cur fuerit publicanus ibidem m
iustificari neminem posse nisi uolentem 2.2.r
iustitia de quanã arguendus sit mundus. 1.30.g
iustitiæ partes duæ quæ sint 2.9.d
iustitia phariſæorũ in quibus fuerit minor. ibid.
iustitia euangelica quæ sit ibidem e
iustitia phariſæorum quænam fuerit. ibidem k
iustitia quænam sit uera ibidem c
iustitia quid sit ibidem i

Labore quãto nos Deus redemerit. 2.6 m
Lachrymæ compaßionis quantum Christo placeant 1.24.p
lachrymæ Iesu in resuscitatione Lazari quid significent 2.19.f
lachrymas quas fuderit Maria uirgo ad depositum Christum de cruce 1.28.i
lædi proximum nostrum à nobis trifariã. 2.9.k
lancea charitatis uti corda nostra transfigat 1.28.f
lapsus proximorum uti deflendus sit 1.24.b
largitas Christi quanta ibidem n
latrones cur uocentur ſpiritus maligni. 2.16.g
latrones duo cur cum Christo educti sint. 1.27.b
latronis improperium q̃ fuerit Christo graue, 1.27.n
latus cur sibi ꝑforari uoluerit Christus. 1.29.p
lauare manus, caput & pedes, mystice quid sit. 1.24.e
laudatus ab alijs ne extollatur quid agere debeat 1.22.g
laudibus proprijs cur nemo consentire debeat 1.28.c
Lazari mendici interior crux quanta fuerit 2.4.i
Lazari miseria q̃ numerentur diligẽter. ibidẽ
Lazari mendici gloria quanta ibidem l
Lazari sancti uita post resuscitationẽ à morte qualis fuerit 1.23.o
Lepra ſpũaii curandæ necessaria q̃ sint. 2.17.m
lepra ſpiritualis quæ sit 1.3.f. 1.10.l
lepra ſpiritualis quibus remedijs curetur. 2.17.e
leprosi quatuor quos signent 2.17.l
leprosorum nouem lepra quos significet. ibidem
leprosus Samaritanus quos designet ibidem
leprosi ſpiritaliter qui sint ibidem d
leprosos nouem deceptos fuisse à ſacerdotibus, ne à Christo crederent esse mundatos. ibid b
leprosus tectu ut sit curandus ibidem k
leuari cum Christo in cruce quomodo mystice debeamus 1.27.b
leuita euangelicus quis sit 2.16.b
lex Christiana q̃ sit sancta & honesta 2.24.b
Liberi arbitrij quanta sit efficacia 2.15.d
libertas ſpiritus quæ sit 2.18.n
libertati ueræ quæ nos restituant 1.16.b
liber uiarum Dei quis sit 1.17.b
librorum lectio ab hæreticis ſcriptorum quam sit periculosa 2.5.f
ligare quænam in nobis mystice debeamus. 1.25.e
ligari quinam rei soliti fuerint ibidem
ligatio Iesu ad columnam quam fuerit pœnosa ac iniuriosa 1.26.b
lignum paradisi cur dictum sit scientiæ boni & mali lignum 2.19.e
lingua à quibus sit liganda 1.25.e
linguæ angelorum quales sint 1.16.a
linguæ igneæ quid mysticæ signent 2.1.p
linguæ lepræ remedium quod sit adhibendum. 2.17.e
linguæ uinculum impediens cõfeßionem triplex quod 2.15.l
lingua quanto sit studio à detractione coercenda 1.26.m

lin-

Linguas omnes maledicas nocere non posse innocenti 1.25.o
litaniæ cur institutæ sint 1.27.e
litaniarũ usus in Ecclesia ad quid ualeat. 1.31.l
litteræ Christi quibus uocat ad se homines quæ sint 2.5.f
Loca Deo dicata quanta sint reuerentia colenda 2.29.m
locare cor suum Deo quid sit 1.1.p
loculum defuncti cur Christus tetigerit 2.19.d
locus Christo in mẽte præparãdus qs sit. 1.5.c
loqui pro ueritatis defensione quando teneamur 2.15.n
loqui truncate quibusnã solitum sit 2.13.e
lotionis pedum discipulorum ratio quæ. 1.24.e
Lucem quinam odiant 2.2.o
lunæ die post Palmarum diem quid egerit Christus 1.23.b
lupi qui mystice dicantur 1.28.d
lupi rapaces cur dicantur hæretici 2.11.o
lutheranæ hæreseos fundamentũ cuiusmodi. ib i
lutherana hæresis in quo Mahumetanæ ąßimiletur 2.24.b
lutheranæ hæresis impietates quantæ 1.32.k
lutherani hæretici cuiusmodi habeant uerbum Dei 1.15.m
lutherani hæretici in quo solo cõueniant 2.11.i
lutherani hæretici q̃ sint seditiosi 1.14.b
lutherani hæretici quomodo proles suas instituant 1.8.m
lutherani quam absurde Ecclesiæ sibi nomẽ uendicent 2.8.f
lutherani qua intentione utantur ſcripturis ueritatis 1.17.b
lutherani quam sint blaſphemi in Deum & sanctos 1.14.p
lutherani quõ à suo Luthero dissentiãt 2.11.i
lutheranis nunquam fuisse hæreticos pestilentiores ibidem l
lutherani sub quibus auium uestibus se abscondant ibidem k
lutherani ut sint arbores steriles mittendi in ignem ibidem d
lutheranorum libertas quæ sit 1.16.b
lutheranorum libertas qualis sit 1.31.b
lutheranorum mutitas & cæcitas quam sit exitialis 1.19.m
lutheranorum opera cuiusmodi perhibeant de ipsis testimonium 2.24.e
lutheranos hæreticos nihil sapere nisi quod car-

Mahumeti lex qualis sit 2.24.b
Malchi crudelitas in Iesum quanta fuerit 1.25.c
maledictores quãdo nõ sint arguendi 1.21.e.p
mali quantum prosint bonis 1.12.b
malitia hoim quantũ resistat saluatori. 2.23.m
malitia istorum temporum quanta 2.22.b
malitia serui nequam ex quibus ſex deprehendatur 2.25.f
malum nõ inferre ut contingat bifariam 2.7.e
malũ pro malo reddere quantũ ꝓhibitũ 2.8.b
mãmonæ iniquitatis cur uocẽtur diuitiæ. 2.12.i
mammonæ seruire quid sit 2.18.e
mammon quid significet ibidem
mandatorum Dei obseruantia quomodo etiam corpori prosit ibidem n
mane mystice quid signet 1.14.d
mansuetudinem Christi imitandã erga hostes. 1.25.c
mansuetudo Christi in sua paßione 1.29.l
manus & pedes quomodo reprobis ligentur 2.23.b
Mariæ Magdalenæ erga Christum defunctũ deuotio quanta 1.28.b
Mariæ uirginis deuotio erga Christum mortuum quanta ibidem
Mariam matrem Iesu studuisse Iudæ proditoris malitiam lenire 1.23.k
Mariam sequutam fuisse Christum baiulãtem crucem suam 1.27.c
Maria soror Mosi leprosa quos signet 2.17.k
mari cur seculum comparetur 1.11.f
martis die post Palmarum quid egerit Christus 1.23.i
martyres sancti qua ex uoluntate pro Christo mortui sint 1.24.m
martyrum in pœnis consolatio unde fuerit 1.28.d

matri-

matrimonium quale esse debeat 1.9.o
matrimonium ut sit à Deo constitutum & à Christo commendatum 1.9 d
maxillam unam percutienti præbendam esse & alteram, quomodo intelligatur 1.25.i
Meditans passionem Christi quinam charitatem erga ipsum excitet 1.23.c
meditatio passionis Christi quantæ sit energiæ 1.23.a
meditatio passionis Christi quid frugis conferat 1.29.s
Melchisedech quis fuerit 1.22.b
membra nostra sensusque omnes uti Dei obsequio impendere debeamus 1.27.e
mendicitatis Iesu causæ quæ fuerint 1.8.f
mensuram suam quomodo debeat homo agnoscere, 2.20.f
mentê hominis uti Deus primo uisitet. 2.1.e
mercator qualis sit diabolus 1.23.m
mercenarius quis mystice uocetur 1.28 d
merces beatitudinis æternæ quæ sit 2.11.d
Mercurij die post Palmarum quid Christus egerit 1.23.i
meßiam Christum esse quæ testimonium perhibuerint 1.21.c
Miles latus Christi lãcea aperiès quis fuerit, quõcunq; à cæcitate fuerit liberatus. 1.28.f
militia Christiana quæ 1.1.o
milites Christum in passione sua illudêtes quales fuerint 1.26.k
milites suos quibusnam armis insigniat Christus 1.29.e
miracula Christi necessaria fuisse propter tria 2.24.d
miraculi Christi tacendi ratio non obligauit turbam 2.15.g
miraculi sui reuelatiõem cur prohibuerit Christus 2.27.e
miraculorum Christi ratio quæ fuerit 2.15.b
miseriatur Deus uti quadrifariã 2.10.l.m.n
miserendi duæ species quæ sint 2.7.d.e
miserendi modus quis sit 2.7.k
misericordiæ & charitatis Dei exemplum quale erga nos 1.24.r
misericordiæ laus quanta 2.7.c
misericordiæ opera corporalis quæ & quot sint 2.7.l
misericordiæ opera spiritualis quæ & quot sint 2.7.l
misericordiæ Christi quanta 2.25.b
misericordia Dei peccatoribus quam debeat esse amabilis 2.7.c
misericordia Dei sup peccatores quãta. 1.32.b
misericordia in qbus proximo sit exhibẽda 2.7.h
misericordiam cuinam exhibere præcipiamur 2.7.k
misericordiã qui faciãt nihil possidentes. 2.12.q
misericordia quid sit. 2.7.d
misericordia quomodo sit in Deo ibidem
misericordissimus compatientissimusque cur fuerit Christus 2.19.e
Monachorũ uitæ Priscorũ qualis fuerit 1.4.i
modicum qui iuste intelligendum 1.29.e
molliciei peccatum quantum hoc tempore inoleuerit 2.27.l
molliciem luxuriæ speciem esse periculosissimã ibidem k
monasteria bene instituta quænam habeant commoda 1.5.i
monasteria quam sint feliciter instituta. 1.5.i & 2.22.i
monasterium ingredi qnãdo liceat filijs sine parentum consensu 1.8.p
mons & collis quomodo per Christi aduentum humilientur 1.5.g
mores peruersos clericorũ nõ imitãdos 1.25.l
morari in peccato quam sit periculosum. 2.27.f
mori cum Christo qui debeamus 1.28.d
morituro uel infirmo non credere, sed magis illi iniurari, quam sit peccatum grauissimum 2.27.m
mori uolenti bene quid faciendum sit 2.13.p
mors animæ quibus præcaueatur 2.19.g
mors animæ uti per puellam resuscitatam à Christo designetur 2.27.f
mors cur multis sctis fuerit in desiderio. 2.24.o
mors quæ mala nobis auferat ibidem q
mors quibus debeat esse formidabilis, & quibus non ibidem p
mors uti semper & ubique suspecta sit habenda 2.13.k
mors quid sit, & cur naturaliter sit horrori. 2.24.o
mortale cur iuste uocetur peccatum 2.15.h
mortem quõ sibi faciat homo utilem 2.24.p
mortem animæ esse peccatum 2.19.k
mortem animæ summope cauendam ibidem g
mortem Christi uti diabolus per mulierem impedire uoluerit 1.26.n
mortem hominis esse triplicem 2.19.b

mor-

mortem quis non habeat timere 2.13.p
mortê subitaneã iustis nõ esse piculosam. 2.27.f
mortê timere quõ dicãtur hoies perfecti. 2.4.b
mortê terribiliorem facientia quæ sint, 2.24.p
mortali pctõ obnoxiũ esse q̃ sit piculosum. 2.19.m
morti Christus appropinquans quomodo se ad eam disposuerit 1.28.d
morti quõ se quisq; præparare debeat ibidem
mortis humanæ causæ quæ sint 2.19.b
mortis animæ conditio triplex quæ ibidem f
mortis formido unde ueniat 1.28.d
mortis frequês meditatio quam sit utilis. 2.19.i
mortui tres à Christo resuscitati quid mystice designent ibidem e.f
mos peregrinantiũ Iudæorũ quis fuerit 1.8.d
mos pharisaicus quis fuerit 2.20.b
mos piorum parentum laudabilis quis 2.28.g
Mosi lepra quid significet 2.17.l
Mulier Chananæa quid quemq; doceat suo exemplo 1.18.c
mulierê cur Chrũs uocauerit matrê suã. 1.27.o
mulieres cur fugiendæ sint, & per eas diabolus quid efficiat 1.26.n
mulieres uti se uelare & in omnibus pudicitiam ostendere debeant 1.25.r
mulieribus cur apparuerit Christus ibidem b
mũdantia hoiem à peccatis duo quæ sint 1.24.e
munditia quam sit optabilis 1.10.b
mũdi nomine quid mystice intelligatur. 1.29.b
mundum sumi trifariam 2.2.c
mundum uincere quid sit 1.27.a
mundus quando sit in nobis 1.30.o
mundus quõ decipiat confidentes in se 2.18.o
murmur apostolorum quale fuerit 1.23.f
murmur Iudæ unde prodierit ibidem
murmuratio pharisæorum contra Christum quid intenderit 2.6.i
murmuratiõis leprã esse pniciosissimam. 2.17.d
murmuratorum peccatum duplex 2.35.b
muti ad confessionem faciendã qui sint 1.19.b
muti à laude Dei qui sint ibidem l
muti à fraterna correptione ac cõsolatione. ibi.
muti in administratione iustitiæ qui sint. ibidem
muti spiritualiter qui sint 2.15.e
mutitas periculosissima quæ sit ibidem n
mutitas triplex mala quæ sit ibidem l

NAbuchodonosor quomodo fuerit minister diuinæ iustitiæ 2.13.f
Naim ciuitas qualis sit 2.19.b
nardi spicati natura quæ sit 1.23.e
nasci ex spiritu quis dicatur 2.3.h
natiuitas hominis cœlestis quæ sit ibidem f
natiuitas hominis quam sit miserabilis ibidem
natiuitas hominis triplex quæ sit ibidem
natiuitas spiritualis quæ sit ibidem
naturæ duæ quomodo in Christo sint intelligendæ ibidem i
naturæ nostræ q̃nam debeamus exoluere. 2.26.k
naturæ operationem esse excellentiorem, quam artis 2.18.i
naturas duas probari in Christo 1.9.g
naues duæ mysticæ quid significent 2.8.e
nauicula pœnitẽtiæ nobis ad patriam esse transfretandum 2.22.b
nauicula ut designet pœnitentiam 1.11.d
nauigare quõ dicatur Iesus nobiscum 1.10.e
nauis sancti Petri quid mystice signet 2.8.f
Nazareth cur ciuitas Christi uocetur. 2.22.b
Necessaria quibus quomodo adijciãtur. 2.18.k
necessaria quõ sibi homo quærere debeat. 2.18.b
necessitas felix quæ sit 2.5.q
negationes Petri tres ubi & quando factæ sint 1.25.l
negatio Petri q̃ fuerit grauissimũ peccatũ. ibi.
negligẽtia quãtũ impediat hoiem à Deo. 2.23.k
negociatio omnium damnatissima quæ 1.23.m
negtia fraudulẽta cur duplex sit negtia. 2.26.f
Nicodemi fides imperfectio quanta 2.3.d
Nicodemi pietas erga Christũ quanta. ibidem
Nicodemum ut Christus exerceat ad humilitatem ibidem h
Nocte passionis suæ quænam Christus pertulerit 1.25.s
nocte quisnam dicatur laborare 2.8.g
Nudatio Iesu ante flagellationem quam fuerit illi pœnosissima 1.26.g
nuditas Christi uti ante crucem per Mariam tecta fuerit 1.27.d
nuditas duplex cuiq; fugienda quæ sit 1.26.g
nuditas & paupertas Christi quid nos instruant 1.27.d
numerus septẽ panũ mystice quid signet. 2.10.n
nummisma unde dicatur 2.26.d
nuncij Dei qui sint 2.23.k
nuncij per quos Deus uocat ad se homines qui sint 2.5.f
nuncius diuo Iob calamitates annuncians mystice quid 2.15.b
nuptiæ Christi quomodo sint paratæ 2.23.f
nuptiarum Dei prandium quod sit ibidem k

***

obedi-

Obediẽdi difficultatẽ quænã faciãt. 2.8 n
Obedientia Christi qualis 1 29 m
obedientia Christi qui imitanda 1.20 m
obedientia diui Petri erga Christum quanta fuerit 2.8 n
obediẽtia simplex apostolorũ & turbæ q̃ 2.28 f
obseruatio triplex quæ 2.20 c
Occidere quo ordine, cuiusq; autoritate liceat 2.9 e
occupationis licitæ fructus duplex 1 14 m
occupatio sancta quæ sit ibidem
occurrendum quomodo sit Christo 1.1.o
ocium quanta mala germinet 1.14.m
ocium quanto studio fugiẽdum ibidem & 2 11.d
oculi dirᷓ ad Deũ leuandi qui in oratione. 2.28 e
oculi hominis duo mystice qui sint, & cur dextrũ seruis suis eruat diabolus 2.18 l
Odium charitatis salubre ad proximum etiam extendendum esse 2 21.e
Officium beatorum in cœlo quod sit 2 3 p
officium pr̃ophetæ quod 1.4 d
Oliua mystice quid 1.22 b
Onus Christi leue quod 1.13 g
Opera bona à Christo laudari 1.3 k
opera bona damnari impie ab hæreticis contra præceptum Christi 2 1.d
opa bona in peccatis facta quid efficiant 2 11 f
opa bona quam sint ad salutem necessaria ibid d
opera bona nostra quando sint Dei simul & nostra 2.14 b
opera bona quamuis non præcepta, non tamen negligenda ibidem p
opa bona quonam pacto exercenda sint 1.3 l
opera carnis quænam sint 2.17.a
operum Christi prærogatiua quæ 2 10 b
opera in festo illicita quæ 2.20 k
opa sua facere in Deo & cum Deo q̃d sit 2 2 i
opa quænam appareant uestis cuina 2.11.b
opa quænam merito uocentur bona 2.1 k
opera tenebrarum quæ sint 1.1 c
opa uerbaq; Christi quomodo nos doceant. 1.23.c
operibus bonis & pijs exercitijs hæretici quur detrahant 1.3 l
Orandũ q̃d sit ante cibum, & quid post 2.28.g
orare quænam securius poßimus 1 10.m
orare semper quid sit ibidem
orationem hominis non esse supfluam 1 31.m
orationi conditiones necessariæ quæ ibidem l
orationis conditiones laudabiles quas habuerit publicanus 2 14 l
orationis efficaciſſimæ formula quæ 2.14.i
orationis pharisæi & publicani distantia quæ fuerit ibidem f
oratio Mariæ ad filium suum Iesum ante passionem 1.23 b
oratio nostra exemplo Christi orationis qui fieri debeat 1.24 m
oratio quo tempore nobis magis frequentanda sit ibidem
oratio quænã Deo placeat & quæ non 2.14.i
Ostiaria triticum purgans & obdormiẽs, quid mystice 2.1.n
Oues cur angeli ac homines uocentur 2 6 g
ouis p̃dita quando rep̃ta fuerit ibidem h
oues quænam mystice dicantur 1 28 c
ouium p̃prietates imitabiles quæ ibidem m
Pacem pectoris generantia sex quædam sunt 1.27.o
pacẽ ueram desiderans quid facere debeat ibi p
pacem ueram malus cur non habeat ibidem n
pacis bonum quam sit magnum quid ibidem g
palmas in faciem alicui dare quid 1.25 q
palmitum differentia triplex quæ sit 1 14.d
panem diuersa significare 2.20.b
panes quinq; mystice quid 1.20 l
panes septem mystice quid signent 2.10.h i
panis quotuplex sit intelligendus 1.13 d
panũ p̃ Christũ multiplicatio q̃d mystice. 2.10.o
parabolarũ Christi q̃s præcipuus sit sc̃ſus. 1.15 e
parentes quo filios suos docere debeant 1.8 n
pascha diuersimode accipitur 1.25 f
pascit nos Christus tripliciter 1.28 h
paßio Christi quomodo corde & manu tangenda sit 2 27.i
paßionem domini meditaturo tria necessaria, quæ 1.23 a
paßiones animæ quando sint peccatum 2.9 f
paßiones naturales in Christo quales fuerint 1.24 l
paßionis Christi fructus multiplex 1.23.a
paßionis Christi memoria quur seruetur duabus hebdomadibus 1.21 b
paßionis Christi uirtus quanta sit 1.16.b
paſſus in quibuſnam fuerit Christus 1.28.i
pastor animarum qualis esse debeat 2 28.g
pastoribus priuati amoris extinctio quam sit necessaria ibidem
pastoribus quanta humilitas sit necessaria ibid.
pastori quando fugere liceat 1 28.e
pastoris uita q̃ debeat esse exemplaris ibidem f

Pater

Pater & filius quo ad homines ueniant 2.1.d
patientia Christi eximia quæ 1.29.f
patientia & obedientia Iesu quanta 1.26.a
patientiam uoluntatemq; patiendi uti Christus suo nos exemplo doceat 1.25.a
patientia quid sit 1.16.b
pati pro Christo quis dicatur 1.32.b
pati quo oportuit Christum sic & nos 1.26.f
patres nũcupatiue tantũ uocari homines. 2.19.a
patrimonio Christi quomodo utendum 1.28.k
Pauli apostoli humilitas quanta fuerit 2.14.b
pauperes magis uocandos esse ad conuiuia, quã diuites 2.20.b
pauperes quinam ad cœnã Dei sint uocati. 2.5.p
pauperibus qui subueniendum 1.28.i
pauperibus succurrendum propter multas rationes 2.12.m
paupertas Christi quanta 1.29.a 2.28.e
paupertas Christi in domicilij carentia. 1.24.b
paupertatis Christi uia qualis fuerit 1.30.n
paupertas Christi in cruce quãta fuerit. 1.28.b
paupertas in Christi paßione in septem relucet 1.29.b
paupertas pueri Iesu q̃nanta fuerit in amißionis triduo 1.8.e
paupertatem neminem unquam paſſum qui inegenos misericors fuerit 2.12.m
paupertatis solo titulo quinam periculoſe abundent 1.29.c
pax Christi quid 1.12.a
pax cœlestis quænam sit 2.1.g
pax multiplex quæ 1.27.m
pax mundi quænam sit 2.1.g
pax quid sit 1.27.m
pax seruanda cum tribus ibidem n
pax triplex quæ ibidem g
peccare quinã dicantur ex infirmitate 1.32.g
peccare sub spe confeſſionis faciendæ, quam sit stultißimum 2.25.m
peccata dimiſſa an redeant ibidem g
peccata nostra quibus expientur 2.22.g
pcta oĩa posse uitare p̃ diuinum auxilium 2.2.q
pcta remittere aliena q̃ sit necessarium 2.7.n
pcta uti sint cum spe ueniæ plangenda 2.15.f
peccato nondum commiſſo, uel commiſſo etiam quid sibi proponat homo 2.27.f
peccatores cuiusmodi uocet Christus 1.2.o
peccatores quinam recipiantur a Christo. 2.6.e
peccatores quomodo diligat Deus 2.10.l
pctõri cõuerso congratulandũ p̃pter tria. 2,6,b
peccator qui mundetur à peccato 2.17.f
peccatum mortale cur infinito supplicio puniatur 2.25.n
pctũm mortale qbus bonis spoliat hoiem 2.25.c
peccatũ non confeſſum quid efficiat 1.19.k
pctũm quadruplex cõmitti circa diuitias. 2.4.r
pctũm uti habeat somni similitudinẽ 1.29
pẽdẽtia Iesu in cruce q̃ fuerit pœnoſa 1.27b
pentecostes qualis in lege ueteri fuerit solennitas 2.1.a
petere in nomine Iesu quid sit 1.31.d
Petro quando Christus apparuerit 1.14.a
Petrus cur permiſſus sit cadere in urgationem 1.25.l
Petrus recuſans lotionem pedum suorum, quorum personam gerat 1.24.d
perfectio Christi quanta 2.20.c
perfectio nostra in quo consistat 1.6.b
perſecutiones sanctorum tres quæ sint. 2.11. e f
perſeueranter uti sit Deus amandus 2.16.o
Pharisæi Euangelici stultitia quotuplex fuerit 2.14.i
pharisæi euãgelici supbia quotuplex fuerit. ibi.e
pharisæos quænam in laudibus Christi torſerint 1.22.g
phase comedendi ritus mystice quis sit 1.24.b
Pisces duo mystice quid 1.20.m
pisciculi pauci mystice quid signent 2.10.o
piſcium genera quatuor quænam capi non poſsint 2.8.q
Placandus quanto studio sit offenſus uel contristandus frater 2.9.p
placere uelle hominibus quando sit laudabile, & quando uituperabile 2.18.f
planctus beatæ Mariæ ad Christum defunctum quantus fuerit 1.28.i
Pœna æterna quam iuste infligatur pro peccati delectatione momentanea 2.25.m
pœnæ peccati originalis cur poſt baptiſmũ maneant 2. 24.l
pœnalitatis Christi uia quæ fuerit 1.30.m
pœnam inferni ex multorum societate non minui 2.11.e
pœnã inferni p̃pter sex esse intolerabilẽ. 2.25.n
pœnitentia cur in seculo difficulter poßit recte impleri 2.22.h
pœnitẽtiæ fructus ut sit multiplex 1.19.i
pœnitentiæ opera hæretici Lutherari calumniantes quomodo confutentur 1.3.k
pœnitentia felix quæ 1.14.l

pœnitentia laudata triformis quæ sit 2.6.r
pœnitentiam differre usq; ad mortem quam sit periculosum 2.15.n
pœnitentia quomodo uere definiatur 2.14.f
pœnitentia uti per mare designetur 1.20.d
Pōpeius uti templū domini prophanauerit. 2.13.i
portare crucem quid sit 1.10.k
portare palmarū ramos quid mystice 1.1
portitores animæ mortuæ ad sepulchrum impœnitentiæ mystice qui 2.19.k.l.m
potatum fuisse Christum bis in cruce 1.28.b
Præcepta cur Deus arctius in nouo Testamento seruari iusserit 2.9.m
præcepta Dei quomodo sint honesta, leuia ac utilia 2.18.n
præceptum dilectionis utrum sit unum tantum, uel duo 2.21.e
prædicatio Christi cuiusmodi fuerit 1.15.i
prælati negligentes quanto exposîti sint periculo 1.12.e
prælatis suis quid oīs debeat Christianus. 2.26.e
prælati quanto studio reuocare debeant ouem errantem 1.24.b
prælati uti cuncta agant cum consilio 1.20.k
prælatos contra nostros quibus modis peccemus. 1.25.q
prælatus quando animam suam liberet monendo subditos 2.13.n
præparare uiam domino quid sit. 1.5.d
præsentiam Christi spiritalem corporali esse meliorem ibidem f
præsumptio sui quam sit periculosa 1.26.i
prauæ quomodo fiant indirecta 1.5.b
prudentiam uillici alioqui iniustam quur Christus laudet 1.12.i
proles quanta pietate studioque nutriendæ & instituendæ sint 1.8.m o. 2.8.l
prolibus ne nimium parentes ditandis studeant 2.4.u
propheræ uti fuerint apostoli 1.30.i
prophetas quosnam in Euangelio nominet Christus 2.11.b
prosterni ad terram mystice quid 2.13.o
prouidentiam diuinam præstolantibus tria esse consideranda 2.22.m
proximi quinam apud Iudæos dicebātur. 2.16.g
proximum nostrum esse omnem hominem quadrifariam 2.21.d
proximus noster quis sit 216.f
Publicani quinam dicti sint 2.14.d.29.d.35.e
publicanorum delictum triplex quod 2.35.d
pudicitia Christi quanta fuerit 1.20.k
pudicitia quanto zelo custodienda sit 2.27.l
pudor confitendi qui uincatur 2.15.l
puerorum prima ad Deum conuersio quā sit utilis 1.17.k
purgatio sui ab infamia quādo licita sit 1.21.b
puritate uti Deo seruiendum 2.18.m
puritati Christi quinam repugnent 1.30.k
puritatis Christi uia quæ sit ibidem
purpura charitatis nos uestiri oportere. 1.26.i
Quadragesimale tempus cur institutum sit 1.19.b
Quadragesimali tempore quando comedendum esset 2.28.l
quærendus ubinam sit Christus 1.8.i
quæstiones curiosæ quō sint abigendæ 2.21.g
quies cuiusmodi amanti sit afflictio 2.16.n
Ratio Christi quadruplex contra cogitationes Iudæorum 1.19.c
ratio pro quibus reddenda sit 2.12.d.k
ratio credendi summa quæ sit 2.3.n
rationi reddendæ qd maxime suffragetur. 2.12.f
Recedere à Deo quid sit 2.6.l
receptionem spiritui sancto quæ in nobis præparent 2.1.i
regnum cœlorum diuersis modis accipi 1.12.c
regnū cœlorū p̄ præsentiecclesia sumptū. 2.23.c
regnum Dei quō sit primo quærendum. 2.18.k
regulæ seu statuta monachorum quanti faciendæ 2.14.p
regulæ monasticæ quomodo pro Euangelio militent 2.9.b
regula generalis contra iudicia temeraria. 2.6.p
regula generalis contra omnes fidei dubitationes quæ 2.3.n
regula iustitiæ diuinæ certissima quæ sit. 2.4.x
reliquiæ peccatorum quæ 1.5.b
remedia Christi quinq; contra iniurias 1.21.l
remedium aduersus uanam gloriam 1.9.m
remediū contra quæuis grauia peccata. 2.27.i.k
renouari spiritu mentis quid sit 2.22.a
responsiones Christi ad cogitationes phariseorum causa quæ 2.20.d
responsum cur Christus non dederit pontifici de discipulis suis 1.25.b
responsum cur nō dederit Iesus Herodi. 1.26.c
restituenda uti sint bona iniusta 2.12.q
resurrectionem suam quibus argumentis Christus probauerit ueram 1.26.a
retia apostolica quæ mystice sint 2.8.f
rete Ecclesiæ quando rumpatur ibidem b k.
reuerentia diui Petri erga Christum quanta fuerit ibidem p
Rhaca quid designet 2.9.g
Rigor diuinæ iustitiæ quantus sit 2.25.l
Rogondum in nomine Iesu quomodo 1.31.i
Ruinam prælatorū maxime plāgendā. 2.13.m
Satisfacere quomodo nemo possit pro uno mortali peccato 2.25.l
Scandalum quid sit 1.21.i
scholā cœlestiū præceptorū esse tēplū dei. 2.35.n
scientiæ & sapientiæ dona uti differant. 2.13.n
scientia quænam prælatis sit necessaria 2.7.p
scire quænam debeat homo ante omnia 2.3.l
scripturæ sensus quomodo capiendus 1.25.i
scripturæ sacræ uerba non semper ad literam accipienda esse ibidem
scripturæ sacræ autoritas quanta sit 2.4.n
sacra scriptura quomodo sit intelligenda 1.12.b
seculū quo pacto unicuiq; relinquēdū sit 2.28.i
seculum seculorum quid significet 2.19.a
secreta quænam suis Deus reuelet 1.13.b
semen bonum uti Christus seminauerit 1.12.d
semen cur nominetur uerbum Dei 1.15.l
semitæ domini quæ, quomodo rectæ sint faciendæ 1.5.d
sensus nostros uti captiuare debeamus 1.25.d
sepelieudi mystice Christum modus quotuplex 1.28.k
sepeliendi funeris antiquissimus mos qs 2.19.c
septuagesimæ mysterium quod 1.14.c
sepulchrorum curam habendam esse 2.19.c
sepulchrum animæ mortuæ quod sit ibidem k
sequi Christum quid sit 1.10.k
sequi Christum in desertum mystice qui debeamus 2.10.g
sequi quomodo debeamus Christum crucem suam portantem 1.27.b
sermonem Christi seruare quid sit 2.1.e
seruiendū Deo contēptis rebus supfluis. 2.18.m
seruire diuitijs quam sit miserum ibidem e
seruire teneri hominē Deo propter tria. 2.25.b
seruire diabolo quantæ sit stultitiæ 2.18.o
seruitus Dei quā sit felix & iucunda ibidem e
seruos cuiusmodi requirat Christus, & quales diabolus ibidem l
seruis Dei ueris quæ sit cura maximæ habenda 1.26.c
seruum Dei uerum quid constituat 2.11.f
seruus Christi uerus quis sit. 2.18.e
Signo quomodo spūs sanctus arguat 1.30.p
Signum quid sit 1.7.r s
Signum quo nos ad se uocat Deus quod sit. 2.5.g
Silentium religiosorum quo spectet 2.9.l
Simon leprosus quos signet 2.17.k
Simplicē oculū in opibus mīæ habendum 2.7.m
Simplicitati fidei quatenus innitendū 2.16.o
Simulationē oībus suspectā esse odiosā. 2.26.f
Sinus Abrahæ quid sit 2.4.l
Sitis Iesu in cruce qualis fuerit 1.28.b
Societas malorum quam sit perniciosa 2.17.d
sollicitudinem superfluā esse abijciēdam. 2.18.b
sollicitudo mala quæ sit 1.3.b
sollicitudo nobis prohibita quæ sit 1.4.l
sollicitudo oīs ut sit in Deū reijcienda 2.6.b
sollicitudo quæ sit licita, quæ laudabilis & necessaria, quæ denig; uituperabilis 2.18.p q
sollicitudo supflua quam sit inutilis ibidem i
sollicitudo triplex nobis prohibita quæ sit. ibi.f
somno quadruplici ut sit bō excitandus 1.1.a
Spūi nostro q̄nā debeamus ac soluimus. 2.26.k
spūm sanctum quinā nunquam recipiant 1.32.g
spūs sancti nomina uaria quæ ibidem e
spūs sctūs cur apparuerit in lingis igneis. 2.1.a
spiritus sanctus de iudicio quando mundum arguat 1.30.s
spūs sctūs de iustitia quō arguat mundum ibid.
spūs sanctus inspiratione quinam arguat ibi p
spūs sctūs mundū quō arguat de peccato ibid q
spūs sanctus quænam hominem doceat 2.1.f
spūs sanctus quænam in nobis amet ibidem m
spūs sanctus quænā præcipue detestetur ibid q
spūs sanctus tria quæ in nobis odiat ibidem i
spūs sanctus paracletus cur dicatur 1.32.c
spūs sanctus quomodo beneficio arguat 1.30.q
spiritus sanctus ut homines bonæ uoluntatis illuminet 1.32.b
spūs ueritatis quis sit ibidem d
spolia dæmonum quæ 1.19.e
sponsorum ueterum consuetudo quæ 1.6.b
sponsus in nuptijs quibus Christus interfuit qs fuerit 1.9.d
spuere alicui in faciem quid 1.25.o.
spuere in Christi faciē mystice qui dicātur. ibi.p
Stabularius mystice quis fuerit 2.16.i
stadium quid sit 1.26.c
Superbiæ proprium quid 1.18.f.b
superbia ex consuetudine quid efficiat 2.5.b
superbiam duplicem esse 2.17.i

Superbiam grauem esse lepram 2.17.i
Superbiam in cœlo natam esse ibidem
Superbia quam sit Deo & hominibus odibilis 2.14.b & 20.g
Superbia uti uerecundiam se fingat 1.15.n
Superbire quid sit 2.14.c
Superborum spiritu genus triplex quod sit. ibid.
Surditas spiritualis quæ 1.3.f
Surdus mutusq; mystice qs intelligatur. 2.15.c.e
Suscipiẽda uti sint omnia de manu domini. 2.5.n
Synceritas Christi in arguendo cuiusmodi 2.20.b.n
Synceritatem in omnibus esse seruãdam. 2.26.f
Syndone munda quinam Christus mystice inuoluatur 1.28.b
Syndon mystice quid significet ibidem
Syntereſis clamor cuiusmodi sit 2.15.b
Tabernaculum cur recte uocetur Ecclesia 2.35.b
Tacere quur Christus uoluerit interrogatus 1,26.m
tauri mystice quid 2.23.d
Tempestates mystice quæ sint 1.11.c
templum animæ quando Deo dedicetur. 2.35.p
templum Deo dedicatum quanta sit reuerentia colendum ibidem m
templum dissoluendũ uti Christus seipsum prædixerit 1.25.m
tempori ea asscribi quæ fiunt in tempore. 2.23.a
tenebræ cur uocentur peccata 2.2.b
tenebræ duplices quæ 2.23.b
tenebræ mundi huius quæ sint 2.24.b
tentatio triplex quæ 1.17.k
tentationes à tribus quomodo generẽtur. 1.11.k
tentationes quinam ferendæ sint 1.26.i
tentationes quomodo nos oporteat tolerare & non tolerare ibidem
tentationes spirituales quõ curentur 1.10.b
tentationum utilitas quanta 1.17.m
tentare Deum quid sit ibidem b
tentari cur uoluerit dominus ibidem e
tentari quam sit seruis Dei utile ibidem o
terra bona quæ sit 1.15.m
testimonium duplex quod 1.32.i
testimonium quinam non perhibeant Christo 1.32.k
Timor reuerentiæ erga Christum quis. 2.22.e
timorem cuiusmodi charitas excludat 2.4.c
tituli crucis Christi uirtus quanta. 2.37.k
titulus quur cruci Iesu superpositus fuerit. ibi.
Trabe quid mystice designetur 2.7.i
tria quænam in nobis Christo locum præparent 1.3.n
tribulatis & afflictis quid agere congruat 1.24.o
triduo sequi Christũ quid sit 2.10.g
Trinitas personarum in diuinis uti adsentatur 2.3.c
Trinitatis sanctissimæ cultum quæ nos docent ibidem p
tristes & tentati quomodo consolandi 1.24.i
tristem fuisse Christum usque ad mortem propter multas causas 1.24.l
tristitia electorum Dei quã cito finietur. 1.29.f
tristitia mala quæ ibidem l m
tristitia mentis cur maxime cauenda sit 1.11.b
tristitia naturalis quæ sit 1.29.i
tristitia sanctorum bona quæ ibidem k
Tubam nouissimam quinam tristes sint audituri 2.15.i
tunica Christi inconsutilis quid mystice significet 1.27.l
turba quæ Christo in die Palmarum exhibuerit 1.22.f
turbæ pascendæ panes apponere quid sit. 2.10.o
Tyrus ciuitas quam excellens fuerit 2.15.b
Vallis quomodo per Christum impleatur 1.5.g
Vallus triplex quo anima circundatur, quis sit 2.13.o
Velare Christi oculos mystice q dicãtur. 1.25.r
uelationis faciei Christi causa quæ ibidem
uendere cor suum Deo quid sit 1.1.p
uenditio Christi quid mystice 1.23.m
uerba beatæ Mariæ ad Iudã proditorẽ. ibid.k
uerbo suo sexto in cruce quid Christus indicarit 1.28.c
uerbum Christi primum in cruce quantæ fuerit charitatis & misericordiæ 1.27.g
uerbum Christi secundum in cruce benignitatis quantæ fuerit ibidem n
uerbum Christi tertium in cruce, quantæ dulcedinis ibidem o
uerbum Christi quintum in cruce quanti fuerit desiderij indicium hominum saluandorum 1.28.b
uerbum Christi septimum in cruce quale fuerit ibidem d
uerbum Dei audientiũ cõditiones uariæ. 1.15.g
uerbum Dei nõ audientiũ genus triplex. 1.21.d

ver-

Verbum Dei quid clamauerit 1.4.i
uerbũ probrosum quãdo alijs inferre liceat. 2.9.g
ueritatem facere quid sit 2.2.p
uestes exuere mystice quid 1.22.b
uestes quales monachi ferre debeant 1.26.l
uestibus melioribus uti cui quando liceat. 2.4.g
uestibus ouiũ quibus occultẽt se hæretici. 2.11.k
uestimenta apostolorum mystice quid 1.1.k
uestimenta exuere substernereq; Christo qd. ib l
uestimenta ouium quænam sint 2.11.b l
uestimentum Christi mystice tangendum quod sit 2 27 i
uestis nuptialis habenda quæ sit 2.5 n
uestis nuptialis quæ sit 2,23,b
Viæ Christi quæ sint 1.30.k
uigilantia patrum primitiuæ Ecclesiæ erga se & sibi concreditos quanta fuerit 1.12.f
uirginitas quam sit uirtus excellens 1.9 d
uirginitatem seruare quã sit gloriosum. 2.27.m
uirginitatis naturæ quanta excellentia 1.7.i
uilla quid mystice signet 2.5.b
uillicus Dei quis sit 2.12.d
uillicus iniquitatis in quibus sit imitandus. ibi.o
uinea quid mystice signet 1.14.c
uirtus in infirmitate bisariã perficitur 1.15.d
uirtutes notabiles septem in uerbis Christi 1.29 q
uirtutes suas quur sancti absconderint tam studiose 2.26 i
uirtutum omnium exemplar ut sit Christus 2.6.m
uisitetur quinam homo quotidie à Deo 2.13.n
uitæ Christi à quibus contradicitur 1.17.f
uita Christiani hominis tota ut sit quædam continua crux 1.27.b
uita solitaria quur hodie sit maxime necessaria 2.15 f
uitam communem quur Christus duxerit. 2.6 o
uitæ mediæ quam sit dispar hominum conditio 2.4.d
uita triplex quæ sit. 1.17.c
uitam carnalem odiendam esse 1.4.k
uita solitaria cur præcipue quærenda sit. 2.10.i
uitiorum genera decem per leprosorum propriꝫ etates designata 2.17.i
uituperatores quam sint utiles, & cur magis amandi sint, quàm laudatores 2 26 i
uitulus saginatus & occisus quid mystice signet 2.5.d
Vocari à Deo hominem dupliciter 2.23.k
uocare operarios quid sit 1.14.g
uocati quomodo multi dicantur ibidem n
uocatorum ad cœnam Dei genus triplex quod 2 5 o
uocem uerbi quinam audierint 1.4.i
uocet Deu uti hominem multifariam 2.5.f
uox Christi qua cõtinue uocat hoiem q sit. 2.5 f
ucluntas propria quæ dicatur, & quam sit periculosa 2 23. k
uoluntas propria quæ dicatur 2.28.k
uoluntas quænam dicatur bona 2.10.l
uoluntas rationalis quomodo in tentatione custodienda sit 2.27.m
uoluntate propria uti se quisque nudare debeat 1.26.c
uoluntates duas fuisse in Christo 1.24.m
Vulnera alligare quid mystice 2.16.i
uulnera animæ ex peccato originali quatuor quæ ibidem g
uulneris lateris Christi fructus quis 1.28.f
uulnerum numerus Christi quis 1.29.s
uulnerum Christi renouatio 1.27.d
uulnerum quinque cicatrices quur Christus seruauerit 2.23.c
Zachæus quur Christum uidere desiderarit 2.35.f
Zelando lucrandis animabus quantum debeant studere prælati 2.8.m
Zelosus prælatus uti subditorum suorum ruinam defleat 2.13.n
Zelotes cuiusmodi sit Deus noster 2.18.e
Zelũ castitatis quantũ sancti habuerint. 2.27.m
Zelus animarum quam necessarius sit pastoribus 2.28.g
Zizania mystice quos signent 1.12.d
Zoroastes quis fuerit 2,3 f

FINIS.

AD

AD BENEVOLVM LECTOREM.

QVoniam Errata nonnulla in vtraque huius voluminis parte, diligentiori postea studio relegendo, atque cum ipsius autoris exemplari nostrum conferendo, animaduertimus Lector candidissime, quæ te forte in legendo remorari possunt: ea tuæ humanitati indicanda decreuimus, omissis ijs, quæ quiuis per se facile aduertere poterit. Obsecrantes vt boni consulas, si studio diligentiæq; nostræ in corrigendo euentus non responderit.

ERRATA PARTIS HYEMALIS.

Numero marginali II. post literam B. linea 73. lege. Omnes populi. Tam gentes, quam populi decem. III. 120. in te habes. I. 37. constantia. F. 48. die aduenient. VIII. E. 25. electioribus. IX. H. 37. quod nos. XIIII. L. 35 noluerit. XIX. E. 85. liberatus. XXI. H. 90. ex patientia & humil. XXV. E. 12. cantatum est. I. 104. simulatam, quoniam oportet respic. N. 81. uelamentum abijcit. XXVII. A. 40. minabãtur. B. 36. longissimam. 38. crucẽ illi. L. 24. non scindamus. XXVIII. F. 56. uoluit. G. 50. mortuus. 68. ac summa.

PARTIS AESTIVAE.

Numero II. Q. 6. in bono. V. S. 21. præterimus. VIII. K. 29. uim. N. 5. uilitatis. XII. R. 9. ornans. XV. F. 43. nec ab alio, quam ab eo. XVI. I. 27. cogitando, quicquid loquendo. XVII. A. 29. suadet, excitat & impellit spiritus Dei. Porro, quicunque spiritu Dei aguntur seu impelluntur, hi filij. XX. P. 42. filij Rechab. XXI. A. 56. enim lege. H. 17. sonumue. M. 11. timore tacebas tremulus uehementer conscientia remordente. XXII. F. 31. feramur. XXIII. D. 8. quantus ad illum conflueret. E. 15. illis se. F. 39. abierunt. XXIIII. Q. 12. ministram. XXV. M. 27. in die. XXVII. B. 16. primi mariti. XXIX. E. 15. occiderunt: & qui ad ipsos uocandos uenerant, multi occisi sunt, sicut Christus. 35 non tempore. K. 56 Ideo. XXX. O. 73. formidolosa. His tamen qui in Dei amore sunt perfecti, secundum spiritum nõ est formidolosa. XXXI. F. 49. perstitit. G. 18. in peccatorẽ. 30. ut debita. M. 61. nostra iterum. XXXII. A. 15 proficiendi. 55. uilitatis. C. 14. res erat. 34. pro communi.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS, EPISTOLA BEATI Pauli apostoli, ad Romanos XIII.

I.

CIENTES quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cũ credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Nõ in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

Vanquã nulli non tempori hæc Pauli congruat exhortatio, qua (quãdoquidẽ vitæ nostræ tempus vt hora tã breue est) nos excitat vt à somno peccati, à somno ignorãtiæ, à somno deniq; eui gilemus incuriæ & negligentię: tamen huic maxime conuenit tempori hæc lectio, quando dñi celebramus aduentũ. Siue enim dñi meditemur aduẽtum in carnem, siue in mẽtem, siue ad iudiciũ adhuc futurũ (triplex em̃ huius est hic aduẽtus) summa nobis cura agendũ est, vt à somno eui gilemus peccãdi. Nam quomodo celebrare possumus dñi aduẽtum in carnẽ, nisi gratias eidem pro tãta charitate, qua ad nos venit, acturi? Quomodo autem gratias agemus, non intellecto beneficio?

A quadruplici somno surgendum.

Aduentus Christi triplex.

I.

B

Aduentus primi dominici ratio.

Roma. 6

Roma. 13

Est igitur aduertenda dominici aduentus ratio, vt sciamus eum propterea venisse, quo liberos nos faciat ab oñi peccato. Sed quomodo ob dominicum hunc gaudebimus aduentum, quomodo exultabimus ob eius aduentum, qui à peccatis nos redemit, nihilo minus in peccatis perseuerantes? Hora igitur est, quãdoquidem qui ad redimendos nos venit, prope est, à somno & obdormitione nos surgere, ne eius charitati videamur velle illudere, qui ad liberandos à pcto nos venit. Quod si ad uentum domini in mentem suspiramus, quomodo hora non est nos à peccatis cessare? Fruſtra enim in peccatis perseuerantes hunc expectamus aduẽtum, siquidem in maleuolã animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Postremo, si vltimũ recolimus aduentum, quo iam à domino iudicandi, & iuxta operum nostrorum cõditionem sumus accepturi, haudquaquam nos oportet moras agere, quin à peccatis ante euigilemus. Hora igitur nunc est nos à somno surgere, morari diutius dedecet. Propior enim nunc ex aduentu saluatoris nostri est nobis nostra salus (quare incũbit quoque nobis minime in torpore vetustatis obdormire) q̃ eo fuit tempore cum legis vmbra relicta, credere cœpimus. Nox & vmbra veteris legis transijt, in qua omnia in obscuro & in figura agebantur, dies autẽ & tempus euangelicæ legis appropinquauit, in quo ad salutem nostrã diligẽtius nos vigilare & operari decet. Abijcienda igitur nobis sunt opera tenebrarum.

Sapien. 1

III.

1. Cor. 10

C

Opera tenebrarum quæ.

Opera tenebrarũ peccata sunt & actus vitiosi, quia turpitudinem, verecũdiam & ignominiam hæc habent, & ad principem pertinent tenebrarum. Abijciamus igitur opera tenebrarũ, damnemus plãgamusq; peccata prętérita, futura autem caueamus, iuxta consiliũ Sapientis, qui dicit: Fili peccasti, ne adijcias iterũ, sed de præteritis deprecare, vt tibi dimittãtur. Induamur q̃q;

Eccle. 21

Arma lucis quę, & quō induenda.

arma lucis, quæ ſunt dona ſpiritus ſancti, quibus contra mundum, contra carnem, contraque hoſtis nequitias munimur, & ad vincendas iniquas inimici ſuggeſtiones confortamur. Sunt quoque virtutes arma lucis, ſeu munimina gratiarum: qbus a domino veſtimur & exornamur. Indui autem iubemur, non quod in facultate ſit noſtra ornari munirique donis & virtutibus diuinis. Siquidem vt quidā dicit, Induit me dominus veſtimēto ſalutis, & indumento iuſticię, ſeu (vt alia habet lectio) læticiæ circundedit me, & quaſi ſpōſam decorauit me corona: ſed q̄d ad hæc ſndumenta debeamus ſuſpirare, anniti, eadem optare, pro his dominum orare, & nullum obicem impedimentumve diuinæ operationi obiicere. Induamur itaque arma lucis, ſic vt in die gratiæ, qui p Chriſti nobis illuxit aduentum, honeſte ambulemus. Honeſte ambulamus, cum inno center viuimus, dumq; diuinæ legi ſubiecti, virtuoſe ac reuerenter coram Deo ambulantes, proximos noſtros bono ædificamus exemplo. Ad quod Chriſtus nos hortatur, dicens: Sic luceat lux veſtra (videlicet quia inquit lux veſtra luceat, non tenebræ obſcurent) coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, & glorificēt patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Ambulemus, inquit, ſicut in die, ne in tenebris offendentes quempiam ſcandalizemus.

Eſaiæ 61

Honeſte ambulare quid.

Matth. 5

D

Non autem ambulemus in commeſſationibus vitioſis, gulę & luxui deditis, aut ad inanem gloriam, aut ad ſuperfluitatem paratis. Quia tāetſi honeſta cōuiuia decenter & religioſe obſeruata nō reprehendantur, & hoſpitalitas vbiq; in ſacra ſcriptura laudata ſit, illa tamen ſunt euangelica conuiuia, de quibus Chriſtus loquitur, docens nos, cum prandium facimus, non inuitare diuites, aut amicos & vicinos, qui habent vnde nobis retribuant, aut qui iterum nos inuitent, ſeu nobis beneficium refundant aut honorem. Hæc enim quærere, non eſt Chriſtum quærere, ſed eſurientes & inopes voca ad prandium, nam & illos multo minoribus impenſis reficies, q̄ optimates & diuites. In illis etiam Chriſto places, Chriſtum recipis, Chriſtū paſcis, qui pro illis tibi retribuet in retributione iuſtorum: quandoquidem illi non habēt vnde tibi retribuant. Propter Chriſtū igitur ſolum, & ex commiſeratione illis ſolis

Lucæ 14. Conuiuia euangelica quæ.

ſolatium beneficiūq; impendas. Cęterum aliįs comeſſationibus epulationibusq; abſtinendum eſt. Admonet enim nos ſaluator noſter, dicēs: Videte ne grauent̄ corda veſtra crapula aut ebrietate. Ambulemus itaq; non in comeſſationibus, nō in cubilibus & impudicitiįs. Laſciuiam carnis & luxuriam, libidinemq; vetat impudicam, quæ in matrimonio quoque haud raro excedit, in oſculis, tactibus, & huiuſcemodi aliįs prouocatiuis, quæ luxuriam in cō iugio conſtitutis nullo licet reſpectu coniugiį, commouent. Sunt enim hæc beſtialia vitia, gula, ebrietas, & impudicitia, efficiunturque vt beſtiæ ac bruta animalia, hi qui vitiįs huiuſmodi ſeruiunt. Propterea dicit ſpiritus ſanctus: Fornicatio & ebrietas auferūt cor. Nec ſolum carnalibus eſt vitiįs abſtinēdum, ſed ambulādum quoq; nobis eſt non in contentione & æmulatione, hoc eſt, in ira & liuore. Vbi enim (ſicut Iacobus in epiſtola dicit) zelus & contentio, ibi in conſtantia & omne opus prauum. Optimum igitur viro eſt conſilium, quod Timotheo Paulus ſcribit: Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem credentium.

Luce 11

Oſe. 4

Iacob. 3

2. Tim. 2

E

Poſtremo vbi monuit nos quid nobis ſit vitandum Paulus, non tacet quid ſit etiam amplectendum, dicens: Sed induimini Ieſum Chriſtum. Suauiſſimum hoc eſt verbum. Non dicit, tegite aut operite vos Chriſto, ſed induimini Ieſum Chriſtum. Qui veſtem induit, omnem nuditatem ſuam celat atque inuoluit: Ideo qui Chriſtū iubetur indui, plena perfectaq; iuſtitia & ex omni parte abſoluta iubetur operiri, vt nulla pars actionis maneat à ſyncerita-te aut à iuſtitia nuda. Qui enim in quibuſdam actionibus eſt iuſtus, in aliįs item iniuſtus, quaſi hoc latus cooperuit, illud nudauit. Indui igitur iubemur dominum Ieſum Chriſtum, hoc eſt, figuram totius vitę ipſius in nos transformare, imitari, atq; in nobis exprimere. Sic enim à Paulo monemur, vt quō portauimus imaginē terreſtris Adę, ita portemus & cœleſtis figurā, eius virtutes & opa in nos transformādo. Ad hæc autē hodiernū nos quoq; inuitat Euangelium, q̄d hodie, vt ſequtur, legitur.

Ieſū Chriſtum induere quid.

1. Cor. 15

EXEGESIS EVANGELII
eiuſdem dominicę I. Aduentus,
Matthæi XXI.

AD-

ADuentum domini celebrātes, hoc tempus ſignificamus, q̄ patres noſtri deſiderijs feruētiſſimis, clamoribusq; importunis Dei filij incarnationē, ſuiq;, hoc eſt, humani generis redemptionem poſtularunt. Nos autem de domini aduentu aliquid dicturi, primum de quo (cum multiplex poſſet intelligi aduentus domini) dicere ſtatuamus, vobis ſignificari neceſſe eſt. Eſt enim aduētus domini in carnem. Hic iam aduentus prēteriit. Deus enim homo factus eſt, non itę; hoc modo in mūdum venturus. Eſt aduentus alius domini ad iudiciū, quem expectamus quidē omnes, licet non pari fiducia & conditione. Veniet enim in fine mūdi dñs Ieſus iudex ad generalem mortalium cunctoq; reſuſcitationem, diſcuſſionē & retributionem, daturus omnibus, vt ſcriptura habet, mercedem iuxta eorum opera. Quibuſdam enim daturus eſt vitam felicitatemq; æternam, glorificaturusq; corpora eorū, quæ pro ſuo hic honore eſurierunt, alſerūt, ſudauerunt, perſecutiones, itemq; odia ſuſtinuerunt mūdi, quamobrem eadem coronabit tunc inenarrabili felicitate, & gloria multiplici. Porro aliįs ediuerſo ob eorum ſuperbiam, laſciuiam, voluptatem, aliaque ipſorum peccata reddet, vt meruerunt. Huius aduentus hodie iuxta Euāgelium præſens, quod multis in eccleſijs legitur, nulla fit memoria, quæ ex litera colligi poſſit.

Aduentus in carnē, Ioan. 1

Aduentus iudiciī.

Apoca. 22

Aduentus myſticus.

F

Eſt tertius aduentus ſpūalis, inuiſibilis ſecretusq; Dei in mentem hominis, qui nullo non tempore fit, imo quotidie omniq; momento. Hic tametſi omni tempore cogitari, optari, expectariq; debeat, tamen in hoc Euangelio non præcipua illius ſeruatur memoria. Cuius igitur, inq;s, ſeruatur memoria? Primi aduentus in carnē. Cuius ideo nunc recolimus, quod infinitam ſuam miſericordiā ſuper nos magnificarit Deus, eruens nos ab omnibus malis, & implens omnibus bonis. Euangelium itaq; q̄d hodie legitur, dominicæ quæ Palmaq; vocatur, conformis eſt, hodie tamen nihilominus legitur, propter prophetiam Zachariæ de vēturo Meſſia loquētis, quæ hoc in Euāgelio enarratur. Cuius certe aduentus ſignum ſeu indicium certum poſuit ipſe Propheta, quo Chriſtus & Meſſias vēturus agnoſceretur. Quod indiciū cum illa die, quam nos Palmarum dominicam vocamus, dñs exhiberet, factum eſt vt propterea illa quoq; dñica ſidem legatur Euangelium, hic quidem propter prophetiā & ſignum Zachariæ, dicentis: Dicite filiæ Sion, quia rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam. Quaſi diceret: In hoc ſigno cognoſces Chriſtū Meſſiamq; tuum veniſſe, cum videris illum ſedentem ſuper aſinam pauperem & māſuetum aduenire. Quod cum in vltima dominica antequam moreretur, impleretur, ſtatutum eſt ab Eccleſia, vt tunc quoq; idem Euangeliū legeretur. Huius Euangeliį expoſitionem proinde illo tempore congruam inuenies infra in eadē dñica. Quod vero hodie legitur, non fit propter hiſtoriam, ſed propter prophetiam, qua nobis ſignū datur manifeſtum, quo verum agnoſcere debeamus Meſſiā. Itaq; nunc quidem pro aduentu domini, pro ſigno indicioue, quo Chriſtus agnoſcatur, legitur, vt dixi. Circa domini vero paſſionem die, qua geſtum eſt, iteratur, qa rei tunc geſtæ hiſtoria deſcribitur. Audiamus igitur Euangelium.

Zach. 9

Zacharie 9

Cū appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliueti, tunc miſit duos diſcipulos, dicens eis.

Ex monte nobis dñs ppinquat Oliueti (Hieroſolymitæ em̄ iuxta myſticū ſenſum ſumus oēs) quia de magna eius miſericordia venit, vt noſtram ſuſciperet naturam, noſtram infirmitatem & miſeriam. Ipſe enim tūc nobis appropinquabat, qñ noſtra ſuſcepit, & ſua nobis tribuit. Nam incarnatus diuinorū nos munerum ſuorum fecit participes, noſtrę infirmitatis ediuerſo ipſe particeps factus. Itaq; cū prope eſſet vt veniret dominus, mundū ſuum aduentum non omnino latere voluit, ſed vt in ſe crederet mundus venturum, quaſi duos diſcipulos præmittens, mundum id docere voluit, vt in ſe credentes venturum per fidem ſalui efficerentur, quemad modum & nos qui modo illū credimus veniſſe. Qui, inquis, autem duo hi fuere diſcipuli? Si iuxta literam & hiſtoriam fuerit reſpondendum, vt aliqui putant, Petrus fuit & Philippus (quamuis aliįs aliud videatur) qui domino aſinā & pullum ad

I G duxerunt. Porro ſi de aduentu dñi Euangelium hoc intelligamus, nõ incongrue dici poteſt hos duos fuiſſe ſtatus ante Chriſti aduentum celebres, patriarcharum ſcilicet & prophetarũ. Hi enim ab initio aut verbis, aut rebus & prodigijs venturum Meſſiam qui mundum liberaret, prænunciauerunt. Nunquã enim ætas aliqua fuit mundi, cui defuerunt viri iuſti, vel ex patribus, vel ex prophetis, qui clarius & ſupra alios tam diuina reuelatione, quam rerum figurarumq; ſignificatione illuminati, plebem de vẽtura ſibi redemptione vel in obſcuro docuerunt, eandemque in fide continuerunt redemptionis futurę. Nihil enim faciet dominus, vt propheta habet, ſuper terram quod non prius reuelet ſeruis ſuis prophetis. Quomodo ergo illos hoc ſaluti noſtræ tam neceſſarium celaret? Quis enim dubitet Abraham in hac promiſſione intellexiſſe Meſſiam Chriſtum, quia audientem in ſemine ſuo bene dicerentur omnes gentes? Aut quis eum in filio ſuo, quẽ duxit iuſſus ad immolandum domino, portante ſupplicium ſuum quo erat offerendus, neget intellexiſſe figurari venturum Meſſiam? Deinde Melchiſedec nonne Chriſtum, Chriſtique ſacerdotium & ſacrificiũ palam omnibus ſignauit? Iacob quoq; in benedictione filiorum ſuorum duodecim patriarcharum, quã non raro ſub velamine verborũ Chriſti meminit? Manifeſtius autem vbi Iudæ dicit: Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat, q mittendus eſt (pro quibus Chaldaicã aiũt tranſlationem habere, donec veniat Meſſias) & ipſe erit expectatio gentium. Moſes quoq; non ignorauit, de quo loqueretur, cum diceret: Mitte domine quem miſſurus es. Nec dominum non intellexit cum audiret: Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tui. Aut cum illud ad populum referret, dicens: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dñs Deus tuus, ipſum audies. Deinde vix Pſalmus occurrit, quo Dauid de Chriſto non cantet futuro, redemptionis noſtræ modum, hoc eſt, Chriſti paſſionem, non aliter quam hiſtoriã recenſens. Prophetę deniq; oẽs, & inter hos præcipue Eſaias, de aduentu domini prophetant. Eſaias nanq; de Chriſto tã lucide ſuã prophetiã, pinde ac ſi euangelicã ſcriberet narrationem, profert. Quam perſpicue enim de Chriſti loqtur aduẽtu, vbi dicit: Ecce dies veniũt dicit dñs, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ, & regnabit rex & ſapiens erit, &c. Item: Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel. Poſtremo, cum oẽs enumerare prophetias nimis foret longum, Ioãnes quoq; ppheta & plus quã propheta non ſolum prędicit, ſed digito etiam ſuo nobis Chriſtum monſtrat, & cauſam ſimul illius aduentus indicat dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Venit enim dominus Ieſus quęrere & ſaluum facere, quod perierat. Duos itaque dominus diſcipulos præmiſit, quia duo (vt dixi) ordines patriarcharum & prophetarum, qui Chriſtum mundo venturum prænunciauerunt, aut lex & prophetæ: lex enim in Moſe ſignificatur, qui circũciſionem præmonuit de Chriſto futuro. Eſaias vo præcipue inter prophetas Chriſtum eiuſdem que ortum, prædicationem, paſſionẽ, gloriam, & gentium vocationem narrat.

Diſcipuli duo myſtice quid.
Auguſtin.
Amos 3
Gene.22
Gene.14
Gene.49
Ibidem.
Exodi 4
Deute.18
Hieron.
Hierem.23
Eſaiæ 7
Ioan.1
Lucæ 19

Ite in caſtellum q̃d contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullũ cũ ea: Soluite & adducite mihi.

H Vt paulo ante dixi, per diſcipulos duos à domino miſſos ſignificari legem & prophetas, ita per aſinam & pullum nemo non intelligit circunciſionem & præputium, hoc eſt, Iudæam ſeu populum Iudæorum, & gẽtium. Quem vtrunq; populum dominus Ieſus ſibi voluit adduci, qa vtriuſq; voluit populi mẽtibus inſidere, vtrunque à peccatis liberare. Adducitur autem aſina & pullus, dum Iudæa primum, deinde gentium quoq; natio Chriſto docenda, frenanda, gubernanda, ac poſſidenda præparatur. Quod per legis & prophetarum eruditionem factum non dubitatur, quibus mundus ad Chriſti ſuſceptionem ad Chriſtiq; fidẽ, & ad eius euãgelicam p̃dicationẽ ſuſcipiendã eſt præparatus. Itaque mittens illos dicit: Ite in caſtellum q̃d contra vos eſt. Non iniuria mũdum caſtellum vocat, quomodo alio quoq; loco ſcriptum eſt: Ingreſſus eſt Ieſus in quoddam caſtellum, &c. Mundus enim caſtellum eſt, quo fortis armatus multo tempore poſſuit atrium ſuum, euangelica expugnatione nunc Chriſti expugnandum. Hoc erat caſtellum contra apoſtolos, quandoquidem

Aſina & pullus myſtice quid
Caſtellũ qui.d
Lucæ 10
Lucæ 2

quidem & contra magiſtrum, id eſt, contra dominum Ieſum erat, cuius iugum Euangelicæ ſcilicet legis quamuis ſuaue, recipere ac ferre recuſabat. Erat quoque contra quoſcunque Dei ſeruos, amicos & prophetas, quos pariter omnes perſecutus eſt & oppreſſit. Quis enim fuit prophetarum quem mundus non eſt perſecutus? Alium lapidauit, alium interemit, alium ſerra lignea diuiſit, alium capite truncauit. Propterea enim quod dominico voluerũt parere mandato, & adducere aſinam ad Chriſtum, à mundo & mundi principe perſecutionem paſſi ſunt, licet mundus impedire non potuerit, quin adduceretur.

Et ſi quis aliquid dixerit vobis, dicite: Quia dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos.

I Quantas paſſi ſunt contradictiones prophetæ & prædicatores ſancti, qui aſinam adducere curarunt ad Chriſtum? Nemo tamen perſequentium prouidentiam & cõſilium impedire valuit Chriſti. Nam
Actor.3 & cum Iudęi nollent Apoſtolorum prædicationem ſuſcipere, nec ſuper ſe mortem ſi nerent Chriſti induci, vt videlicet illis imputaretur Chriſti crucifixio, ceu his qui Chriſti mortem fuiſſent iniuſte machinati, & idcirco perſequerẽtur Apoſtolos, monuit eos Gamaliel legis doctor, vt perſequi deſinerent apoſtolos docentes, nec eorundem prædicationi obſiſterent, nedum ſe illis opponerent, omnipotenti Deo repugnaſſe inuenirentur. Hoc modo Chriſtus dicit: Confeſtim dimittet eos. Quantum enim ad ſenſum allegoricum pertinet, nemo principum huius ſeculi quantiſ libet etiam machinatiõibus ſe opponeret, Apoſtolorum impedire valuit prędicatio nẽ. Eorum aũt cõtradictio innuitur ex altero Euãgeliſtarum, qui ſcribit Apoſtolis obiectum ac dictum: Vt quid ſoluitis pullum? Verum vbi his reſponſum eſt dominum hoc opus habere, & vbi ſignis & virtutibus atq; prodigijs oſtenderũt apoſtoli dñi voluntatem eſſe, vidẽtes tyranni, quia impedire non poterant, dimiſerunt eos.

Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per pro-
Zacha.9 phetam, dicẽtem: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium ſubiugalis.

Non leuis nec vulgaris opinio apud Iudæos de Meſſia venturo fuit credentes illum venturum, & ſuo aduentu & temporali poteſtate Iudæis regnum reſtituturum, & omnia illius ditioni temporali eſſe ſubijcienda. Inoleuerat autem hic error multo iam tempore, vt aliud neſcirent Iudæi de Meſſia, nec qui hodie diſperſi ſunt, aliud credũt, quam vt Meſſias temporalis ſit rex futurus, potens & glorioſus, cui ſubijciantur omnia. Hæc aũt opinio adeo manſit in cordibus Iudæorum fixa ac vulgata, Matth.16
vt materquoq; filiorum Zebedæi dñm Ieſum verum credens regem, ſeu Chriſtum & Meſſiam, pro filijs ſuis eundem rogauerit, dicens: Da mihi, vt ſedeant hi duo filij mei tecũ in regno tuo, vnus ad dexteram, & alius ad ſiniſtram. Putabat enim ilico eum poſt reſurrectionem regnaturum, & quod in ſecundo promiſſum eſt aduentu, in primo eſſe complendum. Nec apoſtoli etiam poſt reſurrectionem aliud ſuſpicati
Actor.1 videtur, dum Chriſtum paulo poſt ad cœlos aſcenſurum interrogarunt: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Cauſam erroris non minimam præbuit ſcriptura perperam ab illis intellecta, quo modo & cũctis hæreſibus præbuit, & præbebit cauſam à veritate hallucinandi. Le-
Eſaiæ 2 gerãt enim: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus ad montem domini, & domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. Et in Hieremia: In
Hierem.3 tempore illo vocabunt Hieruſalem ſolium domini, & congregabuntur ad eum omnes gentes in nomine domini in Hieruſalem. Legerant etiam in Pſalmis de
Pſal.71 Chriſto: Et adorabunt eum omnes reges, oẽs gentes ſeruient ei. Quia liberabit pauperem à potente. Corã illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Hæc aliaque id genus multa legerãt, audierantve Iudęi de Meſſia Chriſto ſcripta, quæ non intelligentes ſpiritualiter implenda, credebãt temporali maieſtate Meſſiam oñibus imperaturum. Hinc illorum errorem Zacharias elidere volens propheta: Dicite, inquit, filiæ Sion, hoc eſt, Zacha.9

genti Iudæorum, dicite synagogæ Iudæorum: Ecce rex tuus Christus, seu Messias venit tibi, nõ vt tu putas, glorioſus ac imperioſus vt dominator terrenus, ſed manſuetus & pauper, puta ſedẽs ſuper aſinam, pacis amicam, laboris patientem, & ſimplicem, nõ ſuperbo vectus equo, qui procul odoretur bellum. Quaſi diceret: Hoc habebis ſignum filiæ Sion aduentus tui Meſſiç, vt dum illum videris pauperem, manſuetum, & ſuper aſinam ſedentem ad te venire, ipſum agnoſcens & benedicens, dicas:
Iob 39
Benedictus qui venit in nomine domini.
Pſal.117
Chriſtus igitur vt ſe ꝓbaret eſſe Chriſtũ, ſe quoq; illum teſtaretur eſſe, de quo Zacharias prophetarat, fecit ſibi adduci aſinã & eius pullũ, cui inſideret introiturus Hieruſalem ad patiẽdum. Ideo hic dicitur: Vt impleretur quod dictum erat per prophetam. Non ſolum tamen propterea tantum Chriſtus hoc feciſſe credendus eſt, vt prophetia impleretur, ſed potius qa futurum erat, à propheta prædicabatur.

Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut p̃ceperat illis Ieſus, & adduxerũt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.

K Ante iam dixi per aſinam & pullum ſignificari gentes duas, Iudæorum ſcilicet & gentium. Per aſinam nanq; non obſcure ſignificatur ſynagoga, quæ oneribus aſſueta legis domita fuit. Porro pullus quia laſciuus erat & effrẽnis, gentes ſignificat, nullo iugo, nullis adhuc legibus ſubiectas. Apoſtoli itaq; vtrunq; ad Chriſtum adduxerunt. Quod ſi de tempore quod Chriſti præceſſit aduentũ, intelligatur, lex & prophetę de vtroq; populo multos prę parauit Chriſto adducendos. Nam circa Chriſti natiuitatem & prędicationẽ multi reperiuntur ex gentibus conuerſi ad Iudaiſmum, indeque ad Chriſtum. Quoniam Hieroſolymis ad diem feſtum Paſchę multi ſociabantur ex gentibus, qui gratularentur Iudęis, & eorum communicarent feſtiuitati. Horum Ioannes euangeliſta quoq;
Ioan.12
meminit dicens, quod gentiles aliquot erant ex his qaſcenderant Hieroſolymam, vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippũ, qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Ieſum videre. Venit Philippus inquit, & dicit Andreæ. Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu. Quolibet non tantum in Iudæa notum cœpiſſe fieri Deum ſiue Chriſtum, ſed etiam ad gentes & Samaritanos nomẽ eius diffuſum. Quod autem aſinæ ſiue pullo apoſtoli impoſuerunt quo mollius ſederet Ieſus, ſua veſtimenta, eſt intelligendum quod prędicatores atque nuncij Chriſti, tam hi qui ante, quam qui poſt eius aduentũ adducere curarunt animas ad Chriſtum, non ſolum Chriſti aut legis præcepta docuerunt, ſed etiam humanis vſi ſunt perſuaſionibus, eruditionibusq;, de ſuo ingenio aut induſtria nonnihil adijcientes, quicquid huic ſubiectioni & obedientiæ fidei noſſent ac commodum aut vtile. Quod ſcite ſapientiſſimeq; nouit Paulus, vt illius epiſtolę & apoſtolorum acta teſtantur. Hæc erant veſtimẽta hominum quæ Chriſto, quo mollius ſederet, hoc eſt, q̃ ſuauius animabus illaberetur, reciperetur, & feruentius, quietiusq; inſideret, ſuppoſuerunt.

Veſtimenta apoſtolorum myſtice quid.

Plurima autem turba ſtrauerũt veſtimenta ſua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.

L Ad literam hoc, quando dominus ſedens ſuper aſinam Hieroſolymam paulo ante paſſionem ſuam intrauit, impletũ eſt, vt hic ſcribitur. Significatur autem eorum deuotio qui Chriſti receperunt aut recipere volunt aduentum, quo debeant deſiderio, quo gaudio, quo denique honore occurrere ſaluatori. Portent ramos arborũ ſiue palmarum, hoc eſt, celebrent victorias de hoſtibus ſuis, id eſt, de peccatis ac vitijs ſuis, eosq; domino offerant atque ſubſternant, nihil ſibi, ſed gratiæ & mirificentiæ illius victoriam ſeu profectum ſuum aſcribẽtes, & eum propterea honoribus & laudibus afficientes. Exuant prętera veſtimenta ſua, quæ veteris ſint hominis oportet, & quando iam non in veteri vita, ſed in nouitate eſt ambulandum, Chriſto eadem ſubſternant, contemnẽdo prioris vitæ opera, & in anteriora ſe extendendo. Qui enim priorem vitam ſuam damnans atq; deſpiciens, Chriſto eandem ad meliora reformandã ſubijcit, hic veſtimenta ſua Chriſto ſubſternit. Ramos de arboribus cæſos Chriſto ſubijcit, quiſquis virtutes & exempla perfectorum virorum, qui vt arbores florent in eccleſia, tanquã frondes inde cæſos imitatur & exercet, vt in his nõ ſuam, ſed Chriſti gloriam quærat.

Ramos palmarũ myſtice portare.

Veſtimenta exuere Chriſtoq; ſubſternere quid.

Turbæ autem quæ pręcedebant, & quę ſequebantur, clamabant dicentes: Hoſiha hna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine domini.

Totum hoc quod factum eſt, nihil aliud ſignificat quã quod tam iuſte, quã digne laudem regi vero, Chriſto vero, Meſſiæ vero, tribuerunt omnes pij quotquot Chriſtum confeſſi ſunt, à nobisq; laudes tribuẽdæ ſunt, quoniam fecit nobiſcum ſe cũdum miſericordiam ſuam. Venit enim
Tobiæ 3
omnipotens ad imbecilles, medicus ad infirmos, liberator ad captiuos, ad ignaros doctor, ad eos qui in tenebris ſunt, lux: & vt tandem ſimul dicam omnia, ad eos qui ad mortem erant ſempiternam condemnati, qui excluſi erant a regno Dei, redemptor & ſaluator aduenit. Iuſtiſſime igit clamauerũt, filio Dauid Hoſihahna, hoc eſt, recte & digne Chriſto dño & Meſſiæ vero, quem nouerant filium deſcendere ex propagine Dauid, acclamauerunt Hoſihahna, id eſt, ſaluum me fac obſecro. Eſt eñ ſenſus, ac ſi dicatur: Iuſte dicitur Deo, aut clamatur illi: Miſerere mei, quia illi cõ
Pſal.50
petit miſereri, & nõ ab alio quã ab eo maxime nobis neceſſaria eſt petẽda miſericordia. Hoc modo ab Euangeliſta quoq; dicitur, quod Chriſto clamauerunt turbæ, hoſihahna, id eſt ſaluum me fac obſecro, aſſerere volens quod turba illum habuerit vt ſaluatorem. Nos aũt filij, qui non minorem quam vulgus hoc vndecunq; collectum fidem ad Chriſtum habemus, vtpote qui vere & indubitato Chriſtũ Meſſiam, ſaluatoremq; noſtrum, & Dei filium credimus dominum Ieſum, intelligamus quoque neceſſe eſt, quis venerit ad nos, aut (ſi de adhuc venturo aduentu aliquo loqui volumus) quis ſit ille, qui venturus ad nos ſiue iudex ſiue inhabitator
Pſal.49
eſt, cuiusq; aduentus ſit celebrandus. Certẽ Deus Deorum. Certe ipſe eſt qui eſt ſolus eſt Deus. Hic (quum propter inobedientiam noſtram prævaricatores eſſemus, & æternæ damnationis rei) propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, venit ad liberandos nos. Nemo enim nos alius ab æternæ mortis potuiſſet cruciatu liberare, niſi ipſe ſolus. Debuit enim eſſe homo qui pro nobis ſatisfaceret, quia in ea natura, quæ peccauerat, oportebat ſolutionem aut ſatisfactionem fieri: ſed hominũ nullus potuit infinitę virtutis opus aliq̃d facere, quo ſolueret peccatũ, quo infinitæ bonitatis Deus erat offenſus. Nullus etiã
Tobiæ 14
hominum erat mundus a peccato, ideo neque pro ſe neq; pro alijs potuit ſatisfacere. Quis igit alius potuit? deus. At nõ debuit Deus (neque enim ipſe peccauerat) ſed hominem eſſe oportebat, vt in natura quæ peccauerat, peccatum puniretur. Inuenit igitur ſumma bonitas, infinita ſapientia, immenſaque charitas, conſilium, quo nobis parceretur, & nihilo minus iuſtitiæ ſatisfieret diuinæ pro peccato. Nam Deus ipſe Dei filius ꝓpter nos factus eſt homo, vt haberet ex natura humana qui deberet ſatisfacere, & ex diuina qui poſſet. Poſuit igitur pater ſuper eum iniquitates omniũ
Eſaiæ 53
noſtrum, & in eo puniuit. Itaque ipſe pro nobis ſatisfecit qui nihil deliquit, Chriſtus ſaluator noſter Deus & homo. Ipſe vulneratus eſt propter delicta noſtra, ipſe
1. Pet. 2 Rom. 4
attritus eſt propter ſcelera noſtra: noſtri miſertus eſt, nobis peccata donauit, quia vt donaret, pro nobis ſanguinem ſuum fudit. Ipſe pro nobis doluit, cuius liuore ſanati ſumus. Videte itaq; quis & quantus eſt qui nobis aduenit, & cuius aduen-
Eſaiæ 53
tum celebramus. Nempe Deus & homo, vnus Emanuel. Huius itaque aduentus, hoc eſt, tantæ miſericordiæ memoriam facturi, quæ nobis per Chriſtũ aduenit, ſtatuamus domino omnipotenti gratias agere, ipſum adorare, laudare & benedicere, pro charitate ſua immenſa, qua nos miſeros benigne reſpexit, miſericorditer propter nos homo factus eſt, nobis viam ad regnum cœlorum aperuit, oſtendit docuit, & in ſe præmonſtrauit. Huic charitati o filij gratias agite, illum benedicite, illum vt amatorem veſtrum miſericordiſſimum ac fideliſſimum diligite: quoniam propter ſolam ſuam bonitatem ſaluos nos fecit dominus Deus noſter qui in ſecula ſeculorum eſt benedictus, Amen.

M Exhortatio.

SERMO IN EADEM DOminica. Quomodo ad nos venerit Chriſtus, quo modo etiam nos

illi debeamus occurrere.

N Zacha,9 DIcite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus sedens, super asinam, Matthæi XXI. Ecclesia hodie incipit celebrare aduentum domini, nõ quod iterũ expectet in carne dominum vẽturum, nobisq; in specie commoraturum humana: sed assumit psonam veteris ecclesiæ, quæ ante Christi fuit natiuitatẽ, quẽ magno feruore Christi desiderauit aduẽtũ, illiusq; dilatiõe grauabat. Inde sunt pphetarum ac patrum oracula clamãtium ad dominum, & illius præsentiam postulãtium, quæ his quoq; diebus legũtur. Verbi gratia: Rorate cœli desuper & nubes pluãt iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem. Vtinam, inquit, disrumperes cœlos, & descenderes. Item, Ostende nobis faciem tuam & salui erimus. Item. Ostende nobis dñe misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Quæ verba quid quęso significant, nisi desiderium deuotum, ac feruens Christum videndi? Sicut ergo in die natiuitatis domini recolimus eiusdem natiuitatem, natiuitatisq; gaudiũ & fructũ, ita nũc recolimus eiusdem incarnationẽ, & p illa desideriũ patrũ suspirantium. Hæc aũt recolẽdo, merito erubescimus teporem nostrum, qui ab illo patrum feruore nimis distamus: quia quum sciamus nos aduentus dominici fructum posse vberiorẽ celerioremq; obtinere quã illos, posse intra nos Christum suscipere, & eius aduentum in nobis sentire: non tamen pro illo clamamus, nec rogando ingemiscimus. Planxit sui æui tepiditatẽ olim diuus Bernardus. At q̃ rectissime nostra plãgeret tẽpora, si hodie quis viueret Bernardus. Ita enim super cantica dicit: Desiderium sanctorum patrum suspirantium in carne p̃sentiam Christi frequentissime cogitans, confundor & compungor in memetipso: & nunc vix cõtineo lachrymas, ita me pudet & tædet teporis temporis huius. Admoneo itaq; vos filij p celebrationem dominici aduẽtus, reminisci misericordiæ immensæ diuinę, qui se propter vos exinaniuit, formam serui accipiens, vt haberet in quo vos posset redimere, in q̃ posset vos reconciliare patri, in quo posset pro vobis pati & mori, in q̃ deniq; vos posset docere vobis posset viã vitæ, viam ad regnum cœlorum, & virtutum exempla ostendere.

Esaiæ 45 Esaiæ 64 Psal. 97 Psal. 85 Bernad. Phil. 2

Absq; ratione enim non est quare nobis nũcietur mansuetus, pauper & sedens super asinam aduenire. Pensate quo illud attineat, quod is de quo Prophetæ tam multa magnifica atq; sublimia scripsere, nullã tamẽ dicitur, aut potestatem, aut gloriam ostentare: nec prænunciatur in maiestate aliqua venire, sed pauper, mansuetus, & sedens super asinam: nisi quod in hoc signo vult eum propheta agnosci, in q̃ ipse vult se imitari? Vide igitur quomodo ille ad te venit, vt pari modo tu quoq; ad illũ accedere satagas. Ideo enim humilis, pauper, mãsuetus ad te venit, vt eius discas formam humilitatis, mansuetudinis, paupertatis, aliarumq; virtutũ imitari. Nã quod rex hic vocatur, quamuis vere sit rex, (is nempe est in cuius vestimento & fœmore scriptum erat: Rex regum & dominus dominantium,) nihil tamẽ hic exhibuit in mundo regium, aut quod potestatis esset terrenæ. Nam matri & fabro Ioseph subditus fuit, in deserto inter animalia ieiunauit, pedes de ciuitate in ciuitatem ambulauit, a ludæis sputa & conuitia pertulit: Inter hęc Pilato regem quidem se non abnuens, Regnum meum, inquit, nõ est de hoc mundo. Est tamen reuera rex noster nos pascens, nos regens, nos defendens, nos liberans. Beatus qui se illi regendũ committit, beatus qui se illi regendum præbet, qui eius obtemperat mandatis, qui eius sequitur ducatum, qui sese illi conformare, qui illum satagit imitari. Dicite igit filiæ Sion: Ecce rex tuus quem tantopere desiderabas, venit. Hic ingredietur ante te, & p̃liabitur bella tua, accepturus hostem tuũ fortem illum armatum, captiuum, armaque eius tollet ab eo, & spolia distribuet. Huius militiam discе, quæ est paupertatem & contemptum amare, seruare humilitatem, exhibere mansuetudinem, concupiscentias & desideria carnis & omnem amorem suiipsius mortificare. Attende filia Sion, quia rex tuus vocari vult, quo intelligas & tibi & propter te solam ipsum aduenire. Animaduerte quoque quia tibi se prænunciari vult aduenientem, desiderium tuum in hoc excitans, exhilaransq; spiritum tuum vt sibi occurras. Occurrere autem ei dignius non potes, nisi amore feruens, quomodo ipse feruens amore vrgetur ad te venire. Exurge igitur, occurre, & amans illum tui amantissimum exci-

Zacha,9 Quomodo ad nos venerit Christus. Apoc.19 Lucæ 2 Marci 1 Matth.4 Ioan.18 Militia Christiana quæ. Occurrendũ quo ht Christo.

pe. Agnosce regẽ tuũ, & ad obediendũ illi te para. Adorna thalamum tuũ q̃ digne illum recipias hospitio. Quod, inqs, hospitium? Cor tuũ. Sic em̃ iubemur, scriptura dicẽte: Præparate corda vestra dño. Siqdem & ille nihil adeo desiderat q̃ cor tuũ, dicẽs: Præbe mihi fili cor tuũ. Deliciæ em̃ eius sunt esse cũ filijs hominũ. Ad uerte autẽ hic primo q̃d cor tuũ non sibi vult accõmodari dũtaxat, sed dari: qa vult nõ solũ ad tẽpus, nec admissus tantũ, sed verus ac ppetuus esse dñs, habitator ac possessor cordis tui. Vult igit cor tuũ solus, & hoc ipsum totũ possidere, vt q̃quid illi obsequiũ, q̃quid laudis, honoris & gratiarum actionis obtuleris, id ex corde pueniat. Cor em̃ nostrũ scaturigo oĩs est boni, maliq;. Quãobrem q̃ cor tuũ desiderat, teipsum totũ desiderat. Sed quid mirũ vt teipsum totũ repetat, q̃ seipsum totũ prior dedit? Qui igitur cor suũ Deo tradit, seipsum totũ tradit. Porro ille accõmodat & non præbet, qui quandoque & ad tempus illud domino quando placet, offert, & sibi vbi voluerit, resumit. Secundo, non vult sibi cor tuum locari. Locat qui pro mercede illud domino tradit, hoc est, q̃ promercede dño seruit. Qui huiusmodi sunt, audient: Receperunt mercedẽ suam. Nam si pro temporalibus bonis, si pro sanitate, si propter gloriam opinionemq; hominũ Deo seruis cor tuũ locasti dño, atq; p̃ mercede exposuisti. Tertio quoq; cor tuũ sibi nõ vult vẽdi. Vẽdunt q̃ Deo p̃ pmio cœlesti seruiũt. Et q̃uis p̃mium cœlesti sit ipse Deus, impurus tñ ille est amor ac prem̃ appetitus, q̃ tibi p̃cipue bene optas, vt tibi bene sit, æstimans æternam beatitudinem esse vitam, quæ nihil habeat tristitiæ aut mæroris, cui nihil desit gaudij, cui oĩa abundent bona, & nihil sit ibi tædij. Hãc igitur vitam si sic amas, si sic optas, & pro illa tibi bene volens, Deo seruias, quo tibi bene sit, vendis cor tuum Deo, puta non seruiturus alioqui illi, nisi æterna tibi seruiendo cõparare posses gaudia. Hic amor adhuc nimis quærit seipsum. Ideo vult dominus vt cor tuum illi dones, præbeasque totum, vt si possibile foret, etiam gratis ei optares seruire: nõ præcipue propter te, sed propter ipsum, vt ille ex te honorem habeat & laudem quãuis in se ille perfectus sit, nec honore & laude tua egeat. Voluntas tamen tua bona illi placet. Quam quo minus de mercede cogitas, copiosius gloriosiusque coronabit. Quod sapienter differit B. Chryso. dicens: Merces tibi maior augetur, quando nõ spe mercedis operaris, sed studio placẽdi. Vt igitur cor tuum totum Deo tuo offeras, præbeas, ac plene resignes, ob seruanda sunt septem exercitia, quorum scriptura sancta nos commonefacit. Primum est cor præparare, tanquã domum domino ad habitandum. Quia scriptum est: Præparate corda vestra domino. Quod maxime de aduentu domini intelligitur, cui est locus in se dignus præparandus. Quia vero scriptum est etiam: Domum tuam domine decet sanctitudo: nec ipse habitare consentit in corpore subdito peccatis, necesse est, vt omnẽ spurcitiam, omnem dolum & simulationem, omnemq; impuritatem a corde tuo eijcias. Alioqui non delectabit illum habitare in medio tui. Adorna igitur thalamum tuum Sion, para domino locum in te, non solum mũdum & sanctum, sed etiam quietum. In pace enim cum sit ei factus locus, dedignat impacatam habere domum. Esto igitur simplex, humilis, mitis, castus & pudicus, timens Deum, & recedens ab omni malo: & dubium non erit, quin eligat tecum dominus habitare. O si audire etiam mereris dominum tibi dicentem: Lauda & lætare filia Sion, q̃a ecce ego venio, & inhabitabo in medio tui, hoc est, in corde tuo. Beatus qui habet te habitatorem dñe Iesu. Beatus cui tu rex mansuetus aduenies, insides. Secundum cordis exercitium est custodire. Ad quod sapiens nos hortatur dicens: Omni custodia serua cor tuum q̃m̃ ex ipso vita p̃cedit. Alia debemus, quæ ad peccandum nos vel trahunt, vel alliciũt, vel inuitãt, p̃scindere, vt sunt peccata peccandiq; occasiões, tã in hominibus, q̃ in locis alijsque quibuscunq; noxijs euitãdis. At vero cor nostrũ cõmunire debemus bona ac firmate voluntate, debemus custodire vigili cura & prudentia, debemus deniq; p̃fidium diuinæ custodiæ orãdo nobis aduocare. Nisi em̃ dñs custodierit ciuitatẽ, frustra vigilat, q̃ custodit eam.

Tertiũ exercitiũ legimus cordis in scriptura, q̃d est aperire. Videndũ tñ cui aperias cor. Neq; enim omnibus aperiẽdum. Alioqui haud quaquam adhibenda præciperetur nobis custodia cordis. Deo igitur

s.Reg.6 Proue.23 Proue.5 Accõmodare cor suum Deo q̃d sit. Cor suum Deo locare q̃d sit. Matth.6 Vendere Deo cor suũ q̃d sit. Donare cor suum Deo quid sit.

Ioannes Chrysost. Exercitia cordis septem. Cor præparare. 1.Reg.7 Psal.92 Ioel.2 Psal.73 Tobiæ 4 Zacha.2 Cor custodire. Proue.4 Psal. 126 Cor aperire.

Cor quibus ſolũ aperiendũ ſit.

tur ſoli eiuſque nuncijs ab eo veniẽtibus, hoc eſt, inſpirationibus ſanctis, admonitionibus q̃ diuinis aperiendũ eſt cor. Aperiendum eſt & patefaciendum, & conſentiendum ad recipienda monita & conſilia diuina. Ideo ſcriptum eſt: Adaperiat dominus cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis. &c̃. Adaperiat, inq̃t, hoc eſt, vos cõſentire, placereq̃ faciat vobis legem ſuam. De hac apertione in Apocalypſi dñs loquitur: Ecce ſto ad oſtium & pulſo. Si quis mihi aperuerit ianuam, introibo ad illũ cœnaboq̃ cum illo. Nihil em̃ magis deſiderat, quam aperiri ſibi cor noſtrũ, q̃d ingrediatur. Propterea in Canticis rogat: Aperij, inquiens, mihi ſoror mea, amica mea, &c̃. Quartũ eſt cordis exercitũ ſtabilire illud. Optimũ eſt, inq̃t Apoſt. gratia ſtabilire cor. Cor ſtabilire eſt in ꝓpoſito ꝓficiendi, atq̃ ad meliora ſemp̃ progrediendi perſeuerare, ne hodie dño ſeruire dum decreuimus, cras ab hoc in aliud, q̃d magis placeat, recidamus. Eſt quoq̃ ſtabilire cor in hoc vnum, quod ſolum eſt neceſſarium, illud figere, nec ab illo propter vana, leuia ocioſaq̃ recedere. Quia vero ſi lij indefinenter inſidiatur nobis communis hoſtis noſter, tentans quomodo a bono ſtatu, quomodove a bono propoſito nos aut retrahat, aut impediat ꝓ media q̃ cunq̃ poteſt, eſt idcirco neceſſe vt domus noſtra ſundata non ſit ſuper arenam tantum, ſed ſuper petram firmi immutabilisque boni propoſiti, q̃ nulli cedamus tentationi. Tentat enim, & auertere nos molit diabolus à bono ꝓpoſito aut ꝓ vitia, quæ diligere conſueuimus, aut ſub colore ſpeciq̃ alterius boni melioris faciẽdi. Quod tamen ſolum proponit nobis, vt abducat nos ab vtili bono, quo vnum deſerentes aliud non obtineamus, aut vt ſaltem importunitate tædioq̃ ſuggeſtiones eius to ties reijciendi, victi deficiamus. Quapropter contra omnes eius aſtus ſtabiliamus corda noſtra, nec hæſitemus circa ea, ad quæ vocati ſumus, maxime ſi his teſtimonium adferat ſuperiorum noſtrorum catholicorum aſſertio, ſi ſacræ acceſſerit ſcripturæ autoritas, ſi deniq̃ ea noſtra ꝓbauerit conſcientia, & aliorum quoq̃ bonorũ virorum Deum timentium id roborauerit conſilium. Itaque cum nunquam non infeſtet nos ſerpentis aſtutia, quo a diuinis nos præceptis, & a felici aut propoſito aut ſtatu, aut loco nos abducat, ſimus memores ſententiæ Eccleſiaſtici: Fili accedẽs ad ſeruitutem Dei, ſta (hoc eſt, ſtabilis perſeuera) in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ. Et iterũ: Eſto firmus in via Dei. Quintũ cordis exercitiũ eſt, dare alicui cor ſuum. Nemini iuſtius, nemini honeſtius, nemini caſtius, nemini felicius cor noſtrum dare poſſumus, q̃ deo, vtpote cui totũ debemus q̃d ſumus. Et hoc ſolũ cor noſtrũ deſiderat. Quod vbi habuerit, ſatis eſt illi. De hac donatione ſeu oblatiõe cordis noſtri Deo facienda paulo ante ſupra dixi. Sextũ exercitiũ cordis in ſcripturis indicatũ, eſt illud leuare. Propterea Paulus nos admonet, quæ ſurſum ſunt, quærite, & in Threnis iubemur leuare corda noſtra cũ manibus. Eſaias quoq̃ nos admonens: Eleuare, inquit, eleuare, conſurge Hieruſalem. Bis cor noſtrũ eleuandũ dicit, qa & intellectu & affectu in ſupernoꝝ meditatione & appetitiõe decet nos ſemp̃ verſari. Septimum legimus cordis exercitium, quod eſt illud ſcindere. De q̃ Ioel propheta: Scindite, inquit, corda veſtra, & nõ veſtimẽta veſtra. Erat ludæoꝝ cõſuetudo, ſi q̃d blaſphemiç, indignumq̃ Deo audirẽt, ſcindere veſtimenta, ſed hoc faciebãt multi Phariſæorum & ludæoꝝ duro & obſtinato nihilominus corde. Dicit igit̃ Propheta, corda potius ſcindenda quã veſtimẽta. Vę enim duro cordi & obſtinato, quia excludit a ſe gratiam & Dei miſericordiã. Ea autem corda, quæ frangunt, quæve ſcindun tur ad contritionem, ad compũctionem, & ad compaſſionem, aperiunt ſe ad diuinæ miſericordiæ receptionem. Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Expẽde ſingula verba, & vide quam ſint ſuauia, quã affectiua, q̃ ſpirantia amorem. Vide quam paterno, q̃ amantiq̃ corde, q̃ blande deniq̃ te filiam vocat, ſe regẽ tuum nominat, vt habeas vnde in eo glorieris. Demum tibi, id eſt, propter te, & in vtilitatem ac felicitatem ſe tuam venire prænunciat. Ne autem vllo modo timeas, & ne forta ſſe ingratitudinis & delictorũ tibi conſcia, ad illum accedere verearis, prædicitur tibi quoque quod venit manſuetus. Neq̃ enim modo venit vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum: venit ſaluare, non dãnare: venit te ſibi attrahere, nõ repellere. Ideo em̃ per Hieremiam

Matth. 7

Apoc. 3

Can. 5

Hebræ. 12 Stabilire cor qd ſit.

Luc. 10

Eccle. 1

Eccle. 5

S Cor dare.

Oſee 4

Eccle. 3

Cor leuare. Coloſſ. Thren. 3

Eſaiæ. 9

Cor ſcindere.

Ioel. 2

Pſal. 18

Eccle. 3

Cant. 8 Bernard.

Zach. 9

1. Cor. 9

Ioan. 3

Hiere. 4

am tibi loquens, ait: In perpetua charitate dilexi te, ideo attraxi te, miſerãs tui.

Sed nunq̃d in nobis inuentũ eſt, q̃d Deum attraheret aut inuitaret? Nihil ꝓter dona ſua. Nulla em̃ fuere merita noſtra, quare ad nos veniret. Sola bonitas ſua impulſit, ſola charitas coegit vt ad nos veniret, vt nobis ſubueniret, vt benefaceret, & vt oĩa ſua ac ſeipſum nobis largiret. Sic em̃ ꝓ Oſee loquit: Sanabo cõtritiões eoꝝ, diligã eos ſpõtanee, hoc eſt, nullo exigẽte eorũ merito, ſed propter memetipſum hoc faciam. Homo tamen duræ ceruicis, quamuis multis eiuſmodi promiſſionibus conſolaretur, inuitareturque ad redamandũ, nihil tamen aut parũ credere potuit verbis, niſi ea admirabili etiam modo viſibilibusque oſtenderentur exemplis. Nam cum nihil in ſe agnoſceret diligendum, de diuina charitate non aliter ęſtimabat, quã de amore humano, qui meritis prouocatur humanis, augeturque & fouetur eiſdem. Voluit igitur hanc ab homine ſuſpitionem Deus tollere, & beneficio immenſo, atque re ipſa ſuæ charitatis magnitudinem homini monſtrare. Eam obrem factus homo ad nos venit, & tantæ dulcedinis, manſuetudinis & dilectionis ſigna in nos erogauit, vt nobis neq̃ diuertendi eſſet locus, neq̃ excuſandi, imo non eſſet, qui ſe abſcondere poſſet a calore eius. Nihil enim ad trahendum volentius eſt amore, quo nos ad ſe trahere voluit. Fortis enim eſt, vt mors dilectio. Vt enim diui Bernardi non prorſus verbis, ſed ſententia vtar, Deus volens nobilẽ creaturam reuocare, Si, inq̃t, inuitũ illum coegero, aſinũ habeo, ꝓpterea q̃d non libens ſed renitẽs veniat. Nunq̃d aſinis meum dabo regnum, aut de bubus cura eſt mihi? Scio q̃d faciam. Homo quia ꝓ conditione naturæ ſuæ timidus eſt, terrebo eũ, ſi fortaſſe hoc modo conuertatur & viuat. Et commina-

tus eſt quæq̃ acerbiſſima, quæ poſſent audiri, puta perpetuam a ſe ſeparationem, dolores interminabiles, tenebras * internas, vermes immortales, ignemq̃ inextinguibilẽ, aliaq̃ id genus, cuiuſmodi multa habet ſcriptura ſacra. Verum homo ſentiẽs, quia hæc ſibi non mox inferebãtur, qa dilationem ſenſit ex miſericordia ſibi fieri, diſtulit & ipſe ad Deũ cõuerti, nec minas has timuit. Itaq̃ cum hoc modo nõ reuocaretur, dixit dñs: Nõ ſolũ timidus eſt homo, verum etiam cupidus. Promittam ei longæuos & felices dies, bonorũ & diuitiarum abundantiam, ſanitatem, pacem & nouiſſime vitam æternã. Sed adhuc nihil ſe proficere videns, vnũ, inquit, adhuc reſtat (ineſt em̃ homini quoq̃ amor) & ꝓ hunc eum obtinere poſſum. Venit igitur ipſemet Deus factus homo, & hominibus benigniſſimum, humillimũ, fideliſſimũ, dulciſſimumq̃ ſeſe exhibuit, adeo vt in eius paſſione lapides quoq̃ ſcinderentur. Qui igitur ad hanc manſuetudinem, ad hanc charitatem, fidelitatemq̃ cõuerti noluerint, ſunt certe audituri: Quid vltra facere debui, & nõ feci? Quoniam non acceptaſtis manſuetudinem & miſericordiam meam, neceſſe eſt vos ſentire iuſtitiam meam. Animaduertite filij quãta propter nos facit Deus, quanta facit nobis, quantum diſſimulat, quam parcit, quã benefacit nobis inuitans, expectanſq̃ nos ad pœnitentiam, quam miſericorditer nobis dimittit peccata noſtra, propterea quia nos diligit, & non vult nos perire. Conuertamus igitur corda noſtra ad eũ cum lachrymis, peccata noſtra, duritiam atque ingratitudinẽ noſtram flẽtes, & nõ ſinamus in nobis perire, aut ocioſam eſſe charitatem eius tantam, ne tãtis eius beneficijs non reſpondeat fructus ſalutis noſtræ, præſtãte domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula.

Matth. 25

Eſaiæ 5

DOMINICA SECVNDA DOMINI ADVENTVS, Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Romanos XV.

II

VÆcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturaꝝ ſpẽ habeamus. Deus autẽ patiẽtiæ & ſolatij det vobis idipſum ſapere in alterutrũ ſecũdũ Ieſum Chriſtũ, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, & patrem dñi noſtri Ieſu Chriſti. Propter q̃d ſuſcipite inuicem, ſi-

cem,ſicut & Chriſtus ſuſcepit nos in honorem Dei. Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circũciſionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrũ. Gentes aũt ſuper miſericordia honorare Deũ,ſicut ſcriptum eſt: Propterea confitebor tibi in gentibus dñe,& nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate oẽs gẽtes dominum,& magnificate eum omnes populi. Et rurſum Eſaias ait: Erit radix Ieſſe,& qui exurget regere gentes,in eũ gentes ſperabũt. Deus aũt ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo,vt abũdetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti.

Pſal.17. Deut.32 Pſal.116

Eſaiæ.11

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Rom.15

ANte hæc verba Paulus monuerat Romanos, q̃ nemo ſibi placeret: placere autẽ ſatageret vnuſquiſque ſuo pximo in bono ad ædificationem: in hoc nõ eũ laudans placendi appetitum, de quo Pſalmus loquens: Diſſipati ſunt (inquit) & confuſi, qui hominibus placent. Et de q̃ ipſe quoque Paulus ait: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Hic enim placẽdi appetitus inanem gloriam quærit ac diligit ſeipſum: ſed de ſtudioſa obſeruatione loquitur charitatis, qua debemus alterutrum mutuis abſtinere offenſionibus, nõ quærere quæ noſtra ſunt, ſed alter alterius portare onera, mutuã inter nos abſq; offenſione ſeruare pacem, viciſſimq; prouocare nos officijs charitatis ad delectionem. Nam & Chriſtus, inqt, nõ placuit ſibi (placere enim ſibi pabulũ priuati eſt amoris, germẽ ſuperbiæ, patientiæ deſtructio, læſio charitatis) ſed ſuſtinuit, ſicut ſcriptũ eſt: Improperia improperantiũ tibi cecidерunt ſuper me. Docens enim veritatẽ Chriſtus, arguens iniquitatem, honoransq; patrem ſuum, ſeductor mundi, Deiq; blaſphemus iudicatus eſt, quod ꝓpter patrẽ & propter nos patienter ſuſtinuit. Itaq; quæcunq;, ſiue hæc, ſiue alia in Pſalmis, in lege & ꝓphetis ſcripta ſunt, propter nos magis, qui eadem intelligimus, quam propter eos, qui ſub veteri lege erãt, & ea vtpote adhuc futura non intelligebant, ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Ad patientiam aũt confirmat nos ſcriptura quo que vt beatificemus eos, qui ſuſtinuerunt. Conſolationem quoq; inde recipimus & ſpem, quod domini paſſionibus conformamur, ſentimusq; nos eſſe, q̃bus dictũ eſt a Chriſto: Si me ꝓſecuti fuerint, & vos ꝓſequent. Itẽ: Si mundus vos odit, ſcitote q̃ priorẽ me odio habuit. In ipſis itaque ſcripturis conſolamur, docemurq; communicare paſſionibus Chriſti, docemur in ꝓſenti tempore habere patientiam, docemur gaudere in tribulationibus, docemurq; in ſpe regni cœleſtis nos erigere. Et hęc q̃dem ſcripturę nos docẽt. De us aũt patientiæ & ſolatij, id eſt, q̃ eſt collator patiẽtiæ & cõſolationis, hęc tribuit, iuxta illud Pſalmi: Qm̃ ab ipſo patientia mea. Et ſicut legimus: Benedictus Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, q̃ conſolatur nos in omni tribulatiõe noſtra. Hic igit Deus patientiæ & ſolatij det vobis idipſum ſapere, vt nõ ſint in vobis diſſentiones & ſchiſmata, ſed vnum idemque ſapiatis omnes, & hoc ſecundum Ieſum Chriſtum. Qui enim ſecundum Chriſtum ſapiũt, procul dubio bonum eſt q̃d ſapiunt. Vt vnanimes idipſum ſentientes vno ore pariq; confeſſione honorificetis Deum, & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt mutua in vobis perſeueret concordia, ſuſcipite inuicem, ſuccurrat alter alteri, & hoſpitio vos mutuo ſuſcipite, q̃ non diſcernatis, vt olim ſub lege, mundũ ab immundo, ſed omnia ſint vobis munda: nec ſe præferat aut meliorem q̃s æſtimet, quaſi ex circunciſione vocatus propterea ſit dignior, quã is qui vocatus eſt in ꝓputio. Hęc, inqt, altercatio inter vos ſopiatur, vt nõ vitetis alterutrum: ſicut Chriſtus nõ vitauit, ſed recepit vos, nullius horrens immundicias, nemini imputans peccatũ, ſed in honorẽ Dei vos, cuius veros faceret cultores ſuſcepit. Dico enim & verum eſt, Chriſtum Ieſum miniſtrũ ſe exhibuiſſe circunciſionis in hoc, quod ipſe (q̃ modo dicit, non ſum miſſus niſi ad oues, quæ

B

Pſal.17 2.Cor.1

Matth.15

Gal.6

Placere ſibi quale quid.

Pſal.68

Iacob.5

Ioan.15

perierunt domus Iſrael) Iudæis Euãgelium prędicauit. Propter quod etiam Iudæorum vocatur alibi Apoſtolus. Conſiderate, inquit, apoſtolum confeſſionis veſtræ Ieſum. Itaque Chriſtus miniſter fuit circunciſionis in prædicando propter veritatem Dei complendam, qui Abrahæ & Dauid, quod ex eorum ſtirpe Chriſtus eſſet naſciturus, prędixerat: & ad alio rum, quibus mundi futura eſt reuelata redemptio, confirmandas promiſſiones patrũ. Gentes autem dico conuerſas ſuper miſericordia & pietate illis a Deo præſtita, honorare Deum, eidemque gratias agere. Neq; enim ante aduentum Chriſti cognouerunt, vt Iudæi, Deum nec lege aliqua ſe illi profitebant ſubiectos, ſed ex miſericordia dico eos vocatos. Sicut ſcriptum eſt in Pſalmo: Propterea confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo. Hoc eſt: Ego Chriſtus filius tuus faciam gentes tibi confiteri confeſſione laudis, p miſericordia ſibi facta. Et iterum: Lætamini gentes cum plebe eius. Quaſi diceret: Non tumeſcant Iudæi, quod Chriſtum ad ſe veniſſe audiunt propter confirmandas promiſſiones patrum, gẽtes vero ſup miſericordia honorare Deum, quandoq; dem & illorum conuerſio atq; vocatio a Deo præordinatæ & in ſcriptura prænũciatæ ſunt. Scriptum nanq; eſt: Lætamini gentes cum plebe eius, hoc eſt, gaudete gẽtes cum Iudæis in Chriſtũ credentibus, p miſericordia vobis ſimul pręſtita. Quibus verbis ſignificabatur futurum, vt ex vtroque populo, puta ex gentibus & Iudęis in Chriſto vnus adunaretur populus, vnumque fieret ſub vno paſtore Chriſto ouile. Et iterum: Laudate omnes gentes dominũ, & magnificate eũ omnes populi decẽtribuum Iudæorum laudate Deũ, gratiasque illi pro vocatione veſtra agite, & operibus veſtris ſanctis eum magnum ac honorabilem oſtendite. Et rurſum Eſaias idem confirmans, ait: Radix Ieſſe. i. Chriſtus ex Ieſſe natus patre Dauid, exurget a mortuis regere gẽtes, quas ſubijciet ſibi & patri. Et in eum gentes ſperabunt, credentes eum ſuum redemptorem venturumq; iudicem in fine ſeculorum, qui ſuſcitabit corpora noſtra corpori ſuæ claritatis configuranda. Deus autem ſpei, qui ſpem ſolus infundit, repleat vos oĩ gaudio ſpirituali, & pace in credendo, vt poſthac idipſum dicatis oẽs, nec ſint in vobis ſchiſmata, vt abundetis in ſpe ſemper ꝓficientes, nunc diuinam dulcedinem ꝓguſtando, & in virtute ſpiritus ſancti ad ſuperna anhelando. Adducuntur hic teſtimonia ex ſcripturis, multa de vocatione gentium, quare abs re non eſt, vt eccleſia hanc nunc lectionem ordinauerit, circa aduẽtum domini. Sed videamus inde Euangelium.

Matth.15 Hebre.3 Gen.22 Pſal.131 Pſal.17 Deut.32 Ioan.10 Pſal.116 Eſaiæ 11 Phil.4 1.Cor.1

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ II. Aduentus.

Lucæ XXI.

D Ioan.11

SAluator noſter dñs Ieſus Chriſtus, qa in mũdum, vt ſuos qui diſperſi ꝑ mundum erant, congregaret, vt eos, qui perierant, ſanaret, vt deniq; ſaluos faceret omnes, venerat, nihil eorum, quæ occaſionem nobis præſtare queunt, conuerſionis ad ſe redeundi intermittit, atq; eam ob rem terroribus & minis nos interdũ pulſat, quãdoq; ſubtrahit beneficia, deinde mœſtos rurſus conſolatur, nunc ꝑmittit, nunc allicit, interdum minatur. Nõnunq̃ inuitat, aliquando iuſtitiam, aliquãdo vero miſericordiam pręferens: oĩa vero agit, vt nos ſaluos faciat. Eſt autem ad hæc non modica ſimilitudo in arboribus, quarum nonnullæ (ſi colligi inde debeant fructus) virgis cęduntur, vt iuglans, dum alias interea arbores leuiſſime (ne deſtruantur) oporteat tractari. Hoc modo hominum varia eſt conditio. Lenitate nanq; & mãſuetudine alijs ſuadetur, alijs haudquaquam, ſed terrores, minæ quoq; vt adhibeantur, oportet: Sunt a quibus nihil impetrabis, niſi auſtere loquaris. Sunt ediuerſo alij, q̃s ſteriliores aufteritas facit. Vtroque modo vſus eſt dñs, q̃ neminem nõ vocandũ ꝓteriret. Qui alijs in locis pœnitẽtes laudat, atq; de illoꝝ pœnitẽtia gaudiũ angelis quoq; futurꝝ pollicet, hic vt ad pœnitẽtiã peccatores cõuertat, mũdi finẽ, malaq; tũc imminẽtia, triſtia ꝓnunciat. Sciẽdum vero nõnullos tã duros ſylueſtresq; inueniri hoĩes, q̃s neq; blãda inuitẽt, neq; formidanda terreant, hos relinquere volumus, quandoquidem nemo corrigit eum quem Deus deſpexerit.

Homines vti diuerſimode trahãtur. Gregor.

Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gẽtiũ, areſẽtibus ho-

B

bus hominibus præ timore & expectatiõe, quæ supueniẽt vniuerso orbi.

Dñs noster Iesus Christus diem volẽs prænunciare extremum, q̃ terribilia hunc diem præcessura sint indicia, manifestat, quo nobis significare voluit, q̃ terribilis sit futurus suo ad iudicium aduentu, quãdoquidem signa sui aduentus terrorem p̃ nunciantia adeo erunt formidolosa, vt virtutes cœlorum quoq; moueant, & homines præ timore arescant. Itaq; dicit: Erunt signa in sole, &c̃. Quæ ista sunt signa, Propheta prænunciat, dicens: Sol conuertetur
Ioel 2 Acto. 2 in tenebras, & luna in sanguinem, anteq̃ veniat dies dñi magnus & manifestus. Scimus in Christi olim passiõe solem esse obscuratum, ppterea quod lumen suum recusaret ad tam nefarium mundi scelus (quod
Matth. 27 mundus Christum mitem, mansuetum, humilem ac innocentem, non solum negauit, sed varijs etiam pœnis ac cruciatu multiplici affectum occidit) administrare. Hoc modo creditur dñs vniuersalem solis obscurationem p̃nunciasse ante mundi finem futurum, nec lunam daturam suum lumen p̃ solis deliquium vniuersale ac supernaturale. Naturale eñ deliquium so-
Grego. lis haud quaquam hic prænunciat. Siquidem quæ modo fiunt naturali, signa aut p̃digia dici non debent. Ante tñ quam hæc fiant, quæ Lucas scribit, erit in terris
Lucæ 21 pressura gentium, audientur prælia, & opiniones bellorum. Erunt eñ in terris persequutiões, tempestates, terræ motus, fraudes, aliæq; calamitates multæ. Surget eñ gens contra gentem, & regnũ aduersus regnum, atq; adeo erunt absq; pace omnia, vt in eadem domo cohabitãtibus nulla sit futura quies, nulla absq; metu securitas.
Mich. 7 Tradet enim frater fratrem, & socrus erit aduersus nurum, & inimici hominis domestici eius. Erit enim tunc tempus illud,
Apoc. 8 quo dabitur sedẽti super equo rufo, vt sumat pacem de terra, & homines alterutrũ se interficiant. Quanto eñ qs tunc plus valuerit, tanto alios plus opprimet per potẽtiam. Neq; eñ erit iustitia, neq; iudicium, q̃modo æque nulla erit obediẽtia. Hãc rebellionem seditiosam, qua homines alterutrum nocebunt, vtpote vbi nemo alteri
2. Tim. 2 manebit subiectus, putatur Paulus vocasse discessionem, Nisi, inquiens, venerit discessio primum. Clerus enim a pontificũ obedientia deficiet, summoque pontifici non obtemperabunt. Reges auersabunt, Imperatorem, regem, principes oppugnabunt, nec principibus acquiescent nobiles, & ijs quoq; ne plebeij quidem, sed tumultuosa fraudibus, imposturis & seditionibus plena erunt omnia, vtpote absq; ordine, absq; fœdere, sine iurisdictione, sine regimine. Erit præterea psequutio Antichristi generalis, tantaq; calamitas ac tri
Matth. 24 bulatio, quanta fuerit nunquam ab eo tẽpore, q̃ gentes esse cœperunt, hoc est, a mũ
Gene. 11 di initio, quando filij Dei ex Abel descendẽtes, a filijs Cain, vnde gentes orti sunt, fuere diuisi. Aut quando a tempore diluuij filij Sem, seu filij Abrahę manserunt in
Gen. 11 vnius Dei veri cultu separati ab alijs natio
Gene. 18 nibus ad idololatriam & tyrannidem plabentibus, atq; idcirco gentium nomen obtinentibus. Ruent præterea qui tunc circa illud tempus in mundo inuenientur, gladio & peste, & in captiuitatem ducent, fames quoq; & rapina deuorabit eos: atq; vt hic sequitur, arescent homines p̃ confusione sonitus maris, & expectatione quæ superueniẽt vniuerso orbi. Timor eñ formidoq;, & malorum grauiorum expectatio sola faciet, vt homines pallidi, meticulosi, exanimati, indeq; arescentibus fiant. Nihil eñ subito perit. Videmus virẽtia quæq; quantopere vt suam retineant vitã, conentur se tueri. Videmus animata quoque sensibilia pro vita sua digladiari. Et nihil habens vitam vult perire, sed quamdiu hãc potest, tuetur. Hoc tamen quoq; constat, dum creatura quæuis perire debeat, id fieri haud quaquam absq; magna præsura & violẽtia. Homo quãto cruciatu & dolore, quanto tremore, quanq; terribilibus moritur indicijs? Quo conatu se tueri nitit, vita hominis ne finiat? quantũ patit ne a corpore separet anima? Pari modo mundi vita, hoc est, flos, lætitia, gaudiũ, voluptas, honor, potentia, sanitas, fortitudo, vbertas, & id genus alia, quæcunq; suis amicis administrare solet mundus, antequã intereant, magno debent terrore, magna calamitate ingentique pressura finiri.

Nam virtutes cœlorũ mouebũtur.

Virtutes cœlorũ, hic angelos cœlestes que creaturas vocat, q̃ visis mirabilibus his mouebunt stupore diuinę iustitię. Nã in se licet sint ipsæ securæ atq; tranqlle, videntes tñ tantam venturi iudicis iram, tantã iustitiæ diuinæ censuram, tantam impio-

piorum damnandorumq; multitudinem & calamitatem, expauescent, admiratione reuerentiaque quadẽ erga iudicẽ se inclinantes.

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.

Olim in nube ascensurus in cœlũ a mũ
Matth. 15 do iudicatus recessit dominus Iesus, nunc simili modo iudicaturus mundũ in nube adueniet, q̃d apostolis quoq; dum in cœlũ suspicerent ascendentẽ, prædictũ est ab angelis. Viri, inquiunt, Galilæi, quid admiramini? &c̃. Sic veniet, hoc est, in carne
Acto. 1 veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Bene aũt additur, Cũ potestate magna. A mundo nanq; olim iudica
Ioan. 18 tus ante iudicem stetit humilis atq; veluti infirmus: nunc vero mundum iudicaturus videbitur in potestate & maiestate, vt
Matth. 19 pote cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. Nullo tamen modo est putandum quod impij siue damnandi Christũ visuri sint in maiestate diuinitatis, sed in sola duntaxat humanitate. Porro boni vide
Psal. 149 bũt eũ in humanitate & diuinitate. Cogitate modo filij, quam læti erunt tunc, q̃ exultabunt sancti in cubilibus suis, q̃ modo in domino dormierunt, quam securi resurgent qui ante, hoc est, modo in vita hac mortali resurrexerunt a peccatis & vitijs suis, quomodo beatus est q̃ habet partem in resurrectione prima. Prima resur-
Apoc. 20 Resurrectio prima quę sit rectio est animæ in hac vita a peccato ad virtutem per pœnitentiam atq; emendationem vitæ resurgentis. Quicunq; itaq; iam in prima hac resurrectione partem habet peccata sua damnans, mũdum calcãs, à malo abstinens, bona operãs, & ad finẽ vitæ hoc modo perseuerans, haud illi nocebit quod aliquando vitijs fuerit subiectus, quod mundo seruierit, quod à diabulo fuerit captus, captiuusq; ad tẽpus manserit, maxime si eo tempore q̃ adhuc tam mala q̃ bona agere potuerit, suorũ pœnituerit malorũ, si Christi gratiã quæsierit, si ad Dei p̃ceptorũ obseruantiã redierit. Neque eñ in extremo tẽpore timere habebit, sed iudici securus tranqlusq; astabit, ab eodẽ nõ abijciẽdus, sed benedicẽdus.

G Proinde modo filij quę tũc euẽtura sint
Psal. 140 vobis, p̃cogitate. Modo timete, modo delicta vestra plãgite, modo Dei misericordi-

am quęrite, dñs eñ vt q̃tidie mũc legimus)
Esaiæ. 55 ppe est. Prope est tibi ad erogandã misericordiã, ppe est ad gratiã in te multiplicãdã
Lucæ 15 prope est, occurretq; tibi, vt te sicut prodigiũ filium reuertentẽ, pater in amplexus recipiat, oĩa donans tibi delicta teq; sui cõstituẽs regni cohæredẽ. Si igit reuersus ad illũ fueris (quomodo monet) toto corde, effundet suæ in te gratiæ benedictionẽ: poteris quod te modo putas nõ posse. Super
Psal. 90 aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Cadẽt à latere tuo mille hostes, & decem milia inimicorum, insidiarumq; a dextris tuis, ad te
Psal. 17 aũt malum non appropinquabit. Custodiet eñ te dñs vt pupillã oculi, & sub vmbra alarum suarum, hoc est, sub brachijs, suis in cruce sup te expansis proteget te.

Filioli non deterreat vos peccatorũ, neque multitudo, neq; enormitas. Quẽ timetis, pater est vester, si vultis, non iudex. Sanare vult, non percutere. Aduocat, non repellit. Et quid dico aduocat? quum etiam vobis occurrat, in amplexusq; suos vos recipere festinet? Nolite illum sua expectatione fraudare. Facite quæso gaudium patri
Lucæ 15 super reuersione vestra cõuiuium instauranti. Facite gaudium Dei angelis in cœlo super vestra pœnitentia tripudiantibus. Quid cunctaris o anima peccatrix? Patrẽ vides tuum in tui amplexus brachia extendentem, & formidas? Tuus est amator, saluator tuus est qui occurrit. Ad eũ, si ab omni metu vis fore liber, fuge. Vide quam desideranter te expectat. Vide quã amanter inuitat. Vide q̃ misericorditer recipit, quã protegit & benigne & potenter. Iam igitur filij in eius recipiamur gratiam, iam eius efficiamur amici, & in extremo iudicio non timebimus. Siquidem quomodo hinc eximus, ita in iudiciũ citabimur. Scriptũ nanq; est: Lignum siue ad Austrũ ceciderit, siue ad Aquilõem, ibi erit, hoc est,
Eccle. 11 homo quomodo in morte inuentus fuerit, & quomodocunq; suam terminauerit vitam, iuxta hoc reperietur in iudicio. Itaque si castus, si benignus, si misericors, si Dei charitatẽ habens ac pximi, vixeris perseuerauerisq; vsq; ad mortẽ nihil in illo tibi iudicio timendum est. Neminem tunc accusatorem habebis peccatorum tuorum, modo tu accusaueris teipsum in hac vita pœnitens. Nũc igit nõ dissimulemus peccata nostra, modo accuset nos cõcien-

tia nostra. Ante vulneret animam nostrã afficiatq; mœror, quam ad sacerdotem accedimus, quod tam inique, quam negligẽter in Dei egimus officio. Filioli, nõ sufficiat vobis confessori narrare peccata vestra, tanquam is qui enarrando texit historiam, aut fabulã enunciat, sed mœrenti atq; irato in vos animo oportet cõfiteri, qcqd egeritis mali. Nec tñ mœror hic vester generetur ex priuato amore, puta ex verecundia atq; intolerantia ignominiæ, quã peccando coram hominibus cõtraxistis, nec propterea quod vitiorum notati sitis apud homines: sed ideo o pœnitens, tibi est dolendum, quod pijssimum dominum creatorem, ac redemptorem tuũ offenderis, q̃d amatori fidelissimo perfidus, contumeliosus, ingratusq; fueris, q̃d deniq; eius amicitia & gratia (quam sup omnia debueras ambire) te spoliaueris, aut q̃d saltem illam vires tuas labefactãdo nõ auxeris. Si itaq; hoc modo teipsum planxeris, in iudicio extremo eris securus, nec quod plangas, sed pro q̃ gratias agas, habebis.

Confitendum cui sit.

Dolendũ est sit peccamenti.

His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

1 Tremenda hæc quæ prænunciat, quantum bonos & electos exterrere nõ debeant, sed potius consolari, p hæc verba quę superioribus subiungit, indicat. Consolatur enim omnes quibus hic aut non placet mundus, aut qui mundum non diligũt q̃d sui illis apppinquat redẽptio. Siqdem nõ raro contingit, vt q nõ diligũt nõ diligantur quoq; à mundo. Mox enim suos pcipit mundus, vel amicos, vel inimicos. Blanditur enim amicis suis, odientes se infestat. Vnde fit, vt in̄ qui mundum nõ amant, molesta hic multa quæ mundus illis propinat, ferre cogãtur. Hos itaq; qui mundi sunt hostes, quos mundus hic præmit persecutionihus, molestijs, ærumnis, infirmitatibus, alijsq; calamitatibus multis, dñs alloquitur, vt non propterea timeant, si finis appropinquet mundi: qa hæc mũdi tribulatio illis erit redẽptionis occasio, qua ab omni miseria liberentur. Leuate, inquit, capita vestra, exultate & gaudete, quoniam appropinquat redemptio vestra. Exilium vestrum tũc finietur, soluet captiuitas qua hic detinemini inuiti. Quare vestrum non est in mundo plorare, sed super mundi ruina gaudere. Mundi enim ruina erit, non tam animæ quam corpori vestro vera perfectaque libertas.

Et dixit illis similitudinẽ: Videte ficulneam & omnes arbores. Cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Ita & vos cũ videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

Quemadmodum ex fructu arborum vicinam cognoscitis æstatem, ita ex ruina mundi prope cognoscite regnum Dei. Fructus nanq; vester, mũdi ruina est. Quare enim mundus floret, quare germinat, quare fructum parit, nisi vt primo flos pereat, deinde germen tandẽ fructus, postremo mundus quoq; cum suo germine intereat? illis autem transeuntibus, vobis appropinquabit regnum Dei. Nihil cm̃ hic nascitur perpetuum, nihil stabile manet, nihil absq; miseria pcuerat beatũ. Propterea filij, nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt. Nihil est in mũdo vestrum. nõ estis vos de hoc mũdo. Cadat, ruat, trãseat mundus, & omnis concupiscentia eius. Vos diligite dominũ nostrũ Iesum Christum, & aduentũ eius: Hũc maxime, q̃ reformabit corpora infirmitatis vestræ, configurata corpori claritatis suæ.

1. Ioan. 2 Ioan. 15

Phil. 4

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Aut generationem hãc carnalem Iudæorum intelligit, quæ nõ deficiet, quin alius alio semper moriente nascatur, successioq; nascentium fit cõtinua, donec hęc oĩa euenerint. Aut q̃d ecclesię generatio filiorũ ac fides nunq̃ vsq; in finem deficiat. Affirmat aũt hoc, modo suo cõsueto loquẽdi, Amẽ dico vobis, ac si diceret: In veritate hoc certissimum teneatis potius cœlum & terrã transitura, quã verba mea aut impfecta, aut manere nõ implẽda. Nõ q̃d cœlum & terra prorsus peribũt, sed q̃d iuxta hũc modũ essendi, quẽ habet modo, peribit cœlum terraq;. Neq; em̃ cœlum iuxta hunc modum q̃ modo regitur, manebit, qa non mouebit, & clarius quã modo erit: manebit tñ secundum suã substantiã essentiamq;. Vos ergo filij ad patrẽ vestrũ cœlestẽ aspirate, de mundi ruinis exul-

ultate, vt omnium electorum appropinquet redemptio, desiderate, vt omnes reformemur & impleamur gloria cœlesti, p dominum nostrum Iesum Christum, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMINICA. Qui sint, qui de aduentu domini gaudeant, qui metuant, & de triplici aduentu domini.

R Espicite & leuate capita vestra quoniam appropinquat redẽptio vestra, Lucæ XXI. Si ea præcedũt hæc verba filij, recolimus, inuenimus dominum signa quędã nobis de mundi fine prænũciasse, quæ oĩa tristia fore significãtur & calamitosa. Propterea electos suos amicos, quibus mundus fastidio est, dominus consolatur quoque, quod eorũ appropinquet redẽptio, vtpote qui cũ hoc mundo nõ peribunt, sed ipsorum captiuitas, ipsorũ ærumnæ, grauamina tribulationesq; finient. Absterget em̃ tunc Deus omnem lachrimam ab oculis sanctorum suorũ, quoniã priora, hoc est, luctus, dolor, clamor, mors, aliaq; id genus tristia transibunt. Consolat igitur eosdẽ, qm̃ his fieri incipientibus, appropinquat ipsorum redemptio: quomodo impijs quoq; terrorem ediuerso vult incuti, quod his eisdem fieri incipiẽtibus, illorum finitur consolatio, pereũtibus his in quibus confidebant: incipit vero illoꝝ desolatio ac mœror, qui perpetuus illis durabit. Manifestum itaq; est, quibus pijssimus Iesus formidandum seculi finem, q̃bus metuendum suum prædicit aduentũ. Nempe his qui amici sunt huius seculi, qui filij sunt mundi, qui præsentia amant, qui a caducis his rebus grauate ferunt separari. Nã Apostoli, electi quoq; Dei oẽs, quomodo tristarentur de fine mundi, cũ in mundo haud aliter teneantur, quam in captiuitate constituti? Cogũtur em̃ in mũdo videre, coguntur audire, coguntur deniq; tractare, quæ inuiti audiunt, videt & tractãt, imo quæ secundum Dei voluntatem odiunt. Quicqd em̃ mundus iactat, quicqd mirat & amat, hoc ipsi vilipendũt & spernunt. Quamobrem ipsi quoq; rursus a mundo spernuntur & odiuntur.

Esaiæ 35 Apoc. 13

Dicite itaq; dominus electis suis: His fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra. Mœrentium, oppressorum ac calamitosoꝝ est oculos, & caput ad humũ declectere. Quare liberationis, consolationisve, si illis oriri spes cœperit, subito animæ quiores facti, & oculos & capita erigunt.

Amicorũ Dei secretorũ diuersitas.

Multos variosq; hic in mũdo Deus habet amicos, & plerunq; adeo secretos, vt sepenumero, qui in delicijs, qui in felicitate huius mundi versari videntur, in tribulatione siue mentis, siue corporis sint maxima constituti. Multi enim q florere videntur in mundo, adeo premũtur a mũdo in omnibus ipsis aduersario, vt licet in exteriori homine, circa eos appareat, videaturq; mundi schema, in eorum tamen cordibus iam aruit. Sciunt hoc nõ pauci, in̄ scilicet qui in medio viuunt mundi, nec a mundo se excutere possunt, viuentes sub necessitatibus mundi in angustia cordis, quibus nullam parit mũdus cõsolationẽ, sed (vt dixi) necessitatem & pressuram. Hi reuera (quamuis sæpe aliter, hoc est, indigne iudicentur) nõ sunt filij seculi huius, sed sunt de horum numero, quibus ex fine mũdi appropinquat eorũ redemptio.

Hæc dixerim filij idcirco, ne quispiam fratrem suum iudicet propterea quæ in exteriori videntur homine. Multiplex enim variaq; crux est hominum, præcipue quæ foris non videtur. Sed quotquot sunt, illis prædicit dominus: quoniã appropinquat redemptio vestra. Quasi diceret: Nõ semper in pressura angustiabitur cor vestrum, nec vos odio semper mũdus habebit, nec erit vt diutius filijs huius mundi sitis in derisum, & similitudinem improperij. Siquidem cum mũdi videritis finem, etiam exilij calamitatumq; vestrarum finem adesse gaudete. Leuate igitur capita vestra, spem resumite, q̃niam prope est redemptio vestra, soluetur captiuitas, apparebit patria tantopere desiderata. Heu filij, cur in captiuitate, & exilio hic positi captiuitatem, & exilium amamus? Cur hinc separamur tam inuiti? quandoquidem his qui Deum amãt, erit egressus eorum redemptio, erit libertas, erit pax & securitas, cum ediuerso vita hæc p̃sens, seruitus & calamitas, labor sit & afflictio spiritus. Vere o beatos illos captiuos, beatos afflictos, quos mala mundi pturbantia nõ pturbant, q animas nouerũt suas possidere in patiẽtia, O felices, inq̃, eos q̃s nigil nisi læsa cõsciẽ

Sapien. 5

Lucæ 21

tia,nihil ꝓter Dei offenſionẽ cõtriſtat. Hi ſunt q̃ in hoc mundo viuũt quidẽ,de mũdo tamen nõ gaudent, qui in mũdo ſuſtinent preſſurã,vt in ſolo vero Deo confidẽtes gaudeãt,q̃rum ſtudiũ, quorum amor, quorum lætitia ſolus eſt Chriſtus dñs noſter. Præceſſere nos horum multi ad patriam,qui olim in exilio conſtituti, ludibria & verbera experti,inſup & vincula & carceres.Lapidati ſunt,ſecti ſunt, in occiſiõe gladij mortui ſunt.Ecce beatificamus eos q̃ ſuſtinuerunt.Salutiferũ nobis tã vitæ quam mortis ſuę reliquerunt odorem, non verbis tantum, verum opere & virtute etiã nobis clamant:Nolite diligere mũdum neq; ea quæ in mundo ſunt.Tranſit enim mundus & concupiſcentia eius.Itẽ: Qui vult amicus eſſe huius ſeculi, inimicus Dei conſtituetur. Quis hic non videt filij, quã præſtet Dei habere amicitiã,quã mũdi eſſe Dei filium,Dei amicum, q̃ ſeculi?Stipendia enĩ peccati(quæ adminiſtrat mũdus)mors:gratia aũt (quã habemus ꝓ Chriſtũ)vita æterna eſt. Eſtote igit filij prudẽtes,& vigilate in oratiõibus. Vigilate,non in ebrietatibus aut commeſſationibus,non in cubilibus & impudicitijs, nõ in mũdi leuitatibus(quam vigiliam Apoſtolus ſomnum,id eſt,Dei obliuionem vocat,dicẽs:Hora eſt iã nos de ſomno ſurgere)ſed in oratiõibus cõtra aduerſariũ noſtrum diabolum, q̃ui tanquam leo rugiens circuit,quærens quẽ deuoret. Vigilemus contra tela illius nequiſſima, ſcilicet contra ſuperbiam,inuidiam, temulẽtiam, crapulam,luxuriam,cenodoxiam, auariti am.Recolamus quod aduenę duntaxat et peregrini ſumus ſuper terram.Neq; enim noſtra hæc eſt patria,nec manẽtem hic habemus ciuitatẽ in terra, propterea nõ ſeculi,ſed regni cœleſtis ciues ſumus.Ad modicum hic incolæ ſumus & viatores,quorum eſt mundum tranſire,non in mundo quieſcere. Gaudeant hic igit quorum eſt mundus patria,qui ſolum hoc q̃d breue & momentaneum eſt, felicitatis habebunt. Noſtrum qui in captiuitate ſumus conſtituti,non eſt gaudere de carcere, ſed gemere, aſpirareq; ad noſtri redẽptionẽ. Noſtrũ eſt die noctuq; votis ſupplicibus ad patrẽ clamare,ad eius ianuã pulſare, vt aliq̃n ad ſe nos introducat, orare.Hoc deſideriũ adeo nobis debet eſſe cordi, adeo in animo fixũ,adeo ꝑpetuum,tam potens atque vehimens, vt quid interia iuxta nos mundus agat,non aduertamus,hoc eſt, vt nihil penſi habeamus, a mundo ſiue beatificari,ſiue vituperari,exoſum haberi an diligi. Conuenit quoq;, nos nec pro honore contendere,nec ꝑ diuitijs rixari, ſed ne lætari quidẽ ꝑ temporalibus bonis, q̃n potius aduentũ Chriſti in ſilentio præſtolari,auſcultare ad vocem præconis dicentis:Ecce ſponſus venit,exite obuiam ei. Matth.25
Quã beati ſunt illi,q̃ hanc vocem læti ſecuriq; audiunt.Omnibus enĩ nobis (quod ſub typo parabolaque decem virginum, quarum quinque prudentes & quinque erant fatuæ)audire continget media nocte,id eſt,hora qua non putabimus : Ecce ſponſus venit,exite obuiam ei. Ad hãc vocem alij trepidabũt,alij exultabũt. Quo modo enim in magna domus familia ſi dominus q̃ aliquanto fuerit tempore a domo abſens,aduenire prędicet,de familia q̃dam,puta qui domino fuere fideles, & q̃ domini amant deſiderantq; aduentũ, gaudent:alij triſtantur,vtpote ſerui pigri, inobedientes,& qui peccauerunt in dominũ. Ideo autem triſtantur, quia neq; conſolationem a dño,neq; laudem meruerũt præuaricatores.Expectãt itaq; dñm triſtes, à q̃ ſciunt ſe caſtigãdos, nõ remunerãdos. Similitudo.

Mulier adultera nõ gaudet de ſui mariti aduentu:porro fidelis & caſta coniũx vehementer, vbi adeſſe maritus nũciatur, exultat.Sic qui de aduentu domini nõ lætatur,ſignum eſt eum ita vixiſſe, vt magis formidet iudicem quam vt ſentiat cõſolatorem.Mallet igitur dominum nunquam venturum, ne dare illi pœnas cogeretur. Alia.

Itaq; tu vis gaudere de aduẽtu Chriſti?Eſto bonus & fidelis,& erit tibi Chriſti aduẽtus gaudio.Quamuis enĩ aduẽtus eius ille in carne olim ꝓterierit,eſt tñ aduẽtus adhuc alius Chriſti futurus, quo veniet ad iudiciũ,ſiue ad mortem. Licet enim inter vtrunq; nonnulli diſtinguant, quaſi alius ad iudiciũ particulare, alius ſit aduẽtus ad iudicium vniuerſale, hic tamen pro vno accipimus.Si enim circa mortẽ in iudicio illo(vt vocant) particulari fueris liber & abſolutus, in iudicio extremo , q̃d vniuerſale dicunt, pariter ſtabis a timore immunis. Triformis igit Chriſti eſt aduẽtus.Primus eſt aduentus in carnẽ. Hic fuit mãſuetus & pius,miſericordia nimia &pietate plenus.Venit enĩ filius hoĩs colligere,non diſpergere.Venit miſereri & parcere. Venit in mundũ non vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Quod vt nobis oſtẽderet Eccleſia, in multis hodie locis idem legitur Euangelium quod in die palmarum conſueuit legi: Dicite filiæ Sion,quia rex tuus venit tibi mãſuetus,ſedẽs ſup aſinam.Vere manſuetus, qui ſeipſum quoq; veniſſe teſtatur,nõ propter iuſtos, ſed vt peccatores vocaret ad pœnitentiã.Eos nimirum peccatores,qui ſe peccatores &agnoſcunt &arguunt. Huiuſmodi enim peccatoribus ſe pium, benignum,exhibuit & affabilem. Cum huiuſmodi manducauit & bibit, adeoq; ſe illis exhibuit non modo propitium,verum etiam familiarem, vt à phariſæis publicanorum amicus criminaretur. Quo palam oſtendit ſe in hunc veniſſe mundum,vt ſaluum faceret quod perierat. Itaq; huius aduentus celebratio,nihil aliud eſt, quam diuinę incarnationis commemoratio,gratiarumq; actio &laus.Admonemur enim gratitudinis tantum beneficium recolentes,quo ex ingenti calamitate ac miſeria erepti ſumus. Admonemur deinde deſiderij atq; expectationis ſanctorum patrũ expectantiũ in lymbo, q̃ non minus patientia longanimi,quam ardenti deſiderio expectarũt Chriſti aduentũ. Hic noſtra o filij accuſat tepiditas, noſtra frigiditas, ſeu inertia dãnatur, q̃ de Chriſti aduentu ferme nihil exultamus. Hi enim patres de Chriſti aduẽtu certi,multis deſiderijs tempus incarnatiõis eius,eius paſſionis, ſuęq; redemptionis expectabant.Nos multo ſumus certiores facti, ſiquidem Chriſti incarnationem,noſtri redemptionem,& q̃c quid præterea antiqui credebãt futurum, nos credimus conſummatum & impletũ. Quanto ergo quod factum ac pręteritum eſt,creditur certius,eo quod adhuc reſtat, ſperaturq; futurum, tanto nos certiores, quam patres fuere antiqui, ſumus in fide.

Deinde quicquid ipſi poſt lõgiſſimam captiuitatem, poſtque multorũ annorum curricula erãt accepturi,nos,modo illis fide & opere pares fuerimus,aut ſaltem eos fuerimus imitati,mox poſt mortem abſq; vlla diuturniori captiuitate recipimus. Illis nil contulit quęuis iuſtitia vt cœlum intrarent,antequam filij Dei ſanguine forẽt reconciliati, adeo vt Ioannes quoq; Baptiſta,q̃ maior ſurrexit ſanctoꝝ nemo, lym-

bum ingredi,expectareq;, dum cõſumma ta foret humani generis redemptio,coge retur. Nos mox vt à corpore egredimur, niſi ꝓpria nos culpa purgãda remoretur, beatitudo plena recipit. Nihilo tñ ſumus gratiores Deo,nec gratias agimus Deo tã tas pro beneficio quod factum eſt, quãtis illi deſiderijs ac votis vt fieret, impetrarũt.

Cum igitur idem ſit pręſtitum beneficium ex Dei incarnatione tam his qui præceſſerũt, quam iſtis qui Chriſti ſunt incarnationem ſequuti(Nempe vt ijs qui in captiuitate expectabant,plena daretur liberatio: iſtis vero ne captiuitatem cogerẽtur ingredi,libertas:& maius ſit captiuitatem nõ ingredi,quã à captiuitate,quã diu perpeſſus es,liberari)quare tam parua deuotione hoc Chriſti beneficiũ.i.eius incarnationẽ celebramus? Eſt alius aduentus, in mentẽ hominis.ſ. Hic adeo eſt vnicuiq; ad ſalutem neceſſarius,vt ſine ipſo primus aduẽtus nemini profit.Quiſquis enĩ Chriſtum nõ receperit in mentẽ,huic nõ ad ſalutem,ſed ad damnationẽ erit Dei incarnatio.Dei enĩ beneficijs nõ vti,& ingratũ eſſe,damnabile eſt.Hic aduentus q̃tidie agitur. Quotidie enĩ mẽtibus humanis Chriſtus illabitur,& quotidie parandus illi eſt locus.Propter hũc aduentũ in epiſtola ad monemur de ſomno,hoc eſt, de pcto ſurgere.Habet enim ſomni ſimilitudinẽ peccatũ.Quõ enim ſomnus vſu hominem priuat rationis, quomodo eum nihil percipere,ſentireq; facit,ita peccatumquoq; facit. Quapropter ſcriptũ eſt: Traxerunt me, & ego nõ ſenſi,verberauerũt me,& ego non dolui. Trahit reuera à diabolo peccator, nec tamen peſſimi dæmonis tractum ſentiens,ſequitur vt bos ad victimam. Sponte enĩ ſe homo ante diabolo ſubijcit, quam in illum quicquã poſſit diabolus. Verũtamen poteſtate in eum ſemel accepta, victo durius imperat. Ah filioli,aduenĩat dominus noſter Ieſus Chriſtus in nos,atque illuſtratione aduẽtus ſui, hoc eſt,viſitatione ſpiritus ſui,in nobis deſtruat opera Satanę,vinculaq; q̃bus ille nos cõſtrinxit,ſoluat.Credite filij nõ leue eſſe rem captũ teneri à diabolo hominẽ ac vinctum, quõ vos eſtis omes, quotquot in mortali detinemini peccato, q̃tquot in voluntate perſeueratis mala,agendi aliquid,quod ſit peccatum mortale.Cõtinuo enĩ ceruicem

Q Aduentus Chriſti ſecundus ij ſit homini neceſſarius.

Roma. 15 Peccatum vti habeat ſomni ſimilitudinem.

Prouer 23 Prouer. 1 Captꝰ vinctuſq; à diabolo eſt.

Hebr. 11 Iacobi 3 — 1.Ioan.2 — Iacob.4 — Rom.6 — 1.Pet.4 — Rom.13 — Ibidem. 1.Pet 5 Ephe.6 — Pſal.38 — Hebr.13 — Ephe.2

Joan.3 — Matth.21 Zacha.9 — Matth.9 Pharisæi publicani vocet Chriſtus. Matth.11 — Lucæ 7 Matth.11 Lucæ 13 — Matth. 11

P O Aduentus Chriſti qb⁹ ſit gaudio.

Aduentus triplex. Lucæ 11

vobis frãgeret,& animã e corpore extruſam mergeret in inferni abyſſum, idq; merito ac iure faceret(q̃d illi etiã nonnunquã à Deo cõceditur)niſi Dei id benignitas vetaret,ad pœnitentiã te expectans, atq; ſaluare,non dãnare cupiẽs.Nolo em̃,inquit, Ezech.18 mortem peccatoris,ſed vt cõuertatur & viuat. Sed audi quid Apoſtolus tibi clamet: Rom.2 An ignoras,qa benignitas Dei ad pœnitẽtiam te adducit? Tu ỽo ſecundũ duritiam tuã,& impœnitẽs cor, theſaurizas tibi irã in die irę, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundũ opa eius. Deus quidẽ te miſericorditer expectat, at tu hac expectatiõe abuteris, theſaurizãs tibi iram.Veriſſime igitur dixit qdam:Miſericordiæ dñi,q̃d non ſumus cõſumpti. Mul Thren.3 R tæ em̃ ſunt miſeratiões eius. Nos tamẽ quaſi in ſomno ambularemus,& pinde ac ſi eſſemus ſecuri,quõ qui dormiunt,ſecuros ſe putant,qa periculũ nullum ſentiũt, ita nihil ſolliciti ſumus,nihil timemus, nihil deniq; agimus pro ſalute noſtra,cũ reuera magna opus eſt nobis ſollicitudine, ingẽti pauore, qñquidem qs amore odio- Eccle.9 ve dignus ſit,prorſus neſcimus.Conſcientia tamẽ noſtra inferno nos obnoxios (ſi iuſte nobiſcũ ageretur iuxta demerita noſtra)clamat. Quotus enim in nobis eſt noſtrũ,q non ſemel victus ſpõte ſuccubuerit diabolo? Quotus q nunq̃ peccauerit mortaliter? Quis baptiſmi gratiã innocentiãq; ſibi à Chriſto coemptã hactenus ſeruauit? Vereor ꝓfecto filij,ex adultis neminẽ,aut perpaucos eſſe huiuſmodi. Si q tamẽ ſunt, gaudeant ſuper miſericordia dñi,quæ niſi eos cuſtodiſſet,innocẽtes nõ eſſent, ſed eſſent vt reliqui nos oẽs,pabulum & eſca gehennę ignis. Et quõ læti atq; ſecuri in tantis piculis merito nõ diceremur dormire? Rom.13

Euigilate igit filij,qñ hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Haudquaquam diutius eſt nobis expectandum, ſed hac hora cor, mens oẽsq; cum animi,tum corporis vires à peccato auertendæ, & ad Deũ ſunt conuertendæ. Hodie incipiamus nos corrigere(cras enim an nobis vita ſuperſit,incerti ſumus)Hodie de ſomno euigilãtes,ad Deum nos cõuertamus, atq; dñi aduẽtui præ Aduentus ad iudiciũ paremus locũ. Tertius eſt aduentus ad iudiciũ. De iudicio hoc nouiſſimoq; die, quo extremũ agetur iudiciũ,Chriſtus Ca Matth.16 iphę reſpondit adiuranti:Videbitis filium hominis venientẽ in nubibus cœli. Qui itaq; ſecundum aduentum guſtauit,& perſeuerans vſq; ad mortem, de hoc mundo abſq; mortali pcto, ſiue in gratia Dei exiuit, ſecurus videbit Chriſti vltimũ aduentum ad iudiciũ. Gaudete igitur filij qui cunq; hic eſtis in preſſura, quicunq; paupertate,afflictione,perſecutiõibus,ærumniſq; hic opprimimini,quia preſſura ipſa, quã fertis,vobis prænunciat,quoniã prope eſt redemptio veſtra in Chriſto Ieſu.

DOMINICA III. ADVENTVS DOMINICI,

III. epiſtola B. Pauli Apoſtoli,ad Philippenſes quarto.

GAudete in domino ſemper. Iterum dico, gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus,dominus enim prope eſt.Nihil ſolliciti ſitis, ſed in oñi oratione & obſecratione,cum gratiarum actione,petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras,in Chriſto Ieſu domino noſtro.

A PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

OBſeruauit Eccleſia,vt in his diebus aduentus dñi epiſtola ſemper legatur,quæ memoriã aduẽtus habeat dñici,vel in carnem, vel ad iudicium. Quamobrẽ hodie quoq; hac vtitur epiſtola,quæ aduentum domini vicinum,ac prope eſſe nobis ſignificet. In hac autem epiſtola crebrius nos admonet gaudere Apoſtolus,haud dubium,q̃d Iacob.1 in libertatem filiorum Dei vocati ſumus. Siquidem cum non oñe gaudiũ ſit iuſtorũ,nec parum,quo quis exultet gaudio,referat, ne putemus in honoribus, in pompis,in voluptatibus,alijſve mundi vanitatibus gaudendum, omnibus his excluſis gaudiũ vnum nobis inculcat religioſum, dicẽs:

Gaudium ſanctũ q̃d. Philip.4 dicẽs:Gaudete in dño ſemper. Gaudete in beneficijs,in donis &miſerationibus diuinis,gaudete in gratia adoptionis filiorum Roma.8 Dei,gaudete in cĩbus bonis, quæ fecit vobis Deus veſter, gaudete poſtremo in tribulatiõibus, etiam dũ in varias tẽtationes Iacob.1 incideritis.Neq; em̃ ſanctũ hoc gaudium in luctu q̃q; deeſt homini pio, nec ſancta cõpunctio impeditur in hoc gaudio.Gaudete igitur in dño gaudio ſemp continuato,q̃ à vobis ſeculi excludatur triſtitia,quę Philip.4 2.Cor.7 mortẽ operatur.Iterum q̃q; dico gaudete. Eſt em̃ alacritas ſpũs certiſſimũ ſignũ inhabitantis gratiæ Dei,& ꝑſentiæ ſpũs ſancti.Ne tamẽ foris prodeat hoc gaudiũ im- 2.Cor.6 modeſte,muteturq; in tẽporale gaudium, vnde fiat poſtea vobis occaſio triſtitiæ,ſeruetur modus in oĩbus, vt ſitis foris quaſi triſtes, ſemp aũt intus in Deo gaudentes. Qui em̃ theſaurum inuenit magnũ,nõ poteſt de inuẽto non gaudere theſauro. Vegę ſi prudẽs eſt,metuit inuentũ alijs manifeſtari ex gaudio; eruptione, vnde eueniat, illũ theſauro itegę priuari: gaudet quidem ſecum,ſed gaudiũ ſuũ foris celat,ne amittat.Ita vobis q̃q; expedit ſpũs alacritatẽ,& deuotionis lætitiã modeſte ꝑ externa gaudiorũ ſigna oſtẽdere,ne erũpendo immoderate gaudium amittatur. Hæc aũt vobis debet ineſſe modeſtia,nõ in hoc tm̃,vt nõ excedatis in ſupflua effuſione gaudij, ſed in omnibus etiam verbis, motibus,paſſionibus, & actionibus veſtris alijs. Nota ſit modeſtia veſtra oĩbus hoĩbus,vt oẽs in vo- 2.Cor.2 bis ædificẽtur,ſitisq; bonus odor Chriſti in oñi ioco.Simile aliq̃d Petrus dicit:Cõ- 1.Petri 2 uerſationẽ veſtrã inter gentes habete bonam,vt in eo q̃d detrectant de vobis tanq̃ de malefactoribus,ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deũ in die viſi- Matth.5 tationis. Et Chriſtus:Sic luceat lux veſtra corã hoĩbus, vt videant opa veſtra bona, & glorificẽt patrem veſtrũ, q in cœlis eſt. Sit igitur in oĩbus veſtris moribus modeſtia. Dñs em̃ prope eſt vobis, & nunq̃ deſeret vos,paratus dare vobis quacũq; re indigueritis. Nihil igit ſolliciti ſitis, oẽm 1.Petri 5 ſollicitudinem veſtrã proijcientes in eum, quoniã ipſi cura eſt de vobis. Siue enim fu- Pſalm.33 critis in tribulatione,iuxta eſt dñs his,qui Pſalm.90 tribulato ſunt corde. Et in Pſalmo de ſeipſo dicit:Cũ ipſo ſum in tribulatione,eripiã eum & glorificabo eũ. Siue fueritis in Matth.6 egeſtate, modo primũ quærite regnũ Dei & iuſtitiã eius,& oñia adijciẽtur vobis.

Eſt em̃ quædã ſollicitudo pro rebus tẽporalibus,qua auari pleni ſunt,& adeo occupati,vt animã ſuam cũ vita æterna,& negligant,& amittant,hæc interdicitur. Eſt tamen alia ſolicitudo ſpũalis,quę eſt diligentia animi ꝑ virtutibus,ꝑ gratia Dei ſibi augenda, ad euadenda pericula ſuperãdasq; tentationes.Quã ſollicitudinem ſcriptura cõmendat,Michæa dicente:Indicabo tibi homo q̃d ſit bonũ,& q̃d Deus requirat à te,vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiã, & ſollicite ambulare cũ Deo tuo. Eſtote igitur ſine mundi ſolicitudine, ſed ea q̃buſcũq; indigetis ad Deũ recurrẽtes, poſtulate. Semp itaq; in oñi aduerſitate aut neceſſitate veſtra,petitiões veſtrę innoteſcãt apud Deũ.i. huiuſmodi ſint quæ Deo innoteſcãt,hoc eſt,ꝑbatę ſint,Deoq; acceptæ,quę em̃ Deus nõ probat,aut quæ auerſatur,dicitur nõ nouiſſe. Veſtrę aũt petitiones innoteſcẽt in oñi veſtra oratiõe, obſecratiõe,& gratiarũ actione,qua pro delictis præteritis veniã rogatis,aut vbi ꝑ futuris Dei donis obſecratis,aut vbi ꝑ acceptis bñficijs gratias agitis. Et pax Dei quę exuperat oẽm ſenſum & intellectũ humanum,cuſtodiat corda veſtra, vt imperturbata inter quaſcunq; etiã permancant moleſtias,in Chriſto Ieſu domino noſtro. Sollicitudo mala. Sollicitudo bona. Mich.6.

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ III. Aduentus. Matth. XI.

C VM audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti,mittens duos de diſcipulis ſuis,ait illi: Tu es q venturus es,an alium expectamus? C

Verba hęc ſunt Ioãnis Baptiſtæ per diſcipulos ſuos,q̃s ad Ieſum miſerat,interrogãtis,an Ieſus ipſe foret,q Chriſtus diceretur, & quem lex Meſſiã futurũ prophetaret,qui foret expectatio gentiũ,& omniũ Eſaiæ 25 Gene.49 ſalus ac redẽptio.Interrogat igitur:Tu ne es,quem prophetæ nunciarunt,quẽ expectamus, Meſſias & Chriſtus venturus, an alium poſt te adhuc (q is ſit futurus)expectare habemus? Sunt qui (vt Hieron.& Hieron. Gregor. Grego.)hãc interrogationẽ Ioãnis intelligunt de Chriſti deſcenſu ad inferna, vt ſit verbo

verborum ſenſus, quæſtionesq; intentio, quod Ioannes præuidens ſuum finem ad eſſe (ſicut prædicebat: Me oportet minui, illum,hoc eſt Chriſtũ,vero oportet creſce re)interrogare voluerit Chriſtum,quid in lymbo vellet nunciari patribus,an per ſe ipſum etiã foret ad illos deſcenſuros, quo modo iam in mundũ venerat incarnatus. Verum alij aliter exponunt,quorũ expla natio verior ſonat,vt paulo poſt dicam.

Ioan.3

Non obſcurum eſt,quãdo, aut quare Io annes in vincula ſit captiuitatemq; coniectus. Vbi enim Herodẽ Antipam arguiſſet de illicitis nuptijs,puta qui fratris ſui ad huc viuẽtis Philippi,ablatam duxerat vxo rem,& eos,qui ſe nefaria copulatione con iunxerant,ſeparare tentabat,dicens: Non licet tibi o Herodes rex habere coniugem vxorẽ fratris tui. Ad Herodiadis adulteræ ſuggeſtionem,quam(vt dixi)tunc ſub no mine coniugis in delitijs rex habebat, Io annes in carcerẽ coniectus eſt,opportuno tempore,propterea q̃d veritatem dicẽs Io annes iniquitatẽ arguiſſet,necandus. Qd̃ non multo poſt euenit. Hic in carcere po ſitus,cũ videret ſuos diſcipulos circa ſe er rare,hoc eſt,eos putare ſe eſſe Chriſtũ,qui mundo promiſſus fuerat, cum Meſſiæ, id eſt, Chriſti præcurſor duntaxat erat , an tequam ab hoc mundo per martyriũ egre deret,erui ſuos diſcipulos optabat ab hoc errore,vt ſe poſita ęmulatione pro ſuo ma giſtro,in ver; Dei crederent filium,verum Chriſtum,verumq; Meſſiã. Quamobrem miſit duos ex diſcipulis ſuis,qui impenſius forent creduli,ad Chriſtum,percuncta ri eos faciens,& qui Chriſto dicerent,

Matth.14

Marc.6

Tu es,qui venturus es, an alium expectamus?

Quærit fortaſſe continuo quis: Si id Io annes voluit,vt diſcipuli agnoſcerẽt Chri ſtum,quare manifeſte illis non hoc dixit? Quare ne ſe Chriſtum diſcipuli cogitarẽt, non prohibuit? Satis prohibuerat Ioãnes, dicens: Quem me putatis eſſe,nõ ſum ego. Et ad ſe ab Iudæis miſſis cõfeſſus eſt ſe nõ ſolum nõ Chriſtũ,ſed ne prophetam qui dẽ eſſe. Veruntamen diſcipuli zelantes ma giſtri ſui honorem,& putantes eum id,q̃d eſſet,ex humilitate negare,ei nõ credebãt. Miſit igitur eos ad Ieſum,nõ dubitãs tan ta apud eum viſuros,audituroſq;, vt ad e undẽ conuerſi,vere ipſum eſſe Chriſtũ & magiſtrum ſuũ, nõ ſolum humilia,ſed eti am vera de ſe profitentem,crederẽt. Miſit autem eos,poſtquam audiuit opera Chri ſti. Quæ? Nempe hæc, quæ Chriſto digna erãt,quæ Chriſtũ loquebantur, vt ſunt lo qui veritatẽ, pœnitentibus miſereri & par cere,euangelizare regnũ Dei , facere virtu tes & ſigna,humilem ac mitem nõ minus inter adulantes,q̃ inter perſequentes eſſe, peccata condonare,pro malis beneficia re tribuere,&c̃. Miſit itaq; Ioannes diſci pulos ſuos ad Chriſtũ,vt illum audirẽt,& re ipſa probarent illũ eſſe Chriſtum. Neq; enim Ioãnes dubitare poterat dñm Ieſum ipſum eſſe,qui fuerat mittẽdus, Chriſtum atq; Meſſiam,quando quidẽ ipſum in vte ro virginis necdum natus q̃q; agnouit. Ba ptizauit præterea & agnouit. Nam Chri ſto loquens Ioãnes: Ego à te debeo bapti zari,& tu venis ad me? quõ eundẽ non no uit? Agnouit deniq; paulopoſt,patris au diens vocẽ ſuper eum,dicẽtis: Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi cõplacui. Non caret aũt inſtructione hoc factum Ioãnis. Commendat enim nobis ſollicitudinem piam, quam pro ſuis gerebat, ne moriens eos in errore ignorantiaq; relinqueret, vt etiã eis notitiã, familiaritatemq; cum Chri ſto cõpararet,quo poſt ſuam mortẽ illi ad hærerent. Et vos filij ſuper familia do mus veſtræ vigilate, & ne peccatum, neve ignorantia eos ſeducat,curate. Inſtruite e os,in viã veritatis dirigite,atq; ad pia ope ra eos(maxime q vobis commiſſi ſunt)ex ercete. Sit vobis gaudio familiã veſtram, & eos qui vobis ſociantur, non ſolũ ex in ſtructione, ſed ex conuerſatione veſtra eti am fieri meliores. Non detincat vobiſcum Ioannes in vinculis,hoc eſt,zelus iuſtitię, & prædicatio veritatis à vobis non ſolum non impediatur , ſed etiam ne abſconda tur quidem. Loquimini vnuſquiſque ve ritatem cum proximo ſuo. Nemo odiat fratrem ſuum,ſed vbi deliquerit, publice, aut clanculum , iuxta conditionem deli cti arguat eum. Nolite,inquit,communi care peccatis alienis , magis autem redar guite. Cum Ioannis diſcipuli ad Chri ſtum veniſſent,vt Lucas quoque refert,di xerunt: Ioannes Baptiſta miſit nos ad te, dicens: Tu es , qui venturus es, an alium expectamus? Chriſtus ſciens quare ad ſe miſſi fuerant viri, opere magis ac veritate illis reſpõdit,quam ſermone. Refert enim

D

Luce.1

Ioan.8

Matth.3 Luce.3

Ephe.4 Leuit.19

Matth.18 Ephe.5

Luce.7

Lucas

Lucas: In ipſa autem hora multos curauit Ieſus a languoribus ſuis, & plagis, & ſpi ritibus malis , & cæcis multis donauit vi ſum. Erant enim(vt dixi) miſſi propterea, vt videntes opera Chriſti,in Chriſtum cre derent. Non poterant autem certius infor mari , quam vt opera , quæ præter Chri ſtum nemo potuit facere alius , ipſum vi derent facientem. His enim viſis,iure hæ ſitare non poterant, quin foret Chriſtus. Reſpondit igitur Ieſus ad Ioannis quæſti onem(vt dixi)non voce,ſed opere,quo ſe Chriſtum & filium Dei probaret. Fecit e nim ſigna hæc non orando,ſed præcipien do,hoc eſt, ꝓpria virtute, quod ſolius Dei eſſe cognoſcitur. Eam ob rem Iudęos quo que non multo poſt,quod non crederent ſibi, inexcuſabiles pronunciauit , dicens: Si mihi non creditis,operibus credite. Itẽ: Si opera non feciſſem in eis,quæ nemo ali us fecit,peccatum non haberent: Nunc au tem excuſationem non habent de pecca to ſuo. Quaſi diceret: De ignorantia ſe ex cuſare nequeunt, quoniam opera mea te ſtantur me vera loqui , alioqui haudqua quam,quę facio,poſſem efficere,ſi falſitas aut impoſtura foret in me. Hoc modo ijs, qui ad ſe miſſi fuerant,etiam hic loquitur, facto ac re ipſa loquens, quaſi reſponde ret: Interrogatis me an ſim ille,qui mũdo venturus promiſſus eſt , opera mea videte & expendite, an ſint Chriſti filij Dei ope ra,an probent Meſſiã,anve alius,qui mun dum redimat,quærendus ſit.

Ioan.10

Ioan.15

Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Eũn tes renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulãt, leproſi mundantur, ſurdi audiũt, mor tui reſurgunt, pauperes euangelizan tur. Et beatus eſt, qui non fuerit ſcan dalizatus in me.

E Non verbis, ſed operibus ſi vultis, in quit , ego vobis reſpondeo. Ite tantum & dicite,quæ vidiſtis, cæcos recipere viſum, claudos greſſum,&c̃. Beatus tamen nihilo minus,qui non fuerit ſcãdalizatus in me, hoc eſt,qui ſcãdalum non patitur ex ope ribus humanitatis, quæ ꝓ infirmitate car nis, & ad probandum humanitatis verita tem volẽs tolero,vt minus credat mihi in eſſe potentiam, virtutemq; diuinam . Qui enim propterea,quod edo,quod bibo,q̃d dormio,quod patior,quod morior,in me ſcandalizatur, propterea non credens me Deum,illi erit hic aduentus meus, non in ſalutem,ſed in ruinam. Beatus igitur, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Eatis igi tur , & quæ vidiſtis & audiſtis, renunciate Ioanni. Quaſi dicat: Ipſe enim,vbi hæc fe ceritis , exponet vobis ꝓphetiam Eſaię de Meſſia futuro: Ecce Deus ipſe veniet & ſal uabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet quaſi ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Vide, quam modeſte,quam caſte Chriſtus reſpondit. Non enim dicit ſe eſſe Meſſiam aut Chriſtum,opera tamẽ coram illis huiuſmodi exhibuit, quæ ne ceſſario ipſum teſtarentur Chriſtum. Vo luit aũt Chriſtus non faciliter ſibi nomen hoc vſurpare Chriſtus, qa & Romanis & Iudæis erat nomen inuiſum atq; inuidio ſum. Sonabat enim regẽ, non quod quem piam timeret Ieſus, ſed vt neminem ſcãda lizaret,hoc eſt,vt ſcandalum,quod alij in de reciperent(quamdiu ita congruit) eui taret. Propterea diſcipulis ipſum Chriſtũ confitẽtibus prohibuit, ne cuiquam hoc, puta quod eſſet Chriſtus,dicerent. Voluit igitur donec euãgelizaſſet mũdo,donecq; tẽpus illius adueniret , quo egredi de hoc mundo per paſſionem ſtatuerat , celari, & non vocari Chriſtus. Quo tempore adue niente,modeſte confeſſus eſt ſe eſſẽ Chri ſtum. Videte autẽ hic filij,quę ſigna fue rint,quibus Chriſtus ſignificauerit ſe eſſe Chriſtum, Cæci, inquit, vident, ſurdi audi unt, &c̃. Nunquid filij, quia cæci iam non illuminãtur, non eſt nobiſcum Chriſtus, aut nõ ſumus nos Chriſtiani? Si ſigna hęc ſpũaliter intelligimus, hodie quoque ipſa fiunt. Hęc enim in vniuſcuiuſq; cõuerſio ne fiunt. Chriſtus in carne veniẽs in mun dum, multa contulit mundo beneficia ſa nitatum. Et nunc idem in mentes homi num veniens, non pauciora donat bñficia animarum. Peccator nanq;, q̃diu eſt pecca tor, omnia hæc in ſe habet vitia. Eſt enim cæcus, eſt ſurdus, eſt claudus, eſt leproſus, eſt mortuus, Ab ijs omnibus ærumnis, ſi Chriſtus in eius venerit mentem, libera tur. An peccator nõ eſt cæcus, q̃ in ocu lis Dei frontoſus peccat, qui peccati defor mitatem non exhorreſcit, qui Dei oculos non reueretur, qui futurã ſibi damnatio nẽ non metuit, vbiq; clauſos habens ocu los, vbi ſuæ ſalutis eſſet admonendus, aut

Eſaiæ 35

Cęcus my ſtice qs ſit

vnde-

vndecunq; posset conuerti? Non videt peccati turpitudinẽ, non suã attendit inhonestatem. Non videt, hoc est, non pensat, Dei cuncta cernentis iustitiam. Non videt postremo perpetuam peccatis debitam dãnationem, nec suppliciorũ enormitatẽ. Sub hac cęcitate libere peccat, & quasi, aut non esset Deus (sicut scriptum est: Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus) aut quasi fabulæ forent, quæcunq; scripta sunt, quę cunq; nobis credenda proponuntur, securus in peccato edit, bibit, dormit, gaudet & ridet. Breuiter, ducitur à diabolo ad infernales furcas, nec videt. Peccatum enim illum excæcat, sicut scriptum est: Excæcauit eos malitia eorũ. Quõ itaq; peccator cæcus est, ita etiam surdus. Non audit, hoc est, non recipit verbum Dei, non retinet. Audit quidẽ aure corporea Christum in Euangelio loquentem, sed non audit aure cordis. Nihil enim in vita eius deprehẽditur, vnde q̃d Dei verbo iã obediat, agnoscatur. Non ergo audit sanã doctrinam, quia ad cor eandem nõ recipit, nec ad intima traijcit voluntatis. Est q̃q; claudus, quia ad opa pietatis, & ad Dei p̃cepta, neq; pedes corporis, neq; gressus affectuũ mouet. Quarto peccator efficitur leprosus. Infectus enim est peccati corruptione, inficitq; alios verbis malis, & vitæ exemplo. Corrumpunt em̃ bonos mores colloquia mala. Sicut ergo in suo primo aduentu Christus est hęc signa operatus, dum viueret hic nobiscum in carne, quibus se Messiam esse verũ testatus est, sic in his in quorum mentes venit, eadem signa operatur spiritualiter. Vbi enim te cõperis de peccato erubescere, peccati turpitudinem horrere, Dei præsentiam & iustitiã cõtemplari, quæ ante non videbas pctã, aut paruipendebas, nunc magni facere & detestari, inferni pœnas formidare, intellige in te, hoc est, in mentem tuam venisse, qui illuminat in te abscondita tenebrarum, vt quæ nõ videbas, videas. Si item te verbi diuini lectio aut prædicatio delectat, cœperisq; in lege dñi meditari, quomodo eandẽ perficias, aures tibi Christi reserauit aduentus.

Si quomodo alijs fuisti scãdalo, verbis & operibus infirmiores olim trahens ad peccatum, ita nunc bono exemplo, exhortationeq; sancta ad bonum inuitas, à lepra mundatus es, & Christi spiritum in te habitatorem. Si postremo, quãuis non singulari præditus ingenio, nec virtutibus diues, alijs cœperis euangelizare, hoc est, annunciare bonum, eosq; ad charitatis opera, ad Dei quoq; cultum instruere, de pauperibus .i. de humilibus illis es, qui Christum euangelizant, & Christi in te sentis aduentum. Porro, si horum nihil in te senseris, time, ne Christum non habeas in corde tuo, fortasse quia locum habes immũdum, quem detestatur inhabitare, fortasse nec illum desideras, aut etiã rei repugnas, quare tecum recusat habitare.

Pfal. 13. & 52.

Sapien. 2

Surditas spiritualis quæ.

Claudus mystice quis.

Lepra spiritualis quæ sit.

1. Cor. 15

Illisq; abeũtibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominẽ mollibus vestitũ? Ecce, q̃ mollibus vestiũtur, in domibus regũ sunt.

G

Exierant turbæ ad Iordanẽ, audientesq; predicationẽ Ioannis, in signũ pœnitẽtiæ de peccatis pristinis, & pro signo, q̃d vitam inculpatã, sese corrigentes, posthac ducere vellent, baptizabantur à Ioãne. Dicit ergo Iesus: Quid existis in desertum videre? Cõmendare voluit turbis Ioannem, hoc tamen facere noluit in præsentia discipulorum Ioannis, ne adulari videretur Ioanni, putareturve quod hunc ideo coram ipsis discipulis cõmendaret, q̃d sciret eos omnia Ioãni relaturos. Expediebat quoq; nihilo minus Ioannem non commendari coram illius discipulis, qui nimiũ zelabantur pro suo magistro, atq; ppterea in Christo scandalizabãtur inuidia aliqua, quod ille baptizaret, quodq; populi accursum haberet Iesus, quo magistri sui gloria minueretur. Fuit tamen scandalum siue æmulatio hęc ex ignorantia, nõ ex mala voluntate, atq; ideo nõ fuerunt reprehensi à Christo, sed dissimulãter informati. Illis igitur abeuntibus, dixit Christus ad turbas: Quid existis in desertum videre? quasi dicat: Quæritis hominem in deserto? Quem illum iudicatis? Nunquid arundinem vento agitatam? Nũquid hominem leuem & inconstantem, qui ad auræ flatum moueatur, qui hominum se moribus attemperet, vt quod multi laudant, laudet, quod item vituperãt multi, vituperet, idipsum hodie cum laudantibus laudans, cum vituperantibus iterum arguẽs, quo accommodet se adulãtium more alienis iudicijs hominũque fauoribus? Nunquid existis videre hominem

Ioannem cur Christus in pñsentia discipulorũ non commendarit.

minem mollibus vestitũ? quasi diceret: An putatis eum delitijs assuetum carnẽ suam mollibus fouere? Minime. Neq; est arundo, quæ vẽto in vtramq; flectitur partem, hoc est, neq; ex naturę malitia inconstans ac leuis est, à veritate deflexibilis, neq; studio malæ consuetudinis hoc vitium cõtraxit, vt aduletur. Quod si esse vellet, iam nõ esset in carcere vinctus. Quam præterea sit alienus à mollitie vestium & ciborũ, quam sequuntur hi, qui amant oblectamentum carnis, testatur eremus, testatur vastum durumq; cubile, testat inhumanus agrestisq; cibus, testatur postremo vestimentum hispidum, ex pilis scilicet camelorum contextum. Non est igitur arundo, qui in spiritu & virtute prędecedit Helię, parare dño plebem perfectã. Non vestitur q̃q; mollibus, neq; mollitiẽ suo quærit corpori, q̃quidem q̃ mollia quærũt, in domibus regum sunt, ijs nihil cum eremo est commune.

Luc. 1

Sed quid existis videre? Prophetã? Etiã dico vobis, & plus q̃ prophetam.

Quasi diceret: Prophetam æstimatis inuenisse, quãdo recepistis Ioannem. Verum tamen ego vobis illum pronuncio plus quam prophetam. Causam autem quare propheta & plus quam propheta esset Ioannes, adiungit:

Malac. 3

Hic est em̃ de quo scriptũ est: Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuam, qui præparabit viã tuam ante te.

H

Scimus in familia regum eos qui magis vicini iuxta regem ambulant, turba esse præstãtiores. Quo ergo prophetæ Christo fuere viciniores, eo etiã sunt in hoc genere præstantiores. Adeo aũt vicinus erat Christo Ioannes, vt faciem eius (quo nihil vicinius) præcederet, & eum quoq; digito monstraret. Erat igitur nõ solum propheta, sed etiam in aliquo maior quã propheta, vtpote angelus, id est, nuncius Christi, Christi magnus amicus, Christi vicinus p̃cursor, & Christi mõstrator. Videte aũt quam sapiẽter citat Christus dominus auctoritatem illã seu sentẽtiam illã Malachiæ:

Ioan. 1

Malac. 3

Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Hucusq; enim loquitur, & hic cessat, tacẽs ea quæ sequũtur, puta: Et statim veniet ad templum sanctum suũ dominator, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis: quia non poterant de alio alio quo ẏba hęc intelligi, quam de Messia seu Christo venturo. Hæc tamen verba (vt dixi) Christus tacet, præcedentia tantum citans & perducens attẽtionem auditorum, qui in lege & prophetis satis erant eruditi vsq; huc, ne se iactare videretur Christum, sed potius ipsi, quę mox sequuntur, verba meditarentur, expenderentq;, quandoquidẽ hæc quæ Christus citauit ex Malachia, essent impleta, implenda forent etiam quę sequuntur, scilicet: Et statim veniet ad templũ sanctum suũ dominator quẽ vos quæritis, & angelus testamenti quẽ vos vultis. Quæ de Messia intelligi nõ ignorabãt. Discerent igitur, si impletũ esset & adesset p̃cursor Christi atq; eiusdem viæ præparator, qui faciem eius præcederet, nihilo longius esse Christum expectandum, quin suum præcursorẽ sequeretur, mundoq; iam natus appareret. Videte quã secreto innuit se esse, ne se videatur iactare Christũ. Sequuntur aũt plures cõmendationes quam hodie leguntur, in eodem Euãgelio de Ioanne quæ suo loco dicenda forẽt. Nos interim glorificemus & adoremus dñm Iesum Christũ, qui est benedictus in secula.

Ibidem.

SERMO IN EADEM DOMInica. Rectene ab operibus pœnitẽtię Ioannẽ Christus cõmendauerit.

I

Matth. 11

TV es qui venturus es, an aliũ expectamus? Verba hęc sunt Ioannis ad Christũ p̃ nũcios ex carcere loquẽtis, qui quõ Christũ non ex ignorantia sua interrogauit (nihil enim de Christo Ioannes dubitabat) sed p̃ discipulorũ suorum instructione, ita Christus quoq; Ioanni quidem respondẽs, eidem quæ voluit, renunciauit, quo tamen Ioannem non hæsitantem non voluit instruere, sed nũcios ab eodem ad se missos voluit erudire, atq; ab errore (cui illos nõ ignorabat implicitos) eripere. Responsio Christi fuit, vt ea quę vidissent & audissẽt, nunciarent Ioanni. Adeo em̃ hæc miracula homini soli impossibilia fuere, vt vel nũcij hi q̃ interrogare aduenerãt, nõ possent aliter de Christi, quam de Dei operibus iudicare. Quo cogebantur q̃q; (aberat enim odiũ & inuidia iudicantibus) Christũ dominũ esse verũ Messiam, prædicare. Quippe in quo omnia essent, quæ à prophetis de Christo forent prædicta. Non itaq; eis verbis, sed operibus respondit. Dicite, in-

C quiens,

quiens,Ioanni quæ vidiſtis.Magis voluit vt illi ipſi qui erant miſſi, hæc cordibus ſuis inſcriberent,quam vt Ioanni nunciarẽt. Nihilominus tamen pñſſimus dominus nunciorum detulit verecundiæ,ſciens ſibi miſſos, vt occaſione ex obliquo ſumpta, ab errore reuocarẽtur. Illis itaq; abeunti bus,cõmendationem incepit Ioannis.Noluit eñ illis pſentibus Ioannem cõmendare,ne adulari videretur.Oñia aũt laudum præconia q̃ Chriſtus de Ioãne phibebat, de auſteritate eius vitæ in cibo & potu, de illius incõſtantia & veſtiũ vilitate fuerũt. Quo certe mirandum eſt,quod inter euangelicas laudes Ioannem Chriſtus cõmendauerit ab eo,q̃d panem nõ comederit,q̃d vinũ non biberit,quod mollibus nõ ſit veſtitus, quod delitijs carnis abſtinuerit: cũ hęc opera ſint omnia pioꝝ hominũ &monachorum,quorum ſtatus profeſſioq; ab hæreticis damnatur(quaſi eorum qui ſuis adinuentionibus quęrant ſalutem,qui ſuis operibus nitãtur mercari cœlũ, qui poſtremo irritũ inanemq; reddere præſumãt Chriſti pro nobis ſatisfactionẽ)aſſeuerantibus inania eſſe oĩa opa noſtra bona ad ſalutem. Mirandũ itaq; dico, quõ Chriſtus hoc neſcierit,erranſq; Ioannẽ(qui cũ monachis recte ab hæreticis fatuus iudicari poſſit) laudauerit q̃d à delitijs abſtinẽs, carnem ſuã eremo,carcere,abſtinentia,hiſpido veſtimento, vtilitateq; cibi afflixerit. Nonne iuxta illos omnia hæc ſtulte,inaniterq;,imo pſumptuoſe egit? Cur ergo dominus(ſi cum reuerẽtia ſic loqui liceat) Ioanne ſtultior,illum ab ijs cõmendat? Aut forte potius mirandũ erit, quõ hæreticus calumniari opera pœnitentię audeat,puta ieiunia, caſtigationes carnis, & reliqua id genus opera, cum ediuerſo Chriſtus illa laudet? Hæreticus eadem opera Deo dicit non eſſe accepta,nulliuſq; eſſe meriti, ſed hominum eſſe inuenta, hominũ inſtituta,q̃bus adeo nihil adſit cõmodi,nihil frugis, vt etiam q talia agunt, decidant à fide Chriſtianæ redẽptionis, volentes ſuis (vt aiunt) operibus introire regnũ Dei. Chriſtus ꝙo interim opa huiuſmodi laudat,cõfirmat, atq; ſibi accepta commonſtrat. Quomodo eñ Chriſtus opa bona nõ laudaret,quę ipſe in homine opatur? Abſq; enim Deo homo nõ operat bonũ,ſicut ſcriptum eſt:Omnia opa noſtra.ſ.bona, operatus es in nobis . Quomodo item eadem non remuneraret, cum debitorem ex promiſſo ſe cõſtituerit? vtpote adeo bonus, vt quæ ipſe in nobis & nobiſcum,non tamẽ ſine nobis operatur bona,eiſdem promittat,reddatq; mercedẽ.Beatus, inquit Pſalmographus, vir cui nõ imputauit dñs peccatum.Beatus plane ſimiliter, cui opa ſua Deus,ea nempe quæ eius gratia operatur in eo & cum eo,imputat ei ad meritũ,conſtituens ſe ex promiſſo pro hoc opere mercedis debitorem. Quid tu liuore torqueris hęretice? Si oculus tuus nequam eſt,ſcito q̃ Chriſti oculus bonus eſt,quia vbiq; quærit miſereri & parcere,idq; ſalua iuſtitia,hoc eſt,occaſiones quærit vt iuſte miſereatur.Quid ſi Chriſtus in nobis opa ſua, quæ in nobis operãtur nobiſcũ, coronat? Quid ſi ita quod poteſt,vult facere? Nõne hinc eius tam miſericordia quam ſapiẽtia clarior elucet? Nonne magnificẽtiæ eſt maioris operari cũ homine bonum,dare illi, vt quod agit,eſſe ac dici poſſit bonum, bonoq; huius ſic operato promittere, dareq; mercedem (tametſi opus ipſum non foret maius, quam cyphum ſeu calicem frigidæ aquæ porrigere ſitienti:& hoc ꝓpter Deũ) quam nulli bono operi, quãuis diuina ſit virtute in homini conſummatum,quamuis gratia ſit diuina per hominẽ operatũ, donare pmium? Confutauit igitur Chriſtus hæreticos ab operibus pœnitentię,ab aſperitate veſtium,à caſtigatione carnis, à ieiunijs deniq; & abſtinẽtia Ioannem laudans,confutauit oẽs dicentes, nullius momenti,nulliuſq; vtilitatis eſſe opera bona. Certe Deũ nullis operibus noſtris bonis egere,nullis laudibus fieri ſanctiorẽ, nec ex abſtinẽtia noſtra ditiorẽ effici,qs ignorat? Acceptũ tamen eſſe illi nõ diffitemur, ſi nos ipſius amore delectationẽ quantulãcunq; vobis ſubtraxerimus,aut ſi incõmodum,calamitatẽ, tribulationemve aliquã fuerimus eius intuitu ppeſſi. Chariſſimi igitur filij,ſpretis horum viliſſimorum hominũ calumnijs,qui cũ bona grauarentur opera agere,cum carnem mortificare propriã nolint, cũ deniq; deſiderijs ſuis ſeruire,non mori cõſtituerint,ne propterea habeantur contemptui,nimisq; fiat manifeſtum,quã nulla ſanctitas, nulla virtus,nulla apud eos ſit continentia, detrahunt aliorũ ſtudijs pijs,calumniantur opera bona,ne ipſi bona opera non habentes minoris ſint æſtimationis.Sunt eñ maximę pro

Pſalm.31

Matth.12

Opera bona à Chriſto laudari.

Matth.10 Marci9

Pſal.15

Hæretici cur bona hominũ pijs operibus detrahãt.

Ioãnes in quibus fuerit per Chriſtum commendatus.

Lucæ 1

Matth. 11

Hæretici pœnitẽtię opa calũniantes cõfutantur.

Eſaiæ 26

mę propterea apud ſuos opinionis, quod inſatiabili dilgentia cuiuis ſtatui probe inſtituto norint detrahere, inſectariq; oñes alios:ſe vero magnificare, ſuam fidem extollere,quę tanta(vt inquiunt)eſt,vt abſq; bono fructu,imo cum peſſimis fructibus credant arborem bonã, credant item ſeſe abſq; opere bono, hoc eſt, abſq; diuinorũ præceptorum obſeruantia,ſola Ieſu paſſione ſaluandos.Credant Ieſum in mũdo vixiſſe,ſic &ſic docuiſſe,hęc &illa feciſſe,hęc illaq; ꝓcepiſſe,ea tamẽ quæ ꝓceperit, factu (qñ ſunt opera bona)neceſſaria non eſſe, ſed quiſq; crediderit verbis , dominicisq; præceptis,eũ non poſſe perire.Et hoc non q̃ Dei præcepta fecerit aut impleuerit, ſed quod ea crediderit,quia ſola fides hęc,eos (vel ſi dijs diſplicuerit)ſaluabit. His igitur vt hominibus peſtiferis relictis,vos filij operemini bonũ ad oẽs,frangite deſideria veſtra ,abnegate voſmetipſos , vt non quæ vultis faciatis : crucifigite carnem veſtram cũ concupiſcentijs veſtris.i.affligite veſtram carnẽ,à delectationibus abſtinendo,concubita negando,quæ moleſta ſunt vobiſipſis propter Deũ patienda imperando:&vt ſimul dicam oñia,quicqdDeo cognoueritis placere,quicqd & in quouis tẽpore à vobis exigit,haud negligendo. Prę termittite,quicqd illi cognoueritis diſplicere,quicquid ſuper vos ponderis poſuerit,æquanimiter ferte.Et cũ hæc omnia feceritis,inutiles ſeruos dicete. Hęretici cũ nihil de præceptis dñi obſeruent,q̃d inutiles ſe dicunt ſeruos, gloriantur,cum quicquid libuerit carni, indulgeant, q̃d ſola ſe fide credant poſſe ſaluari,ſibi blandiũtur.

M Vos dñi præcepta cuſtodite, & nihilominus inutiles infructuoſoſque iudicate. Cum oĩa diligenter feceritis,nihil in operibus veſtris,ſed in Dei miſeratione Chriſtiq; benignitate confidite. Credite bonis malisq; operibus congruã à Deo reddendam mercedem.Veſtra opera tamen huiuſmodi non credatis eſſe ea, quibus debeatur merces,ſed quibus formidetis ſuppliciũ. Nihilominus tamen à q̃uis bono opere,q̃d poteſtis,non abſtineatis,ſed ire contendite per anguſtam portam,ita nõ quaſi aerem verberantes certate,tã diligenter laborate,vt quaſi nihil adhuc apprehenderitis virtutum,imo quaſi violentia quadam regnum cœlorũ rapere nitamini.Atq; itẽ de veſtris operibus,de induſtria veſtra,de-

Ad Tit.2 Galat.5 Bona opa quomodo exercẽda.

Lucæ 17

1.Cor.9

Matth.11

que omni quam nauatis, opera pro ſalute veſtra adeo deſperetis,vt ex ſola Dei miſericordia,ex eiuſdem bonitate ſaluari &oretis,&confidatis. Sectamini chariſſimi cum Ioãne Baptiſta pœnitentiã,eremum, ſolitudinem,abſtractam vitam, carnis maceratiõem,animi ſtabilitatem, grauitatem morum,charitatem ac Dei zelum. Execremini cum eodem auaritiam, luxum, delitias,voluptatem,crapulam,cęteraq; vitia huiuſmodi,vt Chriſto in vobis locum prępa retis venturo,detis venienti, & ipſe vos inhabitet,vos regat,voſq; poſſideat. Si ita feceritis,parabitis in vobis Chriſto digniſſimum habitaculum. Celebramus enim domini aduentum. Quo obſecro,ad quid aliud monemur, quam vt dño locum in quo illum habitare delectet , paremus? Tria autem ſunt quæ Chriſto præpãrãt locum, ſeu dignum efficiunt quem inhabitet Deus,Legimus eius eſſe delitias cum filijs hominum.Quare ex ipſo nõ eſt,ſed ex nobis tantum ipſis,q̃d Deus non habitat in nobis.Si enim eius ſunt delitiæ eſſe (vt teſtatur) cum filijs hominum, quomodo non libenter eſt cum homine, ſi locum inuenerit ſibi congruum,aut ſe dignum,hoc eſt, nõ ſe indignum? Nemo enim illi dignum parabit locum. Primum itaq; filij q̃d ad hoc eſt neceſſarium, videtur eſſe humile,feruenſq; deſiderium,q̃ anima tua æſtuet pro aduẽtu Dei.Nihil dignius, nihil vtilius,nihil habere potes melius, quã Deũ. Indeſinenter proinde roga Deum,ne ſe elonget à te.Ipſe enim eſt fortitudo tua,virtus tua,theſaurus tuus.Aduenĩat in mentem tuam,hanc regat,hãc poſſideat. At fortaſſe dicis:Deuotionẽ non ſentio,quõ orabo? Si ſenſus cordis cõtradicit tibi ora re volenti,& inuenis in te cor aridum, ſterile ac lapideum, ora voluntate rationali, ora fide nuda.Propone tibi bonum ſummum,atq; immenſum eſſe Deum,maxime tibi vtilem,maxime neceſſarium,ſine quo nihil es,taceo vt aliquid poſſis,maximeq; idcirco abs te deſiderandum,ſi ſenſu cordis nequis,ſpiritu,intellectu, voluntateq; rationali deſidera , vt rem nobiliſſimam, fructuoſiſſimam & neceſſariam . Contra ſenſum cordis tui,inter ariditatem,ſterilitatemq; mentis,corpus tuum humilia, genua vt ſe inclinent, compelle, labia vt loquantur Deo,& ſalutaria petãt,vrge,optadeſideria deuotiſſima , atq; affectuoſiſſimate

Baptiſta dñi in quibus nobis ſit imitandus.

Tria quędã in nobis locum Chriſto ꝑparant.

Pſal.44

Deuotionẽ ſenſibilẽ non habẽti , quõ orãdum.

ma te ſi placeret Deo habere, reſigna te vt ariditatẽ mentis ad beneplacitũ Dei, quandiu ille voluerit, ſuſtinere conſentias. Non ex deſidia mẽtis, ſed pro ſubiectione & abnegatione tuę voluntatis. Aeſtima te deuotione, cõſolationeve ſenſibili indignũ. Nihilo minus tamẽ clama pro Deo ſe tibi donãdo, clama oratiõe, fortaſſe nõ dulci aut ſuaui, tamẽ forti. Crede fili, ſi perſeueraueris, ſi te propterea, qa aridũ ſentis cor, humiliaueris, ſi culpã huius tibi aſſcripſeris, ſi nihilo ſecius corde licet, duro, orãdo inſtiteris, ſi te eius obtuleris, relinqueriſque voluntati, ſi ei credideris q̃d paterna prouidentia tecũ egerit, daturusq; ſit q̃ tibi ſunt vtiliſſima: Deus etiã inſenſibiliter habitabit in corde tuo. Hęc em̃ nõ poſſes, niſi Deus in corde tuo habitans te erudiret, te cõfortaret, in te oparetur, quamuis tu aliter putes, quãuis non ſentias, quãuis habeas, credasq; te deſolatũ & derelictũ. Loquor aũt hæc filiꝭ bonę voluntatis, q̃ pauperes ſunt ſpiritu, qui terrena non ſapiũt, ſed amãt, eſuriuntq; & ſitiũt iuſtitiã ac virtutes. Non vobis hoc dico filij hoim, qui graui eſtis corde, qui diligitis vanitatẽ & quæritis mendacium, hoc eſt, huius ſeculi figmentum, q̃d oſtendit mentiturq; ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit. Hoc quandiu quæritis, quandiu diligitis, Deũ amare, aut pure quęrere non poteſtis. Erratis miſeri, magnipendẽtes quæ nulla ſunt, cũ q̃bus peribitis & nihil efficiemini, q̃d aũt veſtras poſſet ſaluare animas, negligitis. Secũdum quod pro impetrando aduẽtu Dei in mentem tuã eſt neceſſariũ, eſt munditia cordis. Neq; em̃ cor inquinatum aut immũdum introibit ſapiẽtia, neq; habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sit igit̃ in te timor dñi, qui ſup te vigilãs, te cuſtodiat, arceatq;, ne Deum offendas, ne quoq; intra te quippiam q̃d illi ſit inimicũ, foueas. Quare enim in veteri teſtamento toties, ſi quiſpiam immundũ quid tetigerit, ſua lauare veſtimenta iubetur, immundumq; ſe profiteri vſq; ad veſperum, niſi vt intelligeremus quãta diligentia, qua vigilantia nobis cuſtodiendum ſit cor noſtrũ, ex q̃ egreditur q̃d coinquinat hominẽ? Tertiũ eſt volũtatis noſtrę conformitas cum diuina. Hæc conformitas non tam inuitat ad ſe Deum, quam ſeruat etiam. Dignatur enim libẽter hominem ſua viſitatione Deus, dignatur ſua in habitatione, vbi nullã ſenſerit ſibi fieri repugnantiã, vbi ſubiecta ſibi inuenit om̃ia, qui eſt in ſecula benedictus, Amen.

O Matth.5

Pſal.4

II.

Sapien.1

Eccli.1

Leuit.15

Matth.15

III.

DOMINICA IIII. ADVENTVS DOMINICI,

epiſtola B. Pauli Apoſtoli, I. ad Corinthios quarto.

IIII

IC nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpẽſatores myſteriorum Dei. Hic iam quæritur inter diſpẽſatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, dominus eſt. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quouſq; veniat dominus, qui & illuminabit abſcõdita tenebrarum. & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; a Deo.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

HAnc Paulus ſcripſit epiſtolam Corinthiꝭ, q̃s pſeudapoſtoli adparum bene ſentiendum de Apoſtolo induxerant, cauſantes nõ verum eſſe ipſum Apoſtolum, infacundum, contemptibilem, atq; ideo contemnendũ. Ad quod ſobrie, humiliterq; Apoſtolus reſpondens, Sic, inquit, nos, id eſt, me & Apollinem exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti. Nolo enim plus minusve de nobis quis ſentiat, quam diuinitus eſt nobis conceſſum. Sumus enim non viliores quam miniſtri Chriſti & diſpẽſatores myſteriorum, hoc eſt, eccleſiaſticorum ſacramentorum Dei. Nolumus q̃s nos æſtimet, quaſi haberi æſtimarive optemus domini. Sed dubitant quidam de noſtra fidelitate, idcirco quæritur inter vos, q̃s inter diſpenſatores fidelis inueniat, cui ſit merito credendũ, quiq; recte & fideliter om̃ia diſpenſet, quandoquidem non oẽs quę Ieſu Chriſti, ſed magis quę ſua ſunt quęrũt.

Philip.2

Subindicat aũt hic vel propterea Corinthios reprehenſibiles, q̃d ipſi hic inquirere præſumant, id quod poſt hanc vitã dominus eſt facturus, & ſuos prẽlatos, à quibus ipſi debent iudicari, contendant iudicare. Vos, inquit, iudicatis diſpenſatores, alios fideles, alios infideles. Mihi autem pro minimo eſt, cuiuſmodi iudicer, puta infacundus, contemptibilis, aut non ſyncerus, & hoc ſiue à vobis, ſiue ab humano die. Humanũ diẽ hoc tẽpus vocat Apoſtolus, quo homines vt hoĩes ſeinuicẽ iudicant, ignorantia & affectionibus deprauati. Sed neq; meipm̃ iudico. Quanto igitur minus vos iudicare poteſtis me q̃ ego, qui meipſum penitus noui? Quãuis em̃ nullius peccati grauioris aut lethalis mihi cõſcius ſim, nõ tamẽ ꝓpterea iuſtificatus ſum, nec iuſtum me confiteri audeo. Delicta em̃ quis intelligit? Qui autẽ iudicat me, dñs eſt. Hic abſque hęſitatione nouit om̃ia. Nam etſi poſt conuerſionem meã in apoſtolatu male infideliterve egiſſe non recolam, non tamen propterea gloriari præſumo: quoniã ſub illo iudice virtutes etiam humanæ trepidabunt. Hæc aũt omnia exaggerat Paulus ſeſe humilians, quo illos ad mentẽ ſaniorẽ, qui ad vindicandum erãt proni, reduceret. Ideo ſeq̃tur: Itaq; nolite ante tempus iudicare, p̃cipue in dubijs & incertis, nec in alios ſententiã pronunciare, q̃ ſyncero, qui fictove ambulent animo, aut qui prædeſtinati, qui ſint reprobandi. Hæc em̃ ſoli Deo ſunt manifeſta. Patebunt autẽ vobis quoq; in tẽpore aduentus Chriſti, quo nos iudicabit om̃es. Interim de huiuſmodi nolite vos iudicare, vſq; quo veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, occulta peccata faciẽs manifeſta, & manifeſtabit conſilia cordium, id eſt, cogitatiões firmas, animumq; & intima cordium ſecreta nudans. Tunc enim & ſimplicitas & hypocriſis apparebit, & videbũtur pleriq; vtiles fuiſſe & digni, qui hic habiti ſunt deſpecti, quomodo multi quoq; qui hic aliquid videbantur eſſe, ibi inuenientur inglorij. Et tunc Deo arcana cordiũ reuelante vnicuiq; laude digno erit laus à Deo.

B

Humanus dies quid.

Leuit.15

Pſal.18

Matth.7 Eccle.11

Interim obſeruandum & illud Euangelicum: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et illud Eccleſiaſtici: Ne laudes hominem in vita ſua. De om̃ibus quidem bene ſentire, charitatis eſt & ſanctæ ſimplicitatis. Hic enim nullum cõſcientiæ eſt periculum, tametſi fallaris. Porro laudibus hominem extollere nimiꝭ apud alios, eſt interdũ alios fortaſſe laude digniores deprimere, aut eos q̃ tuo teſtimonio credũt improuidi fallere. Non raro em̃ vidimus aliorum laudibus & cõmendatione fulcitos ad officia honoreſq; promoueri, quotamen vita moresq; vbi poſtea clarius erupterunt, etiam eos, qui ante cõmendabant, & fautores fuerãt improuidarum laudum ſuarum, non potuiſſe non erubeſcere. Tu igitur lauda parce, ſed vitupera parcius.

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ quartæ Aduentus. Ioannis primo.

C

ERat multorum opinio eo tẽpore, quo Iudæi ad Ioannẽ miſerunt legatos, Chriſtum aut eſſe natũ, aut proxime naſciturũ. Multę nanq; prophetiæ de Chriſto aliquando futuræ, nunc cõſummari videbantur: atq; hoc tẽpus Chriſti eſſe natiuitatis tempus oſtẽdere. Quocirca, qa ſcriptum erat: Non auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat q̃ mittẽdus eſt, & ipſe erit expectatio gentiũ, cũ ſemper hactenus iudices, duces, reges, ac principes habuerint Iudæi ex ſua gente ꝓprios, ſemper eos q̃q; habituros illis ꝓmiſſum eſt, vſq; ad tempus q̃ is qui mittendus erat (nimiꝭ Chriſtus) naſceretur. Principatu vero Iudęoꝝ nũc in alienã gentẽ translato, atq; alienigenæ tradito, Iudæoꝝ ſtirpi ſceptrum ablatum eſſe, & ducem de fœmore Iudę defeciſſe, palam ſignificabatur, adeſſeq; tempus q̃ naſciturus ꝓnunciatus erat Chriſtus. Hoc itaq; Iudæi conſiderantes, nõ paruã habuere ſuſpitionẽ de Ioanne ipm̃ fore Chriſtũ. Miſerũt igitur ad illũ nuncios, q eum qs eſſet interrogarẽt. Et hoc recitat Euangeliũ hodiernũ dicens:

Genes.49

Miſerunt Iudęi ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es?

Iudæi Chriſtũ obſeruabant & Ioannẽ, ne forte alter eoꝝ eſſet Chriſtus. Miſerũt igitur ad Ioannem ipſum interrogantes. Quare, inquis, non miſerũt ad Chriſtum

Ad Christū cur nō miserint Iudæi.

quoq; interrogãtes: Respondendum, maiorem eos opinionem habuisse de loãne, quam de Christo. Primum quidem, quod Ioannes de parentibus esset natus clariori

Lucæ 1 bus, puta de Zacharia summo sacerdote, cuius fama non erat incelebris, adeo vt Ioannis natiuitas prçoniumq; mox nati di

Lucæ 2 uulgabatur super omnia montana Iudææ. Tanquam ẽnim de viro prestante nati infantis celebrabatur ortus. Christi vero ob

Matth.13 Marc.6 scurum putabant Iudæi esse ortum, vocantes eum fabri, seu Ioseph & Mariæ filium. Galilæam deniq; patriam eius cõtemptui habebant, vt bonus ille Nathanael diceret:

Ioan.1 A Galilæa potest aliqd boni esse? Deinde, loãnes austeriorem agere videbatur yitã, quam dominus Iesus, quare Ioannem propterea æstimabãt sanctiorem. Induebatur

Matth.3 Marc.1 nanque loãnes veste de pilis camelorum, & zona pellicea ad lumbos, quo conformis ad Heliç vestitũ accedebat. Abstinebat

4.Reg.1 Luc.1 à sicera & vino. Antrum cubile erat. Cibus locusta & mel syluestre. Christus vero nullo præ cæteris abstinebat cibo, nec alio quam communi vtebatur vestimento. E-

Matth.11 Matth.9 debat, bibebat, conuiuia intrabat peccatorum & publicanorum, quorum saluti aduenerat. Quamobrem Iudæi aduersus eũ murmurabant, vocantes eum hominẽ vo-

Ibidem racem, potatorem vini, amicum publicanorum & peccatorum. Tribuebant igitur Ioanni sanctitatis opinionem maiorem, quam Christo. Vide etiam quod solen-

Matth. 22 Marc.12 niores nuncios miserũt ad Ioannẽ, quam ad Christum Iudęi. Ad Christum nanque miserũt discipulos suos cum Herodianis. Porro hic sacerdotes mittunt & Leuitas ab Hierusalem, quo simul hos nuncios doctos intelligas. In Hierusalem enim legis & scripturarum schola erat. Vide deinde Ioannis humilitatem, Ioannis confessionem, synceritatem atq; constantiam. Veniunt Iudæorum legati, & parati illum pro Christo recipere offerentes ei maximæ huius dignitatis opinionem. Veruntamẽ, qd

Matth.11 Christus dicebat de eo, ostendit se haudquaquam arũdinem vento agitatam. Nulla vacuitas in ipso fuit, sed erat in Ioanne

Augusti. synceritas, ideo sibi noluit, quod nõ erat, arrogare. Non eum mouebat ventus inanis gloriæ, qui cedros Libani quoque sæpenumero cognoscit deiecisse. Illis itaq;, q̃ missi fuerãt Ioannẽ interrogãtibus: Tu q̃s es? vt testimoniũ tanquam vir constãs Ioannes vel de seipso proferret, audierunt.

Et confessus est & nõ negauit, & cõfessus est, quia non sum ego Christus. D

Vide quia negationem Ioannis, puta qd non esset Christus, cõfessionem hic vocat. Sic enim reuera erat. Se enim negando Christum, Christum ipsum qui vere erat Christus, confitebatur. Vnde si Ioannes Christi sibi arrogasset nomẽ, si Christum se dixisset, Christum verum dominum Iesum negasset. Voluit igitur Euangelista ostendere, quam glorioius esset Ioãnes cõfessor Christi, qui dum se Christum negaret, confitebatur Christum, quem (vt dixi) certe negasset, si sese Christum dixisset. Cõfessus itaq; est, puta Christum, & non negauit. Confessus est, hoc. s. modo: quia nõ sum ego Christus. Pergentes igitur legati ad aliam quæstionem, interrogant.

Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et dixit: Non.

Malac.4 Helias qñ vẽturꝰ sit

Sciebant ante Christi aduentũ venturꝫ esse Heliam. Quod futurum q̃q; est, si secũdũ intellexerimus aduentũ, quando mundum est Christus iudicaturus vniuersum. Tunc cñ duo illi prophetæ Enoch & Helias cõtra Antichristum pdicabunt, à quo tandem occidentur, insepulti manebũt, resurgent, & in cœlum assumentur. Hunc vero aduentum, qui erat Christi in carnem, nõ Helias, sed Baptista Ioannes pcessit, qui Matth.11 & 17 Lucæ 1 Marc.9 nõ in carne, sed in virtute ac spiritu (iuxta Christi testimonium) erat Helias. Ioannes igitur respondit, non cogꝫ mentem vidẽs interrogãtium de persona Heliæ. Nam in mysterio Ioannes ipse erat Helias. Cui in multis erat similis Ioannes habẽs eandem gratiam, eandem vitę austeritatem ac rigorem. Vterq; eremo vixit, vterq; zona pelli Matth.3 4.Reg.1 2.Reg.16 & 17 Matth.13 Marc.6 cea cinctus. Par quoq; zelus vtrobiq;. Ille quomodo Achab & Iezabel arguens persequutionem passus est, ita hic Herodẽ & Herodiadẽ corripiens, carcerẽ, mortemq; sustinuit. Est deniq; vterq;, hic primi, ille secũdi dominici aduẽtus pcursor. Continuãt legati suas interrogatiões. Prophe-

Matth.13 ta es tu? Ex habitu, ex victu, ex baptismo & prædicatione conijcebant eũ ad minus prophetam; cũ multo esset quam propheta maior. Quod Christus q̃q; manifestat turbæ loquẽs: Quid existis in desertũ videre? Prophetã? Etiã dico vobis, & plus quã pro-

prophetam. Sed Ioannes respondit: Non. Negauit se prophetã esse officio, nõ negauit gratiã & virtutẽ pphetæ. Prophetæ nanque officium est, quare propheta vocatur, de Christo futura prædicere, non autem

Officiũ pphetæ. Ioan.1 præsentem Christum monstrare. At Ioannes non de venturo, sed præsente Christo loquebatur eidem testimonium perhibẽs, quod baptizaret in spiritu sancto, q̃d tol-

Mat.3 Mar.1 Ioan.1 Deu.18 leret peccata mundi, q̃d illius nõ foret dignus calciamenta soluere. Potest etiam dici ludẽs de illo propheta interrogasse, de quo Moses loquebatur: Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus deus tuus. Ipsum tanq̃ me audietis. Quod Ioannes intelligens, idcirco hunc se esse pphetã negauit. In omnibus his

Acto.6 humilitas cõmendat Ioãnis. Relegauit enĩ à se qcquid erat honoris: Christũ se negauit, Heliã, pphetam diffitet: cuius vtriusq; sibi potuisset arrogare gloriã, in hoc maxime honoratus, quod spernit fugitque gloriam mundanam. Habet enim hoc ipsa gloria, quod fugientem sequitur, appetentem se fugit. Quæsierunt itaque legati, cũ se Ioannes negauerat, quod non erat.

E Dixerunt ergo ei: Quis ergo es, vt responsum demus ijs qui miserunt nos? Quid dicis de teipso?

Vide quomodo vrgent Ioannem. Vide q̃uis aliqui videant sentire, q̃d legati hi, ppterea ad Ioannem venerint, quasi illum pellicientes, vt diceret se Christum, & q̃d hoc animo à Pharisæis missi fuerint, vt si se fateretur Christum, recepturi illum essent pro Christo. Non tñ ex omnibus tã pcedentibus, q̃ sequentibus eorũ verbis id apparet. Quapropter magis videntur iniquo animo missi ad explorandum. Pharisæi enim, vt reor, cum Ioanne egerũt, quomodo cum Christo. Et certe quũ in Christo multa vidissent signa, non tamen crediderunt. Quomodo ergo Ioãni credidissent, qui prorsus nullum fecit signũ? Putandi igitur sunt (salua cuiq; sua opinione) inuidia, æmulatiõe Pharisæi permoti, videntes turbas, ad Ioãnisq; baptismum egredi, vnde suæ æstimationis cernebãt fieri iacturam. Non igit illis baptizandi hæc nouitas, quamuis persuasibilis propter tẽpus, ne forte ex Deo esset, placuit: ideo scisciscitati sunt, an esset Christus Ioannes. Quẽ si se mentitus fuisset, putas Pharisæi credidissent? Equidem puto, minime, sed cum eo perinde atq; cum domino nostro Iesu Christo egerunt, agerent. Nam si Ioãni testimonium vero Christo perhibenti non crediderunt (neque enim propter Ioannis testimonium dominum Iesum Christum receperunt) quomodo Ioanni crederent seipsum Christum dicenti? Respondens eis Ioannes ait:

Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viã dñi, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Esaiæ 40

Quasi diceret: Ego nõ sum verbum, sed sum vox verbi clamantis (puta in me, seu p me) in deserto. Quid clamat verbum, id est, Christus, per vocem, id est p Ioãnem in deserto? Dirigite viam domini, sicut dixit Esaias propheta. Vera & humilis responsio Ioannis. Erat enim reuera vox verbi incarnati in ipso clamantis in deserto Iudæa, hoc est, faciẽtis ipsum clamare: Dirigite viam dñi, &c. Quod Lucas quoq; insinuat, dicens: Factum est verbum domini super Ioãnem Zachariæ filium in deserto. Gregor. Lucæ 2

Non enim incõgrue dicitur Ioannes vox verbi incarnati. Est enĩ verbum seu cõceptus mentis, quod est ante vocem atque sine voce. Si tñ id debeat agnosci, audiri, intelligiq;, necesse est præire vocẽ, qua fit vt intelligatur. Ita dei filius, patri quidẽ coæternus, hoc est, ꝟbum patris, semp fuit. Veruntamẽ vt mundo quoq; fieret notus, vt audiretur, vt intelligeret à mundo, caro factũ est, hoc est, quodammodo audibile aut pceptibile factum est. Cuius ꝟbi vox præcedẽs Ioannes fuit Baptista, qui Christum nunciauit, monstrauitq; præsentẽ, quẽadmodũ pater eius Zacharias quoq; testabat, infanti mox nato loquẽs: Tu puer, ppheta altissimi vocaberis. Præibis enĩ ante faciẽ dñi parare vias eius. Alia est similitudo. Scimus ꝟbum q̃dcunq; enũciat, p vocẽ æque ac p vehiculũ deferri ad aures audiẽtiũ, vt pcipiatur. Pari modo Ioannes Christũ Iudæis manifestauit, testimoniũ de ipso phibẽs, & quãtũ in se fuit, cordibus auditoꝝ illum inuehẽs. Ideo dicit ipse: Vt manifestet, Christus scilicet in Israel, ppterea veni ego in aqua baptizãs. Tertia est similitudo. Vox, vbi ad mentẽ hominis detulit verbum, vbi conceptum mentale loquentis intulit auribus auditoris, ipsa in

F Ioannes q̃ bene vox dicatur. Ioan.1 Lucæ 2 Ioan.1

nihilũ vertit,peritq; verbo manẽte in mẽ te audientis. Hoc modo poſtquam Iudæo rum excitauit corda Ioannes ad recipien dũ Chriſtum,ipſe à prædicatione baptiſ moque deſijt, Chriſti baptiſmo recepto & manente, Quod ſatis clare fatetur Ioãnes

Ioan 3 quoque dicens: Me oportet minui (intelli ge ſecundum officium eius, & iuxta opi nionem hominum) illũ vero, hoc eſt, Chri ſtum, oportet creſcere, hoc eſt, opinione, gloria, autoritatiſq; vſu oportet fieri ma

Ioan.5 iorem. Eam ob rem quoq; Ioannes à Chriſto vocatus eſt lucerna, quia prẽluxit ducens ad Chriſtum. Lucerna nanque ar det & lucet. Et idcirco vocatus eſt nõ ſolũ lucerna, ſed additur etiam ardens & lucẽs, quaſi ſingulariter lucida p̃ cæteris, qui lu cernæ dici poſſent. Conſtat autem lucer nam in nocte præſtare illuminationẽ. Si qdẽ adueniẽte a ſole illuminatur terra cla rius, quam à lucerna. Imo ſol ita ſuo exu perat lumine lucernam, vt lucernæ lux nõ ſentiatur, ſed ſit fruſtra. Videte cuiu

Lucerna cuiuſmodi fuerit Ioannes. ſmodi fuerit lucerna Ioannes, lucens no bis nimirum, hoc eſt, inuitans nos ad pœ nitentiam. Quicquid enim in omni eius vita inſpexeris, nõne hoc ad pœnitentiã, nonne ad mundi nos contemptum inui

Matt.3 tat? Vides veſtimentum hiſpidum ac pilo ſum? pœnitentiam, & gloriam monſtrat. Prædicat cibus eius & potus delitijs abſti nendum. Clamat deſertum quoque nihili pendendos plauſus hominum. Denique fauores regum non quærendos, nec pro iuſtitia metuendas principum minas, car cer eius probat. Eſt igitur vere Ioãnes vox clamantis in deſerto, qui in vita, in con uerſatione, in moribus, & in prædicatio ne non aliud docet, quam dirigere viam domini, hoc eſt, idoneam facere viam, qua Chriſtus ad cor hominis veniat, hominẽ que poſſideat. Vide autem quam diſſi mulanter indicat Euangeliſta, quod non animo ſyncero hæc omnia interrogarint. Dicit enim: Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. Hi enim ſemper gloriæ inui debant alienæ. Propterea igitur rurſus ob ijciunt legati.

Et interrogauerunt eum, & dixe runt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus, neq; Helias, neq; Prophe ta?

Quaſi dicerent: Quid tu hac nouitate

Matt.3 vteris, aut quõ tibi vendicas autoritatem hãc vt baptizes, baptiſmumq; prædices in remiſſionem peccatorum? Hic intelligen dum eſt baptiſmum Ioannis non operari remiſſionem peccatorum, ſed eius baptiſ mum receptum in pœnitentiam, ſeu in ſi gnum pœnitentiæ, quæ pœnitentia opera batur remiſſionem peccatorum. Homines enim pñ, qui ad prædicationem venerunt Ioannis, ab eodem ad pœnitentiam retro actæ malæ vitæ inſtituebantur, vnde com puncti in ſignum, quod pœniterent, atq; inter pœnitentes ſe conſtituerent, baptiſ mum recipiebant pœnitentiæ, hoc eſt, q̃ pœnitentiam profitebantur. Itaq; non ex virtute baptiſmi Ioannis, ſed ex pœniten tia hi, qui baptizabantur, remiſſionem ob tinuerunt peccatorum, aut ſaltem ad mi nus ſeſe faciebant dignos ad receptionem baptiſmi Chriſti, qui plenè à cunctis mun dabat delictis. Quocirca Ioannes de ſe hu militer vbiq; ſentiens & loquens.

Baptiſmũ Ioannis datum fuiſſe non in remiſſionẽ peccatorũ ſed in ſignum pœnitẽtiæ.

Reſpondit eis dicens: Ego baptizo in aqua, medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.

Ego corpora veſtra aqua lauo, nihil am plius vobis donans, q̃ miniſter eius, q vos intus lauabit atq; mũdabit ſpiritu ſancto, donãs vobis oĩa delicta. Ego baptizo vos aq̃, externũ miniſteriũ ego foris impleo. Medius aũt veſtrũ ſtetit, quẽ vos neſcitis, hoc eſt, inter vos eſt, quãuis eũ nõ cogno ſcatis, q vos baptizat in ſpiritu, hoc eſt, q vos lauat ab omnibus delictis, ſicut paulo poſt ſequit. Qui miſit me baptizare, inqt Ioan. Ioãnes, ille mihi dixit: Sup quẽ videris ſpi ritum ſanctũ deſcendentẽ & manentẽ ſup eum, hic eſt, qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei.

Ipſe eſt, qui poſt me vẽturus eſt, qui ante me factus eſt, cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam cal ciamenti, hæc in Bethania facta ſunt trãs Iordanẽ vbi erat Ioãnes baptizãs.

Hic eſt, inquit, q poſt me me vẽturus eſt, q p̃dicabit, qui baptizabit, qui ſeſe mun do oſtẽdẽt in virtutibus & miraculis poſt me. Breui qdem tẽpore poſt me ex matre natus eſt, ſed ante me factus eſt. i. mihi pla tus eſt, ſuperior atq; dignior me eſt, qa pri or me erat: vtpote patri coæternus. Videtis filij, quomodo vbique ſe humiliat Ioan nes. Et nos docet humilare nos. Eſt Ioan nes humilis, ſed ſanctus, ſed magnus Luc.1 Matt.11 coram domino: imo quo maior, Chriſto

Chriſto teſte, nemo ſurrexit. Quam hu miles nos oportet eſſe peccatores. Do cet autem nos domini præcurſor Ioãnes vt ſi quippiam in nobis appareat commen dabile, hoc lateat oculos noſtros, quos in defectus noſtros luſtrandos debemus cõuertere. Explorare nos cõuenit curioſi tate pia alienã ſanctitatẽ, alienã pfectionẽ, alienaq; opera bona magnificare, nihil de noſtris iactare, ſed vilipendere. At ſi qd etiam alij in nobis laudãt, non debemus cre dere. Si laudamur, alienæ id debemus hu militati aſcribere atque errori, falli quo que eos putare in ẽſtimatiõe ſua, circa nos maiora melioraq; quam oportet, de no bis ſentientes. In omnibus itaq; vilis ſit ẽſtimatio nobis de nobis, quo ſemper, iux ta Chriſti monita, nõ ſolũ à Ioãne, verũ etiã à Chriſto diſcamus eſſe mites & humi

Matt.11 les corde, q eſt benedictus in ſecula, Amẽ.

SERMO IN EADEM DO minica. Quid verbũ Dei in deſerto clamauerit.

1 VOx clamantis in deſerto, dirigite viam domini, Ioannis I. Miſerant Iudæi ad Ioannem Leuitas & ſacerdotes, qui illũ, quis eſſet, interrogarent, ſuſpitionem ha bentes, ne forte eſſet Chriſtus aut Prophe

Deut.18 ta ille magnus, quem Moſes ſuſcitandum prædixerat, & pinde ac ſe audiẽdũ monue rat. Multifariã itaq; Ioanne interrogato, hoc ſolum didicerunt Iudæi, quod fateba tur Ioannes vocem eſſe ſe clamantis in de ſerto. Cuius vocẽ? Verbi Dei, filij Dei, cu ius erat & angelus, hoc eſt, nuncius & præ curſor. Clamabat itaque verbum Dei per Ioannem, clamabat quoq; per ſeipſum.

Quid verbum Dei clamauerit. I. Lucæ 14 Vultis ſcire quid verbum Dei clamauit? Clamauit primo vt non diligamus mun dum, neq; opera mundi. Niſi quis (inquit) renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Quot fuerũt tunc, qui audierunt hanc vocem auribus corporeis, non tamen audierunt aure cor dis. Amici certe huius mundi adhanc vo

Matt.19 Mar.10 Lucæ 18 cem obſurduerunt. Legimus iuuenem veniſſe ad Chriſtũ, interrogãtemq; qd fa cto opus eſt, q̃ ad vitã ingredi poſſet æter nã, Chriſtus ei reſpondit, q̃d ſeruaret Dei mãdata. Verũ cũ hic a iuuentute ſua diceret ſe feciſſe hec oĩa, audiuit à Chriſto: Vnũ ti bi adhuc deeſt, vade & vẽde oĩa, quę habes & da pauperibus, & ſequere me. Hãc vocẽ iuuenis audiens triſtis abſceſſit: multas e nim habuit poſſeſſiones, a qbus ægre po tuit auelli. Quis ergo audiuit hanc vo cem? Audierunt apoſtoli, dicentes: Ecce Matt.19 Vocẽ hãc quinã au dierint. nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Audierunt primitiæ credentiũ in Chri ſtum poſt diem Penthecoſtes, de quibus ſcribitur, multitudini credentium fuiſſe Acto.4 cor vnum & animam vnam in domino. Quotquot agros & prædia habebant, ven ditis illis, precium ad pedes offerebant A poſtolorũ. Nec quiſquam (quomodo ſcri ptum eſt) aliquid ſuum dicebat, ſed erant illis omnia communia. Audierunt hãc vocem tempore Marci Euangeliſtæ, & tẽ poribus ſequentibus multa milia colenti um Deum, qui in deſertis Alexandriæ, q in Aegypto, qui in Thebaide atq; Nitria à ſe mundo abdicato, ſuarum ſeſe alebant manuum laboribus. Nec ſe tantum, ſed & egenos reficiebãt. Canebãt hymnos Deo antelucanos: Macerabant ieiunio ac vigi lijs corpora ſua. Inter quos Anthonius, Hilarion, Pacchomius, alijq; cum grege monachorum innumero præcipui emica bant. Audierunt hanc vocem Benedi ctus, Bruno, Bernardus, Franciſcus, Do minicus, alijq; cõplures, qui non contra Euangelium, vt hæretici ſomniant, ſed p pter Euãgelium, hoc eſt, vt iuxta Euange lium, & iuxta Chriſti vocem, iuxta eiuſdẽ conſilium ac beneplacitũ viuerẽt, pauper tatem diligentes. Et quia conſilio ſapien tiſſimo credidiſſe ſe inuenerunt, alios quo que huius particepes fore ſapiẽtiæ optaue runt. Quapropter alumnos ſuos omnes, vt ſine proprio apoſtolico more viuerent, ſtatuerunt. Inter hos vos quoq; filij K omnes, quotquot eſtis monachi, Chriſtũ audiſtis. Cur enim ad monaſteria cõuola ſtis, niſi vt abrenunciaretis omnibus, quæ poſſidebatis, & Chriſti fieretis diſcipuli.

Priſcorũ monachorum vita qualis fuerit.

Nec tñ hic qa monachos dico, ppterea vos excludẽdi eſtis ſeculares. Seculares vos dico, nõ ppterea q̃d nõ eſtis monachi. Po teſt eñ veſtris multis cõtingere, vt qbuſdã ſitis monachis religioſores, q terrena bo na atq; diuitias habetis q̃ſi nõ habẽtes, q in hoc mũdo viuitis quaſi hoc mundo nõ vtentes, q deniq; gaudetis quaſi non gau dentes, hoc eſt, qui ex neceſſitate, aut p cõ ditiõe ſtatus veſtri bona poſſidetis terrena quæ animo contemnitis. Qui eſtis rebus diuites, pauperes ſpiritu. Omnes vos Matth.5

vna

vna beatos prædico, quia vocem clamantis audistis in deserto. Secundo, clamauit in deserto Dei verbum, vt vitam carnalem odiamus, abnegantes desideria nostra praua, & crucifigentes corpora nostra cum concupiscentijs suis: Si quis, inquit, vult post me venire, hoc est, si qs vult me sequi, ac minister meus esse, puta vt vbi ego sum, illic sit & ipse minister meus. Abneget semetipsum, abrenunciet desiderijs carnis, frãgat mortificetq; cõcupiscentias, vitia ac illicitas passiões, & tollet crucẽ suam. i. quæ molesta sunt, non fugiat, quæ dura sunt, nõ recuset ferre, sed mei contẽplatione pati gaudeat. Hãc vocẽ nõ audierunt, q relinquũt iter rectũ, & ambulãt p vias tenebrosas, q lætant, cum malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. Quorum viæ pueriles, & infames gressus eorũ. Nec hi q lassati sunt in via iniqtatis. Et q nõ dormiũt, nisi cũ male fecerint, & nõ capit somnus ab eis, nisi supplantauerint. Cõtra vero vocẽ hãc hi audierũt, qs ad Hebræos Apostolus cõmendat, q ludibria & verbera expti, insup & vincula & carceres, q lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circumierut in melotis, in pellibus caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti, qbus dignus nõ erat mũdus, q gaudent in tribulatiõibus, puta qd digni habiti sunt p nomine Christi cõtumelias pati. Qui perdiderunt animas suas in hoc mundo, vt in vitam æternã custodiãt eas.

II. Gal.5 Carnalẽ vitam odi endã esse. Lucæ 14 Ioan.17 Prouer.3 Hebr.11 Actor.5

L III. Mar.3 Mat.6 Matt.5

Tertio clamauit, vt non solum proximum, sed etiã inimicos diligamus, ne faciamus ijs, qui oderunt nos. Dimittamus quoque debitoribus nostris, ex cordibus nostris. Simus misericordes, vt misericordiam consequamur.

IIII. Matt.11 Matt.6

Quarto clamauit quoq; ijs, q molestijs sunt pgrauati, aut oppressi oneribus, vocans eos ad se atq; exonerationẽ eis pmittẽs: Venite inqt, ad me oẽs, q laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Reficiam vos, vt nõ laboretis, hoc est, nõ vt ocio inerciaq; marcescatis, sed vt in pace & gaudio spiritus constituti, laborem si quẽ mei causa suffertis, nõ sentiatis.

V. Sollicitudo nobis phibita quæ sit.

Quinto, ne de castrino solliciti simus, sed primũ hoc est, pcipue quæramus regnũ Dei, non qd nulla prsus sit nobis cura, aut fine vlla pudẽtia viuamus, nec vt industria operatiõe vel oĩ relicta, à Deo solo pasci nos credamus, sed vt vbi operã nostrã nauauerimus, vbi labore nostro & industria vsi fuerimus, nihil de Deo hæsitemus, nihil angustiemur formidolosi, nulla deniq; inaniter pro futuris solicitudine animũ discrutiemus, quasi defuturus sit nobis aut cibus aut vestimentum, nec etiã nostrã operam ita temporalibus bonis locemus, vt vel transgrediamur, vel negligamus Dei pcepta, sed regnum Dei & iustitiam eius nostris commodis, & bonis quibuscunq; terrenis anteferenda credamus. Tunc em̃ nõ modo corporis necessaria, sed omnia etiã adijcientur nobis. Quod adeo non debet nobis esse ambiguum, vt cũ videamus infideles, impios, atque adeo volucres & bestias à Deo pasci, quanto magis pater idẽ cœlestis suorum curam habebit filiorũ. Sexto clamat ad nos, vt vigilemus ad nouissimam viuendi horam, ne tunc imparati inueniamur, aut indigni intrare ad nuptias. Quæ autem illa sit hora, in certũ nobis esse vult, vt omnem habeamus suspectã horã, omniq; tẽpore vigilemus, ignorãtes an mane, an sero, an media nocte, an gallicinio tu, an meridie filius hoĩs veniat. Hi enos vigilãtes inueniri necesse est, si th̃ cũ Christo optamus intrare ad nuptias. O filij, quam beati sunt, q ad fores sapiẽtiæ vigilauerunt quotidie. Beati q vigilant, præstolanturq; aduẽtum filij Dei, vt siue in prima, siue in secunda tertiave vigilia venerit, & vigilãtes inuenerit, cõfestim aperiãt ei. Expectemus charissimi vigilãtes, vt nihil intra nos residere finamus, q occurrere nõ auderemus in cõspectũ dei. Si timemus occurrere Deo, inuestigemus timoris causam. Quæ vbi inuenta fuerit, puta fortasse qd aliqd extra Deum diligimus, id nobis mox vltro subtrahendũ est & abducẽdũ. Neq; em̃ desiderare feruenter possumus Christũ neq; expectare, quãdiu cor habemus amore aliq noxio implicatũ. Verũ q̃ beati erimus, q̃ exibimus læti de hoc mundo, si vigilãtes nos in oratiõibus inuenerit Christus. Quotidie igit filij, aduẽtũ expectãtes Christi, puri & immaculati estote: quę male egistis, plãgite. Ab eodẽ em̃ feliciter recipient tã innocẽtes, q̃ pœnitentes, nec Dei misericordiam à vobis excludẽt peccata, q̃ plãgitis. Nõ vos quõ olim fuistis, sed quõ tũc estis in illa, qua vos vocabit hora, iudicabit Christus. Quæ hora, cum sit vnicuique ignota, omnem horam habeamus suspectã, ad omnem horam simus pa-

Ibidem. Ibidem. VI. Lucæ 12 Matt.25 Mar.13 Matt.25 Prouer.8 Luc.12

mus parati, vt cum spõsus noster, hoc est, qui toto corde nobis optandus, desiderandus amandusq; est, venerit, introeamus cũ eo ad nuptias. Videndum postremo, quare Ioannes in deserto habitauerit prædicando, cum locus ille minus videbatur ad huiusmodi officium idoneus. Dicendum, Christum prædicari noluit Ioãnes, verbo tantum verum etiam opere & veritate. Quod vt posset, non hoc solum ei erat necessarium, vt loqueretur, verum etiã vt in se non haberet, quod auditorum animos a fide auerteret, hoc est, ne viderẽt in Ioanne, quo auditores scandalizati eius sermonem contemnerent. Sed ne hoc quidem satis. Erat enim necesse, dum Ioannes mundi amatoribus prædicaret ac peccatoribus, vt simul & pœnitentiæ formam, & iustitiæ exempla monstraret. Quamobrem eremum petijt Ioannes, vt ipse à mundo tutus, immaculatusq; maneret, & alijs quid illis, quo mundi pollutionem effugerent, foret necessarium, in se monstraret. Fuit etiam gentibus hoc ad consolationem. Siquidem dum Hierusalem legis & prophetarum saginaretur prædicatione vsque ad fastidium, Ioannes in desertum abijt, quo gentibus, qui à lege, à scripturis, à promissionibus, à pphetis, à cultu deniq; veri Dei erant alieni, & quasi deserti, significaret posthac esse prędicandũ.

In deserto cur habitauerit Ioannes.

N

Non caret etiam ratione, quod prædicatio Ioannis dicitur clamor. Clamatur enim vbi est prædicanti feruor, vbi necessitas est propter instantiam maioris periculi, vbi minor audiẽtia, & vbi lõgius abest auditor. Oĩa hæc locum tã in Ioãnis q̃ in Christi prædicatione habuere. Vterque enim zelum habens animarum, licet, mensura impari, feruenter eos, qui perierant, reducere restaurareq; satagebat. Aderat q̃ que subueniendi vrgens necessitas, quam vt vel ex clamore intelligerent homines, clamatum est. Nã gẽtes in pietate indurerant, Iudæi vero obsurduerant terrenorũ amore. Vt igitur vel illorum obstinatio flecteret, vel horũ referaretur surditas, expediebat alte clamari. Deniq; clamatũ est, quia non erat auditus. Erat nanq; tunc tẽpus, q̃ homines dormiebãt, voluptatũ terrenorumq; bonorũ somno oppressi. Quare dormiẽtes vt excitarent, clamari oportuit. Postremo his, q lõge erãt à Deo (qd de gẽtibus dubitari nõ potest, q quasi fine Deo in hoc mũdo viuebãt) clamãdũ erat. Nã Iudæi haud quaq̃, licet ppe viderent, erãt vicini regno Dei: & hoc ppter eorũ ambitionẽ, auaritiã & hypocrysim. Quos sæpenumero seuere arguit nõ tã Ioãnes, q̃ ipse Christus. Vox demũ clamãtis si q̃ratur quæ fuerit, exprimit. Siqdem clamãtis in deserto hæc sunt verba: Dirigite viam domini, Nihil hic ambiguum est, quæ via intelligatur domini. Nemo enim hãc ignorat, nemo aliam existimat, quam eam qua Christus ad cor hominis, & humanũ cor accedit ad Deum. Hanc dirigere iubemur, hoc est, rectam facere, vt sine curuitate in simplicitate, in planitie & absq; deuiatione viator non remoretur à Deo, neq; Deus procludatur, differaturve à visitatione hominis. Quod vt fiat, largiatur hoc nobis dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Matt.3 & 23 Lucæ 3 Esaiæ 4 Prædicatio Ioannis quare dicatur clamor.

EXEGESIS EVANGELII Eiusdẽ dominicæ IIII. Aduentus iuxta ritum Romanum ecclesiæ. Lucæ III.

V.

POST tẽpus illud, quo Christus cum matre Hierosolymã ascẽderat annorum factus duodecim (qd Lucas ipse scribit) nihil de Christo legimus vsque dum trigesimum attigisset annum. Ideo post pdictam historiã in Luca mox sequit temporis descriptio, q̃ Ioannes Baptista à Deo missus, cœperit pdicare. Nominat em̃ principes Romani imperij atq; Iudæorũ pontifices, sub quibus Ioannes pdicare exorsus est. Vnde colligitur Ioannem tunc annorum fuisse triginta: quandoquidem paulo post Lucas Iesum cum baptizaret, refert cœpisse fieri ferme annorum trigin ta Ioannes aũt tũc prædicationẽ suam baptizandiq; officium fuerat exorsus, qui sex mẽsibus Christo erat natu maior. Ait itaque Euangelista:

Lucæ 3 Ioan.2 Lucæ 3

Anno qnto decimo Imperij Tiberij Cæsaris, procurãte Põtio Pilato Iudæam, tetrarcha aũt Galilęę Herode, Philippo aũt fratre eius tetrarcha Iturięę & Trachonitidis regiõis, & Lysania Abilinę tetrarcha, sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha, factũ est ỹbũ dñi sup Ioannẽ Zachariæ filiũ in deserto.

Vt

A Vt prædixi, tempus hic certum nobis Euangeliſta oſtendit, quo Ioannes a Deo miſſus, quove officium ſuũ prædicandi & baptizandi fuerit exorſus. Dicit igit: Anno quinto decimo imperij Tyberij Cæſaris. Tyberius hic ſequutus eſt Octauium Auguſtum, qui ſeptem & quinquaginta imperauerat annis, cuius anno imperij q̃drageſimo ſecũdo natus fuerat Chriſtus. Procurante Põtio Pilato Iudææ, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo quoque fratre eius tetrarcha Ituræę & Trachonitidis regionis & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha, factũ verbũ dñi ſup Ioãnẽ Zacharię filiũ in deſerto. In veteri teſtamento, q̃diu notus in Iudæa tm̃ erat Deus, in deſcriptionibus temporũ prophetarum recẽſentur hi tm̃ principes aut reges, qui tunc in poteſtate erant conſtituti Iudæorũ, ſub quibus vixerãt prophetæ. Vnde dicit: Viſio Eſaiæ in diebus Ozię Ioathan, Achaz Hezechiæ regũ Iuda. Hic vero in Euangelio vtriuſq; gentis principes memorantur, q̃ intelligeremus nõ ſolũ Iudæos, ſed gentes quoq; nunc pertinere ad populũ Dei. Recenſentur aũt præſides multi eo tẽpore, q tunc regnabant inter Iudæos, quorum genus ſigillatim diſcutere, & vnde ſint nati, cuiuſve fuerint conditionis inutile, imo et ſuperuacaneum mihi videtur. Auditis em̃ horum tetracharum conditionibus omnibus nihil propterea peritiores eritis, quia aut non intelligetis, aut memoria non tenebitis. Cũ igit huiuſmodi genealogiarũ ſtirpiumve deſcriptiones nihil vobis conferant ſimplicibus & illiteratis, trãſeundi iudico, hoc tantum dicere iuuat, Herodẽ magnum Aſcalonitam dictũ, ſub quo natus eſt Chriſtus, & qui innocentes pueros in Bethleem Iudæ in Chriſti perſequutionem occidit, poſtquam in Iudæa triginta ſeptem regnauit annis, mortuus eſt. De cuius hæreditaria ſucceſſione in regnum, cũ non conuenirẽt inter ſe filij, Romani regnum in quatuor tetrarchias, hoc eſt, principatus ſeu partes quatuor regni decernũt partiendum, & ita quatuor conſtituerunt tetrarchas. Ioãnis igit exordio p̃dicationis, ij q hic recẽſent, tetrarchijs p̃ſidebãt, quãuis Pilatus nõ ſatis apte tetrarcha, ſed procurator in Euangelio vocatur. His itaque in Iudæa gubernãtibus, hoc eſt q̃libet ſua terra ſeu tetrarchia p̃ſidẽte, & Anna & Caipha ſucceſſiue pontificatũ interea adminiſtrantibus, cœpit Ioãnes ſpiritu ſctõ (q̃d eſt verbũ dñi ſup eũ factũ eſſe) impulſus p̃dicare & baptizare. Modo em̃ cõformi, q̃ circa alios pphetas ſcriptura vtit, deſcribit hic etiam Lucas Euangeliſta Ioannem. Nã factũ eſt (inquit vetus ſcriptura) verbum domini ſuper illo aut illo prophe ta. Sic in hoc loco Lucas dicit: Factum eſt verbum domini ſuper Ioannem. Hoc eſt, miſſus eſt a dño Ioannes impletusq; eſt ſpiritu & gratia alijſq; donis ad hoc opus neceſſarijs. Super Ioannem Zacharię filium. Zachariã ſummum fuiſſe ſacerdotem Ioãnis patrem, nemo ignorat. Cuiuſmodi tamen fuerit ſummus ſacerdos, nõ eſt vna omnium ſententia. Dauid enim cultũ Dei volens fieri maiorem, viginti quatuor cõſtituit fieri ſummos ſacerdotes, e quibus tm̃ vnus eſſet iuriſdictione atq; præeminẽtia digniſſimus. Aut ergo fuit ſummus ſacerdos, hoc eſt, vnus de viginti quatuor, aut ſummus ſacerdos, hoc eſt, potiſſimus ex viginti quinq; ipſis alijsq; cunctis ſacerdotibus prælatus. Nõ opertet nos hic filij diſputando contentiones fouere, q̃d nihil aut parum, aut fidei, aut morum conducat ædificationi, ſcire an præcipue ſummus, an inter alios viginti quatuor fuerit ſummus ſacerdos, puta vnus ex illis. Hoc tamen nos ædificat, nobilem profecto fuiſſe Ioannem ſummi ſacerdotis, prophetæ & ſancti viri filium: Nihilominus tamen humillimum.

Psal. 75

Esaiæ 1

Matth. 2

Lucæ 3

1. Pa. 24

Et venit in omnẽ regionẽ Iordanis, p̃dicans baptiſmũ pœnitentię in remiſſionem peccatorũ, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ Prophetæ.

I. Ioannes curat ante Chriſtum baptizare.

Venit Ioannes præcurſor Chriſti populum inſtructurus ad recipiendam prædicationem & Chriſti baptiſmum. Quod non incongrue videtur factum vt Chriſtum p̃iret, & ante Chriſtum baptizaret, quàm Chriſti daretur baptiſmus. Erat em̃ Chriſtus (vt hoc pro prima ratione ſumatur) ad baptiſmum venturus, ex humilitate que baptizandus, & aquas conſecraturus, hoc eſt, aquis vim peccata abluẽdi (qñ ſacramentaliter his ex intentione vtimur) daturus. Quapropter neceſſe erat vt ante eſſet qui Chriſtum baptizaret, quam in nomine Chriſti, & Chriſti baptiſmo quis alius baptizaretur. Secunda eſt ratio, vt

II. turbis

III. IIII. turbis accurrentibus ad baptiſmum, Ioannes data occaſione Chriſtum prædicaret. Tertia eſt, vt homines ſuo aſſuefaceret baptiſmo ad baptiſmum Chriſti. Quarta, vt homines ad baptiſmum venientes, prædicando ac ad pœnitentiam mouendo præpararet, dignosq; Chriſti efficeret baptiſmo. Sciendum præterea, Ioannis baptiſmum, quatenus ad ritũ modumq; ſpectaueris, fuiſſe a Deo, licet, ſi effectum ſeu fructum quæſieris, inueniatur eſſe ex hominibus. Spiritus enim ſanctus, qui Ioannẽ impleuit & miſit, ille eidem hũc ritum baptizandi quoq; clam inſpirauit. Ideo ex Deo fuit. Fuit vero ex hominibus, quia ex ſeipſo nullum adduxit fructum baptizato, quem homo non poſſet præſtare. Neque enim peccatum ſoluit, neque contulit gratiam Ioannis baptiſmus, quemadmodum Chriſti conſtat conferre baptiſmus. Iam ſi quæras, cuiuſmodi baptiſmo Chriſtus fuerit baptizatus, Baptiſmo dico Ioannis. Voluit enim baptiſmum ſerui accipere dominus, vt accipiendo ſuũ baptiſmum inſtitueret. Neq; enim egebat baptiſmi ſanctificatione aliqua Chriſtus, cuius virtus aut gratia non poterat augeri: vtpote qui gratiam accepit, non ad menſurã. Accepit baptiſma ſerui, q̃ nos inuitaret, ne detrectemus baptiſma ſuſcipere domini.

Baptiſmꝰ Ioannis vtrũ ex Deo fuerit vel ex hominibus.

Acto. 13

Baptiſmo cuiuſmodi Chriſtꝰ fuerit baptizatus.

Ioan. 3

Vox clamantis in deſerto: Parate viã domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri.

C Esaiæ 40

Vox de Ioanne intelligitur, vt ſit vox clamantis, hoc eſt quæ clamat in deſerto. Vel, Ioannes eſt vox clamãtis, id eſt, Chriſti in deſerto. Deſertum non incongrue Iudæa intelligitur. Multis enim modis deſerta tunc fuit a Deo, hoc eſt, derelicta, carens præſtantioribus donis, quæ in templo defecerant illo poſt reditũ ex Babylonica captiuitate ædificato, quę in primo fuerunt. Nam carebant igne illo, qui iugis ac perpetuus perſeuerabat in templo, nec imbribus, nec vento (vt fertur) extinguibilis. Secundo, defuit eis arca teſtamenti, illa ſcilicet quam Moſes fecit. Tertio, defecit eis vnctio regum & pontificum. Poſt captiuitatem nanque Babylonicam neq; reges neque pontifices habuerunt vnctos Iudæi, cuiuſmodi ante ſolebant. Quarto, in ſecundo, templo deerant diuina reſpõſa, quæ dabantur ſacerdotibus in Salomonis templo. Quinto, defecerant ſcientia & veritas, hoc eſt, fulgor quidam (vt Ioſephus ait) ſubito proſiliens de lapidibus rationalis & ſuperhumeralis, q̃ ſignificabãtur ſummi ſacerdotis preces apud Deum acceptæ. Hæc omnia apud Iudæos defecerant. Quare haud immerito Iudæa deſertum dicitur. Dominus quoq; Ieſus illis cõminabatur maiorem adhuc deſolationẽ futuram, dicens: Relinquet vobis domus veſtra deſerta. Sed quid clamauit vox illa in deſerto? Parate viam domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Hæc præparatio bene intelligitur de aduẽtu Chriſti in mẽtem hominis. Neque enim opus eſt nobis clamare, vt pręparemus nos ad aduentum Chriſti in carnem. Semel incarnatus eſt, non iterum poteſt incarnari. Laudemus eum, gratias agentes, quia hoc fecit: nõ expectemus, vt iterum hoc faciat. Habemus tamen alium aduentum, quẽ toto exoptemus expectemusq; corde. Hic eſt in mentem aduentus eius, ſeu viſitatio ſpiritus. Pro hoc aduentu orandum eſt quoq;. Eſt deniq; locus ei venienti parandus. Locus quem optat, & quo libenter recipitur, eſt munda conſcientia. Ibi libenter recipitur verbum Dei & operatur. Audis vocem eſſe clamantis in deſerto. Vis in te vocem clamare verbi? Eſto deſertum tu, vt a tumultu cogitationum occupationumq; ſecularium ſis pacatus, quetus ac liber. Sis q̃que a vitijs mundus, & audies in te clamorem diuinę inſpirationis. Audies inſtinctus diuinos. Para viam domino, & rectas fac ſemitas viæ eius. O quam beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

Iudæam multis modis deſertam fuiſſe.

I.

II.

III.

IIII.

3. Reg. 8

Locus Chriſto in mente parandꝰ qs ſit.

Deſertum vtiqs myſtice eſſe debeat.

Esaiæ 40 Lucæ 13 Lucæ 8 Apoc. 3

D

Verum, qui aures non habent audiendi quomodo audient? Vbi mundi terrarumque rerum clamor eſt multus ac varius, quando Chriſtus audietur, qui haud aliter, atque in ſilentio loquitur? Clamat in nobis ſuperbia, clamat ambitio, clamat inuidia, clamant poſtremo gula & accedia, & quomodo audietur manſuetiſſima vox Chriſti? Quomodo ergo dixi, ſi domini vocem audire voluerimus, vt deſertum ſimus neceſſe eſt, in quo ſolitudo ſit atque ſilentium. Hæc eſt autem vox, quam audire debemus: Parate viam domini, &c̃, Quid eſt domini viam parare? Ex rebus temporalibus cernimus quomodo ſternitur, quomodove planatur via. Ita agamus circa interiora quoque noſtra, vt

Viã dñi parare qd ſit.

D pecca

peccatorum malarumque affectionũ ſcopulos amoueamus, quo via ſit parata domini, hoc eſt, vt abſq; impedimento, & abſque moleſtia ambulari poſſit à Deo ad nos, & à nobis ad Deum. O felices, o feliciſſimos, qui nullum ſuſtinent mediũ inter ſe & Deum, vnde impediri eorum poſſit acceſſus ad Deum, aut Dei acceſſus ad ipſos. Hinc ſummopere eſt ſeruanda puritas cordis tanquam res multo maxime neceſſaria. Itaq; via noſtra ad dñm, aut domini ad nos ſit parata, vt excluſo peccato nihil à nobis dominum excludat. Rectas quoq; faciamus ſemitas Dei noſtri.

Semitę domini quæ & quõ rectæ ſint faciendæ.

Semitæ domini, conſilia vocari poſſunt euangelica. Semitæ enim paruæ ſunt viæ, quibus iumenta & currus non ducuntur, ſed quaſi per compendium citius his inhęrendo ad terminum perducunt. Conſilia itaque euangelica cuſtodiens, rectas facit domini ſemitas, citiuſque ad perfectionẽ pertingit. Eſt enim in his rectitudo maxime neceſſaria, hoc eſt, ſyncera intentio. Niſi enim hæc fuerit ſyncera, totum opus erit infructuoſum. Caueamus igitur obliquitatem, caueamus adulationẽ, ne in gratiam duntaxat hominis loquamur. Amemus cordis munditiam: Loquatur veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo. Quod in corde tuo eſt intus, hoc dicito foris, id eſt, non aliud ſimiles, & aliud intendas. Permane in iuſtitia & veritate, & veritas ipſa excuſabit te. Si enim recte ambulaueris & ſyncere, non habes formidare homines: quandoquidem magis ipſi formidabunt te.

Zacha. 8 Auguſt.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.

E

Profunda humilitatis implebuntur, deſcendentque ad eariui gratiarum, q̃modo rurſus montes & colles, hoc eſt, quæ excelſa ſunt & magna in mundo, humilia buntur: & hoc per aduentum Chriſti, ſiue in carnem, qui ſuo exemplo docebit humilitatem, aut per ipſius aduentum in mentem. Excelſus enim ſolus dominus humilia reſpicit, & alta non aliter niſi a longe cognoſcit.

Pſal. 137

Et erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri.

Quæ grauia, quæ moleſtia, quæ difficilia denique ſunt, hæc per aduentum domini in mentem fient ſuauia, portabilia atque iucunda. Quæ poſtquam ita omnia impleta fuerint, videbit omnis caro ſalutare Dei. Non hic omnes videmus Chriſtum oculis carnis, ſed oculis cuncti videmus fidei. In extremo quoque iudicio videbunt omnes, alij ad felicitatem, alij ad perpetuam calamitatem.

Pſal. 66

Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illumi net vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri, vt hic fide & charitate cognoſcamus, & poſt mortem læti quoque videamus ſalutare Dei benedictum in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM LEctione Euangelica. Quid Chriſtum faciat recipi, intra que nos morari.

F

OMNIS vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua indirecta, & aſpera in vias planas. Lucæ tertio. His verbis filij, nobis inſinuatur, quis ex aduentu Chriſti nobis fructus proueniat. Neque enim ſine ſalute Ieſus, nec abſq; vnctione Chriſtus aduenit. Olim aduenit in carnem de virgine conceptus, natus, in carne viſus, cum hominibus conuerſatus, docuitque verbo euangelizans, & vitæ ſuæ exemplo nobis quomodo ſit imitandus, commonſtrans. Venit enim filios ſuos, hoc eſt, adoptionis æternæ alumnos, qui in mundo erant diſperſi, quærere colligere, & quod perierat, ſaluum facere. Attulit mundo ſalutem, quoniam ſanauit omnes oppreſſos à diabolo, eos puta, qui infirmitatibus ſuis agnitis, quærebant à ſaluatore remedium ſalutis. Quomodo enim ſanaret (tametſi ex nimia eius bonitate aliquando id fiat) eum, qui ſanari non quærit? Aut quomodo ſanari is cupiet, qui infirmum ſe ignorat? Huiuſmodi infirmi erant Phariſæi, ſcribæ, alijque in mundo multi, qui in oculis ſuis iuſti, nec (vt putabant) infirmi, non ſanabantur. His Chriſtus loquens arguit eos interrogantes: Nunquid & nos cæci ſumus? Si cæci, inquit, eſſetis, peccatũ non haberetis. Nunc autem quia dicitis, Videmus, peccatum veſtrum manet. Quaſi diceret: Quamdiu cæcos vos (vt vere eſtis) non cognoſcitis, tandiu nullam obti-

Bernar.

Baruch 3 Matt. 5. 11.

Lucæ 19 Acto. 10.

Ioan. 9

nebi

nebitis illuminatiõem. Omnes igitur qui quæſierunt à domino ſalutem, conſolati ſunt, quia quod quærebant, inuenerunt.

Sed noli triſtari tu, q̃d in diebus Chriſti, quando in terris ambulauit, non vixeris. Putas enim cũcta te impetrare potuiſſe. Putas, ſi illum audiſſes, obediturum te fuiſſe in omnibus. Nihilo enim nunc minus habes, quam habuerunt ij olim, qui Chriſtum viderunt in carne. Nam pro præſentia eius viſibili ſeu corporali, tu præſentem quoties volueris, habere potes in mẽte. Hæc aũt præſentia multo eſt corporali viſione melior. Quot eñ Chriſtum viderunt in carne, audieruntq;, quibus tamen hæc viſio nihil contulit? quandoquidem illum non receperunt in mẽte. Profuit igitur parum aut nemini Chriſti viſio corporalis, niſi ijs, qui viderunt Chriſtum ſimul & fide, & qui tenuerunt eũ per dilectionẽ in mẽte. Eundẽ igitur fructũ, & multo certiorem ex aduentu domini in mentem aſſequeris, quem aſſequutus fores ex ipſius præſentia in carne, cum hic nil tibi, niſi in mentem veniat quoque, prodeſſet: atque ideo vterque nunc celebratur. Tu modo vigilia, vt domum ei pares mundam. Domum eñ eius decet ſanctitudo. Dubitas fortaſſe, quomodo tuam cuſtodias conſcientiam (hanc enim Chriſti domum eſſe non dubitas) mundam. Vide quomodo vaſa vtenſiliaque domus ſeruentur munda. Lauantur enim, purgãtur, exhauriuntur, exiccantur. Nihil enim in vſu eſt hominis, quod non inquinetur. Sed qui munditiam diligit, ſtatim vbi perceperit ſordes, eluit aut abradit. Si ergo omnia tem munda delectant, quomodo Chriſtũ cor mundum non delectet? aut quomodo cor pollutum inhabitare poſſet? Et tu qui domus tuæ vtenſilia vis munda habere omnia, quare cor non curas habere mũdum? Non poteſt fieri, quin aliquando inquineris: ſed noli in ſordibus iacere, noli tolerare ſordes. Eij ce abs te qcquid oculos Dei cuncta cernentes offendit. Si ita feceris, Chriſtum non ſolum aduenientem, ſed intra te etiam recipies habitantem. Vnde implebuntur in te ea, quæ hodie in Euangelio Lucas ex Eſaia deſumpta, pronunciat, puta vt omnis vallis impleat, &c. Chriſtus nanq; peccatis & peccandi voluntate abs te excluſis, in cor tuum aduenies, tui infundet tibi cognitionem, docebit pauperem te fore ſpiritu, atq; depreſſum humilemque vt vallem. Videbis diuino eius lumine illuſtratus, tua opera eſſe nulla. Videbis nihil te eſſe ſine Deo, aut poſſe. Cũ iam in oculis tuis fueris vilis, paruus, humiliatus atqua confuſus, eius te gratia implebis, non totum mox perfectum faciet, ſed ſemina in te proijciet creſcentiũ virtutum, vnde germina aliquando ex te nobilia erumpant. Porro, ſi aliquando in cogitatiõe ambitio ſuperbiave titillauerit, atque ex profectu, quem fortaſſe ſenties, aut quem ſuſpicaberis, mẽs tua ſeſe inſtar mõtis extulerit, aut ſaltem efferri concupierit, reprimet te mox Chriſti aduẽtus, hoc eſt, gratiæ eius te inhabitantis operatio, atque aut ignominia humiliabit, aut infamia, qua cõpreſſus, non audias erigere caput. Siquidẽ cum oĩa putaueris ſana, atque tibiipſi pene gratulari cœperis q̃d fortiter egeris, leuiſſima tẽtationis aura te ſubito concutiet, & ante cecidiſſe te inuenies, q̃ te ſenſeris impugnatum. Mons igitur & collis, hoc eſt, tam excellẽtia, quã præſumptio, quamuis modica, in te humiliabunt.

Phil. 4

2. Reg. 6 Vallis quomodo per Chriſtum impleat.

Mons & collis quõ per Chriſti aduentum humilietur.

H

Et erũt praua in directa. Tortuoſos homines ſignificat, & homines Chriſti ſeruitio ineptos. Hos enim Chriſti aduentu nihilo ſecius oportet conuerti. Illuſtrat eñ omnes domini aduentus, illuſtrat diuina viſitatio, vt quid in nobis ſit plangendum quid deſiderandum, quæ relinquẽda, quæ ſectanda, quæ etiam fugienda videamus. Concipimus inde ſpiritum ſalutis, reconciliamur Deo per confeſſionem delictorũ, ac p pœnitẽtiæ aſſumptionẽ. Placet nobis aliã vitã eligere, in q̃ mori ſit ſecurius. Fit mutatio vitæ. Ecce vitã eligis a mũdo abſtractã, eligis monaſticam, aut fortaſſe etiam eremiticam, q̃ facilius abſtineas peccato, moriaris mundo, viuas Deo. Verum profligatis peccatis magnis, quibus olim prſus fuiſti à Deo alienus, nunquid mox vbi pœnitentiæ vitam inchoaueris, vbi pœnitentiæ ſeu monaſtices habitu indutus fueris, mutaſti etiam omnia tua nuturalia, vt quæ ad Dei ſunt cultum, agas perfecte omnia, facias omnia cum ſuauitate? Nunquid praua & tortuoſa mox tua erunt directa? Paucis hoc contingit. Tunc eñ primum vadis ad pugnã. Hactenus cõtra diabolum, contra eius conſilia peſſima, & cõtra grauia peccata dimicaſti: iam contra te ipſum pugnabis. Siquidem dum in mo-

In directa.

Eſaiæ 26

Præſentia Chriſti ſpiritualẽ corporali eſſe melior. Ioan. 1

Pſal. 92

G

Conſcientia q̃modo mũda cuſtodienda ſit.

Bernad.

Lucæ 3 Eſaiæ 49 Matth. 5. & 11 Aduentus ſpiritalis fructus multiplex

D ij naſterij

nasterium aut in pœnitentiæ statum adue
nisti tecum pariter naturalia tua, hoc est,
inclinationes malas, passiones, corruptio-
nes, malas consuetudines atq; vitiosas cō
cupiscentias adduxisti. Nunquid cucullus
monasticus, nunquid vestitus alius sancte
assumptus naturalia tua praua aut abole-
uit, aut mutauit? Minime. Ecce venit ad
monasteriū homo naturaliter superbus,
inclinatus est, & corruptione vetusta ante
pœnitentiam assuetus efferre se, iactare o-
Peccatorū pera sua, magnificare, nolle despici, velle
longe que opprimere & resistere (hæc enim peccato-
rum sunt reliquiæ, hæ corruptiones quas
secum circumfert, & etiam eandem nolēs
cogitur sustinere) quid faciet? Nunquid
non impugnabitur, qa à peccatis desistet?
Sētiat nolēs oportet, quantū adhuc à iusti
tia caro eius dissidet. Sed nōne iā est, inqs,
cōuersus? Quare igit modo sentit eadē, q̄
olim, grauius sibi incūbere? Modo sentiēs
inde grauatur, olim dū peccatis foret cir-
cūdatus, has passiones nec sensit, nec gra-
uabat. Paratus em̄ vltro ad peccādū repu
gnare noluit prauæ suæ inclinatiōi, ideo
suas inclinatiōes nō etiā agnouit. Porta-
uit igit secū ad monasteriū sua praua na-
turalia, & grauiora molestioraq; eadē post
conuersionē, quā ante, sentit. Nōdū praua
eius mutata sunt in directa, nōdū cōuer
Rom.6 sa sunt aspera in vias planas. Multū certe
facit, si nō p̄buerit mēbra sua iniqtati. Mul
tū in principio p̄ficit, si exteriora poterit,
sua in rectitudine seruare, interiorēq; pra
uitatem, ne erumpat, ne foris sese p̄dat, ne
ve cōsentiat iniqtati, cōpescere. Cogit sen
tire (fateor) quæ nō vult. Cogit egere atq;
carere tā his quæ male, q̄ ijs quæ salubri-
ter cupit, sed absq; periculo. Habet enim
hoc consolationis interim, quod nihil dā
Rom.8 nationis audit esse ijs qui sunt in Christo
Iesu. Consolationem habet, scicns se haud
quaq; posse ingnari ab his quæ sentit, quā
tisper non consenserit: sciens quoq; aliud
esse sentire, aliud cōsentire, vtpote quoꝝ
prius est carnis seu sensualitatis, q̄d iudi-
cio est ratiōis nō subiectū: alterū rationis
1 eiusq; iudicio parens. Itaq; huiusmo
di homo dū putabat se inuentuꝝ quietē,
inueniet adhuc p̄lia multa, fiet aliq̄n tn̄, vt
praua eius mutent in directa p̄pter gratiā
Rom.6 Christi, q̄ in eo habitat: q̄ fit vt peccatū q-
dē fit ac sentiat, nō tn̄ regnet in eius mor-
tali corpore, nec pecato mēte rationeq; cō
sentiat. Sed qn̄, inqs, erit vt praua eius fiāt
directa? Quando fiet vt q̄d tortuosum fue
rit & ineptum, fiat aptū & rectū? Post mul
ta p̄fecto certamina, post agones multos
multiplicemq; conflictū hoc erit, vt ex pre-
sentia dei, eiusq; gratia in te inundātius ro
rante, & inter prælia te regente ac protegē
te, aliquando ita vincas, quo aut prorsus
prauitate hac careas, aut eā ligatā quasi car
nem oblatrantem sentias, nullo negocio
vincendum: puta quam citius contemnē-
do, quā pugnando tunc compescas. Vi
Monaste- de igitur quam feliciter instituta sint mo-
ria quam nasteria, in qbus exerceamur tanq̄ in pale-
sint felici stra ad virtutes, & ad vitia expugnāda. Nā
ter instituta. si in seculo quis pœnitentiam elegerit, aut
Mat.3 iuxta Ioannis Baptistę consiliū, fructus di
Luce.3 gnos voluerit pœnitentiæ agere, q̄t mox
sentiet contrarios, quot aduersarios, qui
dissuadeant hanc nouitatē habebit? Quot
sentiet derisores? Quot audiet qui ad pri-
stinam vitam, atq; ad mores reprobos mo
liantur retrahere? Odiosa enim lippis ocu
lis lux est. Vix tamē vnum interea inueni-
et, qui adulatione abstinens illū ad id, q̄d
cœperit, strenue perseuerandū admoneat.

Commo- At vero in monasterijs probe institutis
da quam secus est. Ibi enim sunt constituti qui exci
habeant tant negligentes, informēt ignorātes, tar
monaste- diores vrgeāt, arceant male volētes, desi-
ria bene des cōpellant ad pœnitētiam & virtutes.
instituta. Bona sunt hæc studia exercititiaq; & cha-
ritate magistra ac instigante saluberrima, negligentes, ignorantes pigros atque
aliqn̄ recalcitrantes (iuxta Christi parabo
Luce.14 lam) compellere, vt consentiant intrare in
regnū cœlorū. Nemo igit doleat, q̄d in
monasterio fit constitutus bene instituto:
gaudeat potius, q̄d liceat illi ibi cū multis
bene agere. Quod si infirmior est q̄ ppte-
rea gaudeat, hoc ideo est, qa nondū aspe-
ra ei mutata sunt in vias planas. Sustineat
igitur correctiones, admonitiones recipi-
at, faciat de necessitate virtutem, vt quæ
agit priuato amore nondū mortificato in
uitus, ex ratione q̄ sese ad obediētiā com-
pellit, eadē agat deuotus, vt q̄d alioq; non
ei foret acceptū aut volūtariū ppter Deū,
tn̄ sibi id faciat esse volūtariū, vt tādē con-
culcatis vitijs, videat spiritu, sentiatq; gu-
stu salutare Dei, q̄d est benedictum in se-
cula, Amen.

EXEGESIS EVANGELII IN vigilia Natiuitatis Christi. Matthæi 1.

PER

A PER omne tempus hoc, quo dominici aduentus celebraui
mus memoriā cha rissimi, crebro su-
mus consolati ex p̄phetarum oraculis,
quibus hoc tempo-
Esaiæ 14 re sacra est vsa Ecclesia: Nūciabatur enim
nobis prope esse tempus, vt saluator no-
ster Messias veniat. Item, cito nobis aduen
Esaiæ 51 turam salutem. Vnde manfimus, inter hęc
promissa expectabūdi. Porro, hoc die cer
ta nobis constituitur dies, qua dominum
2.Par.20 videbimus. Iam enim adeo est prope no-
bis, vt nobis cantetur: Hodie scietis quia
1.Reg.11 veniet dominus, & mane videbitis gloriā
eius. Itē: Craftina erit vobis salus. Quis
iam domini suspirans aduentum, nō gau-
deat? Quis non votis omnibus desideriꝭ
que feruentissimis Deum præstoletur, au
diēs: Hodie scietis, quia veniet dominus?
Multo enim tempore olim fuerat promis
Esaiæ 14 sus, diu expectatus, tandem dictum est p̄
stolantibus prope esse vt veniat, & dies e-
ius non elongandos. Nunc ad vltimum
hūc diem expectatio hęc venit. Siquidem
non iam dicitur prope esse, sed hodie sci-
ri, hoc est, manifestum fieri, quia veniet do
minus ad mane videndam gloriam eius.
Hoc idem alijs verbis quoq; nobis nunci
1.Reg.11 at Ecclesia, dicens, Craftina erit vobis sa-
lus, hoc est, non semper gemetis, non sem
per expectabitis, vltra non differetur desi
derium vestrum, ad vnum & hunc vltimū
diem peruenit expectatio vestra. Craftina
erit vobis salus. Quis filij no gaudeat?
Quis ad deuotionem se nō exerceat? Quis
sinum suum, quis brachia non expandat
dilatetq; sua pro vehementi desiderio ad
amplexus? Nā quāto amat feruētius, quan
to expectat desiderātius, tāto maiori lætī-
tia & exultatiōe auditur, quod hodie scie-
mus, quia veniet dominus. Quapropter si
lij si vere desideratis vt aduenias Christus,
exultabitis vel modo audiētes, quia venit.
Esaiæ 30 Dulce profecto est & suaue vobis nūciū:
Dominus venit. Sed dicit fortasse quis:
Semel venit dominus. Olim incarnatus et
natus est, non iterum nascet. Credite filij
corporaliter semel natus est, nō iteꝝ hoc
modo nascet, sed si vis, q̄tidie nascet in cor
Christus vti spiri- de tuo. Quotiescunq; em̄ salutare aliqd cō
cipis in animo tuo, q̄ties id obseruare pro
posito firmo decernis, deū in mēte cōcepi
sti. Quoties p̄terea cōceptū seu p̄positū sa-
lutare in opus p̄ducis, toties ex te nascitur
Christus. Iā cogitate filij, si oī id vobis
tēpore cōtingere potest, quāto magis cras
obtinebitis, q̄ die melliflui fiūt cœli, & mi
rū foret, si q̄d iustū dñs petēti negaret. Si i-
git nihil potest negare, q̄d sit salutifer, q̄-
modo negare posset seipsum? Petite igitur
securi dñm filij, petite importune & feruē
ter, petite humiliter simul ac violeter (Vio
lentiā hic intellige, q̄ Christus rapiēdū cœ Mat.11
lū p̄nunciat) qa certissime accipietis illum.
Dabit seipsum vobis, & negare nimia eius
bonitas non potest. Curate igitur, vt (q̄ Matt.12
modo Iesus dicit: Qui sunt fratres mei, &
quæ est mater mea? Et extendens manus
in discipulos. Quicunq;, inqt, fecerit vo-
lutatem patris mei, hic meus frater, soror
& mater est) nō tam in vobis nascat Chri-
stus, quam etiā vos in eodem renascami-
ni sed videamus nunc, quid hodie loqua
tur nobis Euangelium.

**Cū esset desponsata mater Iesu Ma
ria Ioseph, antequā conuenirent, inuē
ta est in vtero habēs de spiritu sancto.**

Multa in hoc occurrunt Euangelio p-
cunctanda. Primum, cum virgo Dei mater B
(sicut constituerat) foret mansura virgo,
cur fuit despōsata? Credo, ne partus calūni
am pateretur. Putaretur aūt Christus ille- Auguſt.
gitimus, & propterea non immerito repu Deſponſa
diaretur, si ex non cōiugata fuisset natus. ta cur fue
rit mater
Deinde maluit de suo ortu Iesus dubi- Ieſu.
tari, quam de matris pudore. Error ille to
lerabilior erat, matrē ex coniugio suspica
ri filium concepisse, quā ex fornicatione
natum Iesum dicere. Quod certe dictum
fuisset, si virgo Maria despōsata nō fuisset.
Maluit idcirco dñs Iesus fabri filius credi,
quam extra matrimonium suam matrē es
se fornicatam existimari. Neque enim
probro erat virgini siue puellæ in cōiugio
parere, fuisset vero ei periculo extra matri-
monium genuisse. Si enim extra matrimo
nium Maria peperisset, nonne iuxta legē
fuisset lapidata? Putas crederet qs eā sese
virginem dicenti? Putas crederetur puellæ
parturienti, quod sine viro de spiritu san
cto puerum concepisset? Quis non dice-
ret hoc commento puellam scelus suum
tegere velle? Desponsata igitur fuit Maria
Christum paritura, quandoquidem tēpus
nō erat illud p̄dicandę virginitatis Marię,

ſed tempus erat magis famæ eius contutã dæ. Tertio, noſtræ fuit in hoc conſultum fidei. Roborauit enim fidem noſtram, qua credimus Mariam peperiſſe virginem, vel ex mariti ſui teſtimonio, q̃ procul dubio ad vindicandum eſſet motus ſuum oppro

Sp̃ōſorũ veterum conſuetudo quæ.

brium, niſi cognouiſſet ſacramẽtũ. An tequam igitur conuenirent, id eſt, vt coniugaliter cohabitarent, &c̃. Veterum hoc habuit antiquitas, vt ſponſi ſponſæq; anteq̃ matrimoniũ cõſummarent, aut ſimul, aut diuiſim tempore aliquo intermedio orationi vacarent: & hoc potiſſimum fiebat in domibus eorum, quos erant habituræ maritos, ad quas ſponſæ ante tempus nuptiarum introducebantur, vt domus cõſuetudines, & ſponſi diſcerent mores. Proinde ad ſponſorum domos (vt dixi) q̃s erant habituræ maritos, puellę ante nuptias introducebantur, quamuis ediuerſo ſpõſi in domos interdum ſoceorum, hoc eſt, ad ſponſas fuerint introducti, quas e-

Gen. 29 Tob. 6 & 7.

rant habituri, q̃d de generis futuris Loth legimus, & Tobiæ iunioris exemplo docti ſumus Hoc modo fieri potuit, vt bea-

Ambro.

ta Maria, quæ conditionaliter Deo (ſi eidem ita placeret) virginitatem ſeruandam promiſerat, cum domini intellexiſſet voluntatem vt deſponderet, conſenſit, committens ſe prouidentiæ diuinæ. Conſenſit enim (vt dici ſolet) explicite, quo verum eſſet matrimonium, in copulam (quod di-

Thomas Aquinas.

uus Thomas fuſius explanat) quæ eſt vinculum animorum, non corporum. Implicite vero conſenſit (ſi Deo ita placeret) in copulam carnalem. Quamuis enim vellet manere virgo, non tamen voluit non obedire Deo, docẽs nos in ĩs quoque, quibus dei honorem ac beneplacitum quærimus, non debere nos propriũ eſſe ſenſus aut voluntatis, ſed noſtra ſtudia exercitiaq; (quæ plerunq; nobis ex priuato amore meliora videntur) Deo & ſuperiorum iudicio ſub ĩcere, & nonnunq̃ relinquere, vbi ad alia

Perfectio noſtra in quo conſiſtat.

nos diuina voluntas abducit. Noſtra em̃ pfectio, noſtra plenitudo, eſt diuinæ volũtatis impletio. Quicquid ergo diuinæ placere potius voluntati cognoſcit, hoc quibuſcunq; alĩs bonis operibus eſt anteferendũ. Ad inſtitutũ redeundo, Deſponſata beata Maria, atq; ĩ domũ Ioſeph haud dubiũ adhuc virginis introducta, atq; in

Lucæ 1

oratiõe cõſtituta, ſalutata eſt ab angelo, cõcepitq; Deũ. Deinde licẽtia à Ioſeph acce-

pta putat viſitaſſe Elizabet, cũ q̃ tribus mẽ ſibus habitauit, & fortaſſe tãdiu, donec Elizabet infantẽ peperiſſet. Inde rediẽs, ab Ioſeph inuenta eſt anteq̃ cõiugaliter cõuenirẽt, in vtero habẽs. Vterus nanq; eius virgineus intumeſcens, poſt tertium menſem ipſius conceptum palam prodebat. Quam paucis verbis Euangeliſta multas abſoluit quæſtiones. Ignoratur quomodo conceperit, ſed inuenta eſt, inquit, in vtero habens.

Lucæ 2

C

Ioſeph autẽ cum eſſet vir iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.

Perpende quos cogitationũ fluxus & refluxus, quos ſuſpitionum quoq; tumultus tũc cor viriiuſti ſuſtinuerit. Nihil mali, nihil non ſancti in virgine offenderat, manifeſtã eius cognouit in omnibus moribus pudicitiã & ſanctitatẽ, vterus tñ eius tumidus conceptum nunciabat. Quid ageret vir iuſtus? Si voluit q̃ſi cũ honeſta habitare, atq; quod factũ putabat, diſſimilare, ſuã conſcientiam lædebat, quia Deũ offenderet, q̃d alieni eſſet peccati particeps actutor. Porro ſi eã iuxta legem Moſi accuſaret, ipſam faceret lapidari: quod nimis ei videbatur crudele, quam licet vtero eius reclamante, ream non poterat dicere, puellã tot ornatã virtutibus ſic traducere. Cogitabat igit occulte relinquere eã, ne aut cohabitando eius peccato conſentiret, aut quod de alieno viro concepiſſet, manifeſtare cogeret: ideo clã voluit abſcedere, qa palã nullam potuit allegare honeſtã, quare diſcederet, cauſam. Occulta autem (cum eſſet iuſtus) in præiudicium puellæ haud quaq̃ putabat reuelanda. Si quæris, quare nõ interrogauit Mariã? reſpondeo, adeo Marie ſanctã, in cuius facie tã venuſtas, q̃ ſanctitas elucebat, amabat, adeo veneraba tur, vt non ſolum ei nullam legis animadueſionem voluerit procurare, verum etiã ne verbo quidẽ eam contriſtare voluit, vt diceret: Quare ſic feciſti? Maria etiam beatiſſima cognoſcẽs in ſpiritu ſponſum ſuũ ſanctum Ioſeph turbatum, timidum, anxium, variaque meditantẽ, quanta putatis compaſſione fuit & ipſa turbata? Nõ enim ſuſpitionem, vt à viro amouere tẽtaret, videbat conſultum: quandoquidem tantam rei nouitatem vt crederet vir, non videbatur veriſimile. Putaret potius peccatũ ſuum figmẽto hoc velle eam obumbrare, & nihilominus de tanta nouitate ſingularitatis gloriã quærere. Tacuit igitur, & rem abſcondit, cõmittens ſe Deo, q ſuæ ageret & famæ cuſtodiã, & innocenti ę excuſationem. Neq; enim tantum audebat reuelare myſteriũ abſq; conſilio Dei. Vides quõ ſanctiſſimi & Deo dilectiſſimi in hoc mũdo anxiantur, & propterea maxime, quando neſciunt quæ ſit voluntas Dei beneplacens & perfecta. Itaq; Ioſeph cogitãs quo modo Mariã occulte dimitteret, dum inter ambigua fluctuaret, hoc, vt tutius aliquid, quod vicinius erat ad miſericordiã, puta clam ab ea diſcedere, elegit.

Roma. 12

Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini in ſomnis apparuit ei dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.

D

Hoc eſt, noli hoc cogitare, propter q̃d times retinere Mariã coniugem tuã: neq; enim ex aliq̃, vt ſuſpicaris, concepit viro.

Quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

Quod enim in ea natum eſt, non ab extra accipiet, ſed de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filiũ, & vocabis nomen eius Ieſum. Et ne fortaſſe, quare hoc ſit vocandus nomine, mireris, audi: Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. A ſaluãdo enim nominandus erat ſaluator ſiue ſalutaris. Vide quia Mariam ante conceptionem præmonuit angelus, eiq; myſterium hoc reuelauit. Neq; eñ expediebat, quod futurum erat, quodq; expertura in ſe erat, ante non informari, ne nimiũ turbaretur, neſcia quid ſibi contingeret. Ioſeph vero non fuerat præmonitus, ſed vbi factum erat, reuelauit ei angelus. Nam ſi fuiſſet præmonitus, potuiſſet hæſitare de magnitudine huius nouitatis, ſicut Zacharias. Difficilius enim erat & mirabilius cõcipere virginem, quam cõcipere ſterilem, quamobrem erat & credi difficilius. Vbi igitur veri tumor conceptum probabat, & vbi animam Ioſeph ſuſpitio timorq; ſatis diu fatigauerat, & vltro iam optaret in hac ambiguitate cõſilio iuuari, tempus erat vt ei myſterium hoc reuelaretur, quia tunc magis erat ad credendum idoneus. Aedificat ita

Lucæ 1

Ioſeph fides quanta, quiq; à ſpiritu ſancto honoratus ſit.

que vos fides Ioſeph, qui angelo in ſomnis credidit ſibi loquẽti. Vide præterea quantum honorauit Ioſeph ſpiritus ſanctus, quia cum dixiſſet angelus: Pariet filium (non vtiq; tibi, quia tuus non eſt filius, ſed pariet filiũ in ſalutem vniuerſo mũdo) adiecit: Et vocabis nomen eius Ieſum. Nomen quidem hoc e cœlo delatũ, tu primus impones. Quamuis enim in generatione hac nihil tibi ſit commune, facies tamen patris officium: cuius eſt nomen filio dare. Hoc autem dabis, quod pater ei cœleſtis impoſitum cœlitus tibi & per te prænunciat imponendum. Ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuũ à peccatis eorum. Ipſe, inquit, iuxta ſui nominis congruitatem (Ieſus enim ſaluator dicitur) ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum. Vide hic etiam quam loquatur de infante naſcituro magnifice. Saluum, inqt, faciet populum ſuum, puta tam Gẽtilem, quam Iudaicum: vterq; enim eſt modo populus eius, precioſo ſanguine eius emptus. Saluũ autem hunc faciet à peccatis eor̃. Hic diuinitatem indicat. Quis enim poteſt peccata dimittere, niſi ſolus Deus? Confirmat aũt hæc omnia tandem (ne tam admirabilis videretur nouitas) per prophetiã Eſaiæ, qua iamdudum idipſum futurum prophetatũ erat: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emanuel: quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus.

B

Marc. 2 Lucæ 5

Eſaiæ 7

In ambiguitate faciendum quid.

Chariſſimi filij diſcatis hic, vt quando in ambiguitate aliqua eſtis anxij, incertique quid ſit eligẽdum, firmetis cor veſtrũ in charitate, qua nihil velitis, nullique affectui conſentiatis, niſi ei, quem videritis beneplacito diuino conformem. Porro, ſi id inueneritis, quod altero eſt melius, nõ dubium eſt illi eſſe conſentiẽdum, atq; viliori, quod ſanctius eſt, prę ferendum. Si inuenire non poteſtis, in animo id eligere ſit vobis certum atque ſtatutum, id amplecti, quod magis à Deo probari creditis. Inter hæc oratio veſtra ſit ad Deum pro illuminatione mentis veſtræ, & pro directione voluntatis in id, quod ſuo ſit honori maxime acceptum. Nunquam enim illuminare Deus hominem deſinit. Aut em̃ per hominem informat, aut per ſcripturam inſtruit, aut docet per inſpirationem. Quod ſi tanta foret obſcuritas, tãtaq; rei difficultas, vt nihil horũ ad hoĩs ſufficeret inſtructionẽ, potius in ſomno, aut aliter homi-

nem certiorem faceret, quam in dubio fineret perire. Nõ eſt tamẽ expectandũ miraculũ, aut reuelatio ſuperna, q̃diu ad manum eſt conſilium aut humanum, aut modo naturali humano ingenio, aut certe Dei alia prouidentia præparatũ. Dñs noſter Ieſus Chriſtus ſuam det nobis benedictionem & gratiam ſempiternam, Amen.

IN EPISTOLAS ET EVANGELIA PARAphraſes & Exegeſes, vna cum ſuis Sermonibus Natiuitatis domini, ſequentiumq; ſolennitatum in altero Tomo de Sanctis in vtraq; parte offendes.

DOMINICA I. POST DOMINI NATIVITAtem, epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Galatas quarto.

VII

Vanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo cum ſit dominus omniũ: ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſq; ad præfinitum tempus a patre. Ita & nos, cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorũ reciperemus. Qm̃ aũt eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda veſtra clamãtẽ: Abba pater. Itaq; iã non eſt ſeruus, ſed filius: q̃d ſi filius, & hæres p Deum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Galat. 3

ANte hæc verba dixerat Paulus legẽ iudæis fuiſſe pædagogũ, ſub q̃ regerentur, donec Chriſtus veniret: in quẽ qui crederent, ſub eodem non iam ſicut ſub pœdagogo viuerent, ſed liberati a lege, filij per Chriſtum fierent adoptionis & bonorũ Dei hæredes. Quo oſtendere voluit poſt Chriſti manifeſtationem, noſtra redemptione iam impleta & mũdo vulgata, nos lege vetere (quantũ attinet ad cæremonialia p̃cepta) eſſe abſolutos & liberatos. Ad quod probãdum hac vtitur ſimilitudine: Puer qui ſui eſt patris hæres futurus, quãto tempore & ætate & ſciẽtia paruulus eſt, nihil differt a ſeruo: nõ quidem eſt ſeruus, ſed a ſeruo nihil differt, qa nullã habet poteſtatem, regitur alieno imperio, & alterius cogitur obedire voluntati, cum ſit dominus omniũ, quæ pater eius poſſederat. Eſt enim ſub tutoribus, qui illum defendunt ab iniurijs, & ſub actoribus ſeu procuratoribus, qui illius nomine agunt, quęcunq; ille agere per ætatem aut neſcit, aut non valet. Et hoc vſque ad tempus ſibi cõſtitutum a patre. Quo finito, deinceps libere ſuæ voluntati relaxatur. Pari modo, inquit, de ludæorum populo quoq; ſẽtiendum eſt, qui per Chriſti gratiam futurus erat regni cœlorum hæres. Hic quanto erat tempore paruulus, ſcientia ſcilicet, actione, & viribus ad reſiſtendum peccato, ſub diſciplina erat legis non aliter atq; ſub gubernatione pædagogi, coactus prę ceptis ſeruire diuinis, cum tamẽ per Chriſtum dominus eſſet omnium bonorũ patriæ cœleſtis. Lex enim vt pædagogus illum admonebat, arguebat & puniebat, arcens illum ab idololatria & reliquis peccatis. Itaque hoc dicere vult Paulus ſimilitudinem aptans, cum ait: Ita & nos ludæi cũ eſſemus paruuli non ætate, ſed intellectu & diſcretiõe, ſub elemẽtis mundi eramus Deo ſeruientes, cæremonialia legis præcepta elementa vocãs. Sicut enim pueri per elemẽta incipiunt diſcere ſcripturas, quas anteq̃ intelligunt, elementa quidem componunt, literas coniungũt & pronunciãt, quibus paulatim ad cognitionem veniãt ſcripturarum. Ita ludæi legis cæremonias obſeruantes, primum quidem quid ſignificarent, non intelligebãt: per illas tamen quaſi per primordia ac elementa ad Dei tãdem peruenerunt cognitionem, & ſpiritualem intelligentiam. Dicuntur aũt elementa mundi, qa adhuc carnalibus, & tẽporalium bonorum amatoribus data erant, qui æterna inuiſibiliaq; nondum appetere noũerãt, uerant, ſed corporalibus pœnis cogebantur, tẽporaliumq; bonorũ promiſſionibus tam pueriliter, quam ſeruiliter ad Dei cõpellabantur cultũ. Hæc aũt ad tempus durauit.

B

At vero, vbi plenitudo venit tẽporis, cum præfinitum tempus eſſet impletum (in quo pater nos Iudæos vt pueros ſub elementis voluit veteris gubernari teſtamenti, tanquam ſub pædagogo) & iam ſtatuiſſet nos à vinculo legis, tanquã à ſeruitute liberos reddere, miſit Deus filiũ ſuum factum ex muliere, id eſt, ſecundũ humanitatem natum ex virgine matre, qui ſecundum diuinitatem non factus, ſed genitus eſt ex Deo patre. Miſit itaq; filiũ ſuum in ſpecie humana ac viſibili, legi quidẽ ſubditum, quamuis legi nihil deberet. Voluit Ieſus quamuis eſſet dominus legis, nihilo ſecius ſubdere ſe legi, & iuxta legẽ circuncidi ac in templo offerri, vt ludęos, qui ſub lege erant, à ſeruitute legis redimeret, legaliumq; obſeruantia ſua paſſione & morte ceſſaret. Et ideo Petrus, vt in Actis habet, cum quidam ludæorum zelarentur pro lege, quam ex gentibus quoq; cõuerſis tentabant imponere ſeruandã, ingenue contradicebat, dicens: Quid tentatis ceruicibus imponere diſcipulorum, q̃d neq; nos neq; patres noſtri portare potuimus? ſed per gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. Paulus quoq; alibi ludæis, per Ieſum, inquit, remiſſio vobis peccatorum annunciatur ab omnibus, in quibus nõ potuiſtis in lege Moſi iuſtificari. Itaq; à legis ſeruitute Chriſtus nos liberauit Iudæos, qui eramus rei, & compreſſi ſub delicto & onere legis, vt ſimul oẽs tam Iudæi, quam ex gentibus ad Chriſtum conuerſi adoptionem filiorum, quam perdidimus in Adam, per gratiam nouæ libertatis iterum reciperemus in Chriſto, qui ꝓpterea noſtram aſſumpſit naturã, vt quam ab æterno cũ patre habet, nobis participaret ſuã, quo filij Dei efficeremur adoptiui.

Quoniam aũt eſtis vos Galatæ ſicut nos Iudæi, filij Dei per adoptionem (ſicut ſcriptum eſt: Quotquot autem receperũt eũ, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri) miſit Deus ſpiritum filij, qui à patre filioq; procedit, hoc eſt, ſpiritum ſanctũ in donis ſuis, in corda veſtra clamãtem, hoc eſt, q vos faciat clamantes ad Deum, non tam vere, quam ingenti affectu & filiali deuotione, Abba pater, quod idem ſignificat. Abba enim Hebræa vox dicitur, quę expoſita patrem ſignificat. Itaq; iam tempore Euangelicæ legis ac gratiæ, is qui olim fuerat paruulus nihil à ſeruo differens, ſed ſub pædagogo legis ſeruiens, non eſt ſeruus ſub ſeruili timore conſtitutus, & qui non manet in domo inæternũ, ſed filius. Qd'ſi filius eſt, ſicuti reuera eſt, & hęres erit vitæ æternæ, gloriæq; cœleſtis per Deũ, ſeu per Dei miſericordiam: hæres quidem Dei, cohæredes aũt Chriſti. Quę hęreditas q̃ optãda ſit, nõ poſſumus explicare, niſi quõ Apoſtol. idem dicit: Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quę p̃parauit Deus diligẽtibus ſe. Hanc hęreditatem filij credimus nos non ſolum videre, ſed & poſſidere in terra viuentiũ, Amen.

Ioan. 8
Roma. 8
Eſaiæ 64
1. Cor. 2
Pſal. 26

Lucæ 2 Legi Moſis cur ſe Chriſtus ſubiecerit

Actor. 15

Actor. 13

Ioan. 1

EXEGESIS EVANGELII in eadem dominica. Lucæ II.

C

Vanq̃ in nocte Chriſtus nobis natus ſit, & veluti ignotus ſub vili habitauerit infãs tugurio, apud matrẽque latuerit verecundã, nonobſcura tamẽ eius fuit natiuitas. Prędicauit em̃ illam ſtella de cœlo, nuncia uit angelus paſtoribus, adueniẽtes quęrũt Magi. Vnde Herodi q̃q; mox ſuſpectã reddunt, fitq; vt hanc paſſim loquantur omnes. Nam dum in templum induceretur infans à matre, Simeon ſenex & iuſtus adueniẽs, multa de eodem prophetauit. Anna quoq; viduitatis ſpeculum & mulier ſancta acceſſit confitens domino, & teſtimonium reddẽs infanti coram omnibus, qui expectabant redemptionẽ Iſrael. Quã obrem cunctis Chriſti natiuitatẽ loquentibus, non immerito miratur Maria, miratur & Ioſeph (quem patris vocabulo ſcriptura dignatur) ſuper his, quę de puero docebantur. Sic enim hodiernum exorditur Euangelium.

Lucæ 2
Matth. 2
Lucæ. 2
Matth. 2
Lucæ 2
Ibidem.

Erat Ioſeph & Maria mater Ieſu mirãtes ſuper his, quæ dicebãtur de illo.

Euangelij huius hiſtoria, in feſto hoc, q̃d Purificatio ỽginis dicit, impleta eſt. Beatiſſima em̃ virgo Maria dum intuliſſet infantem Ieſum in templum, occurrit illi Simeõ iuſtus ac ſenex, qui diu tempus illud expectauerat ſibi promiſſum, quo Chriſtum

Lucæ 2

ſtū ſuis adhuc in carne coſtitutns cerneret oculis. Quare cum ſpiritu ſancto reuelāte, Chriſtum tēplo percepiſſet illatū, mox ſpiritu eodē plenus occurrit, infantemq; apprehēdens, & inter vlnas ſuas hūc adſtringens, ait: Nunc dimittis ſeruum tuum dñe ſecundum verbum tuum in pace. Cognouit eī in ſpiritu, quis eſſet infans iſte: ſenſit item in corde, q̄ diuinæ ſuauitatis rore interea mens eius perfunderetur. Hoc audito, vt Euāgeliſta dicit, erat Ioſeph & Maria mater eius mirantes. Mirantur parentes, non vt ĩ, qui ignorarēt cuiuſmodi hic puer eſſet, nec ideo, quod tam inexploratum illis dubiumq; foret, quō ea, quę de illo dicebantur, fieri poſſent: ſed mirabātur, quod ſe tacētibus Chriſtum infantem tot hominum genera loquerentur. Admirabantur item, q̄d Chriſtus infans nō modo paſtoribus, verum regibus etiā & ſacerdotibus notus eſſet. Mirabātur igitur, quod eum, quē ſolos putabant ſeipſos agnoſcere, loquebātur palam & homines cęteri. Si quidem aduenerat Maria ad Elizabeth, & vix ad ſalutādam illā os aperuerat, & mox audiuit ab eadem: Benedicta es inter mulieres, & bñdictus fructus vētris tui. Itēq;: Beata, quæ credidiſti, quoniam perficiētur ea, quæ dicta ſunt tibi à domino. Dū quoque in Bethlehem peperiſſet, ab hominum conſortio ſeparata atq; ſola, angelis prædicantibus venere paſtores, qui quærerēt de verbo hoc, quod ſibi factum fuerat ab angelo. Dixerat enim angelus ſaluatorem illis natum, quare gaudium magnum foret omni populo celebrandū. Atq; ideo Chriſtum inuenientes infantem credunt, omnibusq; euulgant audita. Sic etiam Magi à remotis terræ partibus aduenientes. Vbi eſt, inquiunt, qui natus eſt rex Iudęorum? Vidimus eī ſtellam eius in Oriēte. Adeo autem fama tunc de Chriſto mox percrebuit, vt Herodes oīniſq; Hieroſolyma turbaretur cum illo. Eam ob rem Euangeliſta: Erat, inquit, pater Ieſu & mater eius mirātes. Vide quō Ioſeph patrem nominat Ieſu ſcriptura. Ita enim patrem nominat, quō tunc putabatur. Nec tamen incōgrue vocabatur Ioſeph pater Ieſu, erat eī vere virginis Mariæ maritus, licet virgo et cōiunx. Quare cum Mariæ verus eſſet coniunx, iuſte etiam dicebatur pater Ieſu, quia Ieſus Ioſephi, licet non ex ipſius ſemine, tamen ex ipſius coniuge erat filius. Recte igitur dicebatur Ioſeph pater Ieſu, quia ſuæ coniugis erat filius Ieſus: quare iuſtius ei erat pater per Mariam coniugem, quam fuiſſet aut eſſe potuiſſet per adoptionē. Poteſt tamen Ieſus nihilominus dici filius Ioſeph, quia alumnus nutritio patre Ioſeph educabatur, & communis omnium fama ſic eum, hoc eſt, filium Ioſeph habebat & loquebatur. Noluit igitur Euāgeliſta tam ſancto viro quicquam honoris derogare, ſciens nihilominus fidelibus aliunde ſatis notum, nō ex ſemine Ioſeph Ieſum natum, ſed eum patris maluit decorare vocabulo, qui, vt talis putaretur, Mariam eſt in coniugem accipere iuſſus.

Luc. 1

Luc. 2

Matth. 2

D Ioſeph cur pater Ieſu dict⁹

Matth. 1a

Matth. 1

Et benedixit illis Simeon.

Indignum fortaſſe tibi videtur, q̄d Mariam virginem ac Dei matrem (cuius tāta eſt dignitas, tanta puritas, vt nihil in cœleſtibus, nihil in terrenis poſſit creaturis illi adęquari) Simeon bñdixerit, multoq; adhuc abſurdius, q̄d Chriſtum benedixerit. De Maria reſpōdendum, non indignum fuiſſe, vt maior à minore bñdicatur. Benedictio enim non datur ex merito ſanctitatis, ſed ex officio. Haud dubiū nanq; eſt Mariam lōge fuiſſe Simeone digniorem, ſanctiorem, maioremq; merito vitæ & ſanctitate: benedicenda tamen erat à ſacerdote, licet inferiore, ſecundū vitæ meritū, iuxta officiū tamen ſuperiore. Sacerdotibus enim conuenit benedicere. Verum id non ſua virtute efficiunt, ſed diuina, quicquid ſalutis benedictio operatur. Sacerdotū igitur eſt benedicere, ſed id conuenit eis non ex merito vitæ, ſed ex officio, vtpote à dño ad benedicendum populo conſtitutis. Benedicunt igitur & hodie hi quoq;, quorū reproba eſt vita, ſacerdotes: at non ſuo merito, ſed ordinatione, inſtitutioneq; diuina, atq; in Dei verbo. Heu quam ſæpe inferiores, imo & mali benedicunt ſanctos, non in ſuo, ſed in Dei nomine, & in verbo id faciunt Dei. Non igitur eſt attēdenda benedicētis vita, propterea q̄d miniſter eſt tantū, & benedictionis pronunciator, non gratiæ collator, ſed diuina ordinatio reſpicienda: quādoquidem neq; qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incremētum dat Deus. Quod cū ita ſit, quanto magis non ſpernenda eſt bñdictio, conſecratio, miniſterium ve aliud quodcunq; aut ſacramētorum, aut operationū Dei ab eo mi

Hebr. 7 Benedictionem dare ad q̄s pertineat,

Num. 6

1. Cor. 3

eo miniſtro, qui licet vitæ ſit merito inferior, Dei tamen ordinatione ad hoc eſt officium cōſtitutus? Nulli dubium eſt igitur, quin humilime Maria ſuſcepit Simeonis benedictionem. Sit igitur tibi quoq; accepta prælati aut ſuperioris tui ſpiritualis adminiſtratio. Scito hunc in miniſteriū à Deo miſſum. Siue igitur benedicat, ſiue conſecret, ſiue prædicet, arguat aut conſoletur, omnia reuerenter, humiliterq; ſuſcipias, omnia tu æquanimiter ſuſtineas: credens nō pro ſua animi illum voluntate id facere, ſed diuina inſpiratione, monitum ideo hęc agere, quod tu vel alius quiſpiam benedictione aut reprehēſione hac egeat. Vbiq; igitur Deū in homine auſculta, ab homine non aliter, præſertim in his quorū eſt à Deo miniſter inſtitutus, atq; à Dei ore ac manu, quicqd dixerit, quicquid circa te egerit, accipe. Verum vt ad Simeonem reuertamur, benedixit Ioſeph & Mariæ. At de beata virgine iam tibi ſatisfactū puto. Verum quomodo benedixerit puero, magis te vrget. Eſt enim & puer idem ſacerdos ſanctus & immaculatus, ſecundū ordinē Melchiſedec: nec ſacerdos ſolum, verum & pontifex, & non minus quā homo, Deus. Dicēdum igitur ſolum eſſe Deum qui benedicat, hoc eſt, qui benedictionem det gratiæ ſuæ, operetur q; in homine ſalutem, idq; per miniſtrum quaſi per inſtrumētum (cui te inclinari oportet) facit. Hoc modo Deus nō poteſt ab homine benedici. Poteſt tamē homo vtiliter atq; humiliter, non ſolum pontificem, ſed etiam Deum benedicere, quatenus benedictiōis vocabulo vtimur pro laude, gratiarū actione, atq; confeſſione. Hoc modo Chriſto non ignauiter Simeon benedixit, non vt benedictione hac Chriſto quid accederet gratiæ & virtutis, ſed vt illum Simeon cōmendaret, illum exaltaret, illi cōfiteretur, illi gratias ageret.

E Prælatoꝝ perſonæ & officia quali in reuerentia habenda.

Psal. 109 Hebrę. 7

Et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael.

Cur Simeon poſtquam illis benedixerit, ſoli Mariæ deinde tanquam infantis matri loquutus fuerit, non prorſus ratione caret. Ipſa enim ſola infanti carnem, qua Chriſtus pateretur, cuius paſſione erat ipſa quoque diſſecanda, dederat: futurum q̄q; videbat Simeon, vt Ioſeph Chriſti non videret paſſionem, ante ad patres moriendo iturus. Ideo matrem alloquens ſolam, dicit: Ecce poſitus eſt hic in ruinā, &c. Non ita intelligendum eſt, vt propterea dicatur veniſſe Chriſtus, vt aliq ex hominibus cadant, alĩ reſurgant, quaſi ipſe cauſa fuerit cuipiam ruinæ. Certe quotq̄t reſurrexerunt, horum vt reſurgerent fuit cauſa, non item vt ruerent: quia à ſeipſo habet homo vnde cadat, non autem à ſeipſo vt reſurgat. Eſt tamē verum, quod occaſionaliter multis fuerit in ruinam, his ſcilicet qui contempſerunt illum, qui eū non audierunt. Nulli enim ſcādalum p̄buit ipſe, licet multi ſua malitia ſcandalū acceperūt, ſicut apoſtoli dixerunt: Scis quia Phariſæi verbo hoc audito ſcandalizati ſunt. Ipſe q̄q; de ſe loquens: Beatus, inquit, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Venit itaq; Chriſtus, non quantum in ſe erat, in ruinam hominū, ſed potius, vt dicit: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, in mundum venit. Quod vero homines ex occaſione ſumpta à Chriſto ruunt aut peccant, non à Chriſto (vt dixi) habēt, ſed à ſeipſis, hoc eſt, à praua ſua inclinatione, à concupiſcentia mala, ab acedia, quia nolunt vitijs reſiſtere & ab amore recedere priuato: quandoquidē diligunt, aut odiunt ea quę non deberent contra Deū. Sic eī dominus loquitur: Lux venit in mundū. Quare igitur non fuere illuminati omnes? Quare nō reſipuere? Non ex luce hoc accidit (omnem enim hominē paratus fuit illuminare venientem in hunc mundū) ſed ex hominum id accidit malitia. Vnde ſequitur: Sed dilexerūt homines magis tenebras, quam lucem. Ideo non venerunt ad lucem, ne arguantur opera eorum mala in tenebris facta. Atq; ideo etiam nō ſunt illuminati, quia fugerunt lucem, oderunt lucem, amauerunt tenebras, dilexerūt opera ſua mala, à quibus diuidi noluerunt. In de igitur factum eſt, vt Chriſtus lux mūdi ſit occaſio eis, non ex ſeipſo data, ſed ab illis in ſeipſis ſumpta, vt per Chriſtum non ſint facti meliores, ſed malitia ſua qua induruerunt, facti ſunt deteriores. Quid enim hoc ſoli imputandum eſt, ſi tui ſint oculi lippi? aut ſi ex ſole non clarius videas, ſed habeas faſtidium? Verum eſt ex ſole tibi eſſe occaſionē, non tamen cauſam quare tu moleſtiam ſentias. Infirmitas enim tua hoc tibi incōmodi affert, nō ſol. Quapropter

In ruinā vti Chriſtus poſitus fuerit.

Matth. 15

Matth. 11

Ioan. 10

Ioan. 3

Ioan. 1

Ioan. 3

Ioan. 12

F

propter quomodo lux nocet oculis lippis,ita Christus nocuit impijs, q dixerũt:
Iob. 21 Recede à nobis,scientiam viarum tuarum nolumus. Aduertendũ quoq; est,eam
G In resurrectionẽ qui Christus positus sucrit. ob rem Euangelistam non dixisse Christum positum esse in resurrectionem omnium,sed multorum:quia licet ad saluandos venerit omnes, hos tamen saluauit solos, qui crediturí erant in nomine ipsius.
Horum quoq; vt resurgerent,vt saluarentur,non tam occasio fuit,quam causa,ipso
Ioan.11 testante:Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me,etiã si mortuus fuerit,viuet.

Non est autem de solo Christo prophetatum,quod positus sit in ruinam,& in resurrectionem multorum in Israel,sed etiam de ipsius membris,quorum eruditio vitaq; alijs quidem fuit,vt compuncti corrigerentur,alijs vt obstinati grauius indurarentur,atq; perirent. Quamobrem dicit
2.Cor.2 Apostol.Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt,& in his qui pereunt.
Alijs quidem odor mortis in mortem, alis autem odor vitę in vitam. Itaq; tuum
Iõan.12 Esaiæ 60 Psal. 33. est fili, vt quõ velis, sit tibi positus Christus.Venit enim tibi lux in mundum. Surge igitur & illuminare, quomodo scriptũ est:Accedite ad Deũ,& illuminamini.Accede,ausculta,serua eius verba &sermonẽ.
Audi non vt scias tantum,sed serua in cor
Ioan.8 de etiam,hoc est, diligas,viuendoq; exprimas,vt in illorũ habearis numero,de quibus loquitur Christus:Si quis sermonem meum seruauerit, non videbit mortem in
Origenes æternum. Origenes hunc locum exponens non de alijs qui cadant,&alijs qui resurgant,sed de eisdem vult esse dictũ,quibus Christum in mundum venisse dicit,vt primum feliciter cadant,feliciusq; deinde resurgant. Ad hunc igitur ille sensum exponit:Peccatũ viuit in homine, superbia, auaritia, luxuriaq; viuit.Sine Christo semper viueret,& in mortem duceret.Stat igitur,aut potius stare sibi videtur homo viuens peccato,& male securus est. Felicior autem erit,si Christo credat, vnde ruat in eo peccatum,hoc est,vt ruat in eo, vel auaritia,vel superbia,&c. quia vbi ruerit,poterit resurgere. Itaq; ruat in te o Christiane superbus, surgat e diuerso humilis, cadat incontinens,resurgat castus, ruat auarus, resurgat liberalis & misericors. Hoc modo simul cuiuis in ruinam & resurrectionem venit Christus.Omnes enim nos in-
uenit languidos,omnes infectos morbo. Verbo autem suo nos prostrauit omnes, qui videbamur stare & incolumes esse, vt ibi quo putabamur erecti, nos inueniremus humo iacentes.Per eius igitur implorationem gratiæ resurgere conemur. Nihil igitur aliud dicere vult Origenes, quã eos ruere,in quibus ruit occiditurq; peccatum. Resurgere vero eos, qbus destructo peccato religiose contingit viuere.Proinde si luxuriosus efficitur castus, si auarus liberalis,si atrox fit mitis aut misericors, moritur in eo pctm̃,resurgit vero iustitia.

Et in signum,cui contradicetur.

H Persequutores Christi quinã sint. Contradixerunt Arrius, Nestorius, Eutiches, aliaq; prodigiosa hæreticorum monstra.Contradicunt hodie domino lesu hęretici,qa vitã eius impugnant. Quomodo enim non impugnant, quãdo eius amatores,eius imitantes vestigia deridẽt, obganniunt,persequuntur:Quis vestrum simplicitatẽ eius amplectens, eius imitans orationes,eius genuflexiones,eius vigilias, eius sobrietatem & temperantiam sequens,nõ mox audiet, quod operibus suis fidat,cæremonijs velit suis mercari cœlum,hypocrita sit,orationes faciat,quibus Deus nõ egeat, probraq; huiusmodi alia? Verum de hoc alias.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

Beatissimæ Mariæ dolorẽ futurę compassionis prænunciat Simeon. Hæc enim cum vehementissime amaret filium, quæcunq; in corpore passus est filius,ipsa pertulit in anima. Siquidem multas habuit amandi rationes Maria præ cæteris matribus,quę suos etiam diligunt filios.Erat enim ei dominus Iesus filius. Erat ei vnigenitus, quia nullum alium præter hunc habuit.Erat benignus & virtuosus.Erat pulcherrimus.Erat ab eadem non absq; graui labore educatus.Erat eius creator &Deus.Hæc singula amoris exaggerabant magnitudinem.Qui amor ad Christum quo erat maior, eo etiam amãtis matris dolor pro eodem fuit grauior.

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Vt reuelentur.Hic, vt, intelligẽdum est consequutiue non causaliter.Ex his enim quæ Christus passus est, sequutum est,vt cogitationes bonorum malorumque reuelarentur.

Ioan.18 Lucæ 23 Mar.16 Marc.15 Lucæ 23 uelarẽtur.Alij enim ad Christi mortẽ gaudebant,alij lachrymabantur,alij astabant, alij fugiebant:latro cõfitebarur Christũ, dũ Petrus negaret.Reuelabarur igitur qd in cordibus foret hominũ hac occasione.

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser.Hæc processerat in diebus multis,& vixerat annis septem cum viro suo á virginitate sua.

I Ante virgo vixerat:viro septem annis deinde coniuncta fuit: reliquo tẽpore vidua,pijs operibus,ieiunijs & orationi vacabat.Diligenter omnia Euangelista disse ruit,quę ad eius pertinebant laudem, quo dignam illam ostẽderet spiritu prophetię, quam erat inducturus ad confitendũ domino,& testimonium Christo prębiturã. Quocirca videndũ quot laude dignas de eadem proferat cõditiones, vt merito introducatur de Christo eius testimonium.
Anna vti speculum fuerit omnibus perfectionis. I. Est enim vita eius omĩbus mulieribus speculum, vtpote quæ virginibus virgo,nuptis nupta,& viduis vidua sanctæ vitæ præbuerat exemplum. Prima huius sanctæ mulieris conditio,quod virginitatem suam vsq; ad matrimonium conseruauit.
Virginitatis naturæ quanta excellentia. Laudabilis plane & res pulcherrima virginitas,quæ vbi semel amissa fuerit,non potest recuperari.Neq; enim,tametsi peccato venia impetretur a Deo, post lapsũ potest
Matth.19 1.Cor.6 virginitas restaurari.Hæc virtus a Christo laudata,& a Paulo eiusdẽ præcone est vehementer conmendata:propter sui tamen nobilitatem arduamq; continentiæ obseruantiã a Christo nõ est prębepta,sed suasa,
Mat.19 Hiero. Matth.22 vbi ait:Sunt eunuchi qui se castrarunt,pp ter regnum Dei. Sint igitur eunuchi quibus castitatem obseruare placet,angelicãque vitam ducere in terris,& in carne sine carne viuere, vt regni cœlestis ciues fieri
Lucæ 20 mereantur: sintque non in cœlo tantum, sed in hac quoque vita, qui neque nubãt, neque nubantur,sed sunt sicut angeli Dei in cœlis. O felices vos virgines, o animas Deo sacratas,Deo dilectas, o Christi spõsas & cœlestis paradisi rosas.O vos, inquam, felices quibus datum est de tanto virginitatis,tãq; precioso gaudere monili.Felices,inquam, vos, qui de tam præclara gemma & adhuc intemerata exultatis castimonia,quam certe inter tot hostiũ insidias,non vos, sed dominus amator & spõsus vester cœlestis vobis seruauit.Itaq; quotquot thesaurum hunc habetis,omni
cura, omnique vigilantia immarcessibilẽ custodite vel perpetuum, vel si aliter placet,ad coniugium vsq;,vt cum timore Dei tunc virgo puella viro iungatur & virgini,seruatis nihilominus dierũ aliquot inducijs,quibus vterq; coniugium coniũgatur Deo, idq; exemplo iunioris Tobiæ, aliorumque veterum sanctorum. Tobiæ 6

Et hæc vidua erat vsque ad annos octoginta quatuor.

Secunda eius conditio laudanda, q̃d post viri sui mortem, tametsi annis tantũ septem illum habuisset, nũquam alteri voluit copulari marito,sed manere innupta. Ostendens,quod erat cum viro,cum quo fuerat vna caro hac vita defuncto, simul mortua,puta quo ad carnalia coniugaliaque opera.Vnde absoluta a lege viri,nolu
1.Cor.6 it se mundo iterum illaqueare,sed Deo. Imitentur illam mulieres sanctæ, dum fũt cum maritis,si eos ad castitatem(ad quam sæpius illos inuitare debent) non possũt inducere,gemant suam seruitutem,necessitatem tolerent,animo diligant exoptentque(si ita liceret)magis castitatem.Porro, a lege viri si contingat eas absolui, si admi serit deuotio,vt Anna,se contineant.Cõtineant autem orationibus & ieiunijs vacantes,vt veræ viduæ sint. Nam quæ in delitijs viuit vidua,mortua est. Tertia est conditio,quod laudabiliter in statu viduitatis vixit. Multa est laude dignũ post expertam illecebram carnis vitijs posse consuetis abstinere.Cum enim sint coniugio vtentibus multa solatia delectabiliaq;,his viduam abstinere valde est laudabile.

K II. Coniugibus qñca sit viuendum. Viduitas q̃ sit cõmendabilis. 1.Tim.5 III.

Quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die.

Quarta conditio huius viduæ fuit, quod frequens fuit in templo. Ideo dicitur quod nunquam discedebat a templo, hoc est,quantum potuit, semper templo interfuit,orationi vacans.Neque enim q̃d
2.Tim.3 Apostolus in quibusdam adolescentiori bus obiurgabat, per domos discurrebat ociosa & verbosa loquens, quæ non expedirent:sed tempus omne quod habuit, orationi & sanctę compunctionis studijs dedicauit. Quinta eius conditio, quod ieiunijs quotidianis afflixit corpus suum passiones carnis subijciens spiritui,sobriamque Deo faciens animam. Deuotioni prorsus contrarium est,scis multis exten-

IIII.

V. Ieiunio carnis petulãtiam frenandã.

dere ventrem. Vbi enim sunt escæ multæ, ibi & potus oportet vt abundet, ibi continentia periclitatur, arescit compunctio, accędia imperat, ociū amatur. Atq; ideo pœnitētium sunt arma nobilissima oratio & ieiunium. Nonne dæmoniorū quoddam esse genus dicit Christus, quod eiici non posslit, nisi oratione & ieiunio? Nōne Paulus suum corpus castigat, atq; in seruitutē redigit, metuens ne cum aliis prædicauerit, non frenato per abstinentiam aut castigationē corpore, ipse reprobus efficiatur? Vides quam probe illuminata hæc sancta fuerit mulier, quæ huiusmodi studia frequentauerit, quibus fieret spiritualis.

Marc.9

1.Cor.9

L

Hæretico rum per uersitas quanta.

Hæc studia, qui hodie Euangelicos se audent iactare, execrantur adeo, vt etiā in aliis Deo deuotis eadem impugnent, quia volunt manere (vt sic dicam) carnales. In carne enim est vita eorum tota, vt prorsus nihil, nisi quatenus loquūtur verba Euangelij, habeant de spiritu. Ne autem sancto rum vitæ ex diametro cōtrarij arguantur, despiciunturve, sanctorum ieiunia & opera bona carpūt, & quasi impij fuissent sancti, qui suis tribuisset operibus, quicquid sibi Deus foret largitus (quod nemo sanctorum fecit vnquam) in sanctos blasphemant: ipsi vero hæretici propterea videantur pij, quod tantum tribuunt Christi merito, vt sine vllo opere bono etiam cōtemptores, ingrati & præuaricatores saluētur, in sanctos blasphemant. Potest quidē Deus sine opere bono (quod & facit infantibus, quādo de opere bono proprie loquimur) saluare. At homo ratione vtēs, & nolēs operari bonum, vbi Deus præcepto ab eo id expostulat, quō, nisi pœniteat, in pecato possit saluari? Mandata enim habemus Euāgelica, quæ nobis data sunt, non tantum vt sciamus ea, sed vt etiam eadē faciamus. Quæ vbi intermittimus, iam non solum sumus negligentes, sed etiam præceptorum diuinorum præuaricatores: qui regnum Dei durantibus his peccatis nostris, intrare non possumus. Accipiant quęso informationem ab hac Euangelica vidua carnales illi Euāgelici, discāt eā imitari, audiātq; vel inuiti Euangeliū eius opera & studia bona commendare (propter ea enim tam diligenter describuntur) atque prophetiæ donum illis tribuere. Ideo enim bonis actibus & obseruationibus stipata introducitur, vt ex prophetiæ dono digna fuisse, & quæ Christum prędicaret, crederetur. Sexta conditio Annæ narratur, quod obsecrationibus in tēplo vacauerit. Iam dictum est supra, quod ieiunijs & orationibus aptam se fecerit, quæ à spiritu sancto imbueretur. Est enim laus, gratiarū actio, oratio q̄q; in multiplici genere gratissimum Deo sacrificium.

VI.

Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redēptionem Israel.

Septima hic eius conditio laudatur, quod donum habuerit prophetiæ. Loquebatur enim omnibus expectantibus redēptionem Israel, hoc est, consolabatur & roborabat in spe & expectatione firma eos, qui Herodis tyrannide grauati, expectabant liberationē Israel per Christum. Hūc itaq; Christum adesse iam natum, qui redempturus esset Israel, prædicabat. Reuera enim per Christū liberati sumus ac redempti, licet nō à temporali subiectione & seruitute, cuiusmodi Iudæorum multi expectantes frustra credebant, sed à captiuitate peccati, & à tyrannide diabolj.

M VII.

Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapiētia, & gratia Dei erat in eo.

Non modo tantum, sed ab initio quoque conceptionis sui sapientia fuit plenus puer Iesus, qui nihil idcirco potuit agere vanum aut inhonestū. Et gratia Dei (quæ illi data est absque mēsura) erat in illo. Dictus est autem ab Euangelista proficere, non in astutia sermonis, non honoribus & diuitijs, sed virtute & gratia, quæ magis quotidie in eo lucebant. Iuxta enim ætatem permisit semper sapientiæ plus erumpere, quo sese manifestaret mundo, & attemperaret ætati. Itaque non sapientia creuit, sed qua semper plenus erat sapientia, hanc foras magis ac magis paulatim exhibuit puer Iesus, in secula bñdictus, Amen.

Luc.2

Ioan.3

SERMO IN EADEM DOMInica. Quam multipliciter Christus nobis sit signum, cui contradicitur.

N

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectiōem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, Lucæ secundo. Simeon

meoni sancto & seni legimus reuelatum & promissum (haud dubium pro magno eius desiderio videndi Christum) non visurum illi mortem, nisi videret Christum domini. Annosus itaque quem diu expectauerat, vbi tandem illum adesse sentiret, in spiritu venit ad templū. Venit quidem corpore, sed in spiritu venisse dicit, eo scilicet ducente aut impellēte, quo Christum esse in templo cognouit. Spiritu venit, qa spirituali cogitatione, qua præter Christum tunc nihil cogitabat aliud, & in Deo absorptus in templum venit, Christumq; infantem in exultatione spiritus exosculans, & castissimo sibi amplexu astringēs, quasi dominum à promisso absolueret, dicit: Nunc dimittis domine seruum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hęc verba causam quare dominum promissi absoluerit, indicāt. Fatetur enim sibi fidelissime, quod promissum fuerat, impletum. Atque ideo diutius viuere non desiderans, cum quod optauerat, propter quod diutius quoq; vixerat, iam sibi concessum etiam ipse fateretur, dicit: Nunc dimittis domine seruum tuū in pace. Prophetauit autem Mariæ futurum, vt is in resurrectionem & in ruinam foret multorum positus. Erat enim Christus lapis sine manibus excisus, lapis, inquam, offensionis, & petra scandali in via omnibus expositus, in quem multi impegerūt, alij ad salutem, alij ad damnationem. Attulit quidem omnibus causam & precium salutis, nulli tamen ipse præbuit damnationis: q̄uis multi eam sibijpsis sua malitia sumpserint: quare occasionaliter positus dicitur in ruinam multorum. Huiusmodi simile quid apud Ioannem legitur: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Propterea certe Christus venit, vt non videntes omnes illuminaret. Verum, quia multi ad hanc lucem venire noluerunt, sed tenebras suas prætulerunt luci, dum se videre putabant, cæci facti sunt. Venit etiam dominus in signum nobis positus, ad q̄d affectiōum nostrarum iaciamus sagittas, ad quem aspiremus, & quem imitemur: sed contradicimus huic signo. Est em̄ primo positus nobis in signum paupertatis & contemptus rerum caducarum. Ideo pastoribus dixit angelus: Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in pręsepio. Vide hic in Christo paupertatem & omnium rerum mundanarum contemptum. Quid tenero infanti necessarium nō deficit? Hoc signo nos voluit erudiri. Sed signū est cui mundus contradicit vniuersus. Quis enim aut quotus est, qui non mundi quærat opes, qui non honores ambiat, aut qui non carnis quærat delitias? Fruamur (aiunt quidam) bonis à iuuentute, quoniam hæc est pars nostra, & reliqua quę ibi in libro Sapientiæ horum personā figurant. Secundo, est nobis positus in exemplum virtutum & operum omnium bonorum, tanq̄ signum seu chorda atq; regula, qua dirigi mur in operibus bonis. Proinde, dū discipulis pedes lauisset, non solum de hoc humilitatis opere, verum etiam de aliis quibuslibet loquens, dixit: Exemplū dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hoc est signum seu exemplar, de quo Mosen dominus commonefacit: Omnia, inquiens, fac secundum exemplar, quod tibi in monte mōstratum est. Mortem Christū intelligimus, iuxta illud: Erit mons domus domini in vertice mōtium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. At in hoc signo Christo contradicunt plurimi. Nonne hodie omnes gloriantur se Christianos, imo & Euāgelicos? Sed respōdetur multis, quod confitentur se nosse Deum, factis aūt negant. Nolunt aduertere illud Ioannis: Qui dicit se esse Christi, debet sicut & ipse ambulauit, ambulare. Non aduertunt Christū loquentem: Quid dicitis mihi, domine, domine, & non facitis quæ dico? Itemq; Qui seruat mandata mea, & facit ea, ille est qui diligit me. Non dicit, qui legit ea, non dicit, qui prædicat, sed q̄ facit ea, hoc est, qui opere explet. Tertio, positus est in signū sanitatis, quomodo in figura est Mosi dictum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus inspexerit eum, viuet. Ita Christus in passione nobis signum positus est, vt quisquis fide intuetur illum, saluetur. Oēs em̄ morbo Adę, hoc est, originali laboramus pctō, à quo nunquam liberabimur, sed peribimus, nisi hoc inspexerimus signum. Quāobrem Christus: Sicut, inqt, exaltauit Moses serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, vt oīs qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Huic si-

Danie.2 Psal.117 Esaiæ 28 Matth.21 Ephe.2 Actor.4 1.Petri 2

Ioan.9

O

In signum quibus po sit' fuerit Christus.

I.

Lucæ 2

In spiritu venisse in templum qui dicat Simeon.

Lucæ 2

Sapien.2

II.

Ioan.13

Exodi 25

Hebr.8 Exodi 25

Mich.4

Virum 1. 1.Ioan.2

Mat.7 Lucæ 6 Ioan.14

P III. Num.21

Ioan.3

gno etiam contradicit mũdus. Debet eñ, quisquis sanari vult, intueri Christum crucifixum oculis fidei & compassionis, recolens verbi, quod scriptum est: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. At omes recusamus pati, & compati Christo. Volumus quidem eũ sequi in delitijs, sed in his non inuenitur Christus nos præcessisse.

1. Petri 2

Bernard. Viam enim duram hic ambulans, quæ carni sunt molestiora, elegit. Propterea suis

Matth. 16 Lu. 9. & 14 dicit imitatoribus: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Non putes paruum militiæ esse genus, si teipsum abnegare cõtenderis. Desiderijs omnibus tuis bellũ indicas necesse est. Ibiq; glossas omnes, quæ tibi blãdiuntur, suadereq; nituntur, vt scilicet hic & hic tecũ dissimules, tibi parcas, hoc tibi bene licere, hoc pfectioni non aduersari, & huiusmodi feruore cõstanti ꝓscindas. Non declines à feruore & propo

Rom. 12 sito proficiendi: rationabile tamẽ sit illud & discretum, iudicio prælati moderandũ & dirigẽdum. At quia nunc pene omnes, quæ mundi sunt, sapiunt, Christo in hoc

IIII. signo contradicunt. Quarto, positus est in signum discretionis, quo scilicet discernitur inter filios gratiæ, & filios hominũ.

Psal. 4 Filij hominũ, inquit, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Vnde subindicatur, quod filij huius mundi, qui prudentiores sunt filijs lucis in gñatione sua, diligunt & quærunt ea, quæ sunt in mundo, quæ enume-

Lucæ 16

1. Ioan. 2 rat Ioannes, dicẽs: Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut est cõcupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, Porro, filij lucis, filij gratiæ, atq; vt totum dicam, filij Dei, non ea, quæ mundi sunt diligunt. Semper enim in eorum cordi-

Ibidem bus hæc vox auditur: Qui diligit mundum, non est charitas patris in illo. Sem-

Ioan. 12 per audiunt: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Inter vtrosq; igitur filios, gratiæ scilicet & huius mũdi, signum discretionis, id est, Christus in sua passione positus est, q̃ ab alijs alij discernuntur. Christus eñ eos sibi adoptat filios, quos sanguine suo sibi

Q Exodi 12 assignat. Cuius habemus figuram in Exodo, vbi de sanguine agni iubentur filij Israel tingere superliminaria domorũ, vt hoc videns sanguine linitam domũ angelus percutiens, transeat, & immunem relinquat. Si quisquis huius mundi, hoc est, omnium mundanorũ effugere quærit excidium, signet se sanguine agni immaculati Iesu Christi, q̃ vincere potuit & elabi insidias dæmonum, & nequitias spirituũ malignorum. Vnde pari modo viris, qui de-

Ezech. 9 bebant percutere ciuitatem, dictum est: Super quos videritis Thau (quod est signum crucis) ne occidatis eos. Signari enim ante dominus fecerat frontes virorum gemẽtium & dolentium signo Thau. Vnde ab illorum percussione, qui signati fuerant, viros, qui ciuitatem percusturi erant, deterruit, dicens: Super quos videritis Thau, ne

Augustin. occidatis eos. Hoc est quod dicimus, crucẽ domini seu passionem Christi signum esse, quo serui Dei signantur, discernũturque à filijs seculi in frõtibus eorum. Et vbicunq; signum hoc fuerit inuentum, angelus percutiens non habebit potestatem. Est ergo Christi passio nobis in signum, quod filij Dei sumus, si tamen eandem (vt signum redẽptionis nostrę) circũferamus in cordibus nostris. Verum huic signo quoq; contradicitur à multis. Vt eñ iã declaratũ est, imprimitur viris dolentibus & gemẽtibus super peccatis suis, & sup passionibus Christi. Qui igitur luxu mundi delectantur, neq; de peccatis suis, neq; super Christi passione cõpunguntur, hi suis prauis moribus Christo vehementer cõtradicunt. Christus itaq; alijs q̃q; rationibus nobis esse in signũ potest ostendi, sed

R Signũ qd significet. in signum, cui cõtradicetur. Vocamus eñ signũ scopũ aliquãdo, quo mittitur sagitta. Hoc modo Christus nobis signum factus est, quo in seipso significet nobis, indicetq; quæ sit via ad regnum cœlorũ, qua sit etiã eundum ad se. Vnde in sua vita ostẽdit nobis hoc vitale signũ, quæ logtur nobis, vt ad hoc signũ Christum curramus, ipsum imitemur, si optamus salutem. Ad

Heb. 12 quod exhortans nos Apostolus: Curramus, inquit, ad propositũ nobis certamẽ, aspicientes in autorem fidei, qui proposito sibi gaudio crucem sustinuit, cõfusione cõtempta. Est igitur reuera Christi vita regula quædam, iuxta quam fit nobis viuendum. Quid enim in Christo videmus nõ imitandum? Quid inuenimus in eius vita, quod nobis nõ sit signum, iuxta q̃d debea-

1. Tim. 6 mus viuere? Pauptas eius nobis est signũ, quo spreto mundo, cõtemptisq; diuitijs, pau-

cis viuamus contenti. Humilitas eius nobis signum est, quo superbiam vanãq; gloriã declinemus. Et hoc modo de singulis est virtutibus cogitãdum, quibus Christus nobis in signum factus, quo eũdum, quomodove sit viuendum, significat. At proh dolor, à permultis signo huic cõtradicitur. Contradixerunt Scribæ & Pharisæi. Contradicunt hæretici & mali Christiani. De Scribis Phariseisq;, quantum cõtradixerint Christo, oñibus ex Euãgelica historia est euulgatũ. Hæretici quoq; non consentientes sanæ fidei Christianæ, contradicunt Christo. Aliter eñ aliaq; hæreticorum atq; Christi est eruditio, aliter q̃q; quam Deus eos docet, ipsi Deũ prædicãt, Vnde magis Christũ impugnant. Contradicũt postremo mali Christiani. Ea enim,

Christi signo à quibus cõtradicitur.

Matth. 11 quæ verbo & opere docuit Christus, male viuendo mali impugnãt Christiani. Christus humilitatẽ ac mititatẽ docuit, at Christianus superbiam exercens, Christo contradicit Est aliquãdo signum aliquid nobis significans, vt circulus ante tabernã significat vinum ibi esse venale, cucullus significat monachũ, corona rasa in capite significat sacerdotẽ. Hoc modo iteꝝ Christus est signum. Significat enim nobis salutẽ ex se quærendã, significat nobis se lucem esse mundi, Dei filium, omnipotentẽ, misericordissimum. Hæc enim omnia nobis significãt signa, ꝓdicatio & opera Christi. In Christo itaq; est veritas, vt quę signa indicãt, eadem sunt vere in Christo. Aliter autem nobiscũ est. Sæpenumero eñ signa falsa absq; re ꝓferimus. Nonne pariter omnes signum monstrauimus Christianę militiæ? Christo tamen, hoc est, Christianæ vitę multi contradicimus. Circunferimus vestẽ religiosam, qua nos spũales, hoc est, spiritu viuentes significamus, cum sępenumero conuersatio nostra adhuc sit in carne: quare magis mortui iudicãdi sumus, q̃ viuentes, dicente Apostolo: Si secundum carnem vixeritis, moriemini, si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Qui igitur carnem domat, qui desiderijs carnis imperat, qui iuxta spiritũ viuit, loquitur, cogitat, & sic viuendum docet, spiritualis dicẽdus est. Fallit itaq; sæpenumero signũ externum, quõ signũ fallit indicans venale vinum, si non fuerit in domo vinũ. Hoc modo externã sæpe significamus pietatẽ, religionem, atq; deuotionem, cũ nihil, pa-

S II. Signũ quid sit.

Rom. 8

rumve horũ sit in nobis, viuat vero in nobis mundus. Christi itaq; vita & eruditio signum nobis est (vt dixi) quõ imitando illum nos esse oporteat pauperes, humiles, peregrinos, & aduenas super terrã, nihilq; de hoc mũdo amantes, sed corda nostra ad Deum semper erigentes. Verum contradicimus huic signo. Oñes eñ, qui Christum imitari aut nolunt, aut non satagunt, signo huic contradicunt. Videre vis an contradicas vitę Christi, quę tibi signũ est, quod imiteris, quæ veluti exemplar in monte tibi constitutum est, iuxta q̃d agas? Vide quo currat affectus tuus, quid libentius cogites, cui insistas diligentius, & qd tenacius serues. Si de gloria tẽporali, si de dilectione carnis, si de voluptate, aut diutijs sermo fiat, & tu mox sollicitus agis, in menteq; tua versatur quõ ea possis obtinere, si ad rememorationem rerum mũdanarũ incitatur, exultatq; animus, si te audisse voluptatis quid delectat, & si eadem alijs recensere animum tuũ iuuat, in via es mala, vbi Christo, vbi signo vitæ contradicitur. Perniciosissima est cogitatio, mundi spurcitas, illecebrãq; meditari carnis cum desiderio obtinendi. Hic tamen à iuuentute vehementer Christo domino nostro cõtradicitur. Non hoc nos Christus docuit. Nos enim in mundo q̃rimus oblectamenta, Christus pro nobis molesta & tormenta ptulit, suisq; dixit imitatoribus: In mũdo pressurã habebitis. Itẽq;: Nolite mirari, si odio vos habet mũdus, sed scitote, quia me priorẽ odio habuit. Heu, q̃ rarus est hodie, qui Christi vitam, hoc est, Euangelium audiẽs, intra se cõpunctus gemat, q̃d in hoc & in illo deformis Christo fit, q̃d à Christi vita tãtum adhuc dissideat. Quam rarus, inquam, est, qui ex toto corde Christi virtutes, si quando eas considerauit ex lectione Euãgelica, optet, dicatq;: Vtinam pijssime Iesu, in hoc imitari te possem. O si me aliquando vincam, vt quõ tu ambulasti, ita & ego ambulem. O quam paucis cõtingit, qui omnem suam sollicitudinẽ, & curam eo dirigũt, vt quomodo imitari ea, quæ in Christi vita didicerunt, quæant, sicut videmus eos sollicitos, atq; studiosos mundi amatores, qui nihil negligunt, vbi opes, gloriam, luxum, aliaue id genus terrena comparare sperauerint. Nihil illis difficile, modo obtineãt, quod concupiscũt.

Vitę Christi à quibus cõtradicitur.

Ioan. 16 Ioan. 15

T

Quare pari studio, pari desiderio non in

In Euange

licos huius seculi.

citantur, qui Euangelici hodie volũt nuncupari? Quantum ad Euangelij literam attinet, sunt ipsi, qui se primos iactant & vocant Euangelicos, imo & studia sua pessima, pestilentissimas q; machinationes, versutias, detractiones, inuectiones virulentas, odio, inuidiaq; plenas, prędicationesque suas pessimas Euangelium vocant, & eos, qui in huiusmodi ipsis consentiunt, Euangelium dicunt amare. Quod Euangelium? Impune peccare, ad omnem peccandi libertarem effrænos esse, carnalibus desideriis suis satisfacere, & pessimis operibus insudare: quia opera bona, inquiũt, ad salutem sunt superflua & nulla. Et ideo vbi de Christi imitatione agitur, Euangelium Christiq; vita illis est signum, cui cõtradicunt. Iuxta Euangelium nanq; viuere, carni & vitijs mortificandis insistere, Christi vitam imitari, atq; in se exprimere, Papistarum, Monachorumq; esse volunt, non Euangelicorum. Neq; enim propterea sunt Euãgelici, vt iuxta Euangelium, & pro Euangelicæ integritatis obseruantia viuant, sed vt sub Euangelij nomine liberius peccent, dum sub velamine Christianæ libertatis, nihil obediunt Ecclesiæ, quam non solam persequuntur, sed impugnant etiam vita, moribus & eruditione Christum. A quorum contagione vos seruet Christus dominus in æternum benedictus, Amen.

DOMINICA II. POST DOMINI NATIVITAtem, epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos XII.

VIII.

Bsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam, quę data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut eñ in vno corpore multa mẽbra habemus, oĩa autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo. Singuli aũt alter alterius membra in Christo Iesu dño nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

Bsecro, non per potentiam vobis impo. Nihil eñ aliud ago, quam quod suscepi officiũ vos reconciliandi Deo. Quare obsecro vos per misericordiam Dei nobis factam. Vide hic, quanta se humilitate dejcit Paulus, quanta mansuetudine rogat, qui iubere potuisset. Sciens nimirum humanum ingenium facilius blandis, sed veris persuasionibus ac lenitate duci, quam imperio austeriori impelli. Vnde quã stulte egerit Roboam liquet, qui derelicto cõ
3. Reg. 12 filio seniorum benignitatem suadentium, iuuenum sequutus est consilia, & dure populo loquens, decem à se tribus Israel auertit. Itaque Paulus (vt mater ad eos,
2. Para. 10 quos Christo generat) obsecro, ait, vos per misericordiam Dei factam (vnde salus nostra, & non ex vllis meritis nostris nobis constitit) vt vnusquisque vestrum seipsum mactet Deo in sacrificium per abnegationem & mortificationem desideriorum suorum carnalium, vt corpora vestra Deo exhibeatis hostiam viuentem. Viuens hostia dicitur, quãdo ab hac vita homo non deficit, & nihilominus à carnalibus desideriis Dei se amore occidit. Itaq; hostia viuens dicitur corpus pro Deo afflictum. Viuit enim virtutibus, moritur vitijs. In hoc enim ab his, qui sub lege viuebant, nos sub gratia constituti differimus, quod illi corpora brutorum offerebant animalium, hostiam mortuam, nos modo tempore Euangelij corpora humana nostra hostiã Deo offerimus viuentẽ. Sequitur: Ideo exhibeatis Deo corpora vestra ho-

hostiã viuam, hostiam sanctam, à delictorum contagio purgatam & mundã, Deo placentem. Tunc enim placet Deo, si quic quid facitis, in gloriam Dei, & vt illi placeatis, facitis. Videte quomodo nos docet Paulus corpora nostra sacrificare Deo p abstinentiam, per laborem, per vigilias, per ieiunia, cæteraque id genus afflictiones, quibus caro subijcit spiritui & Deo, & operum bonorũ virtutumq; fit instrumentum, quod digna fiat in nouissimo die cum anima coronari, quæ hic in Dei seruitio quoq;, simul sunt in Dei holocaustum mactata. Deinde: Rationabile, inquit, sit obsequium vestrum, ne quid à vobis fiat nimium, ne quid immoderatum, ne quid deniq; imprudẽter, & ne quid cu
Prou. 29 ius rationem non possitis reddere, faciatis. Vitium enim, non natura pśequenda, est. Et sicut q delicãte nutrit seruum suũ,
Esaiæ 9 2 hoc est, carnem suam, sentiet contumacẽ, ita ediuerso de rapina offert holocaustũ, quisqs corpus suum immoderate afflixe-
Mat. 5 rit. Quapropter nobis necessarium esse sal discretionis Christus cognoscens, Habete, inquit, in vobis sal. Sequitur in epistola. Et nolite confirmari huic seculo, hoc est, nolite formam huius seculi vobis imprimere, nolite hominibus mundum amã tibus conformari. Hic enim carnalia, mundana, temporaliaq; amant, quęrũt & meditant. Et qa mundũ amant, ideo etiam mũ-
August. dus sunt. Huic enim assimulatur homo. quod diligit sicut Augustinus ait: Si terrã diligis, terra es: si aurum diligis, aurum es:
1. Ioan. 2 si Deum diligis, Deus, hoc est, diuinus es. Vult ergo amorem & omnem actum seculi in nobis expiari, ac si cum Ioanne diceret: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Qui enim diligit mundũ, non est charitas patris in eo. Sed reformamini, inquit, ad imaginem Dei, quæ in vobis per peccatum deformata est. Hãc inquit, Dei similitudinem in Adam amissam, & ex propriis quoq; peccatis conculcatam, per Christum recuperare. Reformamini aũt in nouitate sensus vestri, quo per studium lectionis & meditationis verbi Dei, sensus vester interior à Deo illumine tur, & semp magis ac magis crescat: vt probetis, atq; re ipsa & gustu spiritus discatis, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacẽs & pfecta. Qui enim virtuosam, internamque duxerit vitam, agnoscit gustũ spiritus sui, cui pariter in hoc testimoniũ phibet spiritus sanctus, qui tranquillam eius reddit conscientiam, & hãc in bono confirmat, quo sciat, quæ sit volũtas Dei bona, quod ve ab eo præceptum, quæ item sit beneplacens, aut quod eius consiliũ, quæ postremo sit perfecta eius voluntas ad superrogationem & perfectionẽ pertinens. Di co enim vobis per gratiam, quę data est mihi, hoc est, apostolica vobis autoritate præcipio omnibus, qui sunt inter vos, cuius cunq; hi sunt status aut conditionis, non plus sapere, aut inuestigare de occultis & mysterijs Dei, quam oportet. Datur hic intelligi quosdam inter eos fuisse, qui curiosius, quem oportebat, conabantur rimari secreta Dei, quos apostolica nunc corrigit autoritate. Non plus, inquit, expedit sapere, quam oportet sapere, & quantum ad
Eccl. 3 fidem & religiosos pertinet mores, sed sapere ad sobrietatem. Scriptum eñ est: Fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Hoc enim est, quod monet sapere ad sobrietatem, ac si diceret: Sapite ad sobrietatem, vt quæ necessaria vobis sunt & salutaria, iuxta vires, modum & captum intellectus vestri inuestigetis, ne sapientiæ nimietate mens vestra inebrietur, si in his, quæ supra vires humanæ sunt rationis, vos immiseritis. Sapite igitur, sicut vnicuiq; Deus diuisit mensuram fidei, hoc est, secundum modum & mensuram, quam fides docet seruandam, quo se in scientia scripturarum vnusquisque occupet exerceatq; iuxta statum, iuxta ingenium, iuxta gradum quoq; & officiũ suum. Huius rei adducens similitudinem, qua p̃dicta confirmet: Sicut eñ, inquit, in vno corpore multa sunt membra, puta oculus, manus, pes, cor & reliqua: omnia aũt mẽbra nõ eundẽ actũ habẽt, sed singula quæq; suos, quo vnumquodque membrorum suorum deseruiat officio: ita in corpore quoq; est Ecclesiæ (vnum eñ corpus mysticum multi sumus) & ediuersos singuli habemus actus. Alius enim verbo studet sapientiæ, alius eruditioni, alius consolationi mœrentium, alius reficiendis esurientibus. Quare fit, vt quum nemo singula habeat dona, per communicationem tamen, habeant omnes omnia, & singuli singula. Quicquid enim vnusquisq; in se non habet, p charitatis cõmunionem hoc habet in alio. Vnum nan

que corpus (vt dixi) multi sumus in Christo. Singuli autem alter alterius membra, puta, vt quemadmodum in corpore vnũ membrum alteri seruit, & suo officio alteri obsecundat, & ediuerso alterius quoq; officio & obsequio iterum eget, ita inter nos quoq; alter alteri subueniat, & quodcunq; habet à Deo munus, communicet proximo. Ad hoc nanq; nos charitas per vnitatem fidei in Christo compaginat, vt (sicut dixi) multi in Christo sumus vnum corpus.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ eiusdem. Lucæ II.

C ON paucis cũ sanctis, tum sapiẽtibus viris visum est fratres mei, si mundus reformari aut Ecclesia deberet, id cum pueris, à quibus inchoandum foret, tẽtari oportet. Inueterati nanq; in vitijs atq; male assueti, vix à suis possunt moribus auelli. Aetas vero tenera antequam mala imbuitur consuetudine, idonea est, si præceptores habeat virtutum studiosos, non minus ad bonos mores, quam ad literas imbibendas. Legitur hodie Euangeliũ nobis, quo quomodo pueri sint instituendi à parentibus, quomodove parentibus obedire debeant pueri, discamus. Narrat enim quomodo se puer habuerit Iesus ad suos parentes. Dicit itaque Euangelista:

Luc.2 **Cum factus esset Iesus annorũ duo decim, ascendentibus illis Hierosolymam secundũ consuetudinẽ diei festi.**

Exo.24 Festiuitates Iudæorũ ꝑcipuæ quæ.

Tres erant festiuitates præcipuæ Iudæorum (plures enim minores, sed hic de omnibus nihil est opus differere) de quibus præcepit dñs in Exodo: Tribus vicibus in anno mihi festa celebrabitis. In quibus omnes mares debebant apparere corã domino, vbi erat eius memoria, quę fuit post ædificationẽ templi in Hierusalem. Propterea dicitur in Exodo iterum: Ter apparebit in anno omne masculinum corã domino Deo suo. Prima erat festiuitas Paschæ, quæ seruabat quinto decimo die lunæ primi mensis, hoc est, Aprilis, iuxta eorundem computationem. In hac festiuitate vniuersus populus per familias & domos suas immolabat hædum, & similiter quælibet familia aut domus comedebat agnum ad vesperam. Hęc est festiuitas illa, quæ hodie recensetur, ad quam Ioseph ascendit cum Maria cõiuge & Iesu duodecim annorum puero: & vocabatur solennitas Paschæ seu Phase. Alia festiuitas Iudæorum fuit quinquagesimo die post illud Pascha, quæ erat Penthecoste: & vocabatur solẽnitas nouarum frugum. Tũc etiam lex eis olim per Mosen data fuerat.

Exo.23 Pentheco ſtes.

Tertia fuit festiuitas Scenopegiæ, hoc est, fixionis tabernaculorum, & fiebat qn todecimo die Septembris. Exibant autem domos suas, & habitabãt in tabernaculis seu vmbraculis octo diebus. Hæ tres festiuitates inter alias erant ꝑcipuæ, quibus apparere debuit omne masculinum coram domino in templo. Nec poterant nisi per infirmitatem mares excusari, præsertim in festo Paschæ. Nam in duabus alijs festiuitatibus poterant tam per vię longitudinẽ quam infirmitatẽ excusari. Ascendentibus igitur illis, ascendit puer quoq; Iesus. Dicit quis: Quare Maria ascendit? Neque enim habuit præceptũ. Dicendum eam nõ potuisse separari à domino Iesu. Si em vt alię matres habuisset filium hominem, putãda est propter viarum distractionẽ (quæ tñ quamuis illi haud poterant nocere, tñ solebat omnia vitare impedimenta) sola mansura domi. Modo vero, quando non solum festiuitatis deuotio hanc inuitabat, verum etiam pietas erga filium Deum eandem trahebat, quomodo potuit illum relinquere? Quis enim Deum secum habens præsentem, non libenter manebit cum eo? Aut quis non grauate ferret, si à Iesu, si à Deo diuideretur? Vide autem deuotionis studiũ, ꝙd Ioseph tã longã viam duxit puerũ secũ in Hierusalem ad festiuitatem. Quare putamus id factum, nisi vt detur posteris exemplum, quanto studio debeant parentes filios suos educare assuefacere q; ad pietatem, ad cultum Dei, ad obseruantiam festorum, & ad omnia, quæ redolent virtutum religionem & pietatem? Ad Euãgelium redeamus.

Exo.12 Scenopi gia.

Exo.13 Ascensus parentũ Christi ad festa ratio quæ.

Consummatisq; diebus, cum rediret, remansit puer Iesus in Hierusalẽ.

Exodi 13 D

Septem diebus durauit hæc solennitas, quibus manserunt in Hierusalem, Discetu quoque in templo in diuino officio perse-

perseuerare, nec ante diuinæ laudis consummationem te subducere. Remansit puer Iesus in Hierusalem. Non casu id accidit, non parentum obliuione, vt remaneret in Hierusalem, sed studiosa pueri deuotione. Voluit em exemplum nobis dare, vt quantum in nobis est, hoc est, si corporalis id infirmitas, si domestica necessitas, si deniq; proximi id ferret necessitas, semp optemus spiritualibus atq; diuinis vacare exercitijs. Remansit puer Iesus in Hierusalem. Sed quare, inquis, illis Iesus nõ dixit, vt cum illorum consensu mansisset? Respõdendum, parentes fuisse pro puero sollicitos & zelosos. Quare nõ reliqssent puerum post se, metuentes negligentiæ accusari apud Deum, si Archelaus forta sse Herodis filius in illum faceret, quod meditatus fuerat eius pater. Ideo nescientibus illis mansit, ne vel parentum conscientiam grauaret, vel opus patris sui & voluntatẽ intermitteret.

Matt.2

Existimantes autem eum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem requirentes eum.

Mos pegrinantiũ Iudęorũ qs fuerit.

Hæc erroris fuit occasio, quod filius tãta cura tantoq; parẽtum amore educatus, fuerat amissus. Erat enim mos ille apud Iudæos in huiusmodi peregrinationibus obseruatus, mares ambulare seorsum, & mulieres seorsum: pueros vero cum altero illorum, hoc est, aut cum matre aut cũ patre. Consuetudo sane pulcherrima & sancta. Quæ si Christianis quoq; esset hodie in Litanijs, processionibus & peregrinationibus, oratio Deo sępe offerretur purior & acceptior. Iam vero quum mixtim vterque ambulet sexus, fiunt multa quæ religiosum alioqui institutum hoc coinquinant, ac propemodum perdunt. Existimabat igitur mater puerum Iesum esse in virorũ comitatu cum Ioseph, & Ioseph putabat eundem esse in comitatũ mulierũ cum Maria. Ambo decepti sunt. Vbi igitur iter vnius diei confecerant, viderunt quia neutrũ esset comitatus. Simul Hierusalem vrbem, hoc est, eadem die egressi fuerunt Ioseph & Maria. Altera igitur die quę erat secunda, quæ fierãt Iesum inter cognatos & notos, hoc est, inter consanguineos, affines, vicinos, contribules & notos, sperantes illum pro iuncta sibi amicitia apud eo rundem aliquem detentum. Cum non inuenissent eum, redierunt tertia die in Hierusalem, qua necdum illum inuenerunt.

Et factum est post triduum, inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos & interrogantem.

B

Heu quantus hoc temporis interuallo dolor virgineum maternumq; cor, Mariæ sauciauit? Quot lamenta, quot suspiria interim anxia mater fudit? Experimento enim tunc didicit sibijpsi præsagiens, quãtus suo cordi instabat futurus dolor, cum morientẽ esset visura filium, illumq; amissura, quando iam tantam sensit cordis tristitiam, hoc triduo ab eodem separata. Tristabatur autem partim propter subtractionem sanctissimæ ac gaudiosissimæ contemplationis, quam habuit ex sua uissima filij sui contemplatione. Tristabatur præterea ex humilitate, quia arbitrabatur se indignam, cui tam preciosus fuerat commissus thesaurus, nec tantam se diligẽtiam adhibuisse, ac reuerentiam erga eum, quo digna fuisset eum retinere, sed propter suam indignitatem, amisisset eum. Vides quantis omnium innocentissima & sanctissima anguſtiatur doloribus in hac vita, cui nihil etiam pepercit filius, qn eidẽ æque multo grauiorem imponeret crucẽ, quam cæteris, tametsi foret innocẽs à peccato. Hoc enim dominus suis electoribus dare amicis consueuit, vt in hac vita durius premantur, & crucem hic multiplicem tolerent, gaudia illis non præsentis, sed futuræ vitæ potissima largiturus. Sed dubitatur hic à quibusdam, quid puer Iesus his tribus diebus comederit, quibus manebat in Hierusalem. Creditur enim miraculose non abstinuisse à cibo, nec sibi etiam miraculose prouidisse cibum, quia signa nulla fecit in pueritia. Primum eius signorum fuit conuersio aquæ in vinum in Cana Galilææ. Relinquit igit, ꝙd ostiatim mẽdicauerit: ꝙd licet verecũdũ sit audire, est tñ pijssimũm ita sentire de Christo, ꝙd nihil erubuerit honestũ, licet mũdo ꝓbrosum videat, ꝓpter nos æquanimiter ferre. Audi Bernardũ Christo loquentẽ: Per illud triduũ vbi eras bone Iesu qs tibi ministrauit cibũ [illegible] otũ, aut hospitiũ? Vt per oĩa te cõfo[illegible] nostrę pauptati, & oẽs ĩ te humanas miserias susciperes, q̃si vnus de turba paupeꝝ, & ipse per ostia mendi-

Tristandi beatissimę virginis Mariæ q̃ causæ fuerint.

Ioan.2

Pauptas pueri Iesu quãta fuerit in triduo.

Bernard.

ca-

cabas. Quis mihi dabit buccellarum tuarum participem fieri, & illius sacri edulij reliquijs saginari? Hæc ille. Circa quod maxima est erga nos Christi aduertenda dignatio. Non erubuit propter nos mendicare, ne nos quoq; de paupertate, deformitate ac parentum vilitate erubescamus, quemadmodum contra de diuitijs quoq; de nobilitate pulchritudineq; corporis nihil est gloriandum. Hæc enim & illa dantur à domino bonis & malis. Nec propter illa laudandi nec reprobandi sumus.

F

Psal.39 Voluit autem dominus Iesus suam nobis paupertatem commendare, atq; in seipso exhibere: nec solum paupertatem, sed & mendicitatem. Siquidem in eius psona Ibidem. Psal. dicit: Ego aũt mendicus sum & pauper. Voluit eñ seipsum nobis ponere in exemplum. Idcirco paupertatẽ suam quibusdam ostendit ad instructionem, puta diuitibus, vt eo magis ad misericordiam eos prouocaret, sciẽtes quicqd in paupes essent facturi, hoc accepto ferri à Christo, tanq̃ sibi impẽsum, iuxta illud: Quicquid Matt.25 Lucæ 10 vni ex minimis meis feciſtis, hoc mihi feciſtis. Et alibi ad suos ait: Qui vos recipit, me recipit, & q me recipit, recipit eũ q me misit. Deinde etiam honorantes Christi in Mat.26 Lucæ 22 ipsius psonæ veritatem, pauptatem & mẽdicitatem (quam his diebus ostendit, & dũ vltimum foret Pascha manducaturus, agnum, locum cæteraq; necessaria à quodã suo discipulo secreto per apostolos quos præmiserat, emendicauit) eo forent erga Matt.5 Lucæ 6 pauperes clementiores. Si enim pauperũ est regnum cœlorum, tu qui diues es, idcirco temporalia tibi bona cognosce à Deo collata, vt à pauperibus illud tibi comparet, adhortante ad hoc ipsum Christo, vbi Luc.16 Mendicitatis causæ Iesu q̃ fuerint. dicit: Facite vobis amicos de mammona iniqtatis, vt quũ defeceritis, accipiant vos in æterna tabernacula, haud dubium de eleemosyna loquens. Secundo, q̃d Christus mendicauit in consolationem id fecit pauperum, vt paupertatem hi æquanimiter ferrent, aut etiam omnia propter se relinquentes, paupertatẽ vltro amplecterentur. Voluit enim Christus nemini probo sam fore paupertatem, nemini mendacitatem exprobrari, quandoquidem ipse mendicus fuit & paup, ingenue cõfitens. Vulpes foueas, & cœli volucres habere nidos, Psal.39 Matt.8 Luc.9 se aũt filiũ hominis non habere vbi caput suum reclinet. Est igitur magna consolatio ijs, qui paupertatem sufferunt, aut patienter, aut etiam libenter (vt sunt qui suis facultatibus sese propter Christũ nudauerunt) propterea quod in suo rege mendicitatem & paupertatem meditantur, cuius amore ipsi quoq; hic malũt esse pauperes quã diuites, vt domino suo qui quum diues esset, propter nos egenus factus est, efficiantur conformes. 2.Cor.8 Confortant autem hac spe interim, quod credunt eius patriæ & regni fieri consortes, cuius hic exilij & paupertatis fuere participes. Quis enim regum relegatus in exilium & in paupertatem, si inueniat aliquos milites qui sui amore cum eo vltro se tradant in exilium et mendicitatem, postquam ad regnum suũ redierit, immemor suorum erit militum, q sese non ob aliud in exilium cum eo, quã propter ipsius amorem tradiderunt? Et q̃nedo tunc de exilio rediens iterum ad suum illos non recipiat regnum, qui cum eo laborum eius in exilio fuerunt participes? Est igitur suorum dominus memor pauperum, qui dicit per Sophoniam: Derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum, & sperabunt in nomine Sopho.3 domini. Pauperes eñ semp habebitis, inq̃t, vobiscum. Verum, quid illis promittatur pauperibus, quæ in Sophonia sequuntur, indicant: Ipsi pascentur & accubabũt, & non erit qui exterreat. Possit obijci ab ijs qui contradicere vellent mẽdicitati Christi, illud Deutronomij: Omnino indigens & mendicus non erit inter vos. Et illud Prouerbiorum Salomonis: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. Ecclesia q̃que instituit nullum ad sacerdotium promouendum, nisi, vnde viuat, sit prouisus ppter vitandã mendicitatem. Vnde videt Christus non mendicasse. Sed respondendũ est quõ S. Thomas Aquinas respondet in Summa contra gentiles, omnia hæc & huiusmodi alia vera esse, si loquamur de paupertate coacta, verecunda, aut scanda losa: non autem de paupertate volũtaria, qua se quis Dei intuitu cum habeat, aut cũ possit bona habere temporalia, pauperem facit, nolens habere possessionem aut propria, sed vltro aut sustineres, aut cupiẽs sentire pauptatem. Hæc eñ paupertas, hæc mẽdicitas ex virtute orit, & est voluntaria, ideo haudquaquam illicita. Secus de paupertate coacta & inuoluntaria.

Matt.10 Mar.14 Deut.15 Prou.10 Thomas Aquin.

Stupebant

Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt.

H

In medio sedit doctor, quo omnes posset audire & interrogare. Quid tamen interrogauerit, quidve audierit, aut qua de materia disputatũ sit, nihil certi habet. Credit tñ eos de Christo disputasse, an illius fuerit tempus impletum quo nasci deberet. Erat eñ tunc rumor & mussitatio in populo, quod Christus iã esset natus. Diuulgatum enim fuerat, quod reges alienigenæ Christum quæ fierint & adorauerint. Quæ etiam testimonia Simeon & Anna post pastores Christo p̃buerant, multorum ore narrabat. Quapropter cum in plebe foret quoq; mussitatio, natũ esse Messiam, & scripturæ monstrarent tempus adesse, disputauerunt inter se scribæ & legisperiti de hac quæstione. Cui Christus interfuit, & interrogando doctores erudiuit, & audiendo docuit. Quum enim interrogauit eos, non aliquid quæsiuit ab eis, sed tradidit illis sensum scripturæ, veramq; sapientiam. Stupebat autem Maria hic inueniens filium inter doctores mediũ, & materna autoritate alloquens natum, ait:

Matth.2 Lucæ 2

Et dixit mater ad illum: Fili, quid feciſti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

Non dicit arguendo, Male feciſti, sed, quid sic nobis feciſti, admirando, quia in omnibus Mariæ verbis prudentia, discretio & humilitas inueniebatur. Vide virginis humilitatem. Coniugem suum honorat, primo eum nominando. Dolẽtes quærebamus te. Quanto quis rem quamuis amauerit, tanto plus eãdem dolet amissam. Vehemẽtissime igit quã diligerent parentes filium, ideo maiores dolores sentiebãt etiam ex eiusdem amissione. Multo autẽ acriorem habuit dolorem mater, quam Ioseph de amissione Iesu, non solum quia illi erat filius, sed etiam quia erat ei perfecti us notus. Volunt aliqui plus consolationis Mariam accepisse ex intuitu filij, quam Adam ex contemplatione amœnitatis paradisi. Volunt etiam nonnulli Mariam nonnunquam admissam contemplari filij sui diuinitatem, quia eius diuinitas resplendebat ac redundabat in carne.

Et ait ad illos: Quid est quod me

I

quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum.

Voluit se dominus his verbis ostendere filium Dei, cuius prẽferẽdus esset honor, præferendaq; voluntas matri homini, & patri putatiuo. Parentes tñ eius non intellexerunt hoc verbum. Non enim consueuerat dominus de sua diuinitate loqui. Et fortasse beatæ Mariæ insueta erat hæc loquutio, seu loquendi modus, ideo non intellexit. Aut si intellexit eum de cœlesti patre loquentem, non tamen horum verborum finem, hoc est, causam, quare scilicet hæc loqueretur, intellexit.

Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

Tanti fecit obedientiam Christus, tantum honorauit voluntatem matris, vt suã abnegaret voluntatem, matrisq; perficeret. Noluit enim sibi dilectissimam contristare. Charissimi, omnibus nobis quærendus est Christus, sed quærẽdus ibi est, vbi inueniatur: neq; enim inuenitur in terra suauiter viuentium. Non inuenitur in voluptatibus carnis, tametsi aliqui ibi quærant eum. Dicis, qui sunt, qui in delitijs qnærunt illum. Hi nimirum, quorum Deus venter est, & gloria in pudẽdis eorum, qui de potu ciboq; delicato, qui de carnis voluptate cogitant assidue, & in his suum æstimant bonum, hi ventrem suum pro Deo colunt. Illum enim colunt pro Deo cui magis obtẽperant, vero Deo post habito. Illũ pro Deo colunt, cuius desiderijs acquiescunt. Illud vt Deum habẽt, q̃d plus q̃ Deũ diligunt. Atq; ideo Paulus auaritiã idolorum nũcupat seruitutẽ. Quærendus igit est in templo. Nescitis, inquit Paulus, quia tẽplum Dei sanctũ est, quod estis vos? In teipsum igitur ingredere, ibi in corde tuo Deum quære. Quẽre diligenter. Noli desistere à quærẽdo, donec inuenias. Quære vt famelicus panẽ. Hoc pane cõfortatus Helias, dormiẽs sub iunipero, ambulanit in illius fortitudine, quã scilicet hic panis ei p̃stabat, q̃dragĩta diebus & totidẽ noctibus, vsq; ad mõtẽ Dei. Quẽrite igit dñm, & viuet anima vestra. Bonus est eñ dominus sperantibus in eũ, & animæ quærenti illũ. Quærite etiam cito, hodie & nũc scilicet, nõ differendo. Qui mane, inq̃t Sapientia, vigilauerint ad me, inuenient me.

Quærendus vbinã sit Christus. Iob 28 Phil.3 3.Reg.19 Psal.68 Threnj. Prou.8

Esaiæ 55 nient me. Quærite dominum in hac vita, dum inueniri poteſt, inuocate eum, dum (per gratiam & miſericordiam) prope eſt.
Matth.25 Si cum fatuis virginibus poſt clauſam ianuam quæfieritis, cum eiſdem vobis etiã
Lucæ 19 reſpondebitur: Neſcio vos. Reminiſcamini diuitis epulonis, qui in tormẽtis conſtitutus, & videns Lazarum, quẽ hic dum viueret, vtroq; oculo compaſſionis intueri nolebat, rogauit extremo digiti eius aqua intincto, ſuã ardentiſſimam linguam refrigerari. Sed quid impetrauit? Quid audiuit? Fili, recepiſti bona in vita tua. Dic tu etiam tibi: Tu ſi hic recipere vis bona in vita tua, recipies cum epulone haud dubie æterna mala. Cito igitur ad dominum cõuertere, vt in templo cordis tui illum inuenias poſſid easque in æternum.

SERMO DE EADEM DOminica. Per quæ amittatur dominus Ieſus: quomodo itẽ ſint proles erudiendæ.

K PErmãſit puer Ieſus in Hieruſalẽ, & nõ cognouerũt parentes eius, Lucæ II. Cftendere nobis voluit deuotionis ſuæ exemplum Chriſtus, quo ſuo nos exemplo cohortaretur, inuitaretq;, vt in prima ætate, à teneriſq; annis nos diuino cultui mancipemus. Hanc em̃ teneram ætatem conuenit Deo, non mundo dedicari. Bonum nã
Thre.3 que eſt viro cum portauerit iugum dñi ab adoleſcentia ſua, vt in Threnis dicitur: nimirũ de iugo hoc loquens, de q̃ apud Mat
Matth.11 thæum Chriſtus, Tollite inquit iugum meum ſup vos. Atq; ideo puer Ieſus mox vt eſſet duodecim annorum, aſcendere voluit Hieroſolymam: quod certe puero longum erat iter, ſed nihil Chriſto vnq̃ fuit moleſtum q̃d in ædificationem nobis conduceret, aut noſtram iuuaret redemptionẽ.

Deinde quod alijs recedentibus ipſe non receſſit, ſed manſerit in Hieruſalem, & in templo in medio reſederit doctorũ, docens & interrogans, quid aliud nos docere voluit, quam deuotionis perſeuerantiam & feruorem? Inueniuntur enim qui ſpiritu interdũ deuotionis aguntur: verũ
Perſeuerãtia quanta ſit opus in diuino obſequio. q̃ perſeuerantia deeſt & feruor, cito perit quod radicem non fixit. Sunt q̃ miſſam integram, aut horam cantandam non poſſunt ſtabiliter, atq; in templo pſeueranter audire. Contra eos igit̃ eſt hoc antidotũ, qui ex choro, quiue ex tẽplo elabuntur, propter deuotionis inopiam. Oĩa enim tunc alia peregrina magis delectant, interim q̃d diuino intereſſe deberent officio. Quod plane diaboli eſt artificium. Semp̃ enim vbi aliquid teneris facere, interim faciendũ aliud ſuggerit, vt eius quod interim negligis, accuſationem culpamq; habeas, & eius quod interim, quamuis ſpeciem habeat pietatis, facis, amittas laborem pariter ac fructum. Gratum enim nunquam ſpiritus ſanctus id habet, aut accipit, q̃d illi offers, ſi huius occaſione nonnihil interim quod debes, neglexeris: quin etiam p̃ eo quod negligis, interim quod facere debuiſſes, peccas: & hoc quod interim facis, licet alioqui bonum, nihilo ſecius perdis, quia in tempore non ordinato, & cũ culpa facis. Vtraq; igit̃ virtus æque eſt neceſſaria viro deuoto, vt p̃ ſeuerantia ſit in opere bono, & diſcretio ſit in modo. Neq; enim nimiũ debet fieri (ſicut ſcriptum eſt, Eccl.7
Noli iuſtus eſſe nimis) ne virtus inquinet vitio: neq; minus, ne nõ poſſit eſſe virtus, hoc eſt, ne à virtute opus deficiat. Non debet deniq; illi q̃d præceptũ, aut neceſſariũ eſt, arbitrarium quid p̃ferri: nec quod fieri debebat, propter opus, quamlibet nobile, eſt intermittendum. Poſtq̃ igit̃ Maria aduertit abeſſe Ieſum, vtroq; parente ex Hieruſalem ſine Ieſu reuertẽte in fine diei
L primæ, triſtis cœpit eũ quærere. Quatuor ſunt, quoꝝ occaſione homines amittunt Ieſum, quamuis horum nullum ſit aſcribendum parentibus Ieſu, licet aliq̃ modo hic nobis cogitãdi materia tribuatur, quod his Ieſus occaſionibus ab anima recedit. Primo, amittimus Ieſum p̃ ineptã lætitiam aut p̃ſperitatẽ. Hęc em̃ minus cautum, minus vigilantẽ, minusq; reddit hominẽ prouidum. Hoc quamuis in neutro fuerit Chriſti parẽte, tñ ſignificat nobis in alijs id eſſe vnã ex multis occaſionẽ amittẽdi Chriſtũ p̃ hoc, q̃d in feſtiuitate illũ amiſerunt. Secundo, amittit̃ p̃ diſtractionẽ & turbationẽ. Hæc em̃ reddit æque alienũ à ſe hominẽ, vt ſui improuidus ſit, q̃d ſignificat, q̃d Maria illum in turba amiſit. III.

Tertio, amittit̃ in nimia fiducia de ſapientia, fortitudine, aut de donis à Deo collatis. Siquidem propter hãc quoq; minus efficitur timidus, minusq; ſollicitus animus. Innuit̃ illud quoq; hic p̃ illud quod Maria ſperabat Ieſum eſſe in comitatu cũ Ioſeph, & ediuerſo perinde confidebat q̃que

IIII. que Ioſeph. Quarto amittitur Ieſus per ignorantiam eorum quæ Dei ſunt. Vbi enim ignorantia locum habet, cito poteſt committi, quod Ieſus, ſaltem ad tempus, recedat de mente tua, præſertim quo ad ſenſum, aut ſpiritualem conſolationem. Hoc inſinuatur per hoc quod dicitur: Et non cognouerunt parentes eius. Dein
Quærendus vbinã Chriſtus. de ſequitur, quod quæſierunt dominum inter cognatos & notos, ſed non inuenerunt. Fruſtra ibi quæritur, quia amici fere omnes ad hæc inſtruunt ſuos conſanguineos, hæc optant filijs & nepotibus, hoc illis precantur, per hoc gratulantur & laudant, quod prudentes iuxta ſeculi aſtutiã & mundi gloriam ſint, quod mundi honores obtineant, quod acquirãt diuitias, quod deniq; magni euadant & opinione
Geneſis & literatura. Eam ob rẽ Abrahæ dixit dominus: Egredere de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui. Itẽ in
Pſal.44 Pſalmo: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Chriſtus quoq;, Si quis,
Lucæ 14 inquit, venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Inueniebat aũt Ieſus in Hieruſalẽ, & in tẽplo. Hieruſalẽ viſio dicit̃ pa
Pſal.79 Iaco.3 cis. Et ſcriptũ eſt: In pace factus eſt locus eius. Vbi enim ſcelus & contẽtio, vbi ira et iurgia, ibi non iuuenitur Ieſus. Nihil enim tam ſtudioſe commẽdauit Chriſtus mundum intrans & exiens, p̃ reſurrectionẽ q̃que rediẽs, quã pacẽ. Sed p̃ſpiciendũ
Lucæ 2 Lucæ 24 Ioan. 20 M quoque vobis, qui proles habetis, ne amittatis eos per negligẽtiam veſtram, qua
Proles quãto ſtudio pietatẽq; nutriendæ & inſtituendæ. non corripitis, non arcetis, non docetis, non inuitatis & non compellitis filios veſtros ad diſciplinam & deuotionem, ad humilitatem, ad caſtitatem, ad verecundiam & timorem Dei, Quare horror vos in domino quotquot proles habetis, vt ſummopere eos ſtudeatis promouere, inuitare, veſtroq; exemplo trahere ad opera charitatis, ad opera pietatis & miſericordiæ, & ad omnia virtutum (quæ abſq; operibus data occaſione ſeruari non poſſunt) genera. Iuberis clauſo ſuper te oſtio orare
Matt.6 in abſcondito. Verum hac in re non prohibendus, ſed monendus es, vt ores corã filijs tuis Deum q̃s verbo & tuo ipſius exẽplo inuites, moneas atq; compellas tecum orare Deũ, Quid dicam? Etiam munuſculis conducas, vt tot pſalmos, tot orationes dominicas dicant, totieſq; beatiſſimã virginem ſalutẽt. Interrogas quare? Eam ob rem profecto, vt conſuetudinem accipiãt orandi, laũdandiq; Deum. Ridebit forte
Hæretici Lutherani quõ proles ſuas inſtituant. taſſe hæreticus, aut indeuotus quiſpiam, quæ dico. Nonne magis ridẽdus, imo execrandus eſt ipſe, qui ſuos filios aſtutias, dolos, nugas & reliqua id genus mundana docet, qui ad prolium ſuarum vafrities, leuitates, dolos mendaciaq; ridet, quique gratulatur puero qnod ex ſtudijs huiuſmodi illũ ſeculo cognoſcit fore idoneũ, quamuis in Deum impius credatur futurus? Quid quod matres pueros docent cãtica laſciua & obſcœna, quæ ab amicis parentibus q; magno audiunt̃ plauſu? Quid quod maledicentibus, iurantibus, blaſphemantibus q; filijs parentes quidam nullam opponunt cenſuram? Vbi zelus tuus in huiuſmodi eſt pro Chriſto, pro Euãgelio, cum quotidie digladiet̃ os tuum contra Papam, contra monachos, contra ſacerdotes, & cõtra quoſcunq; deuotos homines, qui virtutum ſtudioſi, nolunt tecũ in carne viuere? Potes ferre filium tuũ blaſphemantem, iurantem, maledicentem, & non potes ferre monachum orantem? Le
Matt.22 Marc.12 Lucæ 10 gis in Euangelio omnem proximum, diligendum, & ferre potes, ſi audias filium tuum ſacerdoti, aut pio cuipiam inſultantẽ? Euangelicam paupertatem profitenti illudis, & Euangelicus es? Cuiuſmodi hoc ſit Euangeliũ, vere neſcio. Scio tñ Chriſti nõ eſſe. Verum ad Deo deuotos reuertamur.

N Impendite quæſo, curam filijs veſtris, vt Deum timeant, peccata euitent, Dei mãdata ſeruent, quicquid eſt in honorẽ Dei
Parentes quõ filios ſuos docere debeãt. feſtinanter efficiãt, q̃cquid in cõſolationẽ, aut vtilitatem proximi, libenter & miſericorditer agant. Hoc enim à vobis requiret Deus quomodo docueritis, quomodove corripueritis filios veſtros. Habetis quod Heli p̃pterea q̃d indulgentior foret in filios ſuos, interminatus ſit, quid ei accederit, 2.Reg.4
quid pertulerit. At ediuerſo Samuel qui ſuos filios, quia viam ſuã imitari in Dei timore noluerunt, honore priuauit, abiecit & 1.Reg.8
deteſtatus eſt, laudat̃. Abrahæ quoq; ſecreta ſua fatetur dominus propterea reuelanda, quod ſciret eum docturum ac imperaturum filijs ſuis timere Deum. Videmus Gen.18
quam rare eſt felicitas filiorum Deum timentium, quanta vero e regiõe turba Deũ abſq; iugo & diſciplina poſt tergum ſuũ

 proĩci-

proiȝcientium. Cæterum, ex eisdem filiȝs q̄ rara, imo quam misera parentibus sit iucunditas, compertissimũ est quoq;. Quod non ob aliud illis contingit, q̄ quia filios suos non erudierunt ad timorem Dei, nec delinquentes castigarunt, Itaque omni diligentia erudiendi, monendi, atq; quandiu in teneriori sunt ætate, cogendi sunt filij ad honestatem sanctam, ad candidos mores, ad misericordiam, ad Dei timorem & amorem, & maxime ad castitatem, quomodo Ecclasiasticus monet: Filiȝ tibi sunt, erudi illos, & curua illos à puericia eorum. Hoc dominus in Deutronomio quoq; præcipit parentibus docere p̃cepta Dei filios suos & nepotes. Quod studiose Tobias suo præstitit filio, dicens: Fili, omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. Itemq;: Fili pauperem quidem vitam gerimus, sed habebimus multa bona, si timuerimus Deum & fecerimus bene. De Susanna quoq; legimus filia Helchiæ, quod parẽtes illius cum essent iusti, docuerunt filiã suã secũdum legem Mosi timere Deum. Quæ eruditio quantum illi tulerit fructum, in duobus senibus, postea cum viro esset nupta, eius amore captis manifestatum est. Bonarum atq; nobilium mentium est eruditione iuuari, verecundia corrigi, timori arceri, & laudibus inuitari. At duris & obstinatis verba adiȝcienda. Negligentibus quoq; disciplina est imponenda, & vniuersę pueritiæ iniȝcienda sunt frena. Scitum est quod Sapiens admonens, Noli, inquit, subtrahere à puero disciplinam. Si enim percusseris eũ virga, non morietur. Tu virga percuties eũ, & animam eius de inferno liberabis. Ante quoq; dixerat: Qui parcit virgæ, odit filium suum. Adeo pueris virgæ sunt necessariæ, adeo disciplina. Conuenit autẽ vt non verbis tantum filios tuos erudias, verum etiam tuis moribus instituãtur. Vitæ tuæ exemplum sit eis virga, quę à malis eos operibus arceat. Ita te illis exhibe, vt te timeant, & nihilo minus ament. Et id sit virga prolibus tuis, quæ eas absq; vlla exhortatione probe agere compellat. Videant in te virtutem, quam in se exprimant imitãdo. Satagãt tibi placere, & gratiã tuã ac laudẽ apud te habere cupiant, certentq; inter se, dum hanc quęuis studiosius tuam implere voluerit voluntatum in virtutum obseruatione. Tolerandus est hic gloriæ appetitus, & nonnunq̄ fouendus, quo pueri ad virtutem incitentur. Paulatim subinde discant in gloriam Dei fieri debere omnia: & nihilo minus seruandam gratiam parentum. Quapropter de profectu filiorũ in Dei timore se gaudere parentes nonnũ quam ostendant, quo filij ad exhilarandos parentes fiant virtutis studiosiores. Sunt enim vbi egerint male, siue arguendi siue monendi siue etiam obiurgandi: & vbi tenerior est ætas, verberibus coercendi. Sunt item blanditiȝs familiariter & laudibus interdum confortandi. Maxime autem facit ad illorum integritatem, vt nihil in parentibus audiant videantve, quod deceat. Sunt (vt dixi supra) alliciendi munusculis, dum adhuc verba discunt formare, ad orandum. Sic etiam vbi paulo sunt prudentiores, nihil cupitum abs te impetrent, nisi primũ orauerint. Monendi igit, vt Deum rogent, qui inspiret matri patrive, vt hoc illud ve dilectum tribuant: aut vt illud, quod oderint, puta virgas increpationesve duras, cuadant. Hoc modo assuefaciendi sunt pueri, vt confidant in Deum, vt ad illum in desideriȝs suis aut timoribus orantes confugiant. Si eleemosynam tu tribuere volueris, non tua, sed pueri manu tribue. Fac vt certatim pueri accurrant, vbi egenis est aliquid tribuendum, et prolium vnaquæq; pro egeno supplices, quæuis munus expostulatum satagat hoc ferre mendico. Te xenodoxia & infirmos visitante, committentur pueri, q te pro pauperibus importunitate sancta rogent, atq; dare etiam volenti, fint tibi vt plus tribuas molesti. Sunt enim ita docendi exercẽque ad misericordiam. Tecum templũ ad Dei verbum audiendum adeant, nunq̄ etiam, postquam inde fuerint reuersi, quid in concione memoria retinuerint, non interrogentur. Zelantur parentes pro filiorum filiarumq; castitate, & si quomodo id possunt prouideant, vt quisq; proliũ dormiat solus. Incredibile est enim, quid pueritia curiosa tentet. Non sinant parentes vt mundana amatoriaq; carmina siue cantilenæ à pueris discantur. Puellis, quia non possunt alienæ semp esse à cantu, ingerantur cantilenæ & carmina religiosa, vt sunt de passione domini, de beata virgine, & de sanctis. Vbicunque autem fuerint

Eccl.30

Deut.11

Tobiæ 4

Ibidem

Daniel 13

Prou.23

Prou.15

O

Proles parentum moribus instituendas.

Proles q̄ modo castitatẽ doceantur.

P

rint pueri, prouideatur ne audiant colloquia obscœna & vitiosa. Hæc dicta sint de bonorum studio parentum, vt suos liberos satagant seruare innocentes & pudicos. Reuera em̃ plurimum refert pueros adolescentulosq; probe, an vitiose assuefieri. Circa hos igitur summopere parentum cura vigilantiaq; versari debet. Voluit prȩterea dominus Iesus in templo manens, nescientibus parentibus pueros erudire, absq; parentum consensu id sibi licere, vt monasteria ingrediantur, religionẽ assumant, diuinoq; se cultui mancipent, nisi parentes sint in tanta penuria necessitateq; constituti, vt seipsos iuuare nõ possint absq; labore subsidioq; puerorũ. Tũc enim debet quis manere & iuuare parentem, animoq; esse religiosus. Mandatum nanque Dei est: Honora patrem tuum & matrem tuam. Quod certe non solum de cultu reuerentiæ intelligitur per signa exteriora, sed etiam de subsidiȝs & charitatis officiȝs, per beneficia parentes, quoad poterit, alendo, iuuando & eis seruiẽdo. Scriptum nanq; est: Malę famæ est, qui derelinquit patrem, scilicet in necessitate. Porro, si puer iam esset religiosus, aut in monasterio constitutus, potest tamen nihilominus de consensu sui prælati, imo debebit (si aliq̄d sciuerit in auxilium parentis operari absq; monasterij p̃iudicio) illud conferre parentibus in auxilium. At vero vbi parentes filiorum ope possunt carere, aut vbi nõ egẽt, propter carnalem sensualemve parentum amorem non debent filij manere inter pericula, & inter peccandi occasiones in mũdo, nec propter illos à Christi seruitio debent abstinere. Est nanque cauendum, quod Christus minatur: Qui, inquit, amat patrem vel matrẽ plus q̄ me, non est me dignus. Amãdus certe est genitor, sed multo omniũ maxime p̃ferendus creator. Hic enim locum habet, quod vehementer admonet diuus Hieronymus, ad quendam scribens, ne à pfectione, aut perfectiõis instituto lachrymis matris, aut parentum se retinere patiatur dolore: Licet enim, inquit, paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus vbera, quæ te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat, p-calcato perge patre, siccis oculis ad vexillũ crucis euola. Pietatis genus est in hac re esse crudelẽ. Gladium tenet hostis, vt me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Quanti autẽ monachi, dum patris matrisq; miserẽtur, suas animas pdiderunt.

Recolẽdum postremo, quod Christus cuidam dixit: Sequere me. Et quum ille responderet: Domine pmitte me primũ ire & sepelire patrẽ meum, adiecit dñs: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Tu aũt vade, & annuncia regnum Dei. Ac si diceret: Non desunt alij qui in anima mortui sunt, qui tuum (vbi tẽpus aduenerit) sepeliant patrẽ. Tu vocationẽ tuã suscipe, & annuncia regnum Dei. Neq; enim tibi licet hanc negligere, ppter amicos. Maior igit debetur obediẽtia Deo, quam parẽtibus. Quam vt reddamus deuotissime, largiatur nobis obediẽs puer Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Monasteriũ ingredi quando filiꝰ liceat sine parentum cõsensu.

Exo. 20
Deut. 5
Eccl. 7
Matt. 15
Marci 7
Ephe. 6

Eccl. 3

Matt. 10

Grego.

Hieron.

Matt. 8

Q

DOMINICA III. POST NATIVITATEM domini, epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. XII. IX.

Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam, secundũ rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in exhortãdo: qui tribuit, in simplicitate: qui prȩest, in sollicitudine: qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem prævenientes, sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sen-

cem ſentientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

HAbentes donationes ſecundũ gratiam, &c. Vbi proxima dominica deſinit epiſtola, hic hodierna incipit, eundemque ſenſum cõtinuat ibi relictum. Vltimum autẽ illius fuit epiſtolæ, quod vnũ corpus multi ſumus, ſinguli autem alter alterius membra. Quod ſic intelligendum eſt, vt quomodo in vno corpore multa ſunt mẽbra, diuerſos actus habentia, vniuſcuiuſq; tamen membri opus officiumq; non ꝓ ſeipſo exercetur tantum, ſed alijs quoq; mẽbris æque vt ſibi ſeruit. Verbi gratia: quomodo oculus in corpore nõ ſibi tantum, ſed alijs quoq; membris videt, ita nemo hominum ſibi natus eſt tantum, nec dona gratiaſq; gratis datas, & ſingularia dei munera alia, quæ tam bonis, quã malis ſint cõmunia, pro ſe dũtaxat accepit, ſed vt alijs q̃que membris illa communicans, diuidat. Sumus enim ſinguli huius corporis mẽbra (vt dixi) habentes ſingularia quoq; dona differentia ſecundum gratiam, quæ vnicuiq; puta alteri maior à Deo, alteri minor eſt collata, quę in vtilitatem aliorũ mẽbrorum conuertenda ſunt. Siue enim prophetiã qs habuerit ad ꝓnoſcẽda, vel obſcura, vel futura, in hoc alijs ſit mẽbris tanq̃ in corpore oculus prophetans, futuraq; præuidens mala, quæ ab alijs caueantur. Verꝝ hęc ꝓphetia fiat ſecundũ rationẽ fidei, q̃ nihil fidei contrarium, nihil extra regulã fidei ſapiat aut loquatur. Siue habuerit quis miniſterium, alijs vtilem ſe faciat ille membris in miniſtrando. Siue qs doceat ꝓ hoc quod erudit alios, ſit membrũ vtile corpori & membris ijs maxime, quæ docet. Qui vero exhortandi gratiam accepit, vtile ſe membrum faciat alijs in exhortando. Qui tribuendi copiã à Deo accepit, tribuat in ſimplicitate, nihil ab illis repetens, ſed propter Deum etiam ſeipſum impendẽs. Aut ita: Qui tribuit id faciat in ſimplicitate, nõ propter vanitatem, aut gloriam, aut aliud aliquid, ſed pure propter Deum. Qui prę eſt à Deo conſtitutus rector aliorum, præſit, & vtilem ſe alijs membris præbeat in ſollicitudine, quam pro alijs gerit. Qui miſeretur afflicto, & compatiens beneficio eidem ſubuenit. id faciat in hilaritate certus quod ea, quæ dedit, non amiſerit, pro exiguis recepturus maiora. Dilectio, Dei ſcilicet & proximi, in nobis ſit ſine ſimulatione, ſicut Ioanes monet: Non diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate. Simulata enim æquitas (teſte Auguſtino) duplex eſt iniquitas. Omnis autẽ dilectio, quæ non eſt ſecundum Deum, ſimulata & ficta eſt. Sitis (inquit) odientes malum, in vobis & in ꝓximis veſtris. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Adhærentes bono, adeo vt nulla vos poſſit tentatio auellere. Sitis quoque inuicem diligentes, charitatem fraternitatis ſtudioſi prouocare & fouere, quæ vos mutuo fœderet vt fratres. Sitis honore in uicem præuenientes, hoc eſt, alius alium honore præueniat, nec honorari ſe, quantum in ſe fuerit, ab alio permittat, ſed illũ, imo omnes reuereatur, atq; honore vt digniores præueniat. Si enim tuũ proximũ oculo conſideras ſimplici, ſemper debes et potes in veritate illum tibi prę ferre. Sentiẽs enim ipſum Deo adeo acceptum, adeo dilectum, vt pro illo Deus ſanguinem fuderit, pro eoque mortuus fuerit, credensque illum, quamlibet modo negligens ſit, iuxta prædeſtinationem adhuc corã Deo maximum in eius gratia & amicitia futurum, non potes illum contemnere, nõ potes non honorare, & tibi (ſi teipſum in pec catis & infirmitatibus tuis conſideres) nõ præferre. Sequitur autem: Sitis (quod verbum, vt alia quædam hic ſæpius ſubaudienda ſunt) ltaq; ſitis ſollicitudine non pigri, pro veſtra aliorumq; ſalute: nihil negligentes eorum, quæ ad ſalutem pertinent. Sitis ſpiritu feruentes, vt nihil tepidũ aut remiſſum ſit in vobis: & domino, non priuato amori, aut proximoꝝ adulationi ſeruiẽtes, vt quicquid feceritis, in eius gloriam faciatis: Sitis etiam ſpe gaudentes, vt non ad præſentia, quæ videtis, ſed ad futura quæ expectatis, per fidem reſpiciatis in quorum bonorum gaudeatis expectatiõe. Nihil em̃ felicius homine Chriſtiano, cui regnũ ꝓmittit cœloꝝ. Quõ aũt expectatio pœnaꝝ aut triſtiũ reꝝ generat mœrorẽ ſeu triſtitiam, ita gaudioꝝ expectatio etiã in hac vita ꝓbet lętitiã. Sitis igit ſpe gaudẽtes, in tribulatiõe patiẽtes, vt æquanimiter ea, q̃ vobis occurrunt aduerſa de ma

1. Ioan. 3

Auguſt.

Pſal. 10

B

1. Cor. 10

Hieron.

de manu dñi acipiatis, nullo ꝓpterea odio nullave ira in pſecutorẽ excitãdi, ac haud quaq̃ murmuraturi. Quod in vobis vt fiat ſemp, ſitis oratiõi, ne in tribulatiõibus deficiatis, inſtãtes. Vbicunq; em̃ humanũ deficit, tũ cõſiliũ, tũ auxiliũ, vbicunq; humana ſuccumbit infirmitas, ibi diuinum auxiliũ oratiõe ꝑcipue implorandum eſt. Nec iã dicta vobis ſufficiant, ſed eſtote ꝑterea ſanctorum neceſſitatibus cõmunicantes, vt illis honeſte, non ſicut his, qui à vobis ſtipem probroſe poſtulant, ſed vltro alacriterq; de bonis veſtris, quæ neceſſaria ſunt, impartiamini. Beneficentiæ igitur (vt alibi habetur) erga huiuſmodi nolite obliuiſci. Ad hæc hoſpitalitatis eſtoteſtudioſi, iuxta illud: Egenos vagoſq; induc in domum tuam. Quo non eos tãtum, qui à vobis id rogant, ſed etiam eos, qui nolũt, aut non ꝑſumunt rogare, inuitetis, vt ad vos intrare conſentiant. Benedicite perſequentibus vos. Nolite illis, q vobis ſunt moleſti, detrahere, nolite deniq; indignari, ſciẽtes hæc, quæ ab illis patimini, vobis in fructum animarum eſſe veſtrarum à Deo ordinata. Et eandem honorificationem repetens Apoſtolus, quo intelligamus, quam vtile nobis, quam ædificatoriũ proximis, quam Deo deniq; ſit acceptũ ꝓ malis bona reddere, ait: Benedicite & nolite maledicere. Gaudere vos decet cum gaudẽtibus, puta de illorum ſpirituali profectu, & flere cum flentibus. Neq; enim de q̃uis gaudio fletuve proximorum hoc debet intelligi, ſed tunc ſolũ gaudium veſtrũ iungatis gaudentibus, & flẽtibus veſtras lachrymas ſocietis, vbi proximi veſtri religioſo gaudent gaudio in Deo, aut vbi ea flent, quæ plangẽda ſancto ſunt luctu, puta aut ſua, aut aliorum peccata lugentes. Poſtremo, idipſum ſentiatis, quo nulla inter vos reſideat diſcordia, nulla diſcenſio. Nec alta ſapiatis vnde tumeatis inflati cordibus & moribus, ſed humilibus eſtote conſentientes. Quod fieri non poteſt, niſi ipſi ſitis quoq; mites & humiles corde.

Heb. 13

Eſaiæ. 58

Mat. 11

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ, Ioannis II.

C

Luc. 2 et 3 Mat. 15 Mar. 6

SVpra triginta annos iã latuerat Ieſus, humana ꝑcipue oſtẽdẽs, & nihil diuinũ, ita vt filius putabat Ioſeph, & filius fabri à mundo, propterea quod nihil operabatur glorioſum, aut diuinitatis oſtẽſiuũ, adeo vt niſi omni ſcientia & ſapientia illuminata fuiſſet Maria, nihil mirum fuiſſet, ſi in fide titubaſſet, videns tanto tempore & tot annis filium nihil prædicare, nihilq; eorum propter quæ in mundi redemptionem venerat, operando docendove prę ſe ferre. Verum, hodie ſuam manifeſtare cœpit gloriam, mutando aquam in vinum, q̃ omnibus ſe Deum & vniuerſorum probaret conditorem, qui ſicut creaturas ex nihilo facere, ita vnam in aliam poſſet mutare. Nobis aũt fidelibus hominẽ ſe monſtrauit & Deũ. Conuerſabat em̃ inter homines homo Deus, edebat homo, bibebat homo, ſed miraculum agens, hoc eſt, aquã mutans in vinũ, oſtendit ſe Deum. Huius igitur primæ oſtenſionis ſuæ refertur hodie miraculum in hunc modum.

Baruc. 3

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat mater Ieſu ibi.

Legimus dominum Ieſum nuptijs interfuiſſe hominum, legimus quoq;, quod mater erat Ieſu ibi, virgineum vtpote dominitemplum, & illibatum ſancti ſpiritus ſacrarium. Venerat em̃ dominus colligere filios ſuos diſperſos, atq; adeo miſericordem ac perbenignum ſeſe omnibus oſtendit, quo omnes ſibi attraheret. Non eſt mirum igitur, quod iuit ad nuptias, q̃ ad conuiuia ſedit publicanorum & peccatorum. Nobis quoq; vbi ſimilis cũ Chriſto datur occaſio, cum gentibus non prohibet inire conuiuium, ꝑcipue ſi noſtræ fidei, ſi aliorum conuerſioni, ſi deniq; Dei cultui charitate ſuadente ita congruat.

Ioan. 12

Matt. 9

Vocatus eſt autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.

D

Obſerua, quod Ieſus vocatus eſt ad nuptias, non erat abſq; ratione. Haud dubie nuptiæ hæ probatiſſimorum fuerunt hominum, qui inuitarunt Chriſtum, quando nondum omnibus eius nomẽ fuit notum. Vnde conijcitur ſponſum aut ſponſam conſanguineam fuiſſe Chriſti. Creditur enim à multis ſponſum fuiſſe Ioannẽ Ieſu conſobrinum, & matris Ieſu Mariæ ſororis filium: quare refertur Mariam fuiſſe ibi, nimirum quaſi vnam de præcipuis conſanguineis. Neq; em̃ legitur inuitata vt Chriſtus, quare datur intelligi, q̃d vna fuit ad quam pertinebat ſimul curare de nuptijs. Nonnulli volunt quoq; Ioãnem

Sponſus in hiſce nuptijs qs fuerit.

hic ſponſum vocatum eſſe à nuptijs, ſecutum eſſe Chriſtum, manſiſſe virginem: & idcirco à Chriſto familiarius dilectũ. Putat quoq; à nonnullis Ioſeph hac vita defunctum, & Chriſtum in cuſtodia habuiſſe ſuam matrem. Neq; enim hic, neq; poſtea Ioſephi eſt memoria, vnde vixiſſe credatur. Sunt autẽ in hoc Euangelio multa, quæ ad pietatem nos inſtruunt. Primum, quod Ieſus nuptijs interfuit. Quo ſtatum commendare matrimonij in paradiſo inſtitutum, & quamdiu ſub velamine agebatur veteris teſtamenti (virginitatis gloria nondum propalata) celebrem. Nã in nouo quoq; teſtamento ita laudatam eſſe voluit virginitatem, vt non damnaret ſtatum coniugalem, ſed licitum & bonum oſtenderet. Virginitas quidem coniugio eſt illuſtrior, nec ſtatus ei adæquari poteſt coniugalis: atq; ideo in nouo teſtamento, quando ſpiritui magis ſeruire debemus q̃ carni, commendatione diuina coniugiũ egebat, q̃d ſua dominus præſentia corporali dignatus eſt honorare. Habet tamẽ virginitas honorem multo digniorem à domino: quippe quæ ſumma cum laude etiam in coniugio poteſt obſeruari. Neq; enim deſunt nobis exempla in Ioſeph & Maria, in ſancto Henrico & Cunegunde eius coniuge virgine. In beatiſſima quoq; Regina Edildrida, Hunobronenſium regis Ecgfridi cõiuge. quæ cum duobus maritis conſeruauit virginitatem, idq; orando a maritis, quos alioqui multum amabat, impetrauit. Hodie quoq; coniuges, q vel in continentia Deo ſeruiunt, vel in virginitatis propoſito manſerunt, inueniuntur. Quapropter inter nuptias & virginitatem tantum eſſet diſcrimẽ ait poſt Paulum Hieronymus, quantũ eſt inter non peccare & benefacere, aut quantum inter bonum & melius. In nuptijs enim ſollicitudo eſt, quomodo vxor placeat viro, & vir vxori, & mẽs vtriuſq; diuiſa eſt à Deo. Porro, virgo & innupta cogitat, quæ domini ſunt, ſollicita quomodo pura inhæreat mente Deo. Dicit fortaſſe hæreticus quiſpiam, dominum non interfuiſſe profeſſioni monachi, non monialis ſua præſentia commendaſſe velationem, quo monachatum cœlibatumve calumnietur. Dic ſatis cœlibatum à Chriſto commendatum, qui matrem habere voluit virginem, qui niſi virgini, Ioſeph loquor, vt Hieronymus ait, & ab omnibus hodie creditur, eandem voluit eſſe deſponſatã. Poſt cuius mortẽ ipſe eius habuit curã, donec Ioanni virgini cõmẽdaret eãdẽ. Qui deniq; ſanctorũ teſtimonio ſpõſum, cuius hodie interfuiſſe refertur nuptijs, virginem ſeruans a complexu ſponſæ, & à carnalibus deſiderijs abſtraxit. Cæterũ, monachatum non vno in loco commendans docuit, dum illum perfectionem nominat. Si vis, inquit, perfectus eſſe, vade & vende omnia, quę habes, & da pauperibus & ſequere me. Itemq;: Niſi quis renuncia uerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim alius hodie ſuis renunciat bonis, Chriſtumq; ſeqꝝtur, accipiendo ſuam crucem, abnegando ſeipſum, & faciendo ſe eunuchum propter regnum Dei, quam ſtatus monaſtici profeſſores? Neq; enim dicit Chriſtus: Niſi qs renũciauerit omnibus, q̃ poſſidet, nõ poteſt eſſe Chriſtianus, nec dicit, non poteſt eſſe ſaluus, ſed nõ poteſt meus eſſe diſcipulus, id eſt, perfectus Chriſtianus. Itemque: Omnis qui reliquerit patrem, aut matrẽ, aut vxorem, aut agrum, & cætera, cẽtuplũ accipiet in hac vita, & vitam ęternam poſſidebit. Verum de hoc alias. Hic dixi nuptias à Chriſto honorari debuiſſe, ne altioris continentiæ gloria adeo obfuſcarent, vt putarentur (quod à quibuſdam factum eſt hęreticis) illicitæ. Secundum quod hic ædificat, eſt, quod dominus non interfuiſſe legitur nuptijs diuitum, ſed pauperum ac honeſtorum. Nihil enim in his adꝝerti poteſt nuptijs aliud, quã honeſtas, ſobrietas & paupertas. Modica enim vini prouidentia ibi erat. Ideo ſequitur:

Et deficiente vino, dixit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.

Ex hoc iam tertium ſequitur: quod in nuptijs ſanctorum honeſtum licet ſeruari gaudium. Credendum etiam eſt eos, quorum hic fuit nuptijs præeſſe, homines fuiſſe ſobrios, & indulgere vino haudquaquam aſſuetos. Quare in tanta ſolennitate decebat eos moderato gaudere. Quod tamen gaudium, quam fuerit moderatũ, quamve ſobrium, indicat quod vinum defecit. Cum enim (vt dixi) eſſent homines ſobrij putabant modicum vinum ſufficere. Quod vero in nuptijs conuiuia exerceantur

I. Gen. 2

Matrimoniũ à Deo inſtitutũ & commẽdatum à Chriſto.

Gala. 5

Virginitas quam ſit excellens virtꝰ.

Hieron.

1. Cor. 7

E

II.

F

III.

Tob. 6. & 7

antur etiam apud ſanctos, manifeſtum eſt ex coniunctione Tobiæ iunioris & Saræ.

IIII. Quartum quod ædificat, eſt compaſſio Mariæ. Pijſſimum enim cor virginis miſericordiſſimæ non potuit bonorum hominum ferre confuſionem, vt ita loquar, aut verecundiam, quam ſtuduit præuenire. Videbat, quia pauperibus nihil erat aliud cõſolationis aut remedij, quam vt Deus eorꝝ neceſſitatibus prouideret. Proinde plena fide filium acceſſit, ſciens in ſpiritu tempus adeſſe oſtendendæ ſuæ diuinitatis. Vide quia nõ rogat, nec autoritate iubet materna, quia (vt dixi) filij cor miſericordiſſimum ſciebat, atq; ſuapte natura clementiſſimum, cui ſatis erat inſinuatam eſſe miſeriam alienam: imo qui ſe cõtinere non poterat, quin diuina eſſet virtute prouiſurus alienæ neceſſitati, potiſſimum his, qui humano modo aliter ſuæ nõ potuiſſent, mederi aut paupertati, aut improuidentię. Vide autem pijſſimum cor Mariæ, quia dignum illi videbatur non ſolum pro neceſſarijs, verum etiam pro rebus decentibus rogare. Clementiſſimo nanque eius cordi graue erat videre, vel in aliquo paupertatem ſponſorum erubeſcere. Quod ne fieret, deficiente vino cum ſumma fiducia filium accedens, ait: Vinum non habent. Ita que pijſſima mater quomodo non iubet, ita etiam non rogat, ſed tantũ inſinuat ſuum deſideriũ, ſciẽs optime intelligi à filio, & paupertatem, verecundiamq; ſponſi & ſponſæ, ſeu eorum, qui tanquam parentes erant, & autores nuptiarum non ignorari. Quo docemur in oratione eſſe tam verecũdi, quam reſignati. Placet nanq; Deo valde inter orandũ noſtra verecũdia, qua niminium de nobis male ſentientes, indignos nos arbitremur, qui Dei dona recipiamus, ſi tamẽ adfuerit magna pariter de illius bonitate confidentia, quãobrem nihil diffidamus. Placet itẽ ei in nobis reſignatio illa fortiſſima, qua nõ aliud, q̃ q̃d Deo placet velimus, docti, ſicut dicit Apoſtolus, in vtrãq; partẽ, & abundare & penuriã pati: hocq; nobis ſit optatiſſimũ, quo magis diuinæ conformemur voluntati. Itaq; deficiente vino, hoc eſt, quando videbatur non ſufficere vinum pro toto prandio, acceſſit mater Ieſu ad eum, dicens: Vinũ non habent. Honeſta inſinuatio magis, quam petitio. Sic Maria Magdalena & Martha nunciantes infirmitatem Lazari, Domine, inquiũt, quem amas, infirmatur. Non rogant vt illum ſanet, ſed ſatis erat eis viſum, dum inſinuaſſent. Confidebãt enim ipſum facturum id, quod erat optimum. Vñ quoduis eſſet facturus, id illis non poterat non eſſe acceptiſſimum. Sic etiã Chriſti mater pro reuerentia filij inſinuabat vini defectum, non rogabat miraculum, nihil diffidẽs. Dabat enim ſatis cum Pſalmiſta intelligi: Domine, ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Hic quæri poteſt, quare nunc ad primum hoc miraculum excitauit mater filium? Quare non ante eadẽ fuit vſa pietate pro impetrandis miraculis? Dicendum, hactenus Chriſtum ſe habuiſſe, vt alij ſe habent homines, ſalua tamen modeſtia & religioſitate, nihilque oſtendiſſe in ſe, quo Deus eſſe probaretur. Quã diu igitur ſic latere voluit, non inducit illum mater ad miraculum, nec prodere, antequam vellet, illum tentauit. Porro, vbi modo cœperat manifeſtari (Nam à Ioanne receperat teſtimoniũ, quod eſſet agnus Dei, qui tollit peccata mundi, quod eſſet filius Dei, & aliquos iam diſcipulos ſuſceperat) cognouit Maria manifeſtandę tempus adeſſe diuinitatis. Quintum, quod nos inſtruit, non facile aut leuiter petenda eſſe miracula aut expectanda, quandoquidem duriorem in reſpondendo ſe exhibet Chriſtus matri ſollicitanti pro miraculo. Ideo ſequitur:

Phil. 4

Ioan. 11

Ioan. 1

G V.

Dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea.

Naturas duas probari in Chriſto.

Duas naturas ſub vnitate perſonæ conſtat ineſſe Chriſto, vnam diuinam, humanam alteram. Vnde iuxta vtrãq; naturam, quædam conueniunt Chriſto. Quemadmodũ igitur homini diuerſa conueniunt, ſecundum diuerſa (Siquidem intelligere cõuenit ei propter animam. Hoc em̃ non ex corpore, ſed ex anima habet homo. At vero edere aut bibere conuenit homini ex corpore) ſic pari modo miracula facere Chriſto conueniebat ſecundum naturam diuinam, quã accepit à patre: pati vero & mori competit eidem Chriſto iuxta humanam naturam, quam recepit à matre. Itaq; roganti matri vt miracula faceret, reſpondit: Quid mihi & tibi eſt mulier, ſcilicet cõmune? Nihil à te accepi, vnde meum ſit miracula facere: ſed vnde poſſim pati, mihi te

Ioan. 2

cum commune est. Ibi te cognoscam matrem, dum tempus patiendi mihi aduenerit: quę tamen hora nondum venit, ac si diceret: Non hanc naturam qua miracula facio, ex te recepi, sed illā qua sum mortalis & passibilis. Cuius hora dum aduenerit vt patiar, apparebit quid ex te sim. Aut secundum Chrysostom. Vini cura neq; ad me, neque ad te pertinet, sed ad eos qui nuptiis præsunt. Quid mihi & tibi est mulier de hoc curandum? Si tamē vis vt succurram, nondum hora adest qua subueniam. Oportet enim primum manifestari defectū, vt miraculum, Deique beneficium agnoscatur. Quod quo magis fuerit necessarium, tanto etiam magis erit gratum. Volūt nōnulli nihil vnquam beatam petijsse virginem à Christo, quod negauerit ille. Nec mirum. Habuit enim donū sapientiæ, imo dona spiritus sancti omnia, quo fiebat, vt nihil non rationabile, nihil quod Deo displiceret, rogaret. Hic sexto instruimur beneficia esse conferenda prudenter, puta eo modo & tempore, vt agnoscantur beneficia. Quicquid enim beneficiorum nō roganti offertur, gratis sæpenumero impenditur, nec beneficium agnoscitur. Vt ergo ingratitudinis vitio is cui benefacere statuis non inquinetur, non imprudenter fit vt egentis necessitas (tametsi prærogare ex misericordia beneficium alioqui velis) expectetur. Homines enim ingrati non sentiunt, neque agnoscunt sibi benefactum, nisi omni auxilio & spe destituti iam non habeant, vbi sperare possint. Quā obrem prudēter fit, vt ijs quibus etiam bene volumus, beneficium tam diu differamus, donec beneficiū hoc agnoscant. Hoc modo Christus miraculum prorogauit, donec necessitas, nec aliud consilium adesset. Postulabat hoc etiam ratio miraculi. Quippe quod non aliter agnosceretur miraculum, nec aliter ędificaret, nisi postquā auxilium aliud defecerit omne. Septimum quod nos instruit, est, quod vbi Christus decreuit facere miraculum, per Mariam voluit impetrari, vt nos doceret, nos inuitaret, nosque alliceret ad venerationem suæ matris. Quo voluit quoque vt discamus ea, quæ petimus, interuentione pijssimæ dilectissimęque matris esse nobis impetrāda. Discamus oportet nos indignos qui exaudiamur agnoscere, matris huius pijssimæ interuentioni nos, causasque nostras committere. Ipsa enim nunquam non exauditur, quam filius in omnibus honorat.

Ioannes Chrysost.

VI. Beneficia in ꝙs conferēda sint

H VII.

Videtur hic fortasse quibusdam durum, quod nō magis dulciter, amicabiliterve Iesus sit suæ locutus matri, nominans eam generali vocabulo mulierem. Dicēdum, beatam virginem miro feruore amoris erga filium, hoc est, erga Deum suum vulneratā, quæ in Canticis, Vulnerata, inquit, charitate ego sum, adeo vt corpore nonnunquam (vt quidam volūt) debilis fieret. Eam ob rem Christus matrem vocabulo sæpe abstinuit, proinde cum ipse post magna charitate & pietate ingenti stantis sub cruce curam haberet matris, quando maxime tamē nostro iudicio suæ benignus dulcisque esse debuisset matri, non matrem, sed mulierem appellauit, cordis eius sciens teneritudinem, quod facile ruptū fuisset, si vel paulo dulcius matrem eam nominasset. Sic modo quoq; cum pietas matris vehementer sibi placeret, non tamen benignitate est vsus verborum, ne pietate affectam feruentius accenderet, & vnde corpore lāgueret, occasionem daret.

Cantic. 4

Ioan. 19

VIII.

Octauum quod non ædificat, est fides constās Mariæ. Quomodo enim credidit certa eum hoc posse, credidit etiam ipsum hoc velle, alioqui nihil eidem de vino suggessisset: & postquam durius sibi filium audierat respondentem, nihilo tamen secius credidit illum beneficium daturum. Quāobrem de filio certe nihilque hæsitans, in fide loquitur ministris, vt sequitur:

Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit vobis, facite. Erant autē ibi lapideæ sex hydriæ positę secundū purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Et dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summum.

I

Vides, quia mater nihil hæsitans futurū expectat miraculum? Videsne quoque quam benigniter filius suæ condescendit obtemperatq; matri? Erant autem ibi sex hydriæ positę repletę quidem mane aquis, sed inde prolauantibus interim exhausta erat aqua, vt tunc nō essent plenæ. Erat em̄ consuetudo Iudęorꝫ crebrius se lauare iuxta suas traditiones, quare in illum vsum, & hydriæ ibi positæ erant & aqua, vt loturi paratam semper inuenirent aquam. Quapropter vt notius fieret miraculum, dicit ministris Iesus: Implete hydras aqua. Capiebant autem singulæ metretas binas vel ternas. Metreta mensurę nominant genus iuxta illius regionis consuetudinem, vt si diceretur hic, duo aut tria quartalia, aut aliquid huiusmodi, & impleuerunt eas vsque ad summum. Quot dominus Iesus hic habuit ministros, tot eosdē habuit & miraculi testes. Est autem non vile miraculum, quo ipsius virtute ipso sedente, tacente, ac ita fieri tantū volente, aqua in vinum mutatata est.

Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino.

IX. Hic nono instruit nos dominus Iesus in hoc, quod architriclino primū gustandum vinum misit, deferre his qui præsunt honorem, quod Apostolus quoq; monet Paulus, dicens: Cui honorem, honorem, hoc est, cui honorem debemus, demus honorem, cui vectigal, vectigal impēdamus. Neq; enim personarum est hęc acceptio, si vnusquisq; iuxta suum statum & viuendi gradum tractetur. Nam & his qui in officio, in potestate, aut in honore à domino sunt constituti (Per me eñi, inquit, regnāt, &c̄.) debemus tanquā à domino Deo constitutis honorem impēdere. Omnis enim potestas à Deo est, & qui potestati resistit, ordinationi diuinæ resistit. Et qui, inquit, bene præsunt, duplici honore digni sunt. Simus ergo humiles, & nihil in oculis nostris, quibus si vlla debetur salus, hæc à sola gratia & beneuolentia speretur & expectetur Christi.

Roma. 13

Prouer. 8

Roma. 13

1. Tim. 5

2. Reg. 6

Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primo bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsq; ad huc.

K

Hæc omnia Christus sponso prædicere potuisset, sed noluit ꝓpterea, vt ignorante sponso, ignorante nuptiarum præposito architriclino, vnde hoc venisset vinum, perscrutatio fieret seruorum necessaria. Quibus vt res gesta erat respondentibus, ex bonitate id Christi didicerunt gloriose quidem, sed sibi misericorditer factū miraculū. Hic itaq; congruentior modus miraculi euulgandi, quo pedetentim multis interrogatis & discussis veritas, tacente Christo, tacēte eius q̄q; matre, elucesceret.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

Hoc primum certe Christi astruitur miraculum, in q̄ sicut mirabile est dominum Iesum (quem ad prædicādam sobrietatem voluptatemq; confutandam, & cōtemnendam in mundum constat veniſse) voluisse hoc primo miraculo totum illud conuiuium exhilarare optimo vino, ita satis dici non potest, quantum humanis necessitatibus pronus sit subuenire. Nam vt hoc faceret miraculum, nulla vrgebat viuēdi necessitas (Hæc enim tunc ibi aberat) sed sola tuendæ verecundiæ famæque honestas. Hoc autem pijssimo cordi Iesu sufficiebat, vt gloriam hoc miraculo cōmendaret patris, & ad salutē veniret hoīm, q̄d & factū est. Nam non solum perfectius in eum crediderūt posthac discipuli, sed multis quoque alijs hoc miraculū credēdi occasio in Christū fuit, q ē bñdictus in secula, Amē.

SERMO IN EADEM DOMINICA. De gloria contemnenda, & cuiusmodi siue coniungi siue esse debeant coniugia.

L

MAnifestauit gloriam suam, Ioannis secūdo. Latuit dominus Iesus triginta annis in hoc mūdo, quibus vt filius Ioseph putabatur inglorius, nec illi præ cæteris hominibus aliqd ascribebatur. Post hoc aūt signum, quod eius signorum omnium inītiū fuit, dicit Euangelista, quod manifestauerit gloriam suam. Certe scriptū est: Gloriam meam alteri non dabo. Soli igitur Deo debetur omnis honor & gloria. Quapropter Christo licuit manifestare suā gloriam. Nemini autem nostrum id licet, vt quærat suam gloriam. Vnde enim homo agnoscet sibi deberi gloriam? Vnde gloriari quis potest? Quid habes quod nō accepisti? Cur igitur gloriaris quasi nō acceperis? Quicquid ex te, aut à te habes, peccata sunt, de donis autem tibi collatis gloriari non potes. Siquidem Dei dona tua non sunt, sed Dei. Pro his gloriam Deo debes.

Luc. 8

Esaiæ 42

Esaiæ 42

1. Tim. 1

1. Cor. 4

Nonne

Nonne igitur vaniſſimum eſt in huiuſmodi gloriari quæ aliena ſunt, quæ neſcis quoque quamdiu tecum ſunt? Quare quiſquis ſuam gloriam quærit, quiſquis vſurpat ſibi, ſeipſum in hoc quærens, furatur Deo hanc. Eſt autem duplex gloria: Mundana & quaſi carnalis vna, ſpiritualis altera. Sunt enim qui gloriantur in diuitijs, in veſtibus, in poteſtate, in pulchritudine aut ſapientia. Sed horum gloria nulla, neque enim hæc omnia in quibus gloriantur, eos iuuare poſſunt, aut liberare in die mala. Nihil hic tecum permanet, recedunt à te cuncta etiam te nolente. Imo potius tu ipſa deſeres, & ab illis recedes, vel nolens. Propterea prophetæ auſcultandum eſt monenti: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum dominus qui facio miſericordiam & iudicium & iuſtitiam in terra. Non igitur in vlla re caduca, neque etiam in amicis ponas ſpem tuam, neque in vlla creatura glorieris, niſi in domino Deo tuo, omnis enim creatura mendax eſt & fallit. Hoc vitio laboraſſe videtur Hiezechias, qui nuncijs à rege Babylonis ad ſe miſſis omnia oſtendit, quæ erant in domo ſua, hoc eſt, quæcunque habebat precioſa. Verum, dominus illum obiurgans ei per prophetã prędixit omnia hæc transferenda in Babylonem. Eſt alia gloria inanis ſpiritualis, quæ ex contemptu mundanæ gloriæ naſcitur. Verbi gratia: Quia diuitias fortaſſe & honores reliquiſti, quia mundum & gloriã mundi contempſiſti, incipis iam tibi placere, & quaſi rem magnam feceris, nec niſi paucis imitabilem, in teipſo gloriari: item ſi tentatorem omnis boni hoſtem ſuperaſti, puta de luxuria, de gula, alioq; vitio te inſtigantem, de victoria gloriaris, atque quod tam fortiter reſtiteris, tibi places, tibi blãdiris, & fortaſſe hoc notum alijs eſſe non cupiens, propterea in te ipſo magis gloriaris. Vnde ſæpe fit, vt qui ex vitijs non potueris ſuperari, ex virtutibus infirmeris. Hoc nanque vitium inter omnia maxime latet, quandoquidem ex profectu atq; ex mortificatione vitiorum aliorum naſcitur. Vbique occurrit homini virtutum ſtudioſo. Si ieiunas, adeſt, ſi cãtas, adeſt, ſi palã facis laude qd dignum, vult ab alijs id videri, ſi hominum aſpectum declinas, de humilitate tibi blanditur, & nihilominus quaſi inuitum te optas deprehendi. Reliqua vitia vel ætate, vel infirmitate, vel aſſiduitate pugnę aut fatigãtur, aut proſternuntur, vt minus ſæuiant. Hoc vitium, quoties aliud vitium ſuperas, ex victoria creſcit, naſcitur ex ſua morte. Comparatur hoc idcirco hydræ ſerpenti, cui vbi vnum caput amputaueris, plura repullulant. De hoc vitio expugnando pulcherrimum ſermonem ſcribit Bernardus Deo deuotiſſimus, de victoria Dauid contra Goliam Philiſtæum, alludens ad huius pugnæ ſimilitudinem, quod Dauid humilis iactabundum Goliath interemit proprio illius pugione. Hoc modo vanam hanc gloriam quoque docet ſuperandam, verbi gratia: Si hac peſte fatigaris & vbique gloriandi materia, vbique tibi fuerint inſidiæ poſitæ, arguas teipſum, iudicesq; ſuperbiſſimum, à quo nihil procedat ſuperbia non inquinatum. Dic te omnium bonorum deſtructorem, omnium gratiarum Dei per ſuperbiam tuam euacuatorem. Dic te Deo ingratiſſimum, qui ex donis Dei ſuperbis, qui pro Dei beneficijs contumelias rependis. Mirare patientiam Dei, qui ſuperbiſſimum te tanta longanimitate tolerat. Hoc modo vbi te hoſtis diabolus, aut naturale hoc vitium tuum eleuare, vt tibi placeas, aut in te glorieris, perſuadere nititur, inde teipſum humiliandi, contemnendi, odiendi, atque non aliter de teipſo, quam de ſuperbiſſimo aliquo ſentiendi materiam ſumas. Inde fiet vt teipſum ſuperbum iudicando humilis fias, inaniſque gloriæ appetitum gladio ſuo, id eſt, materia quam miniſtrat, puta ſi viliter de te ſentias atque iudices te ſuperbum confodias. Sunt qui nimium paſſione hac fatigantur, adeo vt nihil efficere poſſint, abſque vanæ gloriæ pulſu, nihil tentare. Sunt præterea, qui etiam puſillanimes fiunt ad inchoandum perficiendumve opus aliquod bonum, quare mox vbi bonum aliquod ceperint, admouet ſe vana gloria, quæ ſuũ quid ibi quærere molitur aut ſtabilire. Inde conterriti non audent in ceptis bonis pergere ad perficiendum, & retrahunt manus iam bene opantes. Tẽtat eñ varijs modis diabolus, vel vt hac peſte vitioſos & infirmos ſibi ſubijciat, vel vt innocẽtes à bonis ſtudijs

Gloriã bifariam accipi.

Hierem. 9
1. Cor. 1

4. Reg. 19
Eſaiæ 38

M
Gloria inanis periculoſa q.

Bernardi

1. Reg. 16

Aduerſus vanã gloriam remedium.

ſtudijs impediat, quem enim fallere nõ poteſt vt ſibi placeat, nec vt oculis placere ẽat alienis, hunc tentando perplexam facit, vt nihil audeat boni facere, ne gloriæ vanæ, laudatum aliquid faciendo, ſeruire videatur. Quem igitur non poteſt inducere ad peccatum, nititur per timorẽ, ne peccet, impedire à bono. Haudquaq; igitur hoc modo profliganda eſt vana gloria, vt p huius euitatiõe à ceptis bonis deſinas, ſed vt potius gloriã ipſam vanam contemnas. Optimum igitur cõtra vanã gloriã remedium eſt, vt primũ firmiſſimo pacto ſtatuas in animo tuo, nihil cõtra humilitatẽ, nihil ex vana gloria agendum, non vt quicquid cũ appetitu inanis gloriæ ſuggerit, mox contemnas, ſed vt gloriæ appetitum contemnas, vt eo animo quo ſuggeritur, id eſt, ex motu inanis gloriæ nihil facias. Sit igitur propoſitum tuum firmum atq; conſtans, per vanam gloriam nihil agere, ſit etiam ſimile propoſitum propter timorem vanæ gloriæ nihil velle omittere, ſed ſtudia bona continuare, intẽtionem facere rectam, & ſibilos illos vanæ gloriæ contemnere. Dic paſſioni huic vitioſæ, illam exibilans. Propter te hoc opus non faciã, neq; etiam intermittam, faciam autem id quod factu rus ſum propter amorẽ dñi mei Ieſu Chriſti. Vade retro Satana. Vanæ itaq; gloriæ contẽptus eſt neceſſarius, vt tam vilem paſſionem minoris ęſtimes, quam vt propter illam facias quicquam, aut propter illã vitandam boni aliquid intermittas. Sentire motus vanæ glorię nõ eſt rationis, ſed ſenſualitatis, cõſentire vero eſt rationis. Quãobrem nihil tibi damnatiõis eſt, ſed in virtutis tibi vertitur exercitium, ſi impugnaris. Neq; enim ſentire idem eſt, qd conſentire. Si titillationem aut phãtaſias vanę pateris gloriæ, diſpliceãt tibi & nihil propterea, quod alioqui non eſſes facturus, agas, ſed & propterea qd eras facturus bonum, haudquaq; poſtponas. Hæc obiter dicta ſint, quare legimus qd dñs Ieſus manifeſtauit gloriam ſuam. Hic manifeſtare potuit, quia humilis & mitis eſt corde, hic potuit manifeſtare, quia illi ſoli debetur. Manifeſtauit autem in ſigno hoc, quod mutauit aquam in vinũ, & in alijs miraculis inde ſequentibus. Miraculũ hoc factũ eſt, de quo pſens ait Euangeliũ, dum annum ætatis ſuæ agere Ieſus inciperet triceſimũ primum in die Epiphaniæ. In eodem die, an no ſuperiori, quo Chriſtus annum incipiebat triceſimum, fuit baptizatus idem à Ioanne. Quo die etiam primo ſuę natiuitatis anno idem dñs à tribus fuerat Magis viſitatus. Nuptiæ igitur factę ſunt in Cana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi, vt mulierũ vna ad quam pertinebat diſponere de nuptijs. Vocatus eſt autem Ieſus vel ideo, qd conſanguinitate eſſet ſponſo iunctus, vel quod religio, ac eius ſanctimonia mundo iam incipiebat manifeſtari, atq; in opinionem venire hominũ. Narrabatur enim Ioannis teſtimoniũ de eo, euulgabatur, quæ Nathanaeli ſecreta atque ipſius abſcondita nunciauerat, & quod diſcipulos colligebat. Quia igitur mundo iam notus fieri incipiebat, vocatus eſt ad nuptias, vt propter ſanctitatis ipſius præſentiam nuptiæ timẽtium Deum benedicerentur. Inde quoque factum eſt, vt rationabile matri videretur Ieſum filium ſuum inducere ad miraculũ faciendum, quo fidelium hoꝝ ac piorum hominum, qui vocauerant Ieſum, conſolaretur remuneraturq; deuotio. Ingenti nãque compaſſione pijſſima Ieſu mater mota ad bonos illos homines, qui filium ſuum honorauerant, cum eis videret vinum deficere, filio locuta eſt, vini defectum, ſimulq; ſponſi & ſponſæ verecundiam eidẽ nuncians. Quod tamen pauciſſimis effecit verbis, nihil de eius omnipotentia hæſitans, nihil de illius dubitans charitate ac pietate, quem confidentiſſime credebat facturum, quod ipſa ſubindicabat: adeo vt precem iungere ſuperfluum illi videretur. Simul tamen etiam nobis oſtendere voluit ſe, quæ tam ſollicita fuerit vel vltro circa egeſtatem alienam, quam prompta, quam diligens, quam compatiens deniq; nobis ſit, in neceſſitatibus noſtris ſpiritualibus inuocata. Quã benigne pro nobis loquatur, quã fideliter roget, quã efficaciter impetret, quã demum miſericorditer, qd impetrauerit, nobis impartiatur. Conſiderandum hic Chriſtum veniſſe ad nuptias, quo honoraret matrimoniũ, quod eſt Eccleſiæ ſacramentum. Significat enim coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, ſignificat quoq; vnionem Chriſti cũ qualibet fideli anima, maxime autem ſignificat vnionem verbi cum humana natura. Duæ eñ naturæ, puta diuina & humana, in vnã perſonã in Chriſto vnitæ ſunt. De nuptijs carnalibus ſi cũ Dei agãtur timore, verę eſt illud:

Honora-

Mat. 4. 16

Marc. 8

N
Matth. 11.

Luc. 3

Matth. 2
Ioan. 2

Ioan. 1

Heb.13 Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Cuiuſmodi autem eſſe debeat connubium ſeu matrimonium, aut in voluntate contrahendi, hoc eſt, in intentione, aut in coniunctione, aut in conuictu, paucis dicam. Primo enim neceſſaria eſt pura ſanctaq; intentio, vt vir vxorem ducat, aut fœmina nubat viro præcipue propterea, vt prolẽ, prolesve accipiat, quas in Dei timore & ad diuinum cultum erudiat, & quantum in ſe eſt, cogat: cupiens Dei honorem & colentium Deum numerum in hoc augere. Hęc eſt præcipua ſanctiſſimaq; intentio, & contrahendi & conſummandi matrimonij. Eſt alia intentio ſimiliter licita, non tamen pari gradu meritoria, vt quis contrahat cum vxore, quo refrenare ſe poſſit ab illicito cõcubito fornicario, aut ediuerſo. Ita enim loquitur Paulus, quamuis id nõ dicat iuxta imperium, ſed iuxta indulgentiam: Vnuſquiſq; vir vxorẽ ſuam habeat, & vnaquęq; ſuum virum habeat, propter fornicationem, ſcilicet vitandam. Hac intentione firmata, quæ præcipua ſit, quæ moueat ad cõtrahendum, ſi aliquid tunc ſiniſtri coinciderit, puta vt formoſam malit, quã deformem vxorem, diuitem quam egenam (modo Dei cõtemptricem & facinoroſam nolit) veniale eſt, aut ſi modo licito Deoque ſubiecta volũtate id optetur, poteſt (vt ſpero) abſq; oñi peccato deſiderari. Secundo, in coniunctione opus eſt, vt in Dei timore coniungantur timentes & orantes Deum, à quo ſibi detur, vt illi primum meantur coniungi, nec aliter niſi in Deo ſe diligere, atq; cuncta quę ſibi eueniunt, oĩa quæ faciunt, in Dei beneplacitum ac gloriam dirigere proponant. Legant coniunctionem Tobiæ iunioris & Saræ ſanctorum coniugum. Septem enim viros, q̃ Saram propter eius pulchritudinem iniqua concupiſcentia duxerant, prima nocte dũ illi vellent concumbere, dæmon interfecit. At vero dum iuuenor Tobias veniſſet eius cognatus (cui ſecundum legem debebatur ipſa vxor) cui ex angeli iuſſu eſt coniuncta, & quia vt inſtruebatur ab angelo, fecit Tobias, nihil mali paſſus à dæmone eſt. Nec ſolum non eſt correptus, verumetiam improbo ſpiritu penitus fugato accepit virginem cum timore domini. Hoc autem eo factum eſt modo. Tobias dũ audiſſet Saram viris ſubinde ſeptem nuptam, & eoſdem ad vnum viros omnes à dæmone mox præfocatos, eam propterea accipere recuſabat, ne ſibi quoq; idipſum cõtingeret, timens. Quare ab angelo hortatus eſt dicente: Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt quibus præualere poteſt dęmonium. Hi nanq; qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excutiãt, & ſuę libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, in quibus nõ eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Tu autem cum acceperis eam, ingreſſus cubiculũ per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud niſi oratiõibus vacabis cum ea: Et paulo poſt: Tranſacta autem tertia nocte accipies virginem cum timore domini, amore filiorũ magis, quam libidinis ductus. Hãc angeli exhortationem Tobias diligenter audiens, cum ad virginẽ eſſet ſponſam introductus, eãdem hortatus eſt, dicens: Sara exurge & deprecemur Deum, hodie, & cras, & ſecundum cras, quia his tribus noctibus Deo iungimur, tertia autem tranſacta nocte, in noſtro coniugio erimus, filij quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi, ſicut gentes quæ ignorant Deum. Surgentes autẽ pariter inſtanter orabant ambo ſimul, vt ſanitas daretur eis. Dixitq; Tobias: Domine Deus patrũ noſtrorum, &c. Et nunc domine tu ſcis, quia non luxuriæ cauſa accipio ſororẽ meam cõiugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſeculum. Sic locutus eſt Tobias ad ſuã ſponſam, ſicq; in Dei timore illi cõiunctus eſt. Cuiuſmodi nuptiarum formam vt imitẽtur omnes, hortandi ſunt. Tertio, in conuictu coniuges ſe opus eſt vt integre ſancteq; diligant. Nihil tamen cõiugis eſt amore faciendum, quod Deo diſpliceat. Amor hic & concordia coniugum ſi fundatur in Dei amore, leuem facit oñem tribulationem. Qui ſi coniugibus defecerit, nullæ eos conſolantur diuitię, nulli honores, nulla deniq; felicitas terrena. Debent itaq; ſimul coniuges viuere vt in nulla re alteri alter conſentiat contra Deum, in reliquis oñibus concordes. Seipſos mutuo ad virtutum profectum, ad obſeruantiam præceptorum, tam Dei, quam Eccleſiæ, ad omnem iuſtitiam, ad omnem miſericordiam, ad iniuriarum obliuionem, ad continentiam, ad deuotionem bonis perſuaſionibus cohortentur. Vir, vt inquit Apoſtolus, vxori debitum reddat, & vxor viro. Laudandus tamen eſt vterq;, ſi alter eorũ, cui continentia magis placet, licitã aliquã occaſionem alteri non petendi debitum aut præbeat, aut continendi, ſalua tamen ſemper obediẽtia & iure vtriuſq;. Contentionum & irarum materiã alter alteri amoueat, offenſum placet, ſtatuta Eccleſiæ & ieiunia iuxta ſuum ſtatũ obſeruent. Itaq; debet vxori maritus dilectionem ſicut corpori ſuo, debet inſtructionem (propterea iubet Apoſtolus mulieres, ſi quid diſcere volũt, domi viros ſuos interrogare) debet correptionem ex charitate prodeuntẽ, debet regimen & directionem, præſertim in rebus magis arduis, debet pacificam, ſocialemq; cohabitationem, ad extremum carnalis debet debiti ſolutionem. Pari modo vxor viro poſt illius amorem & honorationem debet ſubiectionẽ & thori fidẽ. Nõ tamen decet virum ſuã habere vxorem, vt ancillam, nec dire ei dominari, ſed agnoſcere conſortem, eamq; vt ſororem mode ſte dirigere, conſolari & conſilia cum eadem ſua tractare. Sciant coniuges debitum poſſe reddere abſq; vllo peccato propter obediẽtiam, poſſe etiam exigere cum merito cauſa prolis, aut cauſa fornicationis euitandæ in ſe, aut in altero. Informentur, ſi ita libidinoſe alter miſcetur ſuo coniugi, vt ſimili modo, cuicunq; alteri paratus foret extra coniugium copulari, non diſcernens inter vxorem & mulierem, aut inter virum & maritum, peccare eos mortaliter, quia vir vtitur ſua coniuge, non vt cõiuge, ſed vt meretrice, & mulier viro nõ vtitur vt viro, ſed vt lenone. Si tamen ex libidine conueniãt, ita tamen, quod neuter eorum conſentiret in carnalem actum ex matrimonium, nec limites iuris coniugalis, nec naturæ ordinationem, legesq; diuinas excedãt, non ſunt dicẽdi peccare mortaliter. Videant tamen & in ſecreto moneantur coniuges, quandoquidem tam multa fœda, inordinata, & iuxta cõiugij leges inſueta atq; contraria ſæpenumero exercent (maxime vbi fuerint iuuenes & libidinoſi) abſq; timore Dei viuentes, qui ſuis ſpurcitijs & abominationibus grauius offendunt Deum, q̃ ſi eadem extra coniugiũ agerent. Vbi vero Dei fuerit timor, hic docet in omni ſtatu, quomodo ſit, viuẽdum. Propterea vos hortor omnes, vt timeatis Deum, horrentes illum offendere, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Matrimonium qualẽ eſſe debeat. I.

Tob.8

Pſal.31

II.

Tob.6.&7

Tob.6

III.

1.Cor.7

1.Cor.14

DOMINICA IIII. POST DOMINI NATIVITATEM, epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Romanos XII.

X. Olite eſſe prudẽtes apud voſmetipſos. Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona, non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum irę. Scriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed etſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hoc eñ faciens, carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Deut.32

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Roma.12 AEc epiſtola eundem ſermonem, quem ſuperiori dominica audiſtis, cõtinuat. Vbi enim prior epiſtola finit: Nõ alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes, ibi hodierna incipit: Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Vbi non omnem prudẽtiam inſectatur, quandoquidem ſcriptum eſt: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Et Petrus dicit: Eſtote prudentes & vigilate in orationibus. Sed hanc prudentiam reprobat, quæ eſt apud ſeipſum. Itaq; vbi tenacitas proprij eſt ſenſus, vbi nulli conſilio acquieſcitur, vbi conſilium proprium placet, ibi eſt prudentia apud ſeipſum. Dicit itaque Paulus in epiſtola: Nolite eſſe prudentes

Matth.10 1.Petr.4

dentes apud vosmetipsos, seu in æstimatione vestra. Nolite vobis prudentiam arrogare. Qui enim sibiipsi prudens esse videtur, hic cum arrogantia stultus est. Nulli malum pro malo reddentes. Qui enim malum pro malo retribuit, aut simile, aut grauius peccatum admittit. Ille enim qui alteri malum prior intulit, fortasse malũ, quod intulit, malum esse nesciuit. Hic autem qui malum reddit, hoc ipso, quod ad vlciscẽdum se parat, probatur malum sensisse, quod ledenti se reddere tentat. Hoc
Prou. 20 idem Sapiens monet: Ne dicas, reddã malum pro malo. Expecta dominum, & libe
1 Petr. 3 rabit te. Et Petrus ait: Non reddentes malum pro bono, sed econtrario benedicen-
Matth. 5 tes. Christus quoque: Benefacite, inquit,
Lucæ 6 his, qui oderunt vos. Prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram oĩnibus hominibus. Non satis sit vobis, inquit, synceram bonamq; habere coram Deo intentionem, nisi & prouideatis quantũ in vobis est, vt quod facitis, id proximo absque scandalo fit. Non tamen hoc necessarium est, vt opera vestra hominibus placeant, sed opus est, vt à vitio specieve mala sint aliena, ne scandalizent. Et quamuis difficulter fieri possit, quantum tamen fieri potest, & quantum ex parte erit vestra, cum oĩnibus pacem habete. Difficile enim non erit in pace esse iustis: ab omnibus autem pacem habere, & omnium sentire charitatẽ, vix possibile est. Nam verba iustorum & opera sunt iniquis contraria. Maxime autem, quia haud raro coguntur boni peccata reprehendere aliena, dissentire, repugnareque voluntatibus aliorum: quare non possunt non offendere. Verum si aliena corda turbantur, quãtum ad vos attinet, inquit, vestra sint corda in pace. In qua tunc recte sunt, cum propter Deum ab omni cauetis offensione proximi, quando charitatis iura proximo seruatis integra, quando quicquid illi debetis, exoluitis, quãdo denique propter Deum vbi oportet hominem offendere, non timetis. Est enim ex charitate odium, non quidem odium, sed zelus, qui odium sanctum, aut perfectum dicitur, propterea q̃d
Psal. 118 iniquitatem odiat. De quo in Psalmo: Iniquos odio habui, legem autem tuam dilexi. Hoc odio etiam offenderat homines,
Psal. 138 qui dixit: Perfecto odio oderam illos, puta iniquos. Quod nisi faceret, in pace non constitueretur. Sed audi quid sequitur: Inimici facti sunt mihi. Propterea dicit Paulus: Quod ex vobis est, pacem cum omnibus habeatis. Vt videlicet iniuriosa oĩnia caueatis, charitatis vbi oportet, impendatis officia, nec quando debetis eruditionẽ correptionemque negligatis, à peccantibus dissentientes omnibus. Quod si persecutionẽ propterea patiamini, audite Paulum quid moneat: Non vosmetipsos B
sitis defendentes charissimi, quia & contentiones, rixæ ac pugnæ ad nihil aliud, nisi ad subuersionem audientiũ prosunt. Vestrum quidem est neminem lædere, sed si quis vos lędere voluerit, date vos locum iræ. Cedite hosti, ac finite illum, quam voluerit in vos iram explere. Scriptum est enim: Mihi vindictam & ego retribuam. Deut. 32
Non prohibet tamen velle, si tibi iniustitia fiat, vt hoc ab eo, qui debet, puniatur, sed vt vlciscendi animo neque velis, neq; reddas cuipiam malum. Neque enim fas est, vt appetas vindictam, sed delinquentis correctionem. Iusti nanque suos magis cupiunt inimicos corrigi, quam puniri.

Sed audi benignum corrigendi modũ: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Et hoc modo similia in aliis eius indigentijs fac illi. Hoc enim faciens congeres carbones ignis super caput eius, id est, in mentem eius vrentes accumulabis cogitationum stimulos. Dolebit enim se iniuriam feciſſe ei, à quo bona recipit, indeque ipsum lucraberis, vt depositio odio te diligat. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Cum malo, hoc est, cum vitijs non tantum permittitur nobis, sed iubemur etiam, vt pugnemus saltem, non vincamur. Certamen bonum est pugnaque salubris, quo tu bonus vitio & malo te opponas. Quod si victus fueris, & malo consenseris, iam duo erunt mali. Itaque si tibi displicet malus, noli fieri malus, noli illum imitari, sed vince in bono malum. Erga hominem patiens esto, & patientia vince malum. Nam si tua patientia inimicum, aut iracundum feceris mitescere: Si mansuetudine tua, vt iniuria persequutioneve abstineat, illum induxeris, malum vicisti.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem Dominicæ, Matth. VIII.

Ante

C Nte Euãgelium huius dominicæ legitur dominus Iesus
Matth. 5 ascendisse in montem, in quo octo beatitudines, hoc est, legis Euãgelicæ perfectionẽ docuit, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ. Beati mites, quoniam ipsi hęreditabunt terram, & reliqua, in quibus nobis perfectionis constituit regulam. Siquidem opus sibi à patre commissum, quo ouem perditam recuperaret,
Ioan. 11 quoq; dispersos Dei filios congregaret in vnum prædicando exordiebatur, propter quod in mundum missus venerat. Idcirco posthac sibi non pepercit mane & sero prędicans, vadensq; de ciuitate in ciuitatem, de loco in locum, quo tempus nobis adesse nunciaret acceptabile, tempus euangeli
2. Cor. 5 zaret salutis, exhiberet se mundo lumen, inuitaret nos à tenebris ad lucẽ, vt ambularemus in semitis eius. Post igitur illũ, quẽ in monte fecerat sermonem, ijs, quæ prædicauerat, adhibere voluit testimoniũ, &
Augustin. prædicationi suæ facere fidem apud auditores, quo verbis suis veritas, virtus & salus inesse crederetur, de monte ad faciendа miracula descendit. Miracula enim & signa, quę fecit dominus Iesus, sunt tanquã
Ioan. 15 sigilla in literis, quibus confirmatur veritas prædicationis eius. Quamobrẽ: Si nõ,
Ioan. 10 inquit, opera feciſſem, quæ nemo alius facere potuit, peccatum non haberẽt, in me
Ibidem. scilicet Iudæi non credẽdo. Itẽq;: Opa quę ego facio, illa testimoniũ perhibẽt de me. Itẽ: Si mihi nõ creditis, opibus credite. Itaque de monte descẽdens dñs duo mox patrauit miracula, quæ Euangeliũ recitat hodiernum. Dicit itaq; Euangelista.

Cum discendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.

In hoc mõte sermonẽ dominus de perfectione bene longũ texuit, duoq; est miracula operatus. Mons enim ille non fuit Oliueti, sed mons quidam Galilææ, fortasis mons Thabor. Secutæ sunt autem eum turbæ multæ, alij vt diutius illum audirẽt, perfectiusq; ab eo instruerentur. Alij propterea, quod in eius pulchritudine, in venustissimis eius moribus, insuauissimaq; eius conuersatione delectabantur. Quidã etiam ex vanitate sequebantur, quo perciperent noua. Alij ex necessitate, vt curarentur à languoribus suis.

Et ecce leprosus quidam veniẽs adorabat eum dicens: Domine si vis, potest me mundare.

Pulchre miraculi post sermonem occasio datur, vt supernaturalem eruditionem Christi operatio confirmaret supernaturalis. Si enim mala docuisset, si mendaciũ esset locutus, nullo modo Deus faciẽdo miraculũ testis foret eius mẽdacij. Leprosus iste non interfuit sermoni domini in mõte, quia secundum legem à populo exclu- Leuit. 13
debatur, credidit tamẽ secundum aliquos dominum Iesum Messiam, Christum atq; Deum, ideo adorauit eum, dicens: Domine si vis, potes me mundare. Nondum viderat miraculum, sed fama inuitatus eruditionis Christi opem sibi ferẽdam ab eodẽ petiuit. Vide tamẽ, qua modestia vtitur ac sapientia, suam petitionem in domini trãsferens arbitriũ, desiderio suo ante infinuato. Dicit eñ: Domine si vis, potes me mundare. Quasi diceret: Domine, tu fecisti cœ- Hest. 13
lum & terram, & omnia, tu omnia potes. Voluntas tua, ipsa est potestas tua & opus tuum: opera enim tuæ obediunt voluntati. Te aliquid velle, est perficere. Ego quidẽ desidero mundationem leprę, sed nolo tibi esse molestus, nolo tuę esse voluntati cõtrarius. Nescio quid tibi placeat, quid mihi expediat, ambiguus sum, nisi quod tuæ voluntati obedire certissimam scio esse mihi felicitatem. Quicquid igitur vis, erit mihi id ad salutem, erit mihi bonum. Vnde si vis, potes me mundare. Veruntamen tuæ id prouidentiæ committo. Desideriũ quidem meum tibi manifesto, at illud tuæ voluntati subijcio. Videte quam plenus est fide, qui nullo adhuc viso miraculo dominum credidit omnipotentem, ei se commisit vt sapientissimo, vt beneuolẽtissimo sese subiecit. Nihil de potestate dubitat, nec de eius hæsitat bonitate, idcirco non pro sua orat emundatione, sed orandi tantum desiderium, & impetrandi fiduciam indicat. Si vis, inquit, potes me mundare. Credo quia tu es, qui Nahaman Syrum mun- 4. Reg. 5
dasti à lepra. Quis enim potest alius facere Iob 14
mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu q̃ solus es? Potes igitur non solum à Deo impetrare mihi sanitatem, vt

prophetæ fecerunt ſancti, ſed potes, ſi vis, ipſe me mũdare. Subeſt enim tibi, cum vo-
Sapi. 12 D lueris poſſe. Diſce hic orandi formã, diſce quam reſignato debeas animo acce-
dere ad orãdum Deum. Vide etiam quam verecunde ſuum infinuat leproſus hic deſiderium. Poſtremo, vide quã vtilis illi fuerit infirmitas. Inde enim motus eſt quærere Ieſum. Inde motus eſt Ieſum adorare. Inde eſt motus Ieſum confiteri Deum. Recte
Pſal. 15 igitur Pſalmiſta dicit: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerũt.
Pſal. 32 Item: Imple facies eorũ ignominia, & quærent nomen tuum domine. Nouit hoc benigniſſimus pater, quid ſuis expediat filiis. Vbi enim corda ſentit dura, vbi mundanis inuenerit rebus atq; amoribus cordanimis implicata, ſolet illis plerunque mittere aduerſitates, per quæ ad ſe redeant ærumnoſi, quoniam venire nolebant ſani. Hoc eſt verbum illud, quod in alia parabo-
Lucæ 14 la ſeruo mandat dominus, qui cœnam fecerat magnam, dicens: Compelle intrare, vt impleatur domus mea. Pro hac charitate ſingulares ſunt Deo gratiæ agendæ, q̃d non ſinit te licentioſe iuxta deſideria tua viuere, atq; impune peccare, ſed iuxta Pro-
Oſeæ 2 phetam, ſepit viam tuam ſpinis, vt cum velis, non præualeas etiam peccare, nec peccandi vias tuas antiquas inuenire poſſis. Obices enim & impedimẽta vijs & deſideriijs tuis opponit, puta infirmitates, ignominiam, paupertatem, calamitatem, quæ errantem reuocet, hallucinantem fiſtat, pereuntem reducat atq; reſtauret. Propterea i-
Pſal. 31 dem dicit Pſalmographus: In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui nõ approximant ad te.

Et extendens manum ſuam tetigit eum Ieſus, dicens: Volo, mundare.

Quis Ieſum dubitet mũdationem age-
Matt. 8 re potuiſſe leproſi ſine tactu manus? Q̃d & paulo poſt fecit cũ ſeruo Centurionis, quem ſolo nutu pronunciauit ſanum, niſi qui non perfecte credit in eum? Voluit tamen ſæpenumero vti humanitate tanquam medio atque organo quodã ea, quæ diuinæ ſunt virtutis, & quæ ad noſtrã ſpectant ſalutem, operans. Nihil præterea mireris, quod dominus leproſum tetigiſſe le-
Exo. 19 gitur, cum in lege ſit Moſi prohibitus tactus leproſi. Quia Chriſtus non erat legi ſubiectus, ſed dominus legis, nec præceptum hoc in Chriſto hic habuit locũ. Prohibitum enim erat non tãgere leproſum, ne tangens inquinaretur. Chriſtus vero nõ potuit inquinari, ſed tactu dextræ ſuæ lepram fugabat, quare tactus ipſe non fuit contra præcepti intentionem. Tetigit etiã dominus leproſum, tametſi abſq; tactu beneficium præſtare potuiſſet, vt ſuperbiam noſtram, aut nimis delicatam conſuetudinem argueret, qui infirmos nimium horremus, docens nos neminem debere ſperni, neminem non conſolari.

Et cõfeſtim mudata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris.

Non ſolum lepra corporis, verum etiam animæ ei ablata eſt, puta interioris hominis. Vide, inq̃t, nemini dixeris. Hoc intelligendum eſt, vt nemini ſe dicat mundatum, nec euulget miraculum, antequam à ſacerdotibus agnoſcatur iudiceturq; mũdus. Noluit em̃ cæcis, hoc eſt inuidis, quã tum in ſe erat, ſcandalũ præbere dominus Ieſus. Videtis humilitatẽ domini Ieſu, qui potuit leproſos mundare, q̃modo omnes depellere potuit morbos, tamẽ noluit eos, quos curauit (vbi exigebatur ſacerdotum iudicium) abſq; iudicio eorundem, vt mũdos haberi, ſed diuinam ſuam quoq; virtutẽ (quæ operabatur miracula) iudicio ſubiecit ſacerdotum: quandoquidẽ quos diuina virtute ipſe curauit, ſacerdotũ iudicio adhuc examinandos, an vere ſcilicet mundi eſſent, ſubiecit. Poteſt autem & alius quoque hic eſſe intellectus, quare nemini voluerit dici miraculum. Certe quod omnes videbant (turba enim erat ibi hominũ maxima) non potuit latere. Quo ergo attinebat, vt prohiberet miraculum ſeu beneficium diuinum nemini dicẽdum? Credẽdum eſt, aut ante iudicium ſacerdotum, vt dixi, nemini ſe oſtentare, iactareve debere pro mundo, aut illud præceptum non fuiſſe prohibitiuum, ſed indicatiuũ & inſtructiuum. Quare eius non fuerit volũtas mũdato præcipere, vt taceret, ſed nobis omnibus indicare, quod manifeſtari non cuperet, nec hominum gloriam affectaret. Potuit ſuſtinere, vt homines miraculum ſcirent, nunciarentque ad animarum ſuarũ ædificationem, ſed prohibendo euulgari, id ſolum voluit, vt ſciremus, quod hoc miraculum faciendo gloriam non quæſiuit ſuam, non quod ſibi a gloria vana (cui 1. Tim. 1 ſoli

1. Tim. 1 ſoli om̃is debetur gloria) timuerit, ſed qa nobis metuebat, ne imponeret nobis gloria inanis, auferretq; boni operis à nobis omnem fructum. Ideo docuit nos, cũ bona opera fecerimus, non eſſe gloriæ auidos, ſed potius deſiderare nos manere in occulto & abſquę gloria, quam manifeſtari aut laudari, tametſi opus factum ſit in publico. Non ergo hoc modo pręceptum erat, vt occultaret, nec manifeſtans delinquebat, ſed nobis ex verbis his: Vide nemini dixeris, eruditio inferebatur, vt appetamus non prędicari aut laudari.

Sed vade, oſtende te ſacerdotibus, & offer munus tuum, quod præcepit Moſes in teſtimonium illis.

Sacerdotes te videant & iudicent, qui ſi mundum videntes, te inter homines viuere decernant, ac mundum pronuncient. Hic Chriſtus nos ſub lege gratię viuentes docet, quanquã ipſe ſit, qui nos mundet à lepra peccati, idq; per contritionẽ, quę ſæpenumero, vt debet, prędcedit confeſſionẽ, nihilominus tamẽ mittimur, q̃uis coram Deo mũdati, ad ſacerdotem, cui noſtra cõfiteamur peccata. Quibus auditis, & perſpectis nobis, an plaga hæc lepræ, hoc eſt, an volũtas peccandi in nobis curata ſit, iudicat nos mundos, & iuſtos pronunciat.

Cum intraſſet autem Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio rogans & dicens:

F Capharnaum ciuitas fuit ac metropolis Galilææ. Quod vero acceſſit ad eũ Centurio, non intelligẽdus eſt in ſua perſona acceſſiſſe, ſed Iudæorum ſeniores miſit legatos, vt Lucas ait, pro ſe. Qui cum veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſollicite, dicentes: Dignus eſt, vt illi hoc pręſtes. Diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Quod lucidius, paulo q̃ poſt in eodẽ loco monſtratur. Sequitur enim, quod Centurio renunciari fecerit Chriſto: Meipſum non ſum arbitratus dignum, vt venirem ad te. Per internuncios igitur loquens Centurio dixit:

Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam, et curabo eum.

Ibidem. In Luca dicitur eo proceſſiſſe infirmitatem, vt naturali modo aliud nõ ſupereſſet, quam mori. Vide hic, quam fidelem ſe prę-
Luc. 7 ſtet dominum Cẽturio, imo magis patrẽ, quam dominum erga ſeruum infirmum. Et ait illi Ieſus, ſcilicet p internũcios: Ego veniam & curabo eũ, hoc eſt, paratus ſum venire ad domum tuam, & tuũ curare ſeruum, ſi vis vt optas. Non em̃ affertiue hoc loquitur Chriſtus (quia futurum præſciebat, vt non eſſet in eius domum venturus) ſed dicit id beneuolentiam oſtendendo, qua, ſi optauerit, paratus ſit venire. Mul-
Centurionis virtutes q̃modo ſint imitandę. tæ huius Centurionis virtutes hic oſtenduntur. Habuit enim magnã fidem. Nam credidit Chriſtum etiã abſentem ſolo imperio infirmitates poſſe curare, vtpote cui obedirent omnia, nec tantam graſſari poſſe in homine infirmitatẽ, quam curare nõ poſſet. Fuit mirum in modũ humilis, ideo ex humilitate ad dominum venire abſtinuit, arbitrans ſe indignum (cum eſſet gẽtilis ſeu paganus) venire ad tam ſanctum Dei. Non audebat alloqui, nõ audebat domo ſua ſuſcipere Chriſtum, nõ quod non deſideraret, ſed quod indignum ad hoc ſe æſtimaret. Habuit præterea magnam charitatem, qui tam feruenter, tam conſitãter, tamque affectuoſe rogauit pro ſuo ſeruo, quem præ ingenti dilectione pũerum nominauit, non ignarus illius Eccleſiaſtici: Eccleſ. 7 Seruus fidelis ſit tibi quaſi filius. Vide hic quoq; humilitatem Chriſti. Rogatus à regulo, ad ipſius filiũ venire noluit: non Ioan. 4 rogatus ad Centurionis ſeruum venire paratiſſimus fuit, adeo perſonarũ haudquaquam acceptor, Chriſti reſponſione accepta, audiens quod ad domum pararet ſe Ieſus venire illius, mox renunciat Centurio humillime, dicens vt ſequitur:

Et reſpondens Centurio, ait: Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectũ meum, ſed tantum dic verbo, et ſanabitur puer meus.

Sciebat Centurio, quam abominabile G eſſet viro Iudæo in domũ ire Pagani, ideo moleſtum nimis putabat Chriſto futurũ, vt ad ſe veniret. Non dubium eſt Cẽturionem illuſtratione diuina fuiſſe imbutum, qui virtutes diuinas haberet infuſas, vtpote vir religioſus, bonus ac timens Deum, quemadmodum de Cornelio in Actis a-
Actor. 10 poſtolorum legitur. Nam quod Iudæis ſy-
Lucæ 7 nagogã ædificauerat, indicabat, quod vnius Dei veri cultor, animoq; Iudæus erat. Explicat aũt fidem ſuam plenius, qua credit Chriſti corporalem pręſentiam non eſ-

ſe neceſſariam,ſed virtutem,hoc exemplo.

Nam & ego homo ſũ ſub poteſtate cõſtitutus,habens ſub me milites. Et dico huic: vade, & vadit:& alio, veni & venit:& ſeruo meo fac hoc, & facit.

Quaſi diceret:Haudquaquã id rogo, vt dominus Deus meus fatigetur,aut humiliet ſe ad domũ venire Pagani & incircuncifi.Neq; enim id eſt neceſſarium,cum ex poteſtate,quæcunq; vult operari,poſſit omnia,& hoc multo plus,quam ego, qui multo ſum indignior,non dominus, ſed ſub poteſtate humana maiori adhuc conſtitutus.Quia tamẽ ſub me milites habeo, quãdo dico huic:vade, vadit:alteri ſi dico: veni,venit,& omnes mihi obediunt,quanto magis tibi & homines & angeli obediunt,qui tuum exequuntur beneplacitum?

Audiẽs autẽ hęc Ieſus, miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit:Amen dico vobis,non inueni tantam fidem in Iſrael.

Audiens Ieſus verba Centurionis, quæ ſibi nũciabantur,miratus eſt,hoc eſt, ad modum mirantis ſe habuit, vt nos admirari faciat gentilis & incircuncifi hominis fidem, oſtẽdatq; nobis, quantum ſibi placeat hominis Pagani huius fides,quãtum Iudæorum contra diſpliceat infidelitas.Miratur igitur dominus,quia mirandum nobis infinuat. Ideo ſequentibus ſe turbis dixit: Non inueni tantam fidem in Iſrael. Nõ putes Chriſtum prætuliſſe Centurionis fidem fidei ſuæ matris, aut fidei apoſtolorum,quia loquebatur de his, qui ex prędicatione eius generali credere cœperant,non de his, qui etiam ante eius prędicationem in illũ credebant. Alio quoque poteſt dici modo dominum ſua verba voluiſſe intelligi comparatiue,vt diceret ſe non tantam inueniſſe in Iſrael fidẽ, quantam in Centurione.Dignum autẽ erat maiorem eſſe & inueniri apud Iudæos,quam apud gentes. Et tamẽ iuxta conditionem vtriuſq; plebis & ſingulis expenſis, maior fuit fides Centurionis, quam Iudæorum, non ſimpliciter, ſed collatiue, quia maior erat pro gentili homine in ſua ſorte & cõditione,quam Iudæorum in ſua vocatiõe: hæc enim multo debuit eſſe maior, quam gentium, quia nondum erant vocati. Eſt autem ſimilis locutio, quomodo ſi alicuius ruſtici laudetur prudentia,quæ maior ſit,quam hominis docti, aut ciuiũ,ac philoſophorum, hoc intelligeretur verum in genere ſuo,puta quod ruſtici prudentia in gente ſua maior apparet,quam oppidani, aut philoſophi inter ciues, aut ſapiẽtes,& doctior inueniatur ruſticus,nõ inter philoſophos,ſed inter ruſticos,quam philoſophus inter philoſophos.

Dico autem vobis,quod multi venient ab Oriente & Occidente,& recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autem regni eiſcientur in tenebras exteriores.

Dico autem vobis,quod multi veniẽt ab Oriente & Occidente ad fidem per prędicationem apoſtolorum, & per illuminationem ſpiritus diuinam,& recumbent cũ Abraham,Iſaac,& Iacob in regno cœlorũ: filij autem regni,quia non hi qui ex ſemine ſunt Abrahę,dicuntur filij,ſed qui fide ſequuntur Abrahã, eiſcientur in tenebras exteriores. Filij regni,hoc eſt,Iudęi,& omnes vocati,quibus ex vocatione deberetur (ſi iuxta ſuam viuerẽt vocationem) regnũ Dei:ſi ſuam vocationem negligunt, eiſcientur in tenebras exteriores. Ante cum intelligerent periculum ſuum,peccatis abſtinere noluerunt, ſed in tenebras inciderũt interiores,vnde quo ambulent,non videt, ſed tenebrę eos comphenderunt,qa odiũt lucẽ,amãt vero ſuas tenebras Faciamus nos aliter.Docẽt nos ambo,tam leproſus, quam paralyticus, hic ad medicũ fugere, qui non minus paratus eſt mederi animabus,q̃ corporibus noſtris.Propterea rogauit dñm Pſalmiſta:Dñe miſerere mei,ſana animã meam,quia peccaui tibi. Leproſus vero hic à domino petiuit munditiã.Cunctis fere eſt hominibus naturale ac inſitũ, diligere munditiam.Vide ſi nõ omnia optes munda? Mũdam cupis habere veſtẽ, mundum cibum,mundũ lectum,vas mũdum,domum & omnia alia mũda. Quare non item animã quærimus mundã? quare cor non ſeruamus mundum & conſciẽtiam?Beati,inquit,mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Qui igitur immũdo ſunt corde,Deum non videbunt. Quotidie igitur ad dominum clamet veſtrum vnuſquiſq;:Cor mundũ crea in me Deus,et ſpm̃ rectũ innoua in viſceribus meis. Exterior immundicia corporalis nõ coinquinat hominẽ.Nam etſi oĩa forẽt immunda externa,quamdiu anima nõ ingnatur,

Pſal.40

Munditia q̃ ſit optabilis.

Matth.5

Pſal.50

Matth.15

nihil

nihil refert.Placet Deo innocentia,placet etiam pœnitentia, vnde ſi non omnes ſeruamur mundi,ſaltem Deo reconciliemur mundandi.

Et dixit Ieſus Centurioni:Vade, & ſicut credidiſti,fiat tibi.Et ſanatus eſt puer ex illa hora.

Pñſſimum cor Ieſu nullo vnquã tempore in ſe poteſt confidentes deſerere. Nã fides quæcunq; poſcit,impetrat. Nobis igitur qui multis circundamur malis, & fides inſuper modica eſt, expedit pro fide dominum rogare. Quod Apoſtoli quoq; fecerunt dicentes:Dñe adauge nobis fidẽ. Quidã pterea filiũ ſuũ dño cũ obtuliſſet ſanandum ab eo audiuit:Si potes credere, impetrabis. Omnia enim poſſibilia ſunt credenti.Qui procidẽs,Credo,inquit,domine,adiuua incredulitatem meam. Hoc modo nos quoq; tametſi minor, quam æquum ſit fides noſtra, nobis augeri roborariq; fidem rogemus. Quæ vbi nobis adfuerit, haud dubium quæcunq; deſideramus,impetrabimus p dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum,qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Lucæ 17

Mar.9

SERMO IN EADEM DOminica.Quę Chriſtiana ſit vita,quid Chriſtum imitari, & cuiuſmodi ſeruanda oratio.

I

Pſal.17 Phil.2

CVm deſcendiſſet Ieſus de mõte,ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.Mat.VIII. Chriſtus de mõte ſancto ſuo deſcẽdit ad nos, à ſummo eñ cœlo egreſſio eius. Vñ deſcẽdens exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens,factus vt eum poſſent ſeq turbæ multæ. Aſſumpſit enim naturam noſtram in qua à nobis poſſet videri, audiri & tangi,in qua nos poſſet docere, & ad viam inſtituere ſalutis: in qua denique pro peccatis noſtris poſſit ſatisfacere,poſſet pati & mori pro nobis. Tunc ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ.Ante non potuerunt eum ſequi.Poſtquam autem ſeipſum præbuit exemplũ,& factus eſt nobis via, inuitat nos ad ſui imitationem. Idcirco enim venit in mundum. Quid eſt igitur ſequi Chriſtum?Poſt eum ambulare, & ſicut ambulauit,ambulare.Quomodo,inquis, ambulauit,& quo illum debemus ſequi? Si quis, inquit,vult poſt me venire, abneget ſemet ipſum & tollat crucem ſuam,& ſequatur me.Vides quia ſui abnegatio, crucis ſuſceptio & vitę Chriſti imitatio fit Chriſtiana vita,ſit ſequi Chriſtũ. Tria certe hæc ſunt ardua,ſed nobiliſſima tamen, quæ Chriſti hic faciunt diſcipulos & imitatores, haud dubium quin in vita futura etiã cohæredes,& regni cõſortes. Quid eſt inquis,abnegare ſeipſum? Attende & obſerua deſideria tua. Vide quid te delectet aut afficiat,quid tu deſideres aut concupiſcas, ad quid inclinatum & pronum te inueneris.Si te delectant cogitare mundana, obſcœna aut carnalia,ſi ſupba,vt honoresofficiaq; appetis.Si in illo,illove ſtatu eſſe appetis,ſi noxia deſideras,aut agenda,aut ſaltem cogitanda,abneges te,vt hæc nolis cogitare,repugna his omnibus,non acquieſcas cõcupiſcentiæ huic,aut delectationi. Dic:Ego nolo hæc cogitare, nolo his deſiderijs conſentire,mala ſunt, noxia ſunt, & in interitum mergunt,Ite,ite turpes beſtiæ,non audiam vos. Non faciam, Deus adiutor meus.Ite,Nolo vos,nõlo. Quare? quia Chriſto meo hæc diſplicent, quia dominus Ieſus hæc odit,hæc prohibet, quia dominus meus Ieſus hic pauper fuit & deſpectus,quia carnem ſuã hic affligens macerauit,non blandiens fouit.Eam ob rem ego domini mei voluntatem ſciens, & qđ pro me paſſus ſit, quid mihi prohibuerit, quid me docuerit, debeo me illi conformare. Nolo igitur cor meum huiuſmodi immunditijs odioſis inquinare.Hoc modo faciendo te abnegas, quia non vis, nõ admittis quæ libenter velles,qa impugnas quæ diligis,propellis quę deſideras,vis carere his quæ appetis. Obſerua prætera quid horres,fugis, quove libenter velis carere,aut exonerari. Si ad Chriſti eſt gloriam,noli hoc abijcere aut fugere, ſi tibi miſſum eſt,ſi iniunctum,ſuſtine.Sentis laborem te grauantem,habes q̃d te inquietat officiũ. Toleras, qui tibi eſt moleſtus, hominem,audis tibi detrahentem. Et his omnibus velles aut liberari,aut carere,aut alijs imponi. Dic tibijpſi: Haudquaq̃. Tu nõ facies voluntatẽ tuã,non ſatisfiet deſiderijs tuis,qa Chriſtus nõ venit facere volũtatẽ ſuã,ſed patris ſui q in cœlis eſt.Chriſtus p te dura ſuſtinuit, Chriſtus odientibus ſe benefecit,odiẽtes dilexit,p te laborauit,fatigatus eſt, eſurijt, ſitijt, in mortẽ vſque obediuit,& ego nihil ſuſtinebo? Si Chriſtus nõ venit facere volũtatẽ ſuã,q̃mo

Rom.8 Abnegare ſemetipſum qđ.

K

Lucæ 9

Ioan.6

Ioan.5

do ego tunc faciam voluntatem meam? Christus non suam, sed voluntatem fecit patris, & ego non faciam voluntatem meam, sed domini mei Iesu Christi. Si ipse ab hac me molestia liberare decreuerit, liber ero. Si liberare noluerit, si me aduersa sustinere voluerit, nec ego me liberabo, sed sustinebo & tacebo. Quis sum ego vt repugnem voluntati diuinæ? Quod ego nollem secundum carnem, iam volo secundũ spiritum. Quod nollem alioquin propter me, iam volo propter amorem & beneplacitũ domini mei Iesu Christi. Ecce hoc est abnegare seipsum, frangere, negare sibi desideria sua. Portare vero crucem est omnem aduersitatem, molestiam, tentationẽ, laborem, infirmitatem, & contrarietatem, quancunq; super te venientem libenter accipere de manu domini, hanc æquanimiter, & si non potes semp hilariter ferre. Cogitanda est quæuis tribulatio crux esse domini à Deo tibi missa. Crux, inquã, est tua. Nec iuberis aliam quam tuam ferre crucem. Restat autem tertium, quod iuberis sequi Christũ. Quid est sequi Christum? Imitari eius vitam & actus virtutis, quibus te docuit & verbo & exemplo. Si auscultas loquentem, audis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Ecce hic verbo te docet, & ex suis moribus iubet discendum, quia oportet esse mitem & humilem corde. Vbi vita ac moribus hoc docet? Nusquam locus est, nullumq; tẽpus, q̃ id non exhibeat. In p̃senti Euangelio nanque nonne humillimi ac mitissimi cordis erat, q̃d leproso: Dñe si vis, potes me mũdare, dicenti continuo respondit: Volo, mundare? Nonne humilitatis fuit & mititatis, quod leprosum benedicta sua manu tetigit? Quid tam à superbia alienum, quã quod ad Centurionis seruum accedere paratus fuit? Ego veniam, inquit, & curabo eum. Porro quando Iudæi illum calumniabatur, dicentes: Nõne benedicimus nos, qa Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Respondit: Ego dæmoniũ non habeo, sed honorifico patrẽ meum. Quid humilius, q̃d mitius potuisset respõderi? Quod voracẽ, potatorẽ vini, amicũ publicanorũ, & reliqua id genus nomina in illũ blasphemi sibi vsurpant, nũ pptera vnq̃ dñs maiestatis irasci visus est? Nunq̃. Tacuit & nihilominus illis benefecit, q de se mala loquebant. Nõ indigeremus idcirco alijs multis libris. Vna vita Christi liber nobis esset vitæ sufficiens, ex q̃ discemus oĩa. Christi exẽpla nobis plena esset informatio. Secutæ sunt itaq; saluatorẽ turbæ multæ. Refert aũt ibi quoq; fuisse leprosus, q omnium infirmorũ speciem obseruat. Quomodo aũt lepra corporalis est infirmitas, ita etiam quædam est animæ lepra, quę in corporali lepra significat, nõ quemcunq; peccatorum indicans, sed eũ, q est manifestus & alijs contagiosus. Sunt enim q̃dam peccatores, quorum colloquia mala bonos corrumpunt mores, quorum vita scandalizat, & quibus plerunq; non satis est, vt ipsi impie agant, nisi & alios secum ad peccata trahant. Hi sunt leprosi, atq; propterea vitandi. Consortium enim illorum inquinat. Potest autem hic quoque vniuersum genus humanũ, quod erat leprosum, intelligi. Quotquot enim ex Adã nascimur, ex parẽtibus infectis pariter & nos infecti originali peccato nascimur. Sumus ergo à regno cœlorum vt immundi excluſi, nisi mundet nos saluator noster Christus Iesus. Itaque leprosi nascuntur omnes, & nemo mundus à sorde. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Clamauit autem natura humana, lepra scilicet infecta, per prophetas & in patribus: Domine si vis, potes me mundare. Non exigit debitum, sed gratiã erga se p̃uocat & beneuolentiam, quia misericordiæ est diuinæ, quod nõ sumus cõsumpti: multo maioris aũt quod sumus redempti. Quãdo ergo sibi placuit, descendit ad nos de monte suo cœlesti. Distulit incarnari, quia voluit primo morbum satis agnosci. Extendit dexteram suam, & tetigit nos. Quomodo naturam nostram tetigit? Quãdo incarnatus est, quãdo eandem sibi naturam viuit. Itaque mundauit nos, dicens: Mundare. Non verbo solo hoc dixit, sed opere & veritate. Dilexit enim nos & lauit nos in sanguine suo. Potest autẽ hoc modo de singulis peccatoribus exponi. Habemus nihilominus in hoc leprosо, hoc est, in hoc infirmo, oĩm infirmorum typũ sanitatem optantium, & figurã modumq; orãdi. Nos em̃ cũ infirmi sumus, nõ aliud clamamus q̃: O dñe vtinã essem sanus. Ah domine sana me. O si tu scires, quanta tibi bona adfert infirmitas, nequaquam eã dem tibi velis abesse. Potius orares: O domine da mihi patientiam, vt æquanimiter

L

Crucem portare quid sit.

Seq Christum quid sit.

Matt.11

Matt.8

Ioan.8

Matt.11

Lepra mystica quæ sit.

1.Cor.15

Genus humanũ vt fuerit leprosum.

Pſal.40

Iob 15 Esaiæ 1

Thren.

Apoc.3

Infirmitas quæ bona adferat.

miter sustineam infirmitatem. Vis scire q̃d tibi conferat infirmitas? Vide quando melior sis. i. quando magis te à peccatis contineas, sanus an infirmus. Hunc igitur qui tibi salubrior est, statũ dilige. Si infirmus es, primo à gulæ peccato liberaberis. Infirmus enim nec edendi appetitum habens, quomodo potest gulę peccato labi aut falli, cum exosum iam præ infirmitate habeat cibum? Aegrotum non delectant risus & gaudia, non est ei cura de vestium præciositate. Multa deniquæ quæ oblectare te solebant, ex infirmitate intereunt. Multa quę desiderare solebas, fastidis. Dolores te premunt, & cõtemptibilis factus es. Nũ vltra superbies, aut minaberis? Quãdo ergo sentis infirmitatem, meminisse debes, quod à Deo ad mundi ante ceciderис amicitiã: quare vanitate aut iniquitate deliqueris. Inde ergo p̃fissimus medicus tenititur reuocare. Quãobrem nullo est pacto ei resistendum. Dicendum potius: Sana me domine, quia peccaui tibi. Amouẽda infirmitatis causa, peccatum. Hoc modo leprosus ille veniens, non audebat dominum rogare pro sanitate, sed dixit: Domine si vis, potes me mundare. Tu quidem potes, sed ego sanitatem petere nõ audeo, quamdiu mihi tua est voluntas incõperta. Simili pene modo orandi, sunt vsæ Maria Magdalena & Martha. Lazaro em̃ fratre suo ægrotante miserunt ad dominũ Iesum, dicentes: Dñe quem amas, infirmatur. Non rogant vt sanetur, sed infirmum significãt, atq; quid agendũ sit de illius infirmitate magistro committunt. Sic orauit Mardochæus, dicens: Dñe in ditione tua cuncta sunt posita. Si decreueris saluare nos, continuo liberabimur. Hoc modo Christus quoque orauit, postquam naturæ humanæ infirmitatem ostendisset, qua optabat, si Deo ita placeret, non pati, subiungit quod in oratione erat præcipuum, & quod omnino volebat: Verun tñ non sicut ego volo, sed sicut tu. Itaq; sunt quædam, quæ nobis non possunt nocere, de quibus etiam certum est ea placere Deo: Hæc licite possumus omni tempore orare, vt sunt, veniam petere de peccatis, cõtritionẽ, emendationẽ vitæ, gratiã Dei, virtutes, beatitudinẽ & huiusmodi alia, q̃bus nõ possimus nõ bene vti. Hæc semp exaudit Deus, si p̃seueramus orãtes. Etsi aliq̃n videamur nobis derelicti & à Deo pie-

Ioan.11

Esther 15

Matt.26 Mar.14

Orare q̃nam securius possimus.

cti, haudquaq̃ tñ derelinq̃mur, sed sępenumero nos derelinquimus ipsos & Deum, hoc est hanc partẽ hominis neglectam relinquimus, q̃ erat in Deo. Modo enim ferуenter oramus, paulo post adeo procul à Deo tendimus, vt prioris bonæ voluntatis vix moueat memoria. Quãdo ergo nos ab oratione deficimus, quãdo his pro quibus orauimus, aut quæ petiuimus à Deo, cõtraria agimus, quomodo exaudiemur? Necesse est igitur in oratiõe p̃seuerare, nõ vt semp ad orationem stemus, sed vt desideria sancta non deficiant, prouidendum, ne ab oratione ad noxia & contraria labamur. Qui enim semp in desiderio est, semper orat. Qui semper Deum, Deiq; gratiã ac virtutes desiderat, quãdiu nihil ab his diuersum admittit, etiã dormiẽs orat. Differt tamen etiam interdum dominus, quod præstare vult, vt doni necessitas dignitasq; dantis, item charitas & suscipientis infirmitas plenius agnoscatur. Non em̃ absq; conatu & industria nostra vult Deus sua nobis dona infundere, ne ignoremus, à quo receperimus, magisq; efficiamur ingrati. Nec dona sua in nobis vult esse ociosa aut carere fructu, sed terram nos esse vult bonam & optimam, quæ reddat fructum centuplum. Vbi ergo orantes p̃seueramus, vbi omnem conatum nostrum expenderimus, & agnouimus post vniuersos labores nostros pro virtute exãtlatos, ex sola Dei misericordia nobis virtutem prouenire, laborem & conatum nostrum quidem à Deo requiri, sed fere nihil hunc nisi ad agnitionem nostri & humilitatem suffragari, ab omnipotentis vero manu beneuolentissima omnia expectari, tunc à domino in his, quę nobis prosunt, exaudimur.

Quis semper oret.

N

Paralytic⁹ quid mystice.

In secundo miraculo per paralyticum nobis homo acediosus significatur, qui acedia, hoc est fastidio tædioque in diuinis suscepto, quicquid deuotionis est, nauseat. Periculosa valde est hæc tentatio, & tepidis familiaris. Quæ tepiditas multo magis est noxia, quam frigiditas. Qui enim grauioribus aut lætalibus peccatis tenentur captiui, interdum gemunt sub oneribus, & agnoscunt suã captiuitatẽ, hi quoq; sæpenumero humiliores sunt, citiusq;, aut frequentius compungunt, q̃ tepidi & acediosi, qa se agnoscũt peccatores, seipsos corrigunt, & feruentes ex prioꝝ delictoꝝ conſci

Tepiditas quã sit pe riculosa.

scientia fiunt. Porro tepidi iusti, propterea quod non grauium sunt peccatorum sibi conscij, viuunt absq; feruore, nec valde timent, quasi sua innocentia contenti, ideo raro ad meliora proficiunt. Qui aũt in eiusmodi veniunt tepiditatem sic perseuerantes, fere semper periclitantur, potissimum religiosi. Tædet enim eos tanquam paralyticos manus admouere ad bona opera. Grauat eos in oratione stare, laus eis est diuina insipida, deuotionem nesciunt, simplicitatem rident. Quicquid pium est, fastidiũt. Vbi possunt à templo, à choro, à sermone, & ab officio abesse diuino occasiones quærũt. Nouitates & rumores mũdanos audire affectãt. Hi etsi alia peccata grauia non habẽt, ipsa indeuotio, acędiaq; ad grauẽ eis culpã imputabit, qa in Dei seruitio se tã habuerũt infideliter, quã negligẽter. De hac infirmitate in Apocalypsi cuidã dñs facit nunciari: Vtinã esses calidus

Apoc.3

aut frigidus: hoc est, vtinã p deuotionẽ fueres, aut saltẽ frigidus, te peccatorẽ & reprobum agnosceres, citius tibi appropinquaret salus, q̃ q̃d tepidus es) sed qa neq; calidus neq; frigidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Hæc tentatio non curatur fugiendo, aut occasiones euitando. Quãto eñ te plus abstraxeris à deuotionis exercitijs, tanto semp sterilior, pigrior atq; diuinoꝝ eris fastidiosior. Si igit vincenda est hæc passio, contra teipsum te erigas oportet, & omnẽ occasionẽ quæras te stabiliendi in diuino officio, in pijs exercitijs, cogẽdiq; te ad studia deuota ac pia, licet in uitũ. Hic te nõ cõuenit tecũ dissimulare, sed inferre vim tibijpsi, & nouis q̃tidie oneribus acediam tuã grauare. Dic tibijpsi: Tu stabis & manebis in hac missa, in his vesperis, in hoc sermone, etiam si catenate cogar constringere. Imo cum quod debes nolis, cogam te etiam facere plura quam debes. Si vim itaque intuleris tibijpsi, videbit dominus certamen ac laborem tuum, & dabit victoriam tibi, vt acędiæ spiritus abs te abscedat, adiutusque eius grata libereris per eum, qui pro te pependit inter duros dolores in cruce, Iesus Christus dñs noster bene dictus in secula, Amẽ.

Quõ curetur hæctatio.

DOMINICA V. POST NATIVITATEM

domini, epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos XIII.

XI Exod.20

NEmini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

PAPAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Rom.13

ANte hæc verba Apostolus Romanos, imo & mortales cunctos præmonuerat, vt omnibus sua redderent debita. Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: & hoc modo singulis quicquid deberent, redderent. Nemini aliquid deberẽt, nunc reddendum: quia absq; iniuria non fit, si alicui debeas aliquid & reddere posses, si non reddideris. Quo periculum peccatumq; intelligitur, præcipue horum, qui cum habeant q̃d debẽt, & liberare se possint, non tñ quod debere se fatentur, etiã soluũt. Grauatæ eñ nimis ferũt à pecunia exonerari. Dicit itaq; priorẽ sentẽtiam confirmans: Nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Cum enim alia fuerint à vobis reddita omnia, puta pecunia, vectigal, honor, timor, & id genus plura, vnum manet quod semper debetis, vt vos mutuo diligatis. Nullum nanq; tẽpus est, quo non debeamus nos diligere mutuo. Alia eñ quæ debentes reddimus, à nobis transeunt ad alios, q̃bus damus. Charitas vero nunquam satis reddit, vt liberemus nos semel, posthac non dilecturi: sed manet debitum, vt quamtumuis soluimus, quantũuis reddimus, semper æque debitores maneamus, nec etiam charitas, cũ reddimus eã, aut impendimus, à nobis ad alios tranſit, ita vt nos deserat, sed quo plus

plus soluimus, eo plus retinemus. Est ergo sensus: Cætera oĩa soluite, vt nihil debeatis. Charitatem autem ita soluite, ita effundite, vt semper eam habeatis & debeatis. Qui enim diligit pximum, legem impleuit. Charitas enim sola est quæ legem implet, sine qua lex nulla impleri potest. Nihil autem obstat, quod solam dilectionem proximi hic commemorat, qa dilectionem Dei neutiq̃ tacet, quisquis dilection em mandat proximi obseruandã propter Deum. Non enim ea dilectio nobis proximi præcipitur, quæ ex affectione est naturæ, aut sanguinis propinquitate, aut sociali, familiarive contracta consuetudine, sed quæ propter Deum concipit, fouetur & impenditur. Dilectio itaq; proximi legem impleuit. Nam non adulterabis, quid aliud est quam proximũ diliges? Qui enim proximum diligit, eius non de honestat vxorem. Itaq;, non adulterabis, non occides, non furaberis, nõ falsum testimonium dices, non concupisces rẽ proximi tui: & si quod aliud est mandatum, implet perficiturq; in hoc verbo: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quis eñ eius vxorem adulterat, quis illũ occidet, quis ei furabitur, qs falsum contra illum testimonium proferet, aliave iniuria, aut contumelia lædet, quem diligit? Omnia igitur hæc legis p̃cepta de dilectione proximi, in hoc vno coadunantur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quapter quomodo te diligere debes, hoc modo etiam proximum dilige, puta ad virtutem, ad salutem, ad Dei honorem, ad iustitiam quoq;: hoc est, quia iustus es, aut vt iustus fias te, ac proximum dilige. Dilectio eñ proximi, malum non operatur. Charitas enim nõ peccat. Sed vide quæ dilectio sit charitas, ne alia quã charitatis dilectione hominem diligens seducaris. His enim qui ex pfesso dominum Deum solum volunt diligere, multa sese obijciũt, q̃bus fallitur, irretiturq; animus ad diligendũ, quæ sub fuco quidam se putant charitatis amare, ad quæ tamen charitas non trahit, sed carnalis, sensualis, naturalis, vitiosusq; amor vt diligantur. Porro vbi vera est dilectio, vbi vera charitas, ibi plenitudo, impletio, consummatioque est legis, dilectio.

Dilectio proximi quẽnã p̃ciplatur.

Exo.20

Matt.20

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ, Matthæi VIII.

B Matt.7 Luc.4

POst leprosi & paralytici serui, scilicet Centurionis, curationẽ, vbi Petri à febribus socrum curauerat, aliosque multos dæmoniacos & lãguidos, videns turbas iuxta se, voluit in alteram partem lacus transfretare, in omnibus volens nos docere, atq; quomodo non solũ in terra, sed etiam in mari potens esset miracula facere, cui qa dñs erat vniuersæ, forent subiecta oĩa, ostẽdere. Ait ergo Euangelista:

Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius.

Quod Christus vltra mare (Sicẽ quẽuis lacum magnum aut aquæ congregationem ludæi vocant) recedere voluit, qua si turbas fugiturus, nõ ideo fecit quod secreto loco, solitudineve posset iuuari, sed nobis, vt alia omnia, hoc monstrauit in exemplũ, quo turbas, hominumq; aspectus vbicunq; potuerimus, declinemus. Nobis enim timuit, ne popularis fauor, turbæ acclamatio, laus, gloriaq; hominum imponeret: ideo in se docuit nos eligere secretũ, & ab hominũ occursu aspectuq; nos subducere. Alia quoq; potuit esse ratio (nihil eñ nos non docere voluit) vt post multas fatigationes turbarum in aliũ secederet locũ, vltra scilicet mare Galilææ, quo infirmitatem humanã rege interdũ egere mõstraret, quomodo alibi Marcus illum suis dixisse refert: Venite seorsum in desertũ, & requiescite pusillum. Voluit p̃terea dominus hic præcipue prælatos & eos, q aut docere, aut p̃dicare alijs solent, docere, q̃modo, vbi necessitas est, alijs viuant, verum vbi satisfecerint alijs (quibus sua opera subuenerunt) sese ad se, hoc est, ad locum secretum, ad abstractam vitam atque mentis secessum recipiant. Neque enim alijs tantum, neque sibijpsis solũ nati sunt, sed à Deo in curam, in regimen, & in ædificationem sunt multorum constituti, pro quorum eruditione & pabulo ỽbi Dei, ipsi quoq; sæpius redire habẽt ad pastũ, hoc est, ad lectionũ, orationũ, meditationũq; secreta silẽtia: vbi ppriæ vacent cõscientiæ discussioni, vbi deuotæ studeãt cõpunctioni, & in seipsis discant q̃dalios sunt docturi. Sciendum autem nihil hic

inter

in terris dominum egisse,quod non docere ret,quod non ædificaret, quod nobis nõ loqueretur.Humilitatis enim magister humilia nos vult libẽter amplecti, quod suo nos propterea exemplo docuit.Siquidem nusquam nauem cortinis opertam, nusq̃ negociatorum nauem aliquam sumptuosam,sed piscatorum tantum legitur nauiculas intrasse. Quo nos humilia, viliora quoque docet amplecti, spretis superbis atque pomposis.

Et ecce motus magnus factus est in mari,ita vt operiretur nauicula fluctibus,ipse vero dormiuat.

Voluit suam virtutem,omnipotẽtiamque monstrare nobis,cui omnia cogerentur obedire elementa:idcirco fortasse, nõ naturaliter,sed eius dispensatione singulari tempestas in mari, hoc est,in stagno Genezaret,quod transibat, exorta est vehemens adeo,vt submersi fuissent,nisi à dño id magno prohibitum fuisset miraculo. Voluit enim discipulos maris aduersitate, periculoq; mortis exterreri,quo compulsi confugerent ad orationem. Est enim ꝑcipuus hic stimulus reuertendi ad dominum,ciusq; opem quærendi, dum tribulamur.Manifestat hoc,qui dicit.Exaudi me domine,quoniã benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo,quoniam tribulor,velociter exaudi me. Intende animæ meæ & libera eam. Propterea alibi quoq; refert Psalmasta: Clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Ipse vero dormiuit,& vt alius habet Euangelista,in pupi super ceruical,in futuro miraculo virtutem ostendere voluit diuinam, ideo dormiendo naturam exhibuit humanam. Neque enim dormiuit secundum diuinitatẽ, neq; secundum intellectiuã,sed iuxta sensitiuam animæ portionem: idq; non coacte aut inuite,vt alij homines, qui somno solent obrui,sed sponte & deliberata ratione.Rationis em̃ iudicio & imperio voluntatis,corporalis natura sensitiuaq; animæ pars per omnia obediebat in Christo, tametsi causæ somni,e quibus oritur naturaliter somnus,puta vaporum ascensio in caput corporalisq; naturæ fatigatio, vere fuerint in Christo. Dormiuit itaque dominus in naui dissimulans discipulorum metum atq; pericula. Sciebat enim quid futurum erat, & eo perducebat eos, vt illos instruens sibijpsis ostenderet.Irruerũt igitur sentientes periculum,& importunitate quadam ad dominum currunt.

Psal.68

Psal.115

C

Mar.4

Et rogauerunt eum dicentes: Dñe salua nos,pimus.Dicit eis Iesus:Quid timidi estis modicæ fidei?

Domine,inquiunt,salua nos,perimus, hoc est,nisi tu nobis subueneris, peribimus omnes à tempestate maris.At illis respõdẽs Iesus:Quid timidi,inquit,estis modicæ fidei? Non omnino nullam habuerunt fidem de Christo discipuli,sed adhuc modicam.Nam timore inordinato timebant perire domino Iesu dormiente. Dormiebat enim in naui dominus maris, sed magis dormiebat in eorũ cordibus. Quẽ excitabant,vt ipsius virtute tempestatibus imperãte,maris euaderent pericula.Videtis quantula eorum erat fides. Domino credebant vigilanti,vt sub ipsius cura euaderent pericula: dormienti non confidebant,ideo excitabant quasi de periculis & tempestate maris nescientem, aut quasi fuisset eius virtus & diuinitas somno oppressa. Quid timidi estis modicæ fidei? An vobis me dormiente quicquam euenire posset periculi,quod non euenirent me vigilante? An vigilãs vos tueri possum, dormiens non possum? Quid si mors irrueret, nonne hanc constantissime deberetis sustinere? Et quare ipsi non imperatis mari, vt quiescat? Si fidẽ haberetis, diceretis huic monti,Tollere,& mitte te in mare,& fieret,Omnia enim possibilia sunt credenti.

Mar.11 Mar,9

Tunc surgens imperauit ventis & mari,& facta est tranquillitas magna.

Surgit à somno, imperat ventis, hoc est,autoritate diuina præcepit eis, vt quiescerent,& facta est tranquillitas magna, tam magna,vt maior ante nunquam visa sit in mari.Quæ enim miraculo fiunt diuino, magnificentiora, perfectioraq; sunt his,quæ naturali fiunt ordine.Facta est autem hæc tranquillitas subito, vt omnibus manifestaretur virtute facta diuina. Marcus ita refert:Surgens comminatus est vẽto,& dixit mari:Tace,& obmutesce.

Mar.4

Porro homines mirati sunt dicentes:Qualis est hic, quia mare & venti obediunt ei?

D

Mirantur hominem dormientẽ,Deũ impe-

imperantem, creaturam obediẽtem,ideo dicunt:Quis est hic,id est,quantus est hic, quia mare & venti obediunt ei? Hoc dixerunt illi homines. Qui fuere hi homines? fortasse nautæ,aut discipulos vocat hic homines,quia nondum perfecte potentiam nouerant saluatoris. Videte hic,quam studiose dominus discipulorum,omniumq; nostrum diligit quęritq; profectum.In naui dormire voluit,& quasi per somnum tẽ pestatem nõ aduerteret,dissimulauit,quo discipuli exterriti ,quod in cordibus eorum erat, tunc proderent, sibijpsis manifesti fierent, & seipsos agnoscerent corrigerentq; imperfectos. Habemus hic instructionem, quod homo in necessitatibus,famis,pressuræ,aut alijs periculis aduersitatibusq; cõstitutus(qbus seipsum iuuare nõ potest,nec habet,vnde iuuetur ab alio)nõ debet pusillanimis ac deiectus fieri,sed Deo se committere, Deum inuocare,Deo confidere,Deoq; se resignare & relinquere, quandoquidem discipuli nõ de timore,sed de fidei pusillanimitate hic arguuntur.Docemur quoq; in omnibus rogare deum.Dissimulauit enim dormiens, vt discipuli orarẽt. Hoc modo multis nos periculis exponit,vt cogat nos ad orationem.Quando em̃(vt Iosaphat dixit)ignoramus,quid agere debeamus, hoc vnũ nobis relictũ est, vt manus nostras leuemus ad cœlum. Per aduersitates igitur dominus inducit in timorem & anxietatem,per timorem in agnitionem desperationemq; infirmitatis nostræ, ꝑ desperationem nostri cõsilij reuocat nos ad confiderationẽ diuinæ suæ bonitatis,ex hac confideratione rursus nos erigit ad spem & fiduciam erga se.Inde oritur nobis ad ipsum oratio, quæ nobis est vtilis,tum propter humilitatem,quia de nobis diffidimus, tum ꝑpter fiduciã ad Deum,qua deũ honoramus bene de eodem sentientes.Hęc aũt fiducia in de augetur in nobis,quãdo sentimus nos à Deo adiutos nostramq; orationem auditam. Moraliter potest hoc Euãgelium exponi,vt per nauiculam intelligatur pœnitentia,qa q̃squis in eam intrauerit,ducit ad portum salutis. Est aũt pœnitẽtia adeo oĩbus necessaria,vt nemo mare huius seculi trãsire possit,q hanc nõ intrauerit nauiculã.Figurata est nãq; ꝑ arcã Noe, extra q̃ q̃sqs ad illã nõ receptus fuerat, vt periret, necesse erat.Hoc modo,qa peccauimus o-

Cõfidere sesq; deo committere quatenus quisque debeat.

2.Paral.20

Nauicula vt designet pœnitẽtiam.

mnes,& nemo se dicere potest mũdũ absque peccato,nisi nauiculã hanc intraueri-mus pœnitẽtiæ,pibimus oẽs. Vita nostra q̃tidiana (vere & vere dico) nil aliud est,nobis adhuc infirmis,nobis adhuc imperfectis,tñ pœnitentibus & bonæ voluntatis, quã peccatum. Quid enim aliud agimus, quicqd agimus,quam quod semp deficiẽtes,nihil ad plenam iustitiam perfectum, nihil nõ inquinatum, imo nihil dignum Deo offerimus? Nihil reuera vnq̃ agimus, de q̃ q̃d sanũ, q̃d sit emaculatũ, possimus gloriari.In q̃uis opere nostro inuenimus, q̃d doleamus,cuius pœniteamus.Aut em̃ nimiũ est,aut minus,aut aliud accessit vitiosum,aut in modo & ordine defecimus, aut certe nõ satis pura intentione moti sumus ad opus.Oẽs igit intrare hãc nauiculam pœnitentiæ necesse est:& oẽs Christo nos miserante, Christo nos protegente, Christo nos ducente oportet nauigare.

E

Nauigãdo aũt ꝑ hoc seculũ, ꝑ huius vitæ pericula,ꝑ ambiguos anfractus, atq; per procellosas tempestates, & tentationũ fluctus,non minus impossibile est tempestatibus aduersitatum, tẽtationumq; nos concuti,quã eos,qui nauigant mare.Contra enim eum,qui se parat ad Christi militiam,amatur non solum diabolus, verum etiam mũdus totus. Necesse igitur est eũ, q pœnitẽtiæ introire vult nauiculã,aut terrenis omnibus abrenũciet,hostiq; diabolo simul ac carni suæ indicat bellum. Certissimum est em̃,vt recedentẽ à se psequatur Pharao,siue mundus,siue diabolus cũ omni exercitu suo,quõ scriptum est: Accedens fili ad seruitutem Dei,sta in timore Dei,& præpara animam tuam ad tentatiõem.Alius enim, q̃d incipis relinquere mũdi vana,& pœnitẽtiæ facere opera,te ridet,alius detrahit,alius obiurgat,alius dehortat & dissuadet, alius te suo exẽplo scãdalizat,& e centũ nõ inuenies vnũ,q te cõfortet,promoueat,extimuletq; ad bonũ profectionis.Hę itaq; tentationes vndecunq; veniant,aut aduersitates,quid aliud sunt, quam maris motus & tempestates? Hæ exurgunt,& nimio terrore moliuntur submergere nauẽ.Veruntñ quamdiu Iesus in nauicula est,licet dormiat, nulla tñ præualebit tempestas.Caue ne Iesum extra nauẽ abijcias.Quod si feceris,impossibile erit te non mergi.Verum, vt dixi, licet dormiat, tũ tamen non mergeris, quamdiu tecum

Exod.3 Eccl.2

Tempestates mysticæ quæ sint.

H est

est dominus. Pulsat voluptas, insurgit ira, sæuit inuidia, luxuria æstuat, exurgitque aduersum te omne genus nequitiæ, tam humanæ, quam diabolicæ, non timeas, qa nihil tibi nocebunt omnia hęc, modo Iesus tecum sit in naui. Est aũt dominus Iesus tecum in naui, quamdiu auidus tuæ salutis studes ea, quæ fecisti mala, plãgere, vt etiam summopere caueas quicqd Deum offenderit admittere, satagens cors inueniri in omnibus diuinæ voluntati. Dormit autem, si te graui tentatione pulsante, dissimulans auxilium subtrahit manifestum, licet occulte bonam voluntatem nunquam deserat, sed confortat, vires & consilia ei sancta administrans. Hũc igitur dormientem excitare te oportet oratione, vt imperans ventis fiat tranquillitas magna. Excitatio enim eius per clamorem fit orationis. Porro clamor cordis magnum est desiderium. Domine, inquit, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perueniat. Ora igitur ad dominum: Domine salua me, qa nõ est in me virtus, ene pereo, velociter exaudi me. Et sicut habet Psal: Exurge q̃re obdormis dñe? exurge & ne repellas in finẽ. Quare faciẽ tuã auertis? Obliuiscēris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ? Itaq; vigilare & excitatus Christus dicit, qñ spiritualis eius in corde gratia sentitur, vnde motus compescuntur tẽtationum, omniaq; tunc tranquilla in homine conquiescunt. De hoc Augustinus loquẽs, dicit: Intrãt venti in cor tuũ, vtiq; vbi nauigas, vbi hãc vitã tãq̃ pcellosum & periculosum pelagus transis, intrant vẽti, mouent fluctus, turbãt nauẽ. Qui sunt vẽti? Audisti conuitiũ, irasceris. Conuitium ventus est. Iracundia fluctus est. Periclitaris, disponis respondere. Disponis maledictum maledicto reddere. Iam nauis propinquat naufragio. Excita Christum dormientem in naui. Ideo enim fluctus & mala pro malis reddere p̃paras, qa Christus dormit in naui. In corde enim tuo somnus Christi obliuio est fidei. Nã si excites Christum, id est, si recolas fidem, quid tibi dicit tanquam vigilans Christus in corde tuo? Ego audiui, Dæmoniũ habes & pro eis oraui. Audit dominus & patitur, audit seruus & indignatur? Sed vindictam vis. Quid ego enim sum vindicatus? Hæc dum loquitur fides tua, quasi imperat ventis & fluctibus, & fit tranquillitas. Hæc Augustinus. Vita igitur Christiana est vita crucis, & vita pœnitẽtię, quã exerceri oportet tribulationibus & aduersitatibus. Omnes enim, qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur, Patientur à carne, quasi tempestatum commotiones. Patientur à mundo, quasi turbationes maris. Patientur à diabolo, quasi impulsus vẽtorum: sed Christus inuocatus, & quasi à somno excitatus imperat ventis & mari, & fit tranquillitas magna: non vt omnino non sentiantur, sed vt cum tranquillitate, cum pace & silentio cordis tolerentur, præstante dño nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Iesus quãdo nobiscum sit in naui.

Quando dormiat Christus mystice.

Excitatio dñi.

Psal.100 Matt.8

Psal.68 Psal.43

Augustin.

Ioan.8

1.Tim.1

SERMO IN EADEM DOminica. Quomodo respicienda sem per sit prouidentia diuina, & q̃ modo ferendæ tentationes.

DOmine salua nos pimus, Matthæi octauo. Neminem puto fidelium charissimi, adeo vel p̃ F sumptuosum, vel ignarum, q non ex Christi sola misericordia & protectione speret salutem. Scimus enim, teste Propheta, quam contemptibiles sint omnes iustitiæ nostræ, quę panno menstruatæ comparantur. Quare licet mandata Dei (sine quibus æque non est nobis salus) seruauerimus, quod nunquam nisi ex maxima protectione & Dei adiutorio faciemus, egemus tamẽ nihilo minus quotidie, misericordia Dei pro delictis, quæ nulla non hora committimus. Vnde nobis q̃tidie, imo assidue quouis die clamandum est: Dñe salua nos, perimus. Hoc enim vnũ est nostrum, nobisq; semper adhæret, peccare, Dei beneficia destruere, Dei negligere dona, & gratiæ eius ingratos esse. Ideo ex nobis nihil habemus, nisi vnde pimus.

Esaiæ 64

Viuimus præterea in hoc mundo non aliter, quam in procelloso mari, in q̃ multis naufragantibus vix pauci ad portum euadunt salutis. Comparatur idcirco non iniuria mari seculum hoc, seu mundus. Si quidem quomodo in mari pisces maiores deuorãt iuniores, ita quoq; in hoc seculo, qui potentiores sunt, opprimunt inferiores. Proinde Iacobus ait apostolus: Nõne diuites p potentiã opprimũt vos? Deinde in mari quã rara est tranqllitas, tã rara, & multo minor est etiã in mundo. Eã ob rẽ Christus suis prædixit: In mundo pressuram habebitis. Postremo, tribulationes eodem fer-

Mari cur seculũ cõparetur.

Iacob.5

Ioan.16

dem ferme & ordine & causa eueniunt nobis in mũdo, q̃ in mari tẽpestates. In mari nanq; orit tẽpestas, vel qa inducit hãc causa supna, puta stellarũ & planetarũ motus, occursus seu recessus. Aut qa ab imo tumet feruetq; mare: aut à causa media, hoc est, à ventis, mare concutiente. Pari mõ tẽtationes, aduersitatumq; tempestates hominibus in mũdo eueniunt. Quædã em̃ à causa veniunt superiore, hoc est, à Deo permittẽte. Quãdoquidẽ dispẽsatiõe ita agit diuina, vt ille & ille habeat pati. Nemini tñ iubet deus inqe agere, nec vult quẽpiã facere iniqtatẽ fratri suo, q̃uis nõ temp ipedit, sed relinqt hominẽ, dũ satis monitus inspirationes sanctas, monita scripturæ, & exhortatiões pias respuit, arbitrio suo. At vero illũ, qui sustinere debet molestiã, iubet neqtiã pati alienã, vt p patiẽtia illius habeat, vñ iuste eũ coronet. Quantũ igit attinet ad inferendã molestiã, nõ est à Deo aduersitas. Nemini em̃ iubet, vt te psequat. Verũ quantũ spectat ad sustinendã aduersitatẽ, sæpissime, imo nunq̃ nõ est à Deo. Quare cõsultissimũ nobis est, vt semp hãc accipiamus à Deo, imo tanq̃ e manibus eius, nostrũ vnicuiq; dicentis: Fili hæc sustine propter peccata tua, & propter me. Ego hæc tibi mitto patienda. Esto mitis & patiẽs mei amore. Legimus Nabuchodonosor quomodo afflixit, torsit, & in captiuitatẽ abduxit filios Israel, qui castigatione erãt diuina digni propter peccata sua. Misit enim Deus filiꝰ Israel & Iuda virgam disciplinæ suæ in hoc rege Nabuchodonosor, quem voluit vt ferrent, cuiq; se captiuos traderent, quia eo vtebatur ad castigationem peccatorum ipsorum, dispẽsatiue pmittens, nõ iubens eũ persequi, affligere, captiuosq; abducere filios Israel. In hoc igitur minister fuit diuinæ iustitiæ Nabuchodonosor rex, qa afflixit, q duina iustitia & peccatis suis exigentibus erant castigãdi, & propterea in scriptura à domino vocat seruus suus, & virga furoris sui, qa p eum puniuit filios suos. Non tamen ita ministeꝛ fuit Dei, vt ideo persequeretur, quo diuinæ voluntati iustitiæque seruiret, aut vt eo suæ persecutionis referret intentionem, quo diuino obtemperaret iudicio, sed dum suæ satisfaciebat tyrannidi ac crudelitati sęuiẽs in ludęos, in hac nescięs Dei exequebatur sententiam, & afflixit, quos dñs voluit esse afflictos. Eos afflixit ex suę voluntatis malitia, q̃s afflictos voluit Deus ex misericordissima iustitia. Vnde licet in hoc vocaretur seruus Dei, quod fecit id quod permisit dominus fieri, quodq; affligendos voluit iuste pati, nullam tamen in hoc laudem, sed iram meruit propterea à Deo, sibi ipsi, non Deo, obtemperans. Inde tñ colligitur, quod Iudæi non tam Nabuchodonosor psecutionem hãc debebant adscribere, sed magis in illa diuinam intelligere iustitiam, suis peccatis, vt commerue rant, digna reddente m, eandemq; persequutionem à Nabuchodonosor quidem factam, non tamen hanc ab eo, sed de manu domini accipere. Hoc modo omnes tribulationes, quęcunq; nobis occurrunt, recipiendæ sunt à Deo. Respiciendum nanque ad eius sapientissimam prouidentiam, qui suis nihil euenire finit electis, nisi quod illorum nouerit conducere saluti, & ad eius benignissimam voluntatem, quoniam diligentibus eum omnia conuertit in bonum. Idcirco tanquam ab eius manu sunt omnia accipienda. Nõ igitur filij, vestra sit occupatio, aut animi disputatio, quis hanc vobis procurauerit (quam fertis) molestiam, aut cuius arte & studio vobis illatum sit malum, quove autore, quod noluistis, patratum sit. Sed relictis hominibus, relicta inuestigatione quacunq;, siue triste, siue iucundum vobis qd euenerit, ad Deum recurrite, de eius beneplacito, de paterna eius manu, quicquid fuerit, illud suscipite, scientes neminẽ posse hominum vobis machinari malum absque eius permissione. Si igitur homini cuiuis, aut diabolo Deus in te permittit potestatem tibi corporaliter aut temporalibus rebus nocendi, signum est, quod à te vult illud, quod te lædit, sustineri. Quod cũ velit, tu quis es, qui audes contrarium eius voluntati velle? aut qui auderes contra hãc eius voluntatem murmurare? Dic potius: Ego hæc merui, ego his dignus sum, ideo pater meus, qui amat me, illi mandauit, vt me flagellaret. Vt quid ergo murmurarem contra flagellantem, cum habeam, sciamque patrem, qui iussit me subdi flagellis, amantem? Hoc modo omnes tribulationes mundi à Deo recipiendæ sunt: vnde q̃que veniunt, potissimum electis, qui non solum aduersitates tolerando, sed intelligendo etiam in his prouidentiam diuinã, spiritu proficiunt. Est tñ aduersitas, quæ à

Aduersitates de manu Dei accipiendas

Matt.11 Exo.1.3

G

4.Reg.4

Here.25

Rom.8

Heb.12

Acto.9

Deo singulariter dicitur inferri, vt quod
Ibidem. Paulus ad terram deiectus ex equo nihil vidit, Deoq; respondit alloquenti, scilicet Christo Iesu: Domine qd me vis facere? & similes huiusmodi aliæ, vt sunt infirmitates. Secundo, tempestas seu calamitas
H oritur ex causa inferiore, vt ab hominibus
Mali homines qd calamitatis bonis inferant. Matt. 23 malis, tyrannis & improbis. De quo Christus loquens: Ecce ego, inqt, mitto ad vos Prophetas & sapiẽtes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & psequimini de ciuitate in ciuitatẽ. Porro causa media tentationum nostrarum sunt hostes maligni, qui nobiscũ versantur in aere. Varię autẽ sunt tentationes, aduersitates, calamitates tribulationesq; multiplices electorũ, aut in corpore, aut in fama, aut in rebus, aut in corde. Hę autem, quę in animo versantur, tentationes sunt plerumq; multo grauiores, maxime spirituales, vt sunt desperatio cõtra spem, tentatio perfidię contra fidẽ, tentatio blasphemiæ & tristitiæ cõtra charitatem, vnde quandoq; tentatio orit̃ sui occisionis. Corã his, qui ad has tentationes inclinati sunt, non est tutũ de tẽtationibus huiusmodi loqui. Statim eñ, vt nominari audierint, imaginationes & terro-
Mẽtis tristitia cur maxime cauẽda sit. res phantasiasq; recipiunt. Obseruãda est autem, maximeq; cauenda tristitia mentis homini præsertim Deo deuoto, quæ nihil aliud est quã nidus diaboli, in quẽ sug gestionum malarũ fraudumq; suarũ recondit oua, e qbus grauissimas excubare nitit̃ tentationes spirituales. Est enim tristitia idonea ad recipiendas fouendasq; passiones quascunq; & tentationes, præsertim spirituales, vt sunt inuidiæ, odi, acediæ, blasphemiæ, desperationis, scrupulositatis, perfidiæ, & huiusmodi. In omni quoque tentatione spirituali fere semper prima occurrit tristitia, qua vbi hominem, superauerit, facile introducet alias, q̃s voluerit passiones hostis malignus. Est igit̃ summopere vobis cauendũ, ne in tristitia, hoc est, in quoddam tædium mentis cadatis, vt neq; orare, neq; legere, neq; operari possitis, sed omnia sint vobis fastidio tædeatq;
2. Cor. 7 vos viuere. Hæc enim tristitia mortem operatur. Quapropter si de generali est remedio loquendum contra spirituales tentationes mentis, præcipuum quod facias,
Remediũ contra spirituales tentationes. sit, vt tristitiam illam amaram, fastidiosam & melancholicam nõ admittas: imo quã tum in te est, & quantum potes, age, vt eã non sentias. Excute eandem ne illi consentias, ne foueas, sed si sentire cogeris, inuitus sentias. Coge te ad spiritualẽ lętitiam, quæ spem roborat, generat deuotionẽ aut compunctionem. Honestam etiam lætitiam, quæ in humana est conuersatione, tũc fas est admittere. Item hymnos & cantica spiritualia in silentio frequentare, iuuat nõ modicum. Porro tentationes, blasphemiæ, & huiusmodi fœdæ incidentiæ nunquam melius, quam per contemptum vincũtur. Facigitur semel, qui huiusmodi infestaris cogitationibus malis, generalem confessionem bonam, si in statu fuisti peccandi, & firma volũtatem tuam in bono, vt semper maneat conformis cum voluntate diuina, nunquam aliud eligere volens, quam illius beneplacitum, faciasq; pactum cum Deo generale, cogitationes illas, quibus infestaris, nunq̃ sponte velle admittere. Quibus tamen, cum se ingerunt, non oportet ecntrario repugnare, nec cum eis contendere (nam hoc modo magis tibi eas imprimis) nec etiã timere, aut propter eas pusillanimem fieri, sed prorsus tanq̃ rem indignam contẽnere, & ceu rem vilẽ spernere, indignamq; arbitrari, cum qua debeat contendi, aut cui debeat responderi. Has enim debes tanquam anserum fibilos, aut canum latratus contemptim prętereire, deridere, nec tibi, sed diabolo imputare, quia tu nihil agis in hac tentatione, sed pateris. Hoc modo multo citius vincũtur per dissimulationem, quasi nihil tibi fœdum incidisset, contemptæ, & eas non timendo, quã si turbareris, aduersum illas pugnando, aut cum scrupulo, quid inciderit inuestigando, intuendo, recogitando & expendendo, aut ad confessorem currendo. Nam si bonæ alioqui fueris voluntatis, qui peccare & Deum offendere nolis, fibilos illos omnes dæmoni malo adscribe, & te liberum, tranquillum, & alacrem, ac si nulla esset aut fuisset tentatio huiusmodi, ad orationem serua. Est præterea necessarium in huiusmodi tentationibus viro alicui experto bonæ conscientiæ (de quo possis præsumere ipsum nolle te fallere, ipsum nolle seducere, aut inducere ad peccatum) credere magis, q̃ scrupulis pprijs, eiusq; definitiõibus acqescere. Certissimus esto, nihil te recte iudicare posse, si ti-

I
Vt quisq; sese alicui bono viro qui cũ instituat, cõmittat.

timoratam nimis habueris conscientiam, scrupulosam scilicet, quia timor iudicium rationis mutat in ambiguitate constitutum pro sua parte, nec liberum est tunc iudicium rationis, sed impeditum ab altera parte, ad quam amor, aut timor, aut nimia passio, inclinatiove, aut certe tentationis improbitas te trahit, atq; ideo nunquam homo tentatus recte potest iudicare. Hoc præsciens, nunq̃ tibi, nec tuo sensui opinionive credas, sed acquiescas ei oportet, quem patris aut directoris loco animæ tuæ elegisti. Nec multorum debes imitari morem, qui semp & multos interrogant, neminem tamen sequuntur, quia nullum illis consilium placet. Rectius eñ illud, quod sibi videtur, arbitrantur, & suum alieno semp consilio præferunt. Putãt enim eis non ad institutam quæstionem recte responderi, aut se non satis intelligi, aut quod sentiunt, non satis se exprimere, vt possint intelligi. Sciẽdum postremo quod licet vitiosis quibuscunq;, ad quæ tẽtamur, haudquaquam sit assentiendum,
Resignatio in tẽtatione necessaria. submittere tñ nos debemus diuinæ voluntati, & assentire Deo, vt sustineamus nos tentari, id est, vt contra pressuram tentationis non murmuremus, nec contra molestiam repugnãdi, sed animo nos Deo offeramus resignato sustinere hanc, aut quã libet tentationem aliam, quãdiu bene placuerit Deo nobis eandem imponere, non orantes pro liberatione, sed pro directione, confortatione, protectione diuina, & ne finat nos periclitari, aut ex tẽpestate huius scilicet tentationis naufragari. Hoc est
Matt. 8 eñ, qd Apostoli quoq; orauerunt: Domine salua nos, perimus, hoc est, serua nos ne pereamus. Si nos tentari, si nos tentationũ fluctibus vis concuti, si timere nos vis & trepidare, saltem salua nos, serua nos, quia nisi seruaueris tu nos, in tentatione succũbemus atq; peribimus, Nõ prætereundum autem est quod à tribus generantur
Tentationes à tribus generantur. I. nobis tempestates, hoc est, tentationes in hoc mari magno: scilicet à mundo, à carne, & ab hoste maligno. Quicquid à mundo nobis tentationis occurrit, aut blanditur, aut terret. Blandimenta, vt sunt honores, diuitiæ, promissione sq; terrenæ, fuga vincenda sunt. Ibi celeriorem non habebis victoriam, quã fugiendo occasiones. Porro vbi terret, aut persequitur mundus, vincendus est patientia. Neq; enim ex aduerso pugnare contra mundum, hoc est, contra malos homines, est vincere mundũ, sed potius superari à mundo. Patiendo vero & tacendo vincimus, Christo no Luc. 21 bis idipsum prędicente: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Secundus II. hostis à quo nobis excitantur tempestates, est caro. Hæc si vinci debet aut subiugari atq; in tranquillitatem conuerti, continue est castiganda & mortificanda. Abneganda sunt ei desideria eius, subtrahenda voluptas, amara & laboriosa imponenda. Hoc enim & non alio modo vincitur caro. Tertius hostis, à quo tẽpestas ge- III. neratur, est diabolus, qui fraudulento suo 1. Pet. 5 flatu, hoc est, suis dolosis suggestionibus nos molitur submergere. Huic resistendũ est in fide, scientibus nobis illum nihil boni nobis suadere, sed ea tantum, quæ nobis ad salutẽ sunt noxia, & quæ gratiã amicitiamq; nobis tollunt aut minuunt Dei: nihil quoq; eum aduersum nos posse, nisi quatenus ipsi volumus nos eidem subijcere. Adest enim volentibus nobis auxilium de cœlo. Quamobrem oratiõe vtamur aduersus eum continua ad Deum. Obseruemus quoq; alios priores hostes ne concitent nobis tempestates. Per hos enim ille artes nocendi inuenit, per hos nos oppugnat. Quare humilientur, subijciantur, cõtemnantur hi, nec audiantur necesse est, vt vires habeat spiritus maiores contra diabolum, quibus illum vincat. Nam si diabolus per carnem & per mundum quoq; nos tentat, non vnum tantum, sed tres habemus hostes, qui æque nos impugnant, quibus in resistendo spiritus fit debilior, præsertim cum familiarem suum amicũ, hoc est, carnem iam habeat inimicum, & aduersario consentientem ac fœderatum. Dominus igitur Iesus Christus adiuuet infirmitatem nostram, & expugnet nobiscum & in nobis omnem hostilitatem, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA VI. POST NATIVITATEM domini, epistola beati Pauli Apostoli ad Colloscenses III.

INduite vos ſicut electi Dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore: & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia, docentes & commonentes voſmetipſos in Pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus in gratia, cantantes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: gratias agentes Deo & patri per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Coloſ.3 ANte hæc verba docuerat Coloſſenſes Paulus veterē expoliare hominem & induere nouum, qui ad imaginē Dei creatus eſt. Iuxta quem hominem nouum (inquit) nō eſt circuncīſio, nec præputiū, nec ſeruus aut liber, nec vir aut mulier, ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Quem qui induerunt, eum, à quo habent omnia quæcunq; habent, induerunt, & quicquid faciunt boni, per ipſum faciunt. Iam ſequitur hodierna epiſtola: Vos itaq; qui Chriſtū nouumq; hominē induiſtis, induite quoque vos ſicut electi Dei ad vitam æternam præordinati, & à Deo dilecti (hic enim dilexit vos & lauit vos in ſanguine ſuo) vt magis ab eodē diligamini. Induite, inquā, eas virtutes, quas ipſe diligit. Induite viſcera miſericordiæ, vt internus affectus pietatis quem intus geritis, in omnibus membris & operibus veſtris ex omni parte ſe prodat. Induite benignitatem quæ eſt ſerenitas quædam animi, qua ad alloquendum (præcipue vbi Dei contemplatione eſt loquendum) qs hilariter, ad conuerſandum ſuauiter, & ad tribuēda liberaliter ſua propter Deum incitatur. Induite humilitatē, quæ verbis, operibus, moribus, veſtibus, ſignis & geſtibus veſtris nunquam deſit: imo quæ nuſquam non luceat in vobis. Induite modeſtiam, qua in omnibus temperati modum ſeruetis & honeſtatem. Et qa non raro aduerſitates & moleſtiæ vobis occurrent, induite quoque patientiam, ſupportantes inuicem, ſupplendo alter alterius defectum, & alter alterius portando onus: donantes alterutrum ac viciſſim, ſi quis habuerit querimoniam aduerſus aliquem de iniuria aut cōtumelia ſibi illata. Et hoc fiat nō ficte, ſed ex animo, plene ac perfecte, ſicut dominus donauit vobis.

Super omnia autem & maxime omnium habete charitatem, quæ excellentiſſimum eſt vinculum perfectionis, reliquas virtutes connectens colligensq;, ne diſſipentur pereantve. Alijs em̄ virtutibus dat charitas modum, nomen & rē, quare ſint, vocariq; debeant virtutes. Et pax Chriſti, quā Chriſtus habet & dat, qua eſtis Deo & ſanctis angelis eius recōciliati: pax quæ eſt animi tranquillitas, voluntatis veſtræ ſtabilitio in Deo, qua item Deo proximū que diligitis, qua denique in lege eius, & in eius beneficijs, potiſſimum redemptionis veſtræ, ſuauiter delectamini, exultet tripudietque in cordibus veſtris, aut potius corda veſtra in Deo faciat exhilarari, in qua pace eſtis vocati, vt ſitis vnū corpus Eccleſiæ, ſeruantes inter vos concordiam, quam vnius ſeruant corporis membra, p qua vocatiōe grati Deo eſtote. Quod vt poſſitis, & vt Dei pax veſtra corda ſemp poſſideat, verbum Chriſti eruditioque Euangelica nunquam recedat de corde & memoria veſtra: ſed perſeueret vobiſcum in abundantia, & in omni ſapientia, quæ deſurſum deſcendens inuenitur humilis, pudica, ſuaſibilis, bonisque conſentiens, ne in ſenſu veſtro pertinaces à communi ſententia Eccleſiæ recedatis. Ita em̄ vos ſapere

Benignitas qd ſit.

Pax Chriſti quid.

B

Iaco.1 Iaco.3

Scriptura ſacra quō ſit intelligenda.

pere neceſſe eſt, quo ſcripturam ſacram, & verbum Dei, non iuxta capitis veſtri ſomnia, ſed iuxta Eccleſiæ intellectum & definitionem à ſpiritu ſancto præſcriptam intelligatis. Eſtote igitur in omni ſapientia docētes & exhortātes voſmetipſos in his, quæ ſcitis excitantes & exercentes vos in Pſalmis & hymnis & cāticis ſpiritualibus, quæ in ſolo cōditore vos gaudere, delectariq; faciāt. Et id fiat in gratia Dei, ſine qua gaudium quodcūq; mœror ſit. Neceſſe eſt itaq;, vt in hac quoq; vita cantetis domino in cordibus veſtris, vbi ſecretam, intimamque veſtræ mentis exultationem ſolus reſpiciat Deus, iuxta illud: Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Omnia aūt quæcunq; facitis in verbo & opere, ſiue doceatis, ſiue corripiatis, & quęcunq; egeritis, in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, & ad gloriam eius cum inuocatione nominis eius facite: gratias agentes in omnibus Deo, qui vos creauit, & patri qui adoptauit vos etiam in filios per eū, hoc eſt, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum mediatorē noſtrum benedictum, Amen.

Pſalm.9. 85.& 110

Roman.8

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem Dominicæ, Matthæi XIII.

CVm multas alias parabolas dominus loqueretur de regno Dei, hoc eſt, de negocio p̄ſentis Eccleſiæ, hāc quoq; propoſuit, qua diſceret quomodo ſit agendū cū his, qui cōtraria & pernicioſa Eccleſię dogmata (vt ſunt hæretici) ſeminā̄t, ſintne exterminandi, an tolerandi. Neq; enim ſcrupulo caret hæc quæſtio, An hæretici, iuxta Apoſtolum ſint de medio tollēdi, nec ne: cū ex vna parte, qm̄ peſtilentes alios inficiunt ſanos videātur non minus nocere Reipub. quā latrones & fures. Ex alia vero parte videātur tolerādi ſub ſpe reſuſcitationis & cōuerſionis. Dicit itaq; Euāgeliſta:

1.Cor.5

Simile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminauit ſemen bonum in agro ſuo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus & ſeminauit zizania in medio tritici, & abiit.

C Euangelium hoc totum nihil aliud eſt quam parabola, qua aliud nobis quid, quam in vocibus exprimitur, ex vicina ſimilitudine ſignificatur. Simile eſt, inquit, regnum cœlorum. Non vno modo æque accipitur in ſcriptura regnum cœlorum. Aliquando enim in cœleſti patria ſocietas ſanctorum dicitur regnum cœlorum, quomodo Chriſtus de eo loquitur, cum dicit: Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Interdum per regnum cœlorum ſignificatur Chriſtus habitans intra nos per gratiam ſuam, iuxta modū loquendi, quo dicit ipſe Chriſtus: Regnum Dei intra vos eſt, hoc eſt, per inhabitationem ſpiritus mei intra vos, & per dominium gratiæ meæ inchoatur in vobis via ad cœleſte regnum, exprimiturque in vobis regni cœleſtis ſimilitudo, quæ eſt, vt cognoſcatis, ametisque perfecte Deum. Cognitio nanque & amor Dei faciunt beatum. Inchoatio autem huius beatitudinis imperfecta hic eſt in via, vbi hominum ſanctorum corda Chriſtus inhabitat. Hoc modo non incongrue intelligitur hic, quando dicitur: Simile eſſe regnum cœlorum homini ſeminanti bonū ſemen in agro ſuo. Tertio, regnum cœlorum intelligitur Eccleſia militans, quam Chriſtus poſſidet vt regnum ſuum, in ea regnans. Vnde dicitur, ſimile eſſe regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & decem virginibus. Quod haud dubium non aliter quam de præſenti poteſt Eccleſia recte intelligi. Quarto ſignificatur ſtatus ſeu negocium militantis Eccleſiæ. Hoc modo accipitur, vbi dicitur: Simile eſt regnū cœlorum homini patrifamilias, &c̄. & homini regi. Hoc etiā modo hic accipi poteſt parabola præſens de ſeminante bonum ſemen, quę paulo poſt à domino exponitur diſcipulis. Nam cum multas dixiſſet parabolas, nec explanaſſet, turbis relictis cum eſſet in domo cum diſcipulis ſolus, interrogatus expoſuit parabolā. Qui ſeminat, inquit, bonum ſemen, filius eſt hominis, Chriſtum ſeipſum haud dubie ſignificās, cui ſimile dicit factum regnum cœlorum. Inde liquet Chriſtum hic vocari poſſe regnum cœlorum, quia promiſſor, doctor, & dator eſt regni cœlorum. Ager vero eſt mundus, hoc eſt, terra peregrinationis humanæ, in qua degimus hic tanquam exules & peregrini. Bonum ſemen quod ſeminatur, ſunt filij regni, puta electi ac homi-

Regnū cœlorū in diuerſis modis accipi

I. Matth.8

II. Luc.17

III. Matth.13 Matth.25

IIII. Matth.20 Matth.22 Matth.13

nes virtuosi, quos Christus in omni habet loco per vniuersum mundũ dispersos. Illos enim seminauit, hoc est, dispersit per omnia climata mundi. De hoc semine scriptum est in Esaia: Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Et de Christo idem prophetat: Si posuerit pro peccato animã suam, videbit semen longæuum: Hoc est, semen Abrahæ secundum promissionem Dei hæredes. Zizania autem filij sunt nequam. Hi pari modo sunt semen, sed non Dei. Sunt autem semen diaboli, non quod esse naturę à diabolo habeant, sed esse malitiæ, eo scilicet instigatore, eius suggestione & machinatione. Seminati sunt ergo per vniuersum mũdum, vt dixi, non in quãtum homines (hoc enim modo boni, malique omnes eundem habemus creatorem) sed in quantum mali. Hoc modo quoque quod scriptum est, Omnis qui facit peccatum, ex patre diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat, intelligitur. Iudęos quoque Christus obiurgans, Vos ex patre, inquit, diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. Ex hoc enim seminatum est semen malitiæ. Quotquot enim in Ecclesia fuerunt hæretici, quotquot in mundo fuerunt mali, ipsius instigatione & consilio facti sunt mali, & in malo adiuti. In Genesi legimus de tribus filijs Noe, Sem, Cham, & Iaphet dictum: Isti sunt tres filij Noe, per quos dissemina tum est omne genus hominum super vniuersam terram. Horum duo filij credun tur fuisse boni. Tertius vero reprobus & maledictus. Quomodo ergo in duobus prioribus, maxime autem in Sem, Deus se mẽ seruauit virtutis, quod in posteros dif fudit (Ab his enim didicerunt boni ritum colendi Deum, innocenterque viuendi) ita diabolus ex Cham, qui ante diluuium fuit malus, post diluuium semen diffudit malitiæ eius, in quoscunque potuit homines, vt tam sua instigatione, quam huius imitatorumque eius malorum hominum exemplo & praua conuersatione malitiam propagaret in alios, vt vniuersum iterum paulatim corrumperet genus humanum. Dicitur autem diabolus hic homo parabolice, quia suos instruit, qui illum audierint, ad malitiam, tanquã pater filios. Messis vero consummatio est seculi, dies scilicet iudicij, in quo electi separabũtur à malis. Messores angeli sunt boni, quorũ ministerio cineres mortuorum colligentur ad iudicium ducẽdorum, qui auferent de regno eius, hoc est, de Ecclesia sanctorum, omnia scandala, id est, omnes qui alios scãdalizant, omnesque qui operantur iniquitatem. Erit enim tunc eorum iniquitatis finis, nec scandalizandi, aut mali agendi eis prorogabitur tempus, sed iuxta opera tũc sua quisque recipiet, siue bonum, siue malum, quod in corpore gessit. Hæc est expositio huius parabolæ à Christo apostolis tradita. Sed inuestigandum est, vbi aut quomodo Christus bonum seminauerit semen. Dicendum, Christus in agro suo, id est, in Ecclesia sua militante, per seipsum, & per apostolos suos doctrinam seminauit Euangelicam, qua homines (vt ipse exponit) crescere cœperunt boni, adeo, vt post Christi ascensionem mox à perfectione hi inciperent, tradentes venditis omnibus suis facultatibus precium ad pedes apostolorum, & de communi prouisione victitabant. Erant ergo tunc fere omnes sancti homines, quotquot cõuertebantur ad Christum.

Esaiæ 61

Esaiæ 53

Galat. 3 Roman. 4

D Zizania mystice ꝙs signent.

Ioan. 8

Gene. 9

Gene. 5

Gene. 6 Diabolus quare vocetur hic homo.

Matth. 13

Apoca. 13

2. Cor. 4

Semen bonum vti Christus seminauerit.

Actor. 4

Cum autem dormirẽt homines, venit inimicus eius, & seminauit zizania in medio tritici, & abijt.

E

Inuidebat inimicus diabolus huic sancto semini, & visus est ipsum, aut velle corrumpere, aut saltem interturbare. Idcirco sequitur: Dormientibus hominibus superseminauit zizaniam seu lolium in medium tritici, vt semine suo iniquo suffocaret bonum semen. Vbi enim in magna cœperat sanctitate & synceritate florere Ecclesia, seminauit diabolus in triticum, hoc est, inter bonos homines, semen malum, hoc est, impios & hæreticos, qui aut erudi tione pestifera, aut malæ vitæ contagio bonos torquerent & seducerent. Non tamen diabolus intelligendus est ita facere malos, vt eis necessitatem imponat, sed vt eos incitet, alliciat, fallat, & seducat. Hos itaque inter bonos vult conuersari, vt ex bonis quoque aliquos seducens corrumpat. Neque enim magnopere curat, vt hæreticos, aut impios habeat inter infideles, quia vtrosque, vbicunque sint, possidet: sed bonis vult malos esse mixtos, vt per malos tentet, & decipiat bonos. Seminat autem

Diabolus ꝙ pacto decipiat homines.

autem malos seu hęreticos, eos excitando scilicet, & animum superbiamq; in illis fouendo atque exufflando, iq; dormiẽtibus hominibus, hoc est, prælatis, doctoribus, & prædicatoribus, quorum est super grege sibi commisso, super custodia animarum, & super sana doctrina contutanda vigilare. Dormitant autem & non vigilant, cum sibijpsis magis, quam animabus sibi creditis prospiciunt prælati & doctores, cum negligẽtius in animarum propulsandis periculis agunt, cum denique nimium dissimulantes neminem offendere volũt. Interea igitur inimicus homo, id est, diabolus huiusmodi malum semen, vnde & prodeant hæretici & crescant impij, spargit & abit. Hæc enim diaboli versutia est, vt velit ignorari, nolit agnosci, & sub specie angeli agat pessimum diabolum. Hæc eius, inquam, est ars fallẽdi. Propterea Apostolus quoque nos præmonens dicit, illum transfigurare se in angelũ lucis, haud dubium non aliam ob rem, nisi vt facilius supplantet. Quod ergo dicitur seminasse, & abijsse, nihil vult dictum aliud, quam quod fraude, latenterq; hoc fecerit, vt suæ fraudis reportaret fructum. Vult enim à se hoc, quod ipse hoc procurauerit aut fecerit, ignorari. Suspectus cũ omnibus est, eiusq; technæ quod pessimæ sint, nemini non manifestũ est: ideo ne cõsilia eius spernantur, non vult deprehendi, sed sub specie fallit pietatis.

Inneligẽtes prælatos.

2. Cor. 11.

Cum aũt creuisset herba, & fructũ fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

F

Cũ creuisset herba, puta tritici, & fructum fecisset, apparuerunt & zizania. Quã diu in germine fuerat, non potuit facile alterum ab altero discerni, quia non euidẽs magnaque apparet dissimilitudo. Verum vbi iam matuescere cœperit, spicamq; emittere, dissimilitudo inuenitur & lolij & tritici. Hoc modo hæretici vbi primum seminauerint, fauoribus se curant commendare humanis, & coram pijs simulant pietatem, coram mundanis vero libertatem, assertionem vt suã impiam liberius ostentent. Vnde fit vt vix possint tunc hæretici cognosci. Verum vbi fructus eruditionis, potius dicerem seductionis, cœperit apparere, tunc primũ à pijs cognoscitur eorum impietas, quã sub specie pietatis tanto tempore absconderunt.

Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.

Serui accedẽtes dixerunt domino suo: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vñ ergo habet zizania? Qui fuerunt hi serui, qui hæc suggesserunt, suggerũtve dominis suis? Fuerunt & sunt certe viri iusti & timentes Deum, qui zelum habentes Dei, dum vident in Ecclesia malum, suggerunt Deo hoc per orationem, precantes eis auxilium Ecclesiæ citius aduenire, antequam malitia diabolicæ fraudis, hæreticæque prauitatis adeo clanculũ serpat, confirmeturque, nemine obsistente, in hominũ cordibus, vt paulopost nulla possit prælatorum diligentia curari. Primitiuæ igitur Ecclesiæ patres, cum viderent multas pullulare hæreses, quando sana vniformis esse debeat omnium fidelium eruditio, orationibus profecti sunt ad Deum, admirãtes, cum Dei verbum Euangelicum vbique seminaretur, quomodo hæresum zizaniæ simul æque crescerent. Et respondit dominus inspirando eis: Semen quidem Dei verbum esse sanum & bonum, sed tamen hominem inimicum, id est, diabolum, qui non propter cõformitatem, quam cum homine habeat corporalem, sed ratione mentis (quia spiritus est) homo dicitur, hoc fecisse, vt sensus intellectusq; vbi Dei adulterinus, falsusq; ex vera scriptura ab hęreticis assumeretur. Consulunt autem dominum, an illi placeat zizaniam euelli. Ideo sequitur:

Patrũ primitiuę Ecclesiæ vigilantia quanta fuerit.

Serui autem dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non, ne colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite crescere vtraque vsq; ad messem.

G

Indignum eis videbatur, loco tritici lolium natum foueri, & respondit: Non. Neque enim hic soli iusti viuere debent, qui perfecti nunquam fierent, nisi per malos sibi coniunctos exercerentur. Nusquam ergo solos colligit electos, sed simul bonis malos cõiungit, vt sint qui probent, & qui probentur. Quis enim hominum dicetur patiens, aut mitis, vbi nemo illum despicit, vbi nemo iniuriam facit?

Aut

Aut cui iniuriam donabit, si nullam ei qs piam intulit? Vides igitur exercitia virtutum haudquaquam esse posse, vbi non fuerint vitia. Bonorum enim est officium iniurias patienter tolerare, non inferre. Porro mali sunt, qui alios persequuntur. Si igitur pati debemus persecutionẽ, necesse est esse, qui hanc nobis inferant. Et si hanc nemo infert nisi malus, ergo mali necessarij sunt nobis & vtiles, nec prorsus abijciẽdi: quandoquidem electis Dei magna venit de malis vtilitas, sicut etiam ex persecutione, tentationibusq; dæmonum multa nobis eueniunt bona. Admonet igitur non eradicandos malos, nec hęreticos omnes, rationem huius assignans, ne quum velimus zizaniam euellere, simul euellamus & triticum. Mali hæretici quoque multi, de quibus plene non constat eos esse malos, aut hæreticos, si tollerentur de medio (posset euenire, vt eis fieret præiudicium) quia aut sunt conuertendi, aut adeo non sunt mali, quantum humana iudicat temeritas, ad iudicandum & damnandum alio qui prona. Fieret nanq; tunc, quod Christus dicit, vt cum putarent se euellere zizaniam, eradicarẽt triticum. Quod alio quo que posset contingere modo, dum hæretici sunt potentes, habentve eos, qui in terrena sunt cõstituti potestate, fautores, vt nõ facili queant modo e medio tolli, nisi cum magna iactura & persequutione fidelium. Tunc enim eos diuino relinquere iudicio præstat, quam eradicare de terra: aut obseruari, expectariq; oportet tempus opportunum, quo absq; fidelium possint puniri incommodo graui ac iactura. Quodsi nullum datur idoneũ, veniet messis, id est, consummatio seculi, & dicet dominus messoribus, vt sequitur:

Mali homines q̃ sint electis vtiles ad salutem.

Hæretici & mali homines q̃uisq; tolerandi sint.

Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fascículos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meum.

Colligite, inquit, primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Hoc præsens tempus, tempus est seminationis, vt Psalmista ait: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portãtes manipulos suos. Et Paulus: Qui parce seminat, parce & metet. Quodcunq; ergo seminauerit homo, hoc & metet. Colligite, inquit messoribus, primũ zizania, hoc est, separate eos de medio iustorum. Hinc colligitur, quod reprobi primum recipient iudicium, vt ante audiant ipsi sentẽtiam grauem damnatiõis, quam sancti ascendant cum Christo in cœlum. Cũ quibus benedictionem suam tunc nobis q̃q; Christus largiatur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus, Amen.

Psalm.125

2.Cor.9

Matth.13

SERMO DE EADEM DOminica. Mali vtiles sunt bonis, & quando euellendi, quando sint tolerandi.

H

Inite ea crescere vsque ad messem. Matthæi XIII. Verba sunt hodierni Euangelij, quibus interrogatus dñs, an mali cũ bonis sint tolerandi, respõdet vtrunq; & lolium & triticũ simul crescere debere (tametsi non à se zizania, sed bonum tantum semen esset seminatum) ne dum zizania putaretur eradicari, euellatur simũl & triticũ. Voluit autem nos docere, impossibile fore, vt oñis zizania euellatur e tritico, hoc est, vt omnes mali separentur à bonis. Nec etiam expediret, vt soli boni simul essent: quandoquidem exercendæ, perficiendęq; nullum virtutis haberẽt exercitium boni absq; malis. Multa autem bonis proueniunt bona à malis. Si enim non essent mali, cessarent multa opera bona, puta eruditiones sacræ, correptiones, monitiões, exhortationes, orationes, quæ fiunt pro malorũ correctione. Quando ergo zizania omnis tolleretur, multũ euelleretur tritici, id est, magna pars bonorum operum interiret, propterea quod tunc locum non haberẽt multa exercitia bona. Sic Apostolus dicit: Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Quid enim tam claram, lucidamque reddit fidem nostram, sacramque scripturam, quam persequutio hæreticorum? Illis enim falsitatem prędicantibus necesse erat doctores veritatis sudare, operamq; omnem nauare ac quærere, quibus locis impietatem euincerent, quibus argumentis rationibusq; hæreticorum errores confutarent. Vnde vehementer illustrata est Ecclesia. Si nullus fuisset hæreticus, non haberemus fulgida scripta patris Augustini, multa nobis deessent, ex Hieronymo p̃clara monimenta, ex veteribus item alijs admirãda nobis multa deessent. Itaq; si Christus flagellat omnem filium, quem recipit, quis nos flagellaret, i. per qs Deus flagellaret suos filios, si non mali superessent, qui torquerent? Ad quid autem mali torquent nos? vt idonei digniq; effici amur regno cœlorũ. Et quid melius regno cœlorũ? Quid vtilius? Vide, hæc per malos homines præstat nobis Deus. Sed absit vt propterea, quia nobis sunt persequẽdo vtiles, vt in hoc etiam sibi sint vtiles. Absit vt iuxta id, quod Deus p̃ malos nobis præstat, etiam illis retribuat Deus. Non iuxta hoc eius retribuit, nec ministros eos, vtpote flagellatores suos agnoscit, nec qa nos Deus purgare voluit, & illi nos purgauerunt, ideo Deo obedierunt. Sed nobis reddit iuxta patientiam nostram, & illis reddet secundum malitiã eorum. De hoc Augustinus diffuse tractans illum Psalmum: Deus vltionum dominus. Videte (inquit) quanta nobis præstitit Deus, de ipso immanissimo scelere proditoris. Iudas quippe tradidit ad passionem filium Dei, & per passionem filij Dei omnes gentes redẽptæ sunt ad salutem, nec tamen pro salute gentium merces tradita est Iudæ, sed pro malitia eius, debitum eius supplicium retributum est. Nam si traditio, & nõ tradẽtis animus considerãdus est, hoc fecit Iudas, q̃d fecit Deus pater, de quo scriptum est: Quia proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hoc fecit Iudas, q̃d fecit ipse dominus Christus, de quo scriptum est: Qui seipsum tradidit oblationem & hostiã Deo in odorem suauitatis. Et tamẽ gratias agimus Deo, q vnico filio suo nõ pepercit, sed p̃ nobis tradidit eũ. Gratias agimus ipsi filio, q seipsum tradidit p̃ nobis, & in eo voluntatẽ patris impleuit. Et detestamur Iudã, de cuius facto tñ beneficiũ nobis p̃stitit Deus, & recte dicimus: Reddidit ei dñs secundũ iniquitatẽ eius, & secundũ malitiã eius disperdidit eũ. Non enim ille pro nobis tradidit Christũ, sed pro argento, q̃ vendidit eum. Sicut ergo malis obest bonitas iustorum, sic bonis prodest iniquitas impiorũ. Hæc I Augustinus. Aduertendum est autem diligenter (si quis hunc textum velit de hęreticis intelligi, nam hi super verbo diuino zizania, id est, dogma peruersum semi nant) q̃d dominus causam assignans, quare hęreticos dixerit non eradicandos, hoc inducit, ne forte euellatis cum zizania simul & triticum, insinuans in hoc casu nullum esse fructũ exterminij eorum. Ne tamen credãtur placere Deo vitia & mala eorum, præmonẽs dicit, quid sit futurum eis tẽpore messis, quomodo in fascículos sint ligandi, & igne inextinguibili comburendi. Colligitur igitur hoc, vbi hæretici nocent fidei Christianæ, vbi nocent animabus, q̃tidie animas Deo abstrahentes, & in errorem mittentes, & quando satis moniti, & semper incorrigibiles (vt fere omniũ est hæreticorum consuetudo) inueniũtur: ibi, inquam, sunt de medio tollendi. Neq; enim minori cura est agendum pro salute animarum, quam pro salute corporũ, aut pro Reipublicæ salute, idq; iuxta aliã scripturam dicentem: Auferte malum de medio vestri. Primo enim sunt ab Ecclesia, de medio fratrum, id est, de communione fidelium separandi (est enim hæc separatio medicinalis) Qui si non correxerint se, sed præbuerint se in corruptionem multorũ, multosq; seducant, sunt etiam tradendi iudicio seculari, de q̃bus quid sit faciendum, leges declarant. Et hoc non prohibet fieri dominus, si modo ita abscindi possint, ne simul pati, perireq; propterea habeant innocentes fideles. Nam q̃d pro multorum est salute institutum (vt hæretici, qui maxime & præ omnibus nocent, exterminentur) non debet fieri, vbi contra est multorum salutem. Vbi ergo hæretici principũ habẽt protectionem ac fauorem, nec euocari, euinciq; possint, nec etiam argui, sed timeretur, expectareturque bonis persecutio, si punirentur, plecterẽturve morte corporali, tolerandi sunt potius, quam persequendi, ne forte sicut dominus dicit, cum euellimus zizaniam, hoc est, quum hæreticum de medio tollimus, multo id pluribus noceat, quã si fuisset dissimulatus, hoc est, si eius punitio aut sublatio causa fuerit, vt æque, aut maiorem propterea sustineant persecutionem fideles, tunc est dissimulandum, Deusque inuocandus, vt fidei suæ, ouibusq; suis prouideat. Nõ est autem tacendum, zizania quædam esse, quæ seminat diabolus, aut etiam propria malitia, quæ nõ sunt dissimulanda, sed magno zelo, quantocius extirpanda. Sunt aũt vitia, quæ sub virtutum specie occultãtur, & nonnun-

Mali quãtum prosint bonis

1.Cor.11

Hæretici quantum ꝓsint Ecclesiæ.

Augustin.

Roman.8

Ephe.5

Roman.8

Esaiæ 5

Matth.26

Hæretici qñ sint tollendi.

Vitia sub virtutum

ſpecie ſe polliãtia.

nonnunquam faciem induunt virtutum, virtuteſque ab ignorantibus nominantur. Hæc extirpanda ſunt magna diligentia. Periculoſum enim eſt valde, dum vitia virtutes creduntur, dum ſuperbia mentitur ſe humilitatem, dum ira iuſtitiæ zelũ, dum amor carnalis charitatẽ ſe nominat.

K Superbia ſub cuius virtutis ſpecie latet

Vt igitur videamus, contingit primo ſuperbiam latere ſub ſpecie zeli aut iuſtitiæ. Sunt enim, qui aliena carpunt vitia, & ſi modica ſunt, eadem etiam aggrauant, iudicanter grauiter & damnantes, quo ipſi præſtantiores, perfectioresq; his, quos vituperant, habeantur. Sunt quibus dominandi appetitus dominatur. Hi ſatagunt ſub ſpecie zeli alios ſibi committi inſtruẽdos, vt à diſcipulis magiſtri, à ſubditis patres appellentur. Latetque nonnunquam ipſos quoque ſuperbia hæc, vt quaſi per eſuriem iuſtitiæ videantur ſibi magiſterium, officiumve aliquod appetere, vt profint multis, vt ædificent & plantent. Sed non raro mẽtita eſt iniquitas ſibiipſi, quia ſi recte & omnes cordis ſui latebras ſcrutaretur, inuenirent ſibi dulcius arridere, præeſſe, quam prodeſſe. Quod inde liquet. Nãdum quod cupiunt, aſſequuti fuerint, tametſi in principio aliquam oſtentent diligentiam, paulopoſt id, ad quod videbantur anhelare, puta eruditionem, ædificationem, exhortationes, deuotionis ſtudium ſimul cum lectione negligunt. Secundo ſub ſpecie humilitatis palleat ſe ſuperbia, nam humiliando ſe naſcitur ſuperbia. Exercitia enim humilitatis, vt ſunt vilitas in veſtibus, paupertas in rebus, cum infimis cõuerſari, honores ſpernere, gloriam fugere, plerunque ſuperbiam inducunt. Adeo difficile eſt diſcernere inter verę falſæque humilitatis ſigna, adeoque eſt rarum à virtutibus vitia prudenter ſecernere. Eſt autem vitium quoduis latens eo periculoſius, quo minus manifeſtum. Noxium autem eſt magis oĩno, vbi etiam ab eo quem obſidet, virtus putatur. Sunt prętera bona alia innumerabilia, ſubquorum ſpecie ſe ingerit ſuperbia, vt dum bonum quæri putatur, non virtuti, ſed vitio ſeruiatur. Quod quid aliud eſt, quam ziza-

tere, i Pſal. 26

nia ſuper tritico ſeminata ab homine inimico. Simili mõ fit in auaritia, quã inimicus ſuperſeminat ſub ſpecie triplicis boni. Fingit enim licitum eſſe theſaurizare ſub ſpecie prouidentiæ, vt ſuæ aliorũq;

Superbia ſub humilitatis ſpecie vti ſæpe decipiat.

L Auaritia ſub cuius virtutis ſpecie ſe ingerat

neceſſitati prouideat. De hoc vitio Gregorius dicit: Auaritia deuictum animũ quaſi ex ratiõe ſolet exhortari dicẽs: Valde ſine culpa eſt, quod quædam habenda concupiſcis, quæ non multiplicari appetis, ſed egere pertimeſcis. Secundo ſub pietatis colore ſeminatur. Auari enim congregant, & multa retinent beneficia ſacerdotes, vt magna condant teſtamenta, vt ſacerdotia dotent, vt eleemoſynas tribuant: & ſub illa quidem ſpecie congregant, quum in vita tamẽ nihil horum efficiant, quippe qui à pecuniis non poſſint ſeparari. Deinde quanta ſuperſeminat, quę pertinent ad carnalem amorem, ſeu luxuriam ſub ſpecie amicitiæ, aut ſancti amoris? Nam conglutinat diuerſi ſexus homines amore inquietiſſimo, vt nihil cogitare, nihil loqui illis libeat, niſi de amata (vt ita loquar) perſona. Collocutio eorum inſatiabilis eſt, ſalutationes infinitæ, literę dulciſſimæ inter eos, & creberrimæ, munuſcula gratiſſima, nunciationes lepidiſſimę. In his quaſi dormitare videtur hoſtis infernalis, donec ſic agglutinati fuerint, vt alteri alter nihil negare poſſit, tunc primum erigit ſe inimicus, & libidinum ſtimulis, aut vtrunq;, aut infirmiorem concutit. Quo tandem emergant huiuſmodi, aut quo fine conſument hũc amorem, quem ab initio ſpiritualem putabant, verecundum eſt dicere. Seminauit enim inimicus zizaniam ſuper ſemine iuſto & ſancto charitatis. Eamus ad acedię ſemen, quod ſub ſpecie diſcretionis & propriæ compaſſionis ſeminatur. Indulgetur enim ventri, indulgetur ſomno, indulgetur denique aliis ſolatiis carnis nimium, ſub ſpecie, ne nimia auſteritate ſibiipſi noceat. De hac inertia, acacedia Auguſtinus loquens, dicit: Acedia & ignauia dicunt: Si lectioni cõtinuato ſtudio inſiſtis, oculorum caliginẽ incurris. Si indefinenter lachrymas fuderis, ipſos etiam oculos amittis. Si quotidiano te labore afficis, ad opus ſpirituale quando ſurges? Eſt nihilominus alia fraus, q̃ſub ſpecie virtutis acediam diabolus ſeminat. Nam aliquos vbi viderit virtutis ſtudioſos atque ſuperbiæ hoſtes, eis ſuadet à bonis operibus quieſcere, ne magni reputẽtur & ſancti: ſed potius quieſcant à bonis ſtudiis, operibusq;, vt viles, humiles, & ignoti maneant mundo, & vt deliteſcant in humilitate viuẽtes.

Grego.

Luxuria quo ſefeſu copallet

Acedia ſub cuius virtutis ſpecie ſe abſcõdat

Auguſt.

Hoc modo vbique ſuper Chriſti doctri-

M

ctrinam ſanctam & ſalutarem ſuperſeminat diabolus dogma peſtiferum ſuum hæreticorum, malorumq; hominum, quod tamen eradicari vetat (vt dixi) in hoc ſolo caſu, vbi commode id fieri nequit, vt eradicetur ſola zizania, abſque graui turbatione electorum Dei. Nam, ſi id fieri poteſt, vt tritico ſaluo euellantur zizania, nequaquam prohibet, quin euellantur. Quomodo enim velit zizaniis grauari triticum, vbi ſeparari poſſunt, quãdo adeo diligit triticum, vt ne ipſum euellatur, ſimul zizaniam quoque propterea tolerat? Habemus autem exemplum de hæreticis, impiiſque exterminandis in zelo Moſi, qui poſtquã populum Iſrael adoraſſe cognouit vitulũ,

Numer. 12

Leuitis præcępit vir alioqui mitiſſimus iu

Exodi 32

bente domino, dicens: Ponat vir gladium ſuper fœmur ſuum. Ite & redite de porta vſque ad portam, per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum, & amicum, & proximum ſuum. Ceciderunt autem die illa quaſi viginti tria milia hominũ. Simili modo in Numeris legimus præ

Numer. 25

cepto Moſi de his, qui initiati ſunt Beelphegor, hoc eſt, qui fornicati fuerant cum filiabus Moab, & adorauerunt deos earũ, cæſa viginti quatuor milia virorum. Non leuiorem peſtem inferunt hæretici animabus alienis, quam hi præfati ſibiipſis. Atq; ideo vbi ſegregari poſſunt, & emendare ſe nolunt, non ſunt tolerandi. Diſcamus poſtremo oportet hic vigilare aduerſus inſidias diaboli, ne ſeminet intra nos, id eſt, exufflet, & incendat malas cogitationes. Quarum ſi ſemina in nos iecerit, hoc eſt, primos excitauerit paſſionum motus, enitendum ne permittãtur creſcere, ſed in initio eradicẽtur. Mora enim robur illis prętſtat, vt eo difficilius tandem euellantur, quo diutius in nobis iacuerint. Addat nobis dominus virtutem, & fortitudinem ad contutandam cordis noſtri mundiciam, & illuminet intellectum noſtrũ, quo prudenter omnes diaboli technas euadere, omnia retia eius dirumpere, & cuncta ipſius ſemina valeamus eradicare, per Chriſtum dominum noſtrum, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Vigilãtia quanta opus ſit ad ueriſ? fraudes dæmonum.

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ VI. poſt natiuitatem Chriſti, iuxta ritum quarundam Eccleſiarum.

Matth. XI.

ANte hoc Euangelium ſcribit Matthęus dominum Ieſum exbraſſe multis ciuitatibus, in qbus virtutes fecerat multas, quod ad pœnitentiam non fuiſſent cõ-

Matth. 3 Matth. 9

uerſæ, ſed in Ioanne præcurſore ſuo, qui auſterioris videbatur vitæ, & in ſe, qui clementioris atq; communioris, fuerant homines incolę illarum ſcandalizati, inſinuans, quod eo grauius eſſent habituri iudicium, quo præſtita eis fuerãt beneficia maiora. Ingratiudo enim erat ingens, quãdo beneficiis Chriſti multis, qui præclara coram eis variaq; miracula fecerat, fides eorum non reſpondebat. Idcirco dixit: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in

Matth. 11

Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamẽ dico vobis, Tyro & Sydoni remiſſius erit die iudicij, quam vobis. Et tu Capharnaum, nunquid in cœlum exaltaberis? Vſq; in infernũ deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, remanſiſſent vtique vſq; in hunc diem. Veruntamẽ dico vobis: Remiſſius erit terræ Sodomorum in die iudicij, quam tibi. Reſpondens igitur Ieſus ad quæſtionem, quæ inde naſcebatur ex illis verbis, & quę potuiſſet illi fieri (Sciſcitari enim quis potuiſſet: Quare plebs Iudæorum, quorũ hic ciuitatibus exprobrabat, fuiſſent incredu li, cum gentes adeo fidem alacriter recepe runt) patri ſuo gratias agit, dicens:

Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Confiteor tibi, hoc eſt, cognoſco, fateor, ad laudemque tuam manifeſto, & tibi gratias ago, qui pater es meus per æternã generationem, aliorum autem membrorum meorum per adoptionem. Domine cœli & terrę, hoc eſt, vniuerſorum, tam cœleſtium, quam terreſtrium, tam viſibilium, quam inuiſibilium. Quia abſcondiſti hæc à prudentibus & ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis. A prudentibus & ſapiẽtibus, non à vere ſapientibus, ſed à præſumptuoſis, ab inflatis, à tumidis & ſuperbis, qui ſa-

I pientes

Esaiæ 5 Ioan.9

pientes sunt in oculis suis, cuiusmodi erant Pharisæi, Scribæ, & Legisperiti, & reuelasti ea paruulis, humilibus, nihil de se præsumentibus, hoc est, apostolis, & pereos credentibus. Quæ sunt autem, quæ absconditasunt superbis, nota facta humilibus? Mysteria Euangelij, diuini beneplaciti secreta, consilia Dei, & fidei arcana. Ea enim absconditasunt prudentibus & doctis huius mundi, vt licet multa de his intelligant, multa differant & doceant, non tamen ea, quę loquuntur, mentem eorum afficiunt. Hi enim quorum mens afficitur, suauiterque consentiens quiescit in amore veritatis, in cognitione, approbationeque diuini beneplaciti, vere sunt sapientes dono sapiētiæ illuminati, & charitate confortati, quantumlibet sunt, siue eruditi, siue illiterati, sunt tamen humiles & paruuli, idonei ad spiritus sancti capiendam illuminationem. Hi sunt, quibus Deus secreta sua reuelat. Alij vero omnes, quamuis eloquentes, quamuis docti, quamuis prudentes, stulti tamen sunt coram Deo. Nihil enim stultius, quam Deo non obedire, cœlestibus terrena præferre, caduca magis, quam Deum amare. Beati igitur quibus Deus ea reuelat: beati etiam, quos Deus paruulos ac dignos hac reuelatione facit. Neque enim habet homo, vt glorietur se paruulum fuisse, aut humilem, & propterea illuminatū. Si illuminatus es, à Deo illuminatus es, & si paruulus es, à Deo hoc quoque accepisti, vt paruulus esses. In omnibus igitur laudanda est multitudo dulcedinis diuinæ, & misericordiæ eius exuberantia infinita. Itaque reuelat Deus secreta sua, ea scilicet, vt sunt viæ ad ipsum occultę, ad perfectionē tractus quidam, sed & discretio quoque, prudentia, ac moderamen, inter agenda, eligenda & respuenda, cognitio item & amor diuinę voluntatis, quæ omnia humilibus reuelantur bonæ voluntatis. Horum innumeri fuere, suntq; hodie omnes electi Dei, qui non in sublimitate sermonis, non in calliditate & astutia sensus, non in opinione magni nominis, aliquid apud filios huius seculi æstimati sunt, sed à mundo potius contempti, atque viles inutilesque reputati. Hi, inquam, sunt paruuli illi, quibus Deus reuelauit. Quapropter Apostolus dicit Corinthijs: Videte, inquiens, vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes sunt inter vos (de mundi sapientibus loquitur) sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes. Et iterum: Nonne stultam fecit Deus sapiētiam huius mundi?

Absconditaquænā sint superbis.

Sapientes vere quinam censendi.

1. Cor. 1

Ibidem.

B

Secreta quænam Deus suis reueler.

Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te.

Ita fit, ita cōgruit, sic te decet pater, quoniam tibi ita agere est beneplacitum. Tua enim voluntas congruentissima, sapientissima, iustissima, ac optima est. Quare etiā, quur illuminentur, isti relinquantur, ratio non est alia nobis inuestigabilis, quam diuinum sanctissimumque Dei beneplacitum. Voluntas enim Dei est, vt hic saluetur, iste relinquatur. Petrus nanque & Iudas, vterque peccauit, nec impossibile fuit Christo respicere misericordiæ suæ oculo Iudam, quemadmodum respexit & Petrum. Sed quare non fecerit, non aliud respondere nos possumus, nisi quia non voluit. Propterea sanctus Augustinus in Homelia dicit super ꝟbo: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Quem trahat, & quem non trahat, & quur istum trahat, & illum non trahat: Noli iudicare, si non vis errare. Nondū traheris: ora vt traharis. Hoc tamen certum legimus in scriptura, Deum dici indurare, non misereri, excæcare, & hic Deum proinde abscondisse quibusdam Euangelium suum. Deum, hoc est, Christum locutum esse in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Verum hęc & omnia alia, de Deo intelligēda sunt negatiue, hoc est, quod non quærentibus, non volentibus non dat gratiam suam, quomodo sol fenestras suas occludentibus negat radios suos. Verum qui apperit, nōne ex dono Dei aperit? Nihil igitur possumus hic definire. Sed dicit quis: Et qui fenestras suas aperit, nunquid non ex dono Dei aperit? Dico verum est, cogimur igitur tacere, quia non possumus inuestigare, & fateri cum Apostolo: Non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.

Matth. 16 Matth. 27

Augustin. Ioan. 6

Exodi 7

Esaiæ 6 Marc. 4 Lucæ 8

Roman. 9

Oīnia mihi tradita sunt à patre meo.

Certum est filium Dei esse æqualem patri, Deum de Deo genitum, consubstantialem patri. Certum est etiam, iuxta Christi humanitatem, omnia tradita Christo à patre suo, quandoquidem ipse quoque post resur

Matth. 28

resurrectionem apostolis fatetur, dicens: Data est mihi potestas omnis in cœlo & in terra. Quod tamen non ita crasse intelligēdum, vt pater se ab aliqua potestate aut virtute exemerit, seq; nudans eādem filio tradiderit, sed ita tradidit filio oīnia pater, vt eadē nihilominus ꝙq; remaneāt in patre.

Et nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.

C

Non est intelligendum, quando dicitur: Nemo nouit filium nisi pater, aut e diuerso, nemo nouit patrem nisi filius, quasi pater non nouerit seipsum, aut seipm non nouerit filius: sed intelligēdum est, vt sub intelligatur nemo alterius essentiæ nouit patrem nisi filius, tūc enim adstruitur, &c. nosse & filium, & spiritum sanctum. Excipitur enim quilibet alterius essentiæ, non excipitur quilibet alterius personę. Nemo igitur cognoscit Deum perfecte, nisi Deus, siue pater, siue filius, siue spiritus sanctus. Deus enim solus cognoscit seipsum, quia Deus, quum infinitus sit, à finito cognosci nō potest. Quamuis autem Deum nulla cognoscere possit creatura, hoc est, eius essentiam, radius enim aliquis diuinę essentiæ communicari potest intellectuali creaturæ, quo iuxta capacitatem suam intellectualis creatura, siue angelica, siue rationalis aliquo modo illum cognoscit. Si quidem in hac vita per fidem & donum sapientiæ cognoscunt Deū electi, non quidem perfecte, sed ex parte. Porro in patria (sicut Ioannes ait) videbimus eū sicuti est, scilicet in seipso, non tamen plene cōprehendemus eū, sicut ipse seipsum plene cōprehendit infinitus infinitum. Iam itaque vbi se ęqualem in maiestate monstrauit patri, vbi nō omnibus sui notitiam infusam seu reuelatam ostendit, exclamat:

1. Cor. 13

1. Ioan. 3

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

Venite ad me omnes per cōuersionem mētis. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Venite per desiderium spiritus. Venite per auersionem mentis vestræ, à carnalibus desiderijs, & rebus caducis, quę nihil vobis proderunt in die visitationis vestræ. Venite ad me per imitationem virtutum, & actuum meorum. Venite igitur ad me omnes qui laboratis, & onerati estis,

Ioel. 2

1. Petri 5

Oīnes qui laboratis varijs ægritudinibus animæ, torpore, ignorantia, caligine, concupiscentia, infirmitate, praua consuetudine ex fomite peccati, vt per me adiuti non laboretis. Venite omnes, qui laboratis & onerati estis peccato idololatriæ reliquisque immanissimis sceleribus, quæ vos grauant ponderosius talento plumbi, deponentes omne hoc pondus & circunstans vos peccatum. Venite etiam, qui sub onere estis legis, quod vobis imposuit Moses id, quod neque vos, neque patres vestri ferre potestis, & ego reficiam vos pane cōfortationis, & consolationis, & gratiæ meæ.

Hebr. 12

D

Est autem multiplex panis, quo nos Christus reficit. Panis supersubstantialis, qui sumitur in sacramento, de quo Christus dicit: Caro mea vere est cibus. Deniq;: Panis, quem ego dabo vobis, caro mea est pro mundi vita. Est iterum panis obedientiæ, ac bonæ actionis, de quo Christus idē dicit: Meus cibus est, vt faciam volūtatem patris mei. Est deinde panis lachrymarū. Est quoq; panis vitæ & intellectus. Omnibus his reficit Christus. Exultemus igitur ad hanc vocationem suauem, omniq; gaudio plenam, vbi non vnus aut alter, sed omnes vocamur. Quo? A labore ad requiem, ab oneribus ad refectionem; ab ira ad gratiam, à morte ad vitam, à tenebris ad lucem, à captiuitate ad libertatem, à seruitute ad amicitiam Dei.

Panis ꝙtuplex. Lucæ 6 Ioan. 6 Ibidem.

Ioan 4 Psalm. 79 Eccle. 15

Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Iugum obedientiam legis Euangelicæ significat. Vnde beatus homo, q portauerit iugum domini ab adolescentia sua. De hoc iugo domini, quod hic vocatur suaue, Augustinus luculentissimum facit sermonem, quasi interrogando dicens: Mię videtur quibusdā fratres charissimi, quum audiunt dominum dicētem: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, ꝙa mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugū eīm meū suaue est, & onus meum leue, & confiderant eos, qui iugum ipsum intrepida ceruice subierunt, & farcinam illam mansuetissimis humeris accepe

Thren. 3

Augustin.

runt,tantis agitari & exerceri difficultatibus huius ſeculi,vt nõ à laboribus ad quietem,ſed à quiete ad laborem vocati videantur,cum & Apoſtolus dicat: Oñes qui 2.Timo. 2
volunt in Chriſto pie viuere, perſequutionem patientur. Ait ergo aliquis: Quomodo iugum leue eſt,& farcina leuis,quando quidem & illud iugum & farcinam ferre, nihil eſt aliud,quam pie viuere in Chriſto? Et quomodo dicitur: Venite ad me,qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos, ac non potius dicitur: Venite qui vacatis, Matth. 20
vt laboretis? Nam & vacãtes inuenit,quos conduxit in vineam,vt ferrent ęſtum diei. Et ſub illo iugo leui,& farcina leui audiamus Apoſtolum dicere: In omnibus com- 2.Cor.6
mendãtes noſmetipſos,tanquam Dei miniſtros,in multa patientia,in tribulationibus,in neceſſitatibus,in anguſtijs, in plagis,& cætera. Et alio loco in eadem epiſto- 2.Cor.11
la: A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum,ter naufragium feci. Nocte & die in profundum maris fui, & cætera, quæ numerari pericula quidem poſſunt, ſed tolerari,niſi ſpiritu ſancto iuuãte,non poſſunt. Omnia ergo illa,quæ commemorauit aſpera & grauia,frequentius & abundantius ſuſtinebat: ſed profecto aderat ei Iugũ dñi quõ ſpũs ſanctus leue faciat.
ſpiritus ſanctus, qui in exterioris hominis corruptione, interiorem renouaret de die in diem,& guſtata requie ſpirituali in affluentia delitiarum Dei, in ſpe beatitudinis futuræ omnia præſentia deliniret aſpera,& oñia grauia releuaret. Ecce quam ſuaue iugum domini portabat,& quam leuem ſarcinam,vt omnia illa,quæ ſuperius enumerata,dura & immania omnis auditor horreſcit, leuem tribulationem diceret,intuens interioribus & fidelibus oculis, quanto precio temporalium emenda ſit futura vita, non pati æternos labores impiorum, & ſine vlla ſolicitudine perfrui ęterna felicitate iuſtorum. Et poſt pau- Auguſtin.
ca. In omnibus rebus quoque terrenis, quarum licet ſtudia,exercitiaque laborioſiſſima ac difficillima ſint, laborem tamen hunc oſtendit tolerabilem, & ſæpenumero ſuauem,idque per amorem,quo res huiuſmodi,aut deſiderantur,aut exercentur.

E Vnde difficillimis quibuſdam ac laborioſiſſimis enumeratis tandem concludens,ait: In omnibus his, qui hæc non amant,pũta in militia,negociatione, venatione, ſtudio literarum, & reliquis id genus,qui hæc non amant, eadem grauia patiuntur. Qui vero amant, eadem quidem, Amor vti oñia grauia leuia efficiat
ſed non grauia pati videntur. Oñia enim ſæua & immania,prorſus facilia, & prope nulla facit amor: Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit,quod ad miſeriam, quantum potuit,cupiditas fecit? Quam facile tolcratur quælibet aduerſitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur? Non immerito Paulus vas electi- Roman. 8
onis dixit: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ecce vnde iugum illud ſuaue eſt, & farcina leuis. Et ſi anguſta eſt paucis eligentibus, facilis eſt tamen omnibus diligentibus. Vnde dicit Pſalm. 11
Pſalmiſta: Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Sed quæ dura ſunt laborantibus, eiſdem ipſis miteſcunt amantibus. Nihil enim tam facile bonæ voluntati,quam ipſa ſibi, & hæc ſufficit Deo. Hæc Auguſtinus. Venite igitur,qui hactenus laboraſtis in vitijs,& pro deſiderijs veſtris explẽdis,ſub graui iugo, vt peccati ſerui militaſtis. Abijcite graue hoc iugum peccati quo diabolus vos premit,& propria voluntas. Abijcite in fatigabile,inſatiabileq; peccandi deſiderium,q̃d vectigal ac penſionem quotidianam à vobis exigit, vt à labore multo liberemini. Quæ enim requies dulcior,quam à peccatis ferias agere? Quę ſuauior,purior,honeſtior,ac quietior, quam vitijs non ſeruire? Venite igitur, inquit Chriſtus, omnes qui Matth. 11
laboratis & mole prauæ eſtis conſuetudinis onerati, vt vos reficiã, vt vos releuem. Diſcite à me, qa mitis ſum, & humilis corde. Hic ponit, vnde iugum ſuum nobis fiat ſuaue. Humilibus enĩ dominus ſemper Iacob. 4 1.Petri 5
dat gratiam,& humiles habent vnde non murmurent, vnde non fatigentur in opere Dei, vnde nõ glorientur, vnde ſibi non placeant. Quicquid enim fecerint, minus illis adhuc videtur, eo quod debent. Porro mitem eſſe corde, eſt eſſe non amarum, non virulentum, non impatientem, non iratum, non durum, non inuidum. Humilitatem itaque habere & mititatem, eſt habere ad Deum, proximumq; charitatem. Qui enim humilis eſt, præcepta Dei ſeruat, legi ſe Dei ſubijcit, diuinis obtẽperat mandatis, patienſq; eſt, vt quę à Dei prouidentia

dentia ſibi mittuntur toleranda, non reſpuat, ſed æquanimiter ferat. Qui etiã humilis eſt, proximum non deſpicit, non iniuriatur alicui, nemini exprobrat, nemini reſiſtit, neminem oppugnat. Quapropter cum omnibus habet pacem, concordiam, & charitatem. Ad hæc quoq; maxime iuuat mititas, quæ facit verbo & iniurias tolerare, benigno alienam iram ſermone, ſuaui, ſerenoq; vultu placare, ad contumelias Roma. 12
tacere, non vlciſci iniurias, non pro malo malum reddere, dolos, fraudeſque, aut non aduertere, aut pie diſſimulare. Has duas virtutes largiatur nobis dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO DE EADEM DOminica. Quibus domini iugum ſit ſuaue: & humilitas quo modo obtineatur.

F Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Iugũ enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue, Matthæi vndecimo. Oñes nos pijſſimus ſaluator vocat ad iugum Euangelicæ legis, auocans à iugo diaboli, à iugo peccati, & à iugo propriæ voluntatis. Sub his enim iugis quamdiu aſtricti fuerimus, ducimur captiui cum contumelia & contemptu Dei, ad omnem tranſgreſſionem diuinorum præceptorum, & ad diaboli voluntatem. Quocirca vt dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum vitiorum, neceſſe eſt vt ſalutare ſuaueq; iugũ domini nobis imponamus, ſi domini volumus eſſe iumẽta. Ne autem territi cauſemur iugum nos domini ferre nõ poſſe, promittit ſuum iugũ graue non eſſe, ſed ſuaue & leue, ad hæc nos velle reficere, quo facilius omnem feramus laborem. Hæc itaq; domino promittẽte globum Choreitarum magnum audio, hoc eſt, Chriſtianorum impiorum, falſorũq; monachorum ego audio murmurãtium, obloquẽtiumq;, quod nimis ſit graue domini iugũ, video quoq; quod ferme quotidie quęritur occaſio, qua domini iugum non omnino tollatur, aut abijciatur, aut releuetur. Omnes clamãt: Hoc mihi onus graue eſt. Hoc ferre non poſſum: cum dñs interim iugum ſuum dicat ſuaue, & onus leue. Eſt reuera domini onus ſiue iugũ ſuaue, ſed bonæ voluntatis hominibus, nam Pſalm. 2 Iugũ dñi quibus ſit
duris, immortificatisq; hominibus, q pro ſuaue, & quibus nã
priam nolunt exuere voluntatem, neceſſe eſt vt durum, graue, moleſtumq; ſit & ſentiatur. Porro anima quę ad Deum ſe conuertit, quæ ad Deum amans aſpirat, quæ Deum quærit, huic nihil eſt difficile, quicquid illi occurrerit, quo ſe ſperat placere Deo, aut perduci ad Deum. Dulcis enim adeo, aut ſaltem deſideratus illi eſt deus, vt eius amore, neq; grauia, aut moleſta faſtidire, neq; declinare aduerſa poſſit, ſed gaudeat potius quod inuenerit, vbi ſe commẽdabilem, obedientemq; exhibeat Deo. Deſiderium nanq; hoc placendi Deo, amandi Deum, honorandi Deum, gratumq; q̃d eidem exhibendi, non finit hominem qui eſcere, negligereve aliquid, nec permittit ſentire iugi grauitatem ſeu moleſtiam.

Volũtate omni propria exuitus quãta ſecuritate gaudeat.

Quæcunq; itaq; anima à terrenis ſe abſtrahit, ſtudioſa quomodo cõiungatur Deo, quæ præterea conatur omnium medio carere, quod inter ſe & Deum poteſt inuenire, huic procul dubio ſuaue eſt iugũ Chriſti, ſunt enim qui tolerant, fouẽtq; media inter Deum & animam ſuam, & diligunt ſua impedimenta ipſa, his non mirum eſt, vt fiat iugum domini inſuaue. Porro, qui ab omni proprietate, hoc eſt, à proprio amore, à propria affectione, ſenſu, iudicio, voluntate, zelo, opinione & inclinatione quacunq; propria, hoc eſt, qua ſeipſum reſpicere, aut quærere poſſit, fuerit excitus ac liber, illi ſuauiſſimum eſt iugum domini, quia voluntatem habet communem in Deo. Nihil enim torquet eum, cum nõ habeat in ſe proprium quid, pro quo zeletur timeat, doleat, aut gaudeat: ſed omnia habet communia cum Deo, hoc eſt, vnum velle & nolle, & omnia illi placent, omnia ita vult, vt accidunt à Deo. Ad nihil aliud reſpicit, quam ad Dei beneplacitum, quia negligit, non recordatur, non quęrit, non amat ſeipſum. O quantam pacem habet, et quam ſuauiter portat iugum domini, qui proprietate omni caret, quicquid agit, qcquid patitur, nihil aut modicum ſibi videtur, quia nunquã ſuo poteſt ſatisfacere deſiderio honorandi, exaltandiq; Deum.

G Quæ ſunt autem onera? hęc ſunt multiplicia grauamina, infirmitates, incommoda, aduerſitatesque quas ſuper hominem venire ſinit. Sed heu, quam paucis hæc ſunt leuia. Conquerimur omnes, effugere, & euadere conamur omnes, cum ta- On⁹ Chriſti leue q̃d

men homini adeo sit necessarium pati, vt vix spiritualis effici, vix ad interna venire queat, nisi pressuris & tribulationibus impulsus. Quapropter cum Christum oportuit pati, & sic in gloriam suam intrare, Luc 24 quid aliud nobis expectandum est? Et si patiendum est nobis, cur duplici afflictione conterimus nos? Quare non voluntarij sumus ad patiendum? quare non hilares patimur? quare addimus onus oneribus nostris? Non igitur consultius esse aut dici potest homini quicquam, quam vt suapte deuotione, resignationeq; spontanea subijciat se Deo humillime, & consentiat, offeratque se Deo in eius beneplacitum vniuersum. Qui huiusmodi est, onera portat leuia. Nihil enim illū conturbat. Quandoquidem omnia iudicia ex manu Dei recipit. Iam videamus quod reliquum est. Inuitat enim nos dominus ad iugum suum Euangelicum tollendum, hoc est, accipiendum: quo significat liberum arbitrium. Neque enim cogit nos, sed si consilio volumus acquiescere salutari, tollendū est eius iugum super nos, oneraq; portata, quæ nobis ille ferenda imponit. Hortatur autem nos ad recipienda onera, promittens illa nobis fore leuia. Quod vt ita fiat, docet nos vt imitando eius discamus humilitatem, qua fiat vt nihil nobis graue, intolerabileve videatur. Vide autem quam grata sit illi, necessaria nobis humilitas. A Psalm. 18 summo enim cœlo egressio eius, sed non magna, subtiliave nobis attulit philosophica documenta. Non mundi docuit astutiam, sed mititatem & humilitatem. Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humilis corde. Humilitas Christi quāto studio imitāda. Hanc eruditionem nobis legendam obtulit in libro vitæ, hoc est, in libro humanitatis suæ, in libro sanctissimæ, innocentissimæque conuersationis suæ. Breuis est hæc lectio, qua nihil breuius possit doceri, nil capi facilius, nil obseruari vtilius. Beatus qui humilitatem in hoc libro didicerit vitæ, qui in cor suum hanc inscripserit lectionem, vt sæpius, iterumque inspiciat, ac imitari gestiat exemplar sibi præmonstratum. Inter omnia agenda, in omni euentu Dei seruus ad exemplar, hoc est, ad librum vitæ, ad vitam & humanitatem Christi deberet recurrere: in singulis ambiguis, eius mores, gestus, actus & virtutes contemplari, seipsum interrogare inuestigando, cuiusmodi dominus verba, cuiusmodi gestus, in hoc, aut simili casu exhibuisset, & quomodo illum conformiter debeat imitari. Gratissima certe Deo & hominibus est humilitas, nec minus dulce mititas. Vt igitur mites, humilesque esse possimus, quæ sequuntur, obseruare studiose nos decet. Primum, qui ex animo cupiunt esse, inuenirique coram Deo humiles, non refugiant humiliari. Tantum enim necessaria est introducēdæ humilitati humiliatio, quantum curuitati virgæ necessaria est curuatio. Quocirca omnia, quæ sapientes huius mundi, & filij seculi huius arbitrantur ignominiosa, debet studiosus & amator humilitatis libēter amplecti. Certissimum nanque est signum veræ contritionis, atque pœnitentiæ veræ probatio euidens, qua agnosci de præteritis dolere peccatis potes, si in omnibus cupias haberi iuxta opinionem seculi minimus atque nouissimus, si ad æstimationem tui nullam, hoc est, si ad nihilipendentiam tui possis, & ad tui cōtemptum peruenire. Hoc autem studium debet esse vigil & continuum, quod constanter oporteat continuari. Est igitur pro regula tibi id generali tenendum: alioqui quisquis libenter esses humilis, de quibuscunque licitis seculi amatores erubescunt, aut ignominiosum ducunt, non erubescere. Intelligat autem qui se hic exercere cupit, magna indigere se Dei gratia, quam cooperatricem inueniet paratissimam, modo industria, propria ad hoc vtens, voluntatem, conatumque habeat feruentem. Cauendum quoque, ne ex sui humiliatione, alia superbia interior sibi, aut complacentia, aut vanæ gloriæ nascatur appetitus. Qui tamen si contra voluntatem tuam se conetur ingerere, cōtemnendus, exibilandusque est, nec à bono propterea studio, exercitiove cessandum. Secundo, ad verę humilitatis apicem aspiranti necessarium est (propter cōfringendos superbiæ motus) in omni re, & vbicunque negligētia, error, delictumve admissum fuerit, id sibi adscribere, sibi culpam tribuere ac fateri, si offensio humana contigerit, primo veniam petere, suam esse hanc culpam confiteri. Et quanquam id non semper fit conscientiæ necessarium, vt iniuriam patiens sibi culpam adscribat, atque læsus à lędente veniam petat, est tamen excrcitium obtinendæ perfectio,

H Humilitas quomodo obtineat. I.

II.

ctæ humilitati necessarium. Et hoc modo superbiam oportet propriam confringi, hoc modo humilitatem constabiliri oportet. Hoc denique modo ædificatur, meliorque efficitur proximus, & se humilianti à Deo accedit gratia maior propter conculcationem victoriamque superbiæ. III. Tertio, non minus te culpabilē æstimare Deoque gratias agere conuenit pro culpa seu delicto non perpetrato, quā de peccato admisso & condonato. Ex eodem enim manat fonte bonitatis & paris est misericordiæ, à delicto pręseruare, & delictum remittere. Omnium igitur te peccatorum clama reum, quæcunque homines audieris fecisse. Nam si non diuina te gratia pręseruaret, iam cecidisses, hæc existimatio profundius cor tuum penetret ac humiliet. Inde enim mitigaberis contineberisque à iudicando proximū. Quem nolle vnquam iudicare in corde, aut in verbis coram alijs, tanta tibi proponere debes constantia, tam firmo statuere pacto, quanto statuis non fornicari.

IIII. Quarto charitatem synceram ad omnes te oportet habere, non separatim hūc plus, hunc minus diligendo ex aliqua causa propria, puta quia tibi fauet, quia te excusat, quia tecum familiariter cōuersatur, sed pari, hoc est, diuino amore, eademq; charitate & bonos & malos diligere vnū quemq; scilicet in eo gradu quo à domino Deo diligitur. Ibi igitur omnis priuatus est excludendus affectus, relegandusque amor oīs naturalis, quo nostros amicos, fautores, pulchros homines, conterraneos, huiusmodique alios solemus in amore præferre. V. Quinto, in omnibus (vbi spirituali id profectui non aduersatur) rebus temporalibus eligere locum viliorem, remq; ignobiliorem, alios quoq; semper tibi ex animo præferre: gaudere quod ea, quæ alij reijciunt, possis obtinere, alijs optionem relinquere, atq; te meliores æstimare & digniores in Dei oculis esse. Et hic vigilandum, ne ex hoc æstimationem tibi aliquam procurare velis aut gloriari cupias. Syncerum enim esse debet quodcunq; studiū humilitatis. VI. Sexto ad pfectam ptinet humilitatem super nulla re cō queri. Conqueri nanque semper aut superbiam, aut amorem priuatum habet annexū. Matt.6 Discite igitur tu omnia in silentio sustinere, & quādiu abest tibi periculum aut animę aut corporis, discite pati, discite non murmurare, nō conqueri, discite tacere. Habet enim sæpenumero magnam speciem aut gloriantis inaniter, aut immortificati & impatientis conqueri, aut saltem alijs narrare, quid sustinueris. Quid enim opus est vt hominibus id referas, si ab hominibus non expectas mercedem? Porro si ab hominibus mercedem aut fauoris, aut opinionis, aut gloriæ quæsieris, apud Deum nullam expectabis, sed dicetur tibi: Reddita est tibi in vita merces tua. Discite igitur vbique in silentio præstolare salutare Dei. Non igitur teipsum defendas, non teipsum excuses, non pro te pugnes: sed tu tace, & dominus pugnabit pro te. Thren. 3 I

Charissimi hortor, moneo ac rogo vos omnes aduertere hanc lectionē Christi, & à Christo discere quā oporteat vos esse humiles. Absque humilitate nihil vobis cōducit, imo nocēt vehementer quæcū que alia habetis bona à Deo. Cū humilitate non nocebunt etiam bonæ voluntati mala præterita. Quare? quia eleuant vos in supbiam. Supbia aūt destruit omnia bona, cunctaq; dona à Deo accepta. Nonne vidistis hoc in superbo pharisæo? Quanta enim ille enumerat, quæ ad laudem pertinent (quamuis propter laudem non dicat, quia in secreto orans recensuit, nec etiam sibi eadem ascripsit, imo pro his tanquā à Deo acceptis, gratias egit) nec tamen omnia illa bona ei profuerunt propter superbiam quę eius bona destruebat? Sed vbi aut vnde erat superbus? Quia despexit alios. Non sum, inquit, sicut cæteri. Non sum sicut publicanus iste. Contempsit peccatores & eum, quem errans etiam iudicabat peccatorem, tamen illum Dei gratia p humilitatem ipsius iam iustificauerat. Cō temnendo itaque non solum omnia bona sua contaminauit, & non accepta Deo fecit, sed etiā graui sese peccato astrinxit. Quid ergo profuerunt ei omnia bona illa, quando hoc defuit ei, vnde reliqua placere debuissent, scilicet humilitas? Porro publicanus, quem Pharisæus peccatorem iudicauerat, non agnoscebat in se bona, vnde gloriaretur, agnouit autem mala multa quorum pœniteret, & pro quibus se humiliando veniam præcaretur. Quod vbi verba quinque tantum loquēs faceret dicēdo: Deus ppitius esto mihi peccatori, exiuit iustificatus de tēplo. Videtis Lucæ 18

quid fecit ſuperbia? Videtis quid fecit humilitas? Diſcite igitur, inquit Chriſtus, à me quia mitis ſum & humilis corde. Hæc nanque eſt diſciplina Chriſtiana, vt ſimus humiles, neminem iudicantes aut contemnẽtes, ſed nos potius oĩ, creaturæ ſubijciẽtes propter Deũ. Simus mites, neminẽ exaſperãtes aut lædentes, ſed iniurioſos atq; inimicos etiam quoſcunque, non ſolum toleremus, verum etiam diligamus illis benefacientes. Non eſt alia via regnum cœlorum. Qui ſaluari cupit, hanc ambulet viam. Quiſquis aliam ambulat, regẽ filiorũ omnium ſuperbiæ imitatur, & ad infernũ ambulat. Quiſquis aliam docet, ad gehennam ignis te mittit. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quod iubet, doceat, & quod nos docet, nobis infundat, vt hic ipſum imitemur in terris, & poſtea cum eo regnemus in cœlis, qui eſt benedictus in ſecula,

Amen.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA, EPIſtola beati Pauli Apoſtoli, prima Corinthiorũ vndecimo.

XIIII

NEſcitis quod hi, qui in ſtadio currunt, omnes quidẽ currunt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite, vt cõprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertuũ: ſic pugno, non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt, in nube & in mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt. Et omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra. Petra autem erat Chriſtus.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

1. Cor. 9

SAtis ante hunc locum epiſtolæ Paulus explicat, quanta diligentia, quanto vteretur quoque ſtudio ad promouendum Euangelium, cuius receptione multi ſaluarentur, quorumque ipſe ſalutis promotor & particeps eſſet. Tantam autem operã impendit Euangelicæ promotioni, vt nihil negligeret, omnem moueret lapidem, omnia pateretur, omnia proſpiceret quo caueret, ne ſcandalum pareret, aut offendiculum Euangelio. Qui enim, inquit, pro victoria & p̃mio currunt, ab omnibus abſtinent quæ ſe impediunt, & quamuis oẽs currãt, omniũ vnũ idemq; ſit ſtudiũ, vnus conatus, alios præcurrere: vnus tamen ſolus obtinet brauium. Hoc modo vult inducere, vt oĩbus p̃cipua & vna ſit cura, & qbus poſſint viribus currãt, omneque robur ſuum extendant ad obtinendum brauium æternæ felicitatis. Quapropter dicit: Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, & vnuſquiſq; primus ad terminum ſpacij venire cõtendit, quo celerioris curſus ſui obtineat præmium, non tñ omnes, ſed vnus tantum accipit brauium, vtpote qui primus ad metã terminumq; curſus ptigerit? Hac Paulus vult nos ſimilitudine docere, q̃d omnes debemus nos in anteriora extendere, nec aliter niti, quam ipſi velimus brauium obtinere. Conatus nanque tuus benefaciendi eo ſe debet extendere, ac ſi tu ipſe eſſe velis primus, qui cæteris velocior currat primusque veniat. Et quamuis conatus corporalis & virium in curſu viarum Dei proficiendi eſſe poſſit nimius, adeo vt non ſolum non promoueat, ſed impediat etiam celeritatem veniendi ad perfectionem virtutum, charitas tamen & deuotio in infinitum ſe poteſt extendere, vt nunquam tantum ames Deum, quin poſſis plus diligere. Nunquam tam magna eſt charitas, quin eſſe poſſit maior. Quappter nullam

Phil. 3

nullam vnquam tibi conſtituas menſurã charitatis, quam attigiſſe in hac vita tibi putes ſufficere, nec terminum proficiendi, vltra quem extendere te nolis, tibi præſcribas: ſed ad anteriora te extende, quod tamen intelligendum eſt de affectu charitatis, non de exercitio: de bona voluntate, nõ de voluntatis executione. Neceſſe eñ eſt in exercitijs ac operibus charitatis eſſe menſuram, ne indiſcretio nimietasque & ſpiritum extinguat, & corporis eneruet vires. Sic igitur curre, ſic in charitate creſce, adeo dilates & extendas affectum tuum ad placendum domino Deo tuo, & ad eius amorem, vt omnium optes eſſe perfectiſſimus, deuotiſſimus, fideliſſimus, acceptiſſimusque Deo, & in eius ſeruitio cum primis ſtrenuus. Id tamẽ haudquaquam fiat reſpectu tuĩpſius, quo exaltatiõem aut p̃eminentiam tui quæras, ſed intuitu Dei, quo illi adeo placere, adeo eſſe fidelis cupias, vt quicquid feceris, quantumuis dilexeris, minus te feciſſe, imo nihil te feciſſe æſtimes. Itaque hic conatus omniũ ſit Chriſtianorum in ſtadio huius vitæ ad cœleſtis regni brauium currentium, vt nemo inferior, ſed alius alio in charitate cupiat inueniri perfectior: quandoquidem omnis hic abeſt vanitas, omnis inhoneſta abeſt cupiditas, ſola ad deſiderij extenſionẽ erga Deum immenſa flagrat charitas. Proinde omnes currant & laboris ſui mercedem à Deo iuxta ſua merita recipiãt, licet vnus tantum præeminentiam & curſus victoriam ante reliquos obtineat. Itaq; ſic currite, vt comprehendatis. Militiæ ſpecies amor eſt, diſcedite ſegnes. Quandoquidem nemo ponens manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Sic, inquam, currite, & cum tanto feruore, cum tanta diligentia ac patientia in curſu perſeuerate, vt æternæ felicitatis brauium obtineatis. Currite faciendo quæ ad curſum iuuant, abijciendo quæ impediũt. Et quia vnus accipit brauium, quæris fortaſſe quis ſit iſte vnus? Vnitas Eccleſiæ. Vnitas eorum qui ſunt corpus Chriſti. In hac vnitate quiſquis eſt conſtitutus, & currit animo feruente, obtinebit brauium æternæ felicitatis, tametſi beatis (vt idem Apoſtolus dicit de planetis, & ſtellis, alia ſit claritas lunæ, alia ſolis, & ſtella differat à ſtella in claritate) differẽtia ſit in gloria. Sumit autem & aliam ſimi-

Ibidem.

Lucæ 9

1. Cor. 15

B

litudinem, qua nobis perſuadeat feruorẽ & diligentiam, à pugile. Omnis enim, inquit, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, quę poſſent remorari in pugna luctantem. Hoc modo, quia militia eſt vita hominis ſuper terram, incumbit nobis contra carnem & mundum pugnare quotidie, eſtque nobis colluctatio aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus ſpirituales nequitias in cœleſtibus, ideo omnia impedimenta ſunt nobis proſcindenda, quæ nihil ad pugnam faciunt, ſed potius pugnantibus nocent. Huiuſmodi vidit impedimentũ in iuuene Chriſtus, cui, vt venderet omnia, ſi vellet eſſe perfectus, conſuluit. At ille triſtis abſceſſit. De quo Chriſtus diſcipulis: Quam, inquit, difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum cœlorum? Sunt igitur pecuniæ impedimentum, quia raro ſine amore poſſidentur. Quapropter ei, qui pugnare contendit aduerſus diabolum, temporalium bonorum cura amorque reſecanda ſunt, vt ad pugnam reddatur expeditior. Quod in alijs quoque rebus ſeruandum eſt, vnde ſibi occaſionem inuenit homo, qua retrahitur impediturve à Deo, quia vt dicit: Qui in agone habet luctari, ab omnibus ſe abſtinet. Non ab vno tantum quæ noxia ſunt abſtinendũ eſt. Agoniſtæ autem huiuſmodi id inſumunt laboris, vt corruptibilem accipiant coronam: nobis vero ideo abſtinendum eſt ab his, quæ noxia ſunt, quæve animam impediunt, vt coronam percipiamus incorruptã, immarceſſibilem, & æternam. Ego igitur, qui vt prædixi, omnia facio propter Euangelium, tam feruenter, tam fideliter & expedite curro ab omnibus, quæ retinere poſſunt, abſolutus & liber, non is, qui in incertum currit. Currit autem in incertum, qui ſic viuit, vt aliqua agat vnde ſperet, aliqua itẽ agit, vnde deſperet. Sic quoque pugno contra diabolum, & omnes tã animæ, quam dei hoſtes, non quaſi aerem verberans, inaniter & abſque fructu, aut ſicut qui dirigit ſagittas in aerem. Sed, vt hoſtem poſſim ferire, carnem ſcilicet & diabolum, caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Vides qd exẽpli cauſa poſuerit Paulus, q̃ pbare, quã nõ inutiliter currat aut pugnet voluit? Nempe contradicentibus omnibus

Lu-

Lutheranis & deteſtantibus, id in teſtimonium aſſumpſit, quod caſtigaret corpus ſuum, quam caſtigationem ex humilitate quoque ſibi quaſi neceſſariam confitetur, ſubiungens: Ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Væ tibi miſer Paule, quomodo excidiſti à Deo, vt in abſtinentijs & carnis macerationibus remedium quæras contra petulantiam carnis, in hisq; confidas? Neſcis quia Lutherani hæc omnia abijciunt, & ocioſa ſe fide ſaluari ſperant? An ignoras, quod propterea monaſteria ſua deſeruerunt, quia graue ibi eis erat carnem mortificare, luxuriamq; vincere, vt hoc profiterentur Euangeliũ, hanc ſectam (ad quam non ſegnius, quã Paulus ad brauium cucurrerũt) in qua impune inculpateque ſibi liceret edere & cũ mulierihus fornicari Moabitibus? Sed abſit, vt in ieiunijs & carnis caſtigationibus fideret Paulus: ſciuit tamen ea eſſe neceſſaria vtiliſſimaque ſpiritui. Quæ Lutheranis non aliam ob cauſam, inuiſa ſunt & inutilia videntur, quia ſecundum carnem viuere (licet id erubeſcant fateri) eorum profeſſio eſt & inſtitutum, non opera carnis ſpiritu mortificare. Vult autem Paulus nos docere hoc ſuo exemplo, ne in hoc ſolo cõfidamus, quod baptizati ſumus, & à peccatis omnibus ſuperioribus ſemel mundati, eſcam quoque corporis & ſanguinis domini percepimus: quaſi Deus propterea, quę interim interauimus peccata, diſſimulet, aut impunita relinquat. Sed currere & pugnare, inqt, debet omnis Chriſtianus, quamdiu in huius vitæ ſtadio eſt conſtitutus, ſicut ego, ne poſt omnia bona, quæ à Deo miſericorditer accepit, adhuc reprobus efficiatur. Siquidem vt de Hebræis, inquit, aliquid inferam, qui noſtri figuram tenuerunt: Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fueruut eos protegente ab æſtu ſolis in die, & ab Aegyptijs abſcondente, & omnes mare tranſierunt, hoc eſt, per alueũ maris, per omnipotentiam Dei deficcatũ, in quo eorum perſecutores relabentibus vndis perierunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt figuraliter in nube & mari, quia ſignum baptiſmatis acceperunt, & omnes eandẽ eſcam ſpiritualẽ manducauerũt, puta mãna. Quod cibus vocatur ſpiritualis, tametſi corporaliter reficiebat & corporeũ eſſet alimentũ, vel pptęrea, q̃d virtute diuina & miniſterio generabatur angelorum in aere. Et omnes eundem potũ ſpiritualem biberunt emanãtem de petra, quã Moſes virga percuſſerat. Dicitur aũt potus ſpiritualis, quia naturali modo de petra non fluxit, ſed ſpirituali gratia & miraculo. Vel, qa nobis potũ Chriſti ſanguinis præfigurabat. Bibebant autem de ſpirituali petra eos conſequente, id eſt, deſiderijs eorum ſeruiente. Aut conſequente eos petra, id eſt, Chriſto per totum eremum, vt vbicunque deficerent humana ſubſidia cõſtitutis in via, ibi Chriſtus in petra ſignificatus eis neceſſaria miniſtrabat. Ideo ſequitur: Petra autem erat Chriſtus, non re, ſed figura & præſignatione.

In huius temporis hæreticos ſeditioſos.

Exo.17 Nume.20

Gala.5

Exo.13.14

Exod.16

Num.11 Deut.8

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ Septuageſimæ, Matthæi. XX.

C Septuageſimæ myſteriũ qd.

IN hac dominica filij hodierna Septuageſimam inchoamus, in qua læticiæ cantica ex officio ſubducimus diuino, ſic ſtatuẽte Eccleſia, vt hodie deuiationem noſtram recolamus, qua humanum genus multipliciter deuiauit à creatore ſuo, lapſuque mirabili à paradiſi amœnitate excluſum, ſuo merito cecidit in multiplicem miſeriam. Cecidit enim, vt dixi, ab incolatu paradiſi, in exilium hoc, quo viuimus, laborioſum. Cecidit de vita in mortem, de requie ad inquietudinem, de pace ad perturbationes, de incolumitate & tranquillitate ad afflictionem. Hæc autem omnia primi nobis parentes ac ſucceſſoribus noſtris in paradiſo ſua comparauerunt præuaricatione. Recolimus igitur humani generis lapſum ſtatuſq; noſtri miſeriam in luctu & triſtitia. Idcirco hodie quoque legitur Euangelium, quod noſtri nobis exilij indicat laborem & conatum, p quem à labore iterum ad requiem, ab afflictioneque ad pacem redire contendimus. Eſt enim laborioſa hæc noſtra vita, & exilium nobis calamitoſum in pœnitẽtiam datũ, vt peregrinantes per varias difficultates ad patriam, quam amiſimus, reuertamus. Huius autem laboris nobis in hoc Euangelio dominus Ieſus narrat ſimilitudinẽ, dicens:

Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam.

Iob 5

Gen.3

HOmo natus ad laborem dicitur, quomodo auis ad volandum. Et hoc maxime in hoc exilio, in quo nobis à Deo dictum eſt: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Admonet itaq; nos per ſimilitudinẽ Chriſtus, non ocio indulgendum, ſed labori, quo æternã, iuxta ſuam conuentionẽ, hoc eſt, iuxta ſuam miſericordiſſimam promiſſionem, ab eodem recipiamus mercedem. Dicitur igitur: Simile eſt regnum cœlorũ homini patrifamilias, ac ſi diceret: Negocium & ſtatus Eccleſiæ militantis comparari poteſt homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuã. Homo iſte paterfamilias, Deus eſt omnipotens, qui triplicem habet familiam, cœleſtium, terreſtrium & infernorũ. Prima eſt familia filiorum cum patre regnantium. Secunda familia eſt militum p honore patris & ſua ſalute pugnantium. Tertia familia eſt incarceratorum, & operum ſuorum malorum pœnas ſoluentiũ. Ad ſecundam familiam pertinet, quicqd hic de his, qui conducuntur in vineam, dicitur. Eſt enim vinea præſens Eccleſia, quæ regno aſſimulatur cœlorum, quia in ea, & non alibi negocium agitur, quo perueniatur ad regnum cœlorum. Deus autem pater idcirco homo dicitur propter pietatem, pater autem familias propter gubernationẽm. Exit autem non mutando locum, ſed diffundendo pietatem. Exit, ſed nihilominns vbique manet, vbique operans, omnia gubernans, omnia ſeruans. Exire tamen dicitur, vbi nouos producit effectus. Verbi gratia: In mundũ veniſſe dicitur, quia in mundo aſſumpſit carnem. In hominem quoque venire dicitur, quãdo noui aliquid in homine operatur, charitatiſque diffundit feruorem. Dies hic ſignificat ætatem mundi, ſeu ætatem hominis. Diuerſæ itaque ætates, diuerſæ ſunt horæ diei. Mane igitur, ætatem ſignificat primam mundi, puta tẽpus illud ab Adã vſq; ad Noe. Exijt ergo paterfamilias mane, hoc eſt, in principio mũdi cõducere operarios, id eſt, iuſtos quoslibet, qui intermedio hoc tẽpore, ſcilicet inter Adã & Noe, exierũt, quos miſit in vineam ſuã, id eſt, in Eccleſiã ſuã, vt alios quoq; ædificarent verbo & opere, & vnuſquiſq; hæc dona, quæ accepit à Deo, proximis ſuis libenter impartiatur, ad cooperandam omnium ſalutem. Ad hoc enim accepit quilibet à Deo talenta ſeu dona, non vt in terram fodiat, nec vt ſibi ſoli his vtatur aut abſcondat, ſed in vtilitatem proferat multorum. Vnde dicit Paulus: Ego plantaui, Apollo rigauit. Hoc igitur eſt in vinea domini operari, donis à Deo acceptis in gloriam patrisfamilias, & in fertilitatem vineæ vti. Vinea enim ex operarijs ipſis conſtituitur. Hi enim qui in vinea domini operantur, ſunt ipſa vinea, aut vites in vinea. Quemadmodum enim Eccleſiæ mẽbra Eccleſiam conſtituunt, ſic operarij, qui etiam vites dicuntur ſeu palmites, conſtituunt vineam. Chriſtus tamen ſe nominat vitem. Ego ſum vitis, inquiens, & pater meus agricola eſt. Nos vero vocat palmites, qui ſub triplici ſunt diſcrimine. Sũt nanque palmites in vite, id eſt, in Chriſto per fidem manentes, ſed non virent, nec fructum adferunt per operationẽ. De his dicit: Omnem palmitem, in me ſcilicet manentem, non ferentem fructum, tollet eũ. Hi ſunt peccatores, ſed fideles. Sunt alij palmites exciſi ardique ad ſolum ignem idonei. Hi ſunt hæretici & ſchiſmatici, qui nec Chriſto inhærent per fidem, nec per operationem. Vtrique palmites ſupradicti ad ignem, ſi ita inueniantur in fine, projijcientur. De his dicit Chriſtus: Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet. Et colligent eum, & in ignem mittent. Tertij ſunt palmites, qui in vite, id eſt, in Chriſto manent per fidem & operationẽ. De his Chriſtus: Qui manet, inquit, in me & ego in eo, hic fert fructum multum.

Familia Dei triplex quæ.

Vinea qd myſtice ſignet.

Ioan.3

D Dies quid hic deſignet. Mane qd ſignet.

Matt.25

1.Cor.3

Ioan.15

Palmitũ differẽtia triplex.

I.

Ibidem.

II.

Ibidem.

III.

Ibidem.

Conuentiõe autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.

Conuentio patrisfamilias cum operarijs eſt promiſſio mercedis, promiſſio æternæ retributionis, æternæ vitæ. Denarius præmium eſt ſeu felicitas æterna, debita ex promiſſo diuino, iuxta dignam operationem, obſeruantiamque decalogi præceptorum Dei. Denarius enim olim vt quidam dicunt, decem nummis computabatur. Dicitur autem diurnus, quia pro eo continue laboratur, & quotidie regnum

Denarius diurnus quis ſit.

gnum cœleſte ingrediẽtibus datur. In prima hac mundi ætate miſit Adam, Abel, Enoch, Seth, & quotquot fuerunt ſancti vſq; ad Noe. Sciendum in hoc labore ſpirituali nunquam deeſſe conſolationem laboris, ſpemque præmij. In labore vero ſeu operatione corporali ſæpenumero & opus & opera perditur, ſpes quoque & præmij & fructus luditur. Nam hominum impoſtura nonnunquam operantẽ fallit, nonnunquam quoque gratis laborem impendit, quia nullus reſpondet fructus propter ſterilitatem, aut propter aeris inclementiam, aliamve, ſiue terræ, ſiue temporis conditionem malam. Nam in vinea tẽporali, aut in agro ſæpe operatio, q̃uis ardua, nil proficit, neq; fructum, neque gratiam, aut conſolationem operanti referens. At in opere ſpirituali nunquã conſcientiæ deeſt hæc conſolatio, quod iuſta operatus ſis. Eſt enim honeſtũ, iucũdum delectabileque cuicunque homini, quoties recolit ſe bene egiſſe, aut bene operatum eſſe. Eſt etiam bene operanti alia cõſolatio maxima, credere ſe Deum habere propitium & amicum. Quamuis enim ex operibus ſuis nemo ſibi fiduciam promittat, nec conſolationem accipiat (id enim humilitas prohibet, qua ſit, vt ſi etiam iuſtus vir, qui bene egerit, id omnino ignoret, aut non iudicet bonum) non operãs tamen bonum, certam habet conſcientiam, quod Dei præcepta non ſeruat. Non ſeruantibus autem Dei mandata non poteſt eſſe ſpei bonæ conſolatio, ſed futuri ſupplicij metus.

Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, & dixit illis:

Hora tertia qd deſignet myſticè.

Tertia hora eſt decurſus mundi à Noe vſq; ad Abraham, conſtituens ſecundum ætatem mundi. Et inuenit ſtãtes ocioſos. Quiſquis enim fidem non habet, ocioſus eſt. Cum autem fides non recipiatur per infuſionem & reuelationem, omnis homo in ſe, & iuxtã naturam ſuam conſideratus, infidelis & extra vineam conſtitutus eſt, idcirco iure dictus ocioſus. Inueniuntur autem in foro, id eſt, in ſeculo iſto negociationibus, emptionibus & venditionibus, lucris quoque & damnis expoſito. Ibi enim plerique pro commodis delectationibuſque corporeis ſpiritualia bona, puta Dei gratiam, Dei dona, virtutes, conſolationes ſpirituales & præmia æterna ſibi comparant. Non vt emptionis modo iuſte ac digne pendant precium pro bonis ſpiritualibus, ſed quod Deus adeo ſit miſericors, adeo liberalis, vt non poſſit nõ reddere centuplum, quemadmodum promiſit his, qui vel ſimplum illi offerũt, hoc interim ſibi pro illius amore, quod delectat, ſubtrahentes. Alij rurſus tam naturæ quam gratiæ bona venditant pro temporalibus lucris, aut pro carnis delectationibus. Emunt igitur quidam regnum cœlorum, nonnulli infernum comparant. Matt.19

F

Quomodo, inquis, emitur regnum cœlorum? Audiendo Chriſti vocem: Vade & vende omnia, quę poſſides, & da pauperibus, & ſequere me: & habebis theſaurum in cœlo. Itemque: Omnis, qui reliquerit agrum, aut vxorem, aut parentes, aut filios, centuplum accipiet, & vitam æternã poſſidebit. Item: Beati pauperes ſpiritu, q̃niam ipſorum eſt regnum cœlorum. Emitur igitur regnum cœlorum paupertate, ſeu omnium rerum abdicatione. Emitur etiam caſtitate. Vnde per Eſaiam dominus dicit: Non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs & filiabus. Nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Hi ſunt eunuchi, qui (vt Chriſtus dicit) ſeipſos caſtrant propter regnum cœlorum, qui neque nubent neq; nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlis. Verum quomodo, inquis, emitur infernus, aut quis vult emere gehennã ignis? Omnis auarus & immundus, & alij criminoſi omnes, de quibus Apoſtolus pronunciat, quod regnum Dei non conſequẽtur, comparant ſibi infernum: præferunt enim voluptates ſuas Deo eiuſque regno, ſpoliantes ſe eius gratia eiuſque beatitudine pro noxijs, immundis, breuiſſimiſque delectationibus. Et quid mirum eſt, ſi operibus malis emitur infernus ac dæmonũ ſocietas, quando ſeruus etiam piger & inutilis ejcitur in tenebras exteriores, quando negligens, qui non facit fructum bonum ac ſterilis, in ignem mittitur? Redeamus ad textum, & audiamus quid paterfamilias his, quos hora conduxit tertia, locu-

Luc.15 Matt.19 Mat.1 Eſaiæ.56 Matt.19 Matt.22 Luc.20 Galat.5 Matt.25 Matt.5 Ioan.3

tus ſit. Ait namque illis:

Ite & vos in vineam meã, & quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt.

Iuxta modum ac menſuram charitatis veſtræ reddetur vobis merces æterna, quę non minor erit meritis veſtris, ſed tam incomparabiliter, quam miſericorditer ea excedet. De hac mercede ſcriptum eſt: Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, dare vnicuique iuxta opera ſua, id eſt, iuxta exigentiam meritorum ſuorum. Illi autem abierunt, hoc eſt, à vitijs ad virtutes, ab operatione mala, & à bonorum ſterilitate operum ad bonorum operum fœcunditatem. Apoc.22

Iterum autem exijt circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimiliter.

Hora ſexta quæ ætas ſit.

Circa horam ſextam & nonam inuenit, quos ſimili modo conduceret mitteretque in vineam ſuam. Sexta hora tertia eſt ætas mundi, extendens ſe ab Abraham vſque ad Moſen. In hac ætate miſſus in vineam eſt operari Abrahã, Iſaac, Iacob, duodecimq; patriarchæ cũ reliquis iuſtis. Porro à Moſe vſq; ad Chriſtum, q̃quid temporis interfluit, nonam cõſtituit horam, quartamq; mundi ætatẽ. In hac ætate Moſes, Ioſue, Aaron, Dauid, Ezechias, Ioſias, cæteriq; reges & iudices boni cum Samuele & Prophetis reliquis, cum principibus & ſacerdotibus intrarunt vineam dñi, & quod bonum eſt operando, vineam domini excoluerunt. In hac ętate Iob quoque, & nonnulli alij ex Gentibus ad domini vineam ſunt vocati.

Hora nona quę ſit.

Circa vndecimam vero horam exijt, & inuenit alios ſtantes ocioſos, & dixit illis: Quid ſtatis hic tota die ocioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

G

Hora vndecima q̃ ætas ſit.

Hora vndecima tempus eſt Euangelicæ legis ac gratiæ. Tunc enim quinta ætas mundi incipit, in qua paterfamilias ſuum filium miſit in vineam ſuam cum apoſtolis, ſanctiſq; omnibus, tum prædicatoribus, tum alijs quibuslibet credentibus, & ea, quæ recta ſunt, operantibus, qui nõ minus opere docent & exemplo, quã verbo. Quotquot enim fuerunt à tempore Chriſti, eruntve vſque ad finem mundi, vbi ætas hæc terminabitur in hanc ætatem ſuſcipiuntur numerandi. Exijt itaq; circa vndecimam, & inuenit alios ſtantes in foro ocioſos. Qui ſunt iſti alij, niſi gentes à Iudæis (qui ante referuntur vocati) moribus diuiſi, atq; ſine Deo viuentes in hoc mundo ocioſi? Et dixit eis: Quid ſtatis hic tota die ocioſi? Qui tranſacto longo mundi tempore pro ſalute ſua laborare negligebant, quaſi ocioſi adhuc in foro ſtabãt, ideo reſponderunt, quia nemo nos conduxit. Nemo prophetarum, nemo ad gentes patriarcharum miſſus fuerat, nemo eis viam ſalutis prædicauerat, idcirco dicunt: Nemo nos conduxit, nemo nos, quid agere debeamus, inſtituit. Idololatria nanq; vbique, dum Chriſtus in mundum veniret, regnabat. Dicit autẽ & illis: Ite & vos in vineam meam, id eſt, in ouile meum. De his enim ouibus per apoſtolos ſuos conuertendis Chriſtus loquebatur: Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audiẽt. Et fiet vnum ouile & vnus paſtor. De Gentibus hoc dictum intelligimus, p apoſtolos & doctores ſanctos vſq; in finẽ mundi conuertendis. Grego. Ioan.10

Cum autem ſero factum eſſet, dicit dñs vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſq; ad primos.

Quum ſero factum eſſet, cum finis adeſſet mũdi, dixit dominus vineæ, hoc eſt, Deus pater, ſuo procuratori, hoc eſt, Chriſto filio ſuo, cui data eſt omnis poteſtas à patre in cœlo & in terra. Voca operarios, & redde illis mercedem. Voca eos ad iudicium, qui in Eccleſia laborauerunt fideliter. Ipſe enim dominus tunc in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo. Et vt alibi dicitur: Veniet tunc hora, in qua omnes, qui in monumẽtis ſunt, audient vocem eius. Vocare itaq; operarios, eſt labori Diei & mundo finem imponere, & reddere operarijs mercedem, id eſt, vitam æternam. Hæc eſt autem, inquit, vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Nihil itaque aliud eſt dicere: Voca operarios, quam mortuos reſurgere iube, & tanquam iudex viuorum & mortuorum, redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis, ab his ſcilicet, qui circa vndecimam venerunt, hoc eſt, ab his, qui tempore gratiæ Matt.28 2.The.4 Ioan.5 Vocare operarios quid ſit. Ioan.17

vocati sunt. Hi enim quasi citius remunerati sunt, quam priores alij, qui ante Christi natiuitatem operati sunt in vinea, quia multo breuiori tempore à regno cœlorũ, & à perceptiõe cœlestis beatitudinis sunt dilati. Antiqui enim patres longo tempore post mortem suam (cum necdum illis reseratus fuerat Christi passione aditus regni cœlorum) expectarunt in lymbo suæ captiuitatis liberationẽ. Porro in nouo testamẽto Gẽtes mox vbi à corpore fuerint absoluti, remunerationem, quo ad animam, beatitudinis æternæ accipiunt. Vicinior quoq; illis cõsummanda beatitudo, quo ad gloriam corporis fuit, quia quanto ab eorum morte ad resurrectionem vniuersalem propius illa distabat, tanto citius dici possunt alijs, qui diu ante sunt mortui, laboris præmium recipisse.

Cum venissent ergo, qui circa horã vndecimam venerant, acceperunt singulos denarios.

H Gentiles, & qui tarde conuersi sunt ad Christum, receperunt singulos denarios, hoc est, mercedem, quam promiserat patersamilias his, qui circa horam fuerant primam conducti. Receperunt singulos denarios, non quod multi sint denarij, siue dij, siue beatitudines, sed vnus tantũ est deus, vna beatitudo, vnus denarius: & hoc quatenus loquimur de eo, qui beatificat, confert aut causat beatitudinem. Nam si loquamur de his, qui participant beatitudinem, seu qui recipiunt Deum siue denarium, tunc sunt multę fruitiones aut visiones, vbi singuli beati habent suam. Secundum Augustinum enim visio Dei est tota merces regni cœlestis. Augustin.

Venientes autem & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi. Acceperunt autem & ipsi singulos denarios.

Venientes primi, hi scilicet, qui ad vineam ante illos, qui circa vndecimam venerant, missi diutius fuerunt operati, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi propter opus plus diuturnum, acceperunt autem & hi singulos denarios. Non intelligendum est omnes in gloria beatitudinis esse pares, sed iuxta discretionem meritorum, alios alijs esse superiores aut clariores, ita tamen beatos singulos, vt nulli qd desit, ita plenos, vt capere plus non possint. Est enim dolium vino plenum, est etiam bathus, aut quarta aut vasculum parũulum plenum, vtrobique est plenitudo, magna tamen est differentia plenitudinis huius, iuxta vasorum magnitudinis seu capacitatis differentiam. Pari modo iuxta merita vniuscuiusq;, quantum capere potest, omnibus erit beatitudinis plenitudo. Erit tamen magnum discrimen seu differentia claritatis: quandoquidem stella differt à stella in claritate, & quomodo hic dispares sunt electi in merito ac gratia, ita erunt quoque non æquales omnes in gloria, licet omnes perfecti sint beati. 1. Cor. 15

Sciendũ quoque, Deum in remuneratione, seu mercedis collatione non attendere solum ad laboris arduitatem, operis difficultatem, operumque multitudinem, sed ad charitatis magnitudinem atq; feruorẽ, iuxta quẽ meritum essentiale mensuratur, & ad cordis mundiciam, quę iuxta gradus suos perfectius & clarius, aut imperfectius Deum videbit. Charitati enim essentiale præmiũ respondebit. Porro laboris magnitudini & similibus circunstantijs redditur præmium accidentale, iuxta quod maior aut minor fuerit operis difficultas. In remuneratiõe. qd deus attendat.

Et accipiẽtes murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus:

Regnum cœlorum murmuratorum nemo intrat. Quomodo ergo aliqui referuntur mercedem beatitudinis accipientes murmurasse? Dicendum, eos murmurasse, id est, admiratos fuisse seu expauisse incomprehensibilem diuinæ benignitatis multitudinem, quæ in omnes, præcipue autem in eos, qui circa vndecimam sunt horam vocati, erat tanta, vt non mirũ esset primos murmurare contra patremfamilias, si murmurare possent. Aut esto, quod aliqui possent murmurare, hæc & similia dicerent: Hi vna hora fecerunt, & pares eos nobis fecisti (scilicet in præmio) qui portauimus pondus diei & æstus, id est, qui maiores laboris, temporis, sudorisq; portauimus difficultates. Hic colligitur vndecimam horam vltimam fuisse diei, vsque ad duodecimam, quę diei erat finis, indeque conficitur sextam fuisse meridiem, Christo testante: Nonne duodecim horæ sunt diei? Sequitur itaq; sexta hora fuisse meridiem, qua Christus dominus noster fuit crucifixus, nonã vero tertiam horam fuisse post meridiem, qua in cruce mortuus est Iesus. Grego. I vndecima hora q̃ sit. Matt. 11

At ille respondẽs vni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario cõueneristi mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autẽ & huic nouissimo dare, sicut & tibi. An non licet mihi, quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erũt nouissimi primi & primi nouissimi.

Qui inter murmuratores recensebat, cuidam dominus respondit: Amice, non facio tibi iniuriam. Si tibi, quod promisi, dedero, nullam facio tibi iniuriam, tametsi alteri plus dedero, quam tu fortasse aut ille meruerit. Nonne mihi licet dare, & supererogare etiam vltra meritũ, quæ volo? Num subiectus alicui addictusve sum, vt quod mihi libet, non liceat facere? Si considerationes argumentationesq; tuæ erroneæ sint aut iniquæ, ego tamen nihilo minus bonus sum, & iudicia mea vera & iusta sunt. In parabolis Christi quid potissimum spectandũ sit.

Sciendum Euãgeliũ hoc parabolicum esse, & similitudinem narrare. In similitudine autem & parabola, non oportet partes comparandas omnino siue ad omnia, sed in his tantum iuxta quæ data est similitudo, quadrare. Hic enim tanta, vt dixi, misericordia ostenditur Dei, vt æquitatem humanam quoque videatur excedere, atque (si fieri in illa vita id posset) murmurandi occasionem inuidiæq; præstare materiam. Sic erũt nouissimi, scilicet in labore & conductione primi, & primi nouissimi.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Multi ad fidem sunt vocati & baptismi gratiam assecuti, pauci vero electi, id est, prædestinati ad vitam, & gloriã adepturi. Neminem puto, nisi stipites & lapides nõ terret hoc verbum, neq; parum, neq; leuiter, & facit de suis meritis quẽuis, si qua sunt (humilis enim sui cognitor non inuenit in se, quæ æstimet enumeretve merita) prsus diffidere. Certi eñ sumus omnes nos esse vocatos, verum an electi simus, nescimus. Nõ potest autem veritas fallere, quæ ex multis vocatis dicit electos nisi paucos saluari. Cogitet igitur vnusquisq; nostrũ & timeat fortasse se non esse electum. Inquirat si in statu suo, si in officio, si in operibus suis, occupationibus atque negocijs inueniat quo non potest intrari in regnũ cœlorum. Si inuenerit, doleat, pœniteat, corrigat & confidat, quia Deus pœnitentes non abijcit. Curate igitur filij ne vita vestra contrarium vobis præbeat & testimonium & argumentum, puta vt non fitis de illis paucis, qui sunt electi Dei, clamãte hoc aduersum vos etiam vita vestra. Misericordiam autem nobis omnibus largiatur dominus noster Iesus Christus, q̃ est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quam multiplex Dei vocatio, quam vtilis labor, quanq; ocium sit pernicioſum.

K Imile est regnum cœlorum homini patrifamilias, q̃ exijt primo mane conducere operarios in vineam suã. Matthæi vigesimo. Per hanc vineam vniuersa Ecclesia significat incipiẽs ab Abel vsq; ad vltimũ electũ circa finẽ mũdi. Hi oẽs sunt palmites vitis huius fertilissimæ, scilicet Christi, qui dicit: Ego sum vitis vera, vos palmites. Itaq; nos sumus palmites e q̃bus cõstituit vinea, germina scilicet vitis fructuosissimę Christi. Cum itaq; vitis huius simus palmites, nihilominus operarij in vineã cõducimur, q̃ nobis & pximis nostris salutem operemur, resecantes ex nobis qcqd noxiũ est, & plantãtes cõfirmãtesq; qc quid salutiferum est. Atq; ideo & vinea sumus, & in vinea operamur. Non tamen eque ad hanc vineam, hoc est, ad obseruantiam Euangelicam seu ad pœnitẽtiam, ad modum recte colendi Deum, & ad dei seruitutem vocamur. Quidam enim mox ab vtero matris vocantur ad Dei cognitionem studiumq; bonæ vitæ. Hi primo mane à patrefamilias in vineam suam sunt cõducti, in prima scilicet ætate eorum. Hæc autem incipit, quãdo puer doli est capax, quod tempus non æque in omnibus incipit. Alij enim alijs prudentiores callidioresque sunt, citiusque capiunt. Est itaque ætas illa quæ circa decimum tertium annum terminatur. In hac ætati multi sanctorum vocati sunt, puta Ioannes Baptista, sanctus Nicolaus, sanctus Vitus, alijque multi, qui martyrium quoque pro Vinea qd signet. Ioan. 15 Prima hominis ętas quęsit.

Psal.20

Christi passi sunt. O quã felices quos dominus prẽuenerit in benedictionibus dulcedinis suæ, copijs gratiarum, timore suo sancto, reliquisq; spiritus sancti eos donis confortans, & adhuc infantes præseruans à corruptione vitiorum ac peccatorum. O quanta est gratia Dei quæ homini data seruat innocentiã. Quã plangenda vero negligentia & infidelitas parentum patrinorumque, qui tenentur teneram hanc ætatem instituere docereq; ad orationem, ad Dei cultum & amorem, ad præceptorum obseruantiam diuinorum, ad opera pietatis & misericordiæ, ad legem charitatis fraternæ, & vt Dei timorem in se nutriant, summopere cauentes ne peccent. Heu quanta est perditio & damnatio puerorũ ex negligenti custodia parentum. Heu quam grauiter hæc non in pueris, sed & in parentibus qui in pueritia nimis dissimulauerunt, aut eos nimis carnaliter dilexerunt (quare male assueti peccare didicerunt pene infantes) punietur. Filij charissimi per Deum omnipotentem vos obsecro, omne studium vestrum, idque vigilantissimum sit pueros vestros, quam cito quatuor aut quinque attigerint annos, docere, pro captu eorum qualicunque timere Deum, eis prohibere malum, castigare in eis peccatum, promissis quoque eos, imo & laudibus & muneribus allicere ad bonum, & vt studiosi sint virtutum atque misericordes, continue eos admonere, vrgere, atque ab omni lasciuia, petulantia, dissolutione nimia, ab impudico sermone, omnique inhonestate, ac à proximi iniuria arcere. Curetis vt in vineam domini, hoc est, in Dei cultum se tradant, vt ad innocentiæ studium, ad bonæ famæ conseruationem, & ad pœnitentiæ opera, vtpote in remedium contra futura peccata instituantur. Est præterea magnopere aduertendum omni puero Christiano, vt cum cœperit vti ratione, & intelligere quid eligendum, quidve respuendum. Eligat itaque sibi Deũ suũ, cui optet seruire, cui statuat obedire, cui semp velit inhærere, cui denique summopere studeat placere omnibus diebus vitæ suæ. Hæc enim prima conuersio ad Deum, qua sibi puer Deum eligit, statuitque eius nunquam negligere beneplacitum, operabitur in homine exercebitque perpetuo spiritum salutis. Porro circa tertiam horam quosdam vocat in vineam suam: & hi sunt qui in secunda sunt ætate vitæ suæ, à decimotertio anno scilicet vsque ad vigesimũ quartum, aut vsque ad trigesimum annum. Tunc enim maxime vocat eos, quos ad viam trahere vult salutis. In hac em ẽtate Apostolus Ioannes vocatus est. In hac ætate hodie quoque ad monasteria, ad pœnitentiam, & ad alia bene viuendi genera homines vocantur. Tertia ætas est hominis, quę per horam sextam significatur, & circa vigesimum quartum, aut circa trigesimum annum incipit, terminatur vero circa quinquagesimum annum. In hac ætate sanctus Augustinus, Ambrosius, Germanus, ac innumeri alij sancti vocati sunt. In hac ætate Paulus quoque, item alij multi sancti vocati sunt, qui in vineam Dei sunt vocati, magnoque cum fœnore laborarunt. Quarta ætas hominis, est hora nona, quæ in homine incipit circa annum quinquagesimum, & terminatur circa septuagesimum annum. Tunc enim homo deficiens in senectam inclinat. Cæterum periculosum est valde, pœnitentiæ tempus atque viam salutis in senectam ipsam (quando iam vires deficiunt ad laborandum) differre. Quis enim sibi audeat promittere vt ad senectam perueniat? Et si attigerit, quis illi promittet, aut vnde securus est, quod misericordem dominum inuocabit? Timendum nanque est valde, ne is, qui dum potest peccare, Deum pro misericordia inuocare voluerit, differens conuersionem vltro in futura tempora, cum ad extrema venerit vitæ, & iam ei longius peccare non liceat, tunc non poterit etiam dominum inuocare pro venia, propterea quod diuino iudicio tunc obscuratus, obstinatus, impœnitens, & plerunque desperans inueniatur. Omnibus tamen promittit Christus hic veniam, quacunque hora gemuerit homo vere pœnitens. Vult igitur in hac nos docere parabola, nullum tempus esse ineptũ ad Dei seruitutem, sed quosdam in infantia, quosdam in pueritia: nonnullos rursus alios in virili ætate, in extrema demum senectute aliquos incipere Deo seruire & pie viuere. Quocirca nemo superbiat, nemo se iactitet mane se vocatum, diu se laborasse, ab adolescentiaque iugum domini portasse, nemo præ se alium contemnat, nemo quoque tarde vocatus

Pueri quę nam doccantur à parentibus.

Prima puerorum ad Deum cõuersio quã sit vtilis.

L

Ætas hominis secũda.

Ætas tertia.

Ætas qrta.

Pœnitentiã in senectã differre cur periculosum sit.

Exemplũ

catus desperet, quia misericordia Dei bonitasque eiusdem est inuestigabilis, quæ hic nouissimis dedit sicut primis imo ex nouissimis fecit primos. Quicunque ergo vocati tarde venerunt, hoc ipsum feruore charitatis, ac studio pœnitẽdi vehementiori suppleant, quod tarditate conuersionis neglexerunt. Nemo tamen in infantia, pueritia, virilitateve admonitus, in senectutem bene viuere differat. Graue enim & ingratitudinis intolerabile est vitium, vt vocatus monitusq; sæpius à Deo ad cõuersionem, obsurdescas, ipsumq; dominũ ad cordis tui ostium crebrius pulsantem excludas. Est præterea ætas senectutis, nisi à pueritia seruitutem Dei continuaris, perseuerans sub iugo domini, exercitijs spiritus, aut pœnitentiæ haudquaq̃ congrua. Difficile nãq; est assueta relinquere, seu assuetis carere. Quare nisi gratia Dei supabũdauerit in hoĩe, difficilimũ tũc erit primæ cõuersionis iacere in senectute bonum fundamentum. Dicitur enim in malitia inueteratis senibus: Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, quum dideceritis malum. Ediuerso vero de adolescente Deum timente dicitur: Adolescẽs iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Bonum igitur est filij charissimi, viro qui domini iugum portauerit ab adolescentia sua. Felix quoque est pœnitentia, quæ tunc, dum si velit homo vltra peccare possit, eligitur peccandique venam sibijpsi intercidit. Ea vero pœnitentia quæ ex necessitate (quia peccandi tempus & copia non datur) homini accidit, raro est voluntaria, raro optata, raro fructuosa. Est itaque nobis hæc eruditio data (vt dixi) ne quod diu seruierimus Deo, gloriemur: quia & nouissimos Deus nõ soliũ recepit, sed & prætulit primis, ne etiam quemuis peccantem iudicemus, qa potens esse Deus illum vel in extremo vitæ conuertere. Postremo ne & nos quoque desperemus, licet tarde, vere tamen ad Deum conuersi: quia propterea ne huiusmodi desperent, illos ante alios remunerauit, qui fuerunt nouissimi, tantum abfuit vt illis tarditatem exprobraret. Secundum quod in Euangelio hoc nos erudit, est, quod arguitur ocium infructuosaque temporis consumptio. O quam nobile est tempus, in quo tanta bona tamque inæstimabilia in exiguo tempore, aut acquiri, aut amitti possunt. Heu quam infructuose, ne dicam perdite, & sæpenumero flatigiose, tempus consumitur. Quam detestabile est ociũ, quo irrecuperabilis gratia & gloria amittitur. Nolite rogo ocio indulgere. In desiderijs enim est omnis ociosus: operantem vero & animo occupatum vitia interim non fatigant. Est itaque fructus ex opere seu occupatione licita duplex. Primus, qui est q̃d opus ipsum lucrum, commodum, vtilitatemque aliquam, quare fit, secum adfert. Secundus est puritas cordis, quia mens honeste aliterque occupata interim se ab æstu vitiorum temperat, quieścitque, quum ediuerso in ocio nunquam quieścat cor hominis, sed tanquam inter procellosos fluctus per varias tentationes inquietum continue sæuiat. Multa enim mala docet ocio sitas. Docuit Dynam virginitatem amittere, docuit Dauid adulterium committere, Quanta denique mala ociosis quotidie eueniant, in omnium est oculis manifestum. Nõne furta, sacrilegia, rixas, ebrietates, aleationes, scortationes, homicidiaque quotidie ocium germinat? Hi sunt fructus eius. Semper igitur occupatio aliqua licita nos detineat, ne quem inueniat diabolus ociosum. Est tamen inter occupationes quoque non exigua differentia. Occupatio sancta est studium scripturæ lectioque sacra. Colloquium quoque dulce cum Deo, siue per meditationem, siue per orationem fiat mentalem, est occupatio vtilissima. Contemplatio denique diuina, crebraque ad eundem iterata aspiratio, si occupatio dici debet & non magis quies, suauissima est & cum primis fructuosa. Laudantur quoque actiuæ vitæ occupationes, quibus infirmis seruitur operibusve misericordiarum & eleemosynis animus intenditur. Nec illaudati sunt labores corporis, seu operationes corporales, quos ferre suadet, aut familiaris necessitas, aut egestas, aut honestus filiorum amor ad Dei gloriam educandorum, aut certe pietas, vt ad manum semper sit, quod porrigas egeno. Hæ omnes circumstantiæ sunt optimæ, incentiuaque sanctissima ad operandum.

Sunt præterea causæ aliæ, quare laboratur, puta vt aut animi ocium pestilens vitetur, aut concupiscentia, quæ in

Hiere.23

Prouer.22

Thren.3 Pœnitentia felix.

M

Ocio quã to studio fugiendũ.

Occupationis licitæ fructus triplex.

Eccle.33 Gene.34 2.Reg.11

Ociũ quã ta mala germinet.

Occupatio sancta quę sit.

ocio fæuit, frenetur, aut vt à peccatis per occupationes externas animus hominis operantis impediatur, cordisq; puritas iugis ac perfectissima custodiatur. Tam breue est autem vitæ nostræ tempus, vt vitæ nostræ omnem cursum, diem nominauerit. Operemur igitur bonum ad omnes, & ocium deuitemus, quia dies mali, & tempus breue est. Veniet nox, id est, terminus nostræ vitæ, atque id quod vitam nostrã sequitur, quando nemini operari licebit, sed iuxta opera nostra, quæ iam præcesserunt, tunc mercedem nos oportet accipere. Nihil enim nos comitatur aliud, aut sequitur in morte, hoc est, neque amici, neque filij, sed nec opes, aut honores, non elegantia formę aut voluptas, sed opera nostra sequuntur nos, pro quibus accipiemus mercedem siue bonam, siue malam, iuxta operum conditionem. Nemo igitur nos decipiat, nemo ab operibus nos bonis auocet. Neque enim hic legimus quenquam ociosum, quenquam in vinea domini non laborantem, mercedem accepisse, sed dixisse patremfamilias: Voca operarios & redde illis mercedem. Quamuis ẽm nouissimus dederit denarium diurnum vt primis, misericorditer sic agens, nec his nouissimis quod vna tantum sint hora operati, imputans negligentiam ac tarditatem, sed dicẽs cuidam: An mihi non licet, quod volo facere? nemo tamen in vinea non laborans, sed operarij soli mercedem recipient. Quodcunque igitur potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erit apud inferos, quo tu properas. Cæteruũ, quem nõ terreat verbum quod nouissimum à Christo in hoc Euangelio dicit: Multi sunt vocati, pauci vero electi? Durum est hoc, & formidabile verbum, quod mirum est, quomodo non sæpius à nobis cogitetur expendaturq;. Veritas enĩ hoc dixit, quæ mentiri aut imponere potest nemini. Electi sunt illi, qui ad dexteram in iudicio extremo collocabuntur audituri: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Hi, inquit, erunt pauci. Porro vocati sunt omnes, quotquot notitiam receperunt fidei, quibusque manifestari Deus fecit viam salutis æternæ, paratus eisdem dare regnum cœlorum, si crediderint & obedierint sibi. Ex multis itaque vocatis pauci tantum remanebunt electi, quia homines fere omnes magis diligunt tenebras, quam lucem, magis diligunt vana ac mundana, quam ęterna. Idcirco mirum non est paucos esse electos. Ecce charissimi omnes sumus vocati. Quotquot nostrum electi fuerint, nescimus. Signa tamẽ sunt aliqua quibus nos electos esse possumus confidere. Si enim peccata nobis nostra displicent, si Deũ offendisse dolemus, si pro nulla re iterum Dei mandatũ transgredi volumus, si Deum offendere timemus, si Deum diligimus, cuius amore sustinere volumus, quicquid ille nobis imposuerit ferendam, si eius honorem zelamur, si denique eius amplectimur beneplacitum, & si in his Deum quærimus perseuerantes, signum est quod Dei electi sumus. Tanto itaq; sollicitiores simus ad bona opera, quo an electi sumus, nescimus. Dominus noster Iesus Christus illuminet & inflammet corda nostra quo semp solliciti maneamus, ne quid, quod diuinæ suæ maiestatis offendat oculos, admittamus: largiente id nobis eodem domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Gal. 5 Ephe. 5 Ioan. 9

Matt. 25

Vocati ꝑmõ multi dicuntur.

Ioan. 9

Matt. 20

Electiõis signa quæ

Eccl. 9

N

DOMINICA IN SEXAGESIMA, EPISTOla beati Pauli Apostoli, secunda Corinthiorũ vndecimo.

IIbenter sufferti insipientes, cum sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit, secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiẽtia dico) audeo & ego. Hebręi sunt & ego. Israelitæ XV

Israelitæ sunt, & ego. Semẽ Abrahę sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego (vt minus sapiens dico) plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui: in itineribus sæpe: periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, piculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior. Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet. Et per fenestram in sporta demissus sum per murum: & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet, non expedit quidem. Veniam autem ad visiones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nam etsi voluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam, parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, vt discederet a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A CVM à Corinthijs Paulus ad tempus propter prædicationẽ, & aliarum Ecclesiarum confirmationem discessisset, subintrarũt quidam interea pseudapostoli, qui Corinthijs legem, puta circuncisionem, & sabbatum, & huiusmodi ad Christum conuersis necessario obseruanda prædicabant. Quo autem magis reciperentur, gloriabantur commendantes seipsos, & Apostolo derogantes, dicentes eum verum nõ esse Apostolum, qui cum Christo non ambulasset, nec in vita eius certus Apostolus institutus fuisset, & hoc modo ab Apostolo Corinthios ad se trahebant, pellicientes eos in errorem de obseruatione legalium. Eam ob rem cõtra subdolas horum pseudapostolorum gloriationes ad seducendum instructas, cogebatur Apostolus quoq; seipsum cõmendare, ac quanta pro veritate Euangelicæ prædicationis pertulerit, ad Corinthiorum referre ædificationem. Dicit igitur: Libenter sufferti insipientes, quia inaniter gloriantes sustinetis. Cum ergo mihi quoq;, licet vere, sit gloriandum ad vestram vtilitatem, non

minus me puto ſuſtinebitis,quam pſeuda poſtolos, nec ægre audietis, ſi quid in veſtram dixero ædificationẽ, quod noſtram ſonet laudem. Libenter enim ſuſtinetis in ſipientes(quod mirum eſt)cum ſitis ipſi ſapientes. Aut per ironiam: Inſipientes toleratis per mãſuetudinem, propterea quod viri eſtis vos ſapientes,hoc eſt, maxime inſipientes. Suſtinetis enim, ſi quis in ſeruitutem vos reducere nititur legis, aut ſi qs in ves tanquam in ſeruos dominatum ſibi vendicat. Si quis veſtra tollit, rapit, deuorat,aut conſumit,cũ ego vobis parcẽs, nihil à vobis vel Euangelij cauſa volui accipere. Suſtinetis quoque ſi quis veſtra in modum accipitris accipit, quem paſcendum fouet. Si quis extollitur,nobilitatem præſtantiamque iactans, quod natus ſit de ſemine Abrahæ, & huiuſmodi. Si quis in faciem vos cædit,manifeſtam vobis coram obijciens improperij contumeliam, contemnens vos quod carnaliter nõ eſtis circunciſi,ſed idola olim colueritis. In omnibus his taxat pſeudapoſtolos ludæos. Hos autem vos dico ſuſtinere ſecundum ignobilitatem,propterea quod ignobiliores vos ducitis,vtpote qui idola coluiſtis, & ex gentibus ad fidem veniſtis, quam illos pſeudapoſtolos, qui ex circunciſione ſe iactitant,quaſi nos veri apoſtoli infirmi fuerimus, & impotentes ſimili modo gloriari in hac parte de nobilitate generis Hebræorum, de lege & circunciſione.

B Quomodo Apoſtolus ſe iactauerit.

Dico autem hoc in inſipientia, quia ſapientis eſt viri inaniter non laudare ſeipſum. Obſerua tamen quod Paulus neq; inſipienter neque inaniter, ſed ex charitate & veritate, neceſſarioque ad reducẽdos ab errore deceptos ſeipm laudauerit. Ideo ait,quamuis ſapientiæ non ſit ita loqui:In quo tamen quis pſeudapoſtolorum audet,vel de genere,vel de prædicatione, vel de labore,vel de donis Dei, ſe aut laudare, aut iactare, audeo & ego: qui non vilior, aut, atque ipſe, non minus inſignis ſum. Hebræi ſunt(hoc enim eſt quod iactant) & ego Hebræus ſum. Iſraelitæ ſunt,& ego Iſraelita ſum. Semen Abrahæ ſunt, & ego ſum. Miniſtri Chriſti ſunt,iuxta apparentiam & eorundem fictionem,& ego verus miniſter ſum. Vt minus ſapiens dicã(propterea quod non deceat, vt alicui me præferam)plus ego,& verius ſum Chriſti miniſter, quam illi. Incipit autem enarrare, quare verius, iuſtiuſque Dei dici poſſit miniſter, & labores quos tam pro Chriſto pertulerat,quam pro Euãgelio refert,quo tamen ſe non cupit hac oſtenſione(vt iam dixi)Corinthijs maiorem reddere,ſed Corinthios à ſeductoribus auertere, ad veramque Euangelicæ prædicationis normam reuocare. Ita enim vitam tranſegi,inquit, poſt meam conuerſionem, vt fuerim in laboribus plurimis, & non ſolum pluribus,quam pſeudapoſtoli, ſed etiam quam veri apoſtoli, quia plus omnibus laboraui. In carceribus abundantius propter Euangelicam prædicationem, in plagis, flagellorumque vulneribus ſupra modum humanæ virtutis. Nam etſi fortaſſe illi cæſi fuerint, ego tamen atrocius afflictus ſum. In mortibus frequenter. Sæpenumero enim ad mortem vſque cruciatus ſum, multiſque alijs & crebris periculis interfui mortis propter Chriſtum. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi,hoc eſt, quinquies flagellatus ſum, in quarum quauis flagellatione quadraginta recepi percuſſiones, ſeu plagas, vna minus,quaſi tranſgreſſor legis, & propterea quod nouam Chriſti gratiam prædicabã. Fuit hic olim caſtigandi modus Iudæis inſtitutus in lege,vt ſi quis grauiter deliquerit, cæderetur iuxta menſuram delicti, nõ tamen vltra quadraginta reciperet plagas, ne ſœde nimis laceraretur. Iudæi ergo vt Paulo non plures, quam lex admitteret, plagas inferrent,dum quinquies eum cæciderunt, in ſingulis flagellationibus triginta nouem(quaſi vnam plagam donantes,ne crudeles, ſed miſericordes haberentur)ei plagas intulerunt. Sequitur:Ego ter virgis cęſus ſum à Gẽtibus. Semel à ludæis lapidatus ſum,vt in Actis habetur,lapidantes Iudęi Paulum, traxerunt extra ciuitatem,ęſtimantes eum mortuũ. Ter naufragium feci, paſſus periculum mortis ex nauis fractione. Nocte ac die in profundo maris fui,hoc eſt, ferme quotidie tempeſtatibus & periculis maris interfui. Aut ad noctem & diem ſub aquis merſus acrẽtus,non tamen Deo miſerante præfocatus,inde itẽq; ſaluus redij. In itineribus ſæpe,vbi inſidias nõ raro paſſus ſum, in periculis q̃q; fluminum,& in periculis latronũ ſæpe verſatus ſum, excitante hæc humani generis inimico, qbus & Pauli labores & fructum impedire moliebatur animarũ.

Deut.25

2.Cor.11

Act.14

Actor.23

Adde

Adde iam in quibus fuerim piculis ex genere,hoc eſt,ex gente mea ludæorum,qui mihi vehementius inuidebant,atrociuſq; me perſequebantur,quam cęteros apoſtolos,adeo vt quidam eorum, ſicut in Actis legitur,ſe nec manducare nec bibere deuouerent,niſi occidiſſent Paulum. In periculis præterea fui ex gentibus, qui ediuerſo propter idololatriæ deſtructionẽ me perſequebantur. Fui quoq; in periculis multis mortis,tam in ciuitate propter tumultuationẽ plebis,q̃ in ſolitudine à beſtijs,periculis in mari, periculisq; interfui in conuerſatione falſoꝝ fratrũ,q Chriſtianiſmũ receperant,nõ relicto Iudaiſmo. Præterea verſatus ſum q̃tidie mala & aduerſa patiẽs in labore manuũ,qbus ſuſtentarem me. In ærũna,inopia,aut lãguore,in multis vigilijs,in fame &ſiti,in ieiunijs multis,in frigore & nuditate, qa pauperrime fui veſtitus. Hæc oñia pro Chriſto, & pro verbo Dei paſſus ſum,præter illa,quę externe mihi ꝓpter alios adueniũt,& ꝓmunt, vt ſunt inſtãtia mea q̃tidiana,quæ quotidie me angunt & torquent. Sollicitudo omniũ Eccleſiarũ,quæ me lacerat ne amittã iterũ aliquem,qui per me ſit conuerſus,& ne fidelium quiſpiã ſeducatur, ne pereat aliquis, ne tandẽ non proficiant hi, quos Chriſto ſum lucratus. Quis infirmatur,&ego p cõ paſſionem non infirmor? Quis ſcãdalizatur,cuius ſcãdalo ego non vror? Omnium enim dolores,triſtitias,ſcandalaq; in corde meo per cõmunionem charitatis ego ſentio. Hæc,inquit,mihi patienda q̃ti die occurrunt,ſed non propterea gloriari, niſi in dño expedit. Nam etſi pro Chriſto gloriari oportet,aut gloriari operæ ꝑcium eſt,gloriabor in his,quæ ſunt infirmitatis meæ,hoc eſt,in paſſionibus & triſtitijs meis,quas pro Chriſto patior. Pſeudapoſtoli gloriari quidem volũt,verũ quia nihil pro Chriſto paſſi ſunt,in generis nobilitate ꝓcupiunt gloriari. Ego vero,ſi gloriandum eſt,in humilitate & infirmitate mea gloriabor. Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula,ſcit,&teſtimonium mihi feret,quod non mentior, quæ dixi, aut dicturus ſum. Damaſci ꝓpoſitus gentis Aretæ regis cuſtodiebat portas ciuitatis Damaſci, quæ ciuitas ad regem illum pertinebat,precibus & muneribus victus ludæorum voluit me comprehendere,in ciuitate concluſum, vt occideret. Sed per feneſtram in ſporta ſubmiſſus ſum per murum fratribus ad hoc vrgentibus & impellentibus,vt in vtilitatem ſeruarer Eccleſię. Quo fic elapſus,eius euaſi manus. Si itaque gloriari ꝓpter pſeudapoſtolos oporteat, non expedit quidem propter humilitatis periculum & timorem ſcandali: nihilominus tamẽ propter veſtram vtilitatem neceſſe eſt gloriari. Audiſtis enim pſeudapoſtolorum iactãtiam, quorum gloriam falſam obfuſcare nitimur per veritatẽ gloriæ. Verum de aduerſitatibus perpeſſis hęc dicta ſint ſatis. Veniam autem ad viſiones & reuelationes domini. Expende hic, quanta,quam immaniaq; ſuſtinuerit Paulus pro Chriſto. Quare non immerito de eo dixerit dominus ad Ananiam: Vas electionis mihi eſt iſte,qui portet nomẽ meũ coram gentibus & regibus. Ego oſtẽdam illi,quãta oporteat eum pro nomine meo pati. Veniã,inquit,aũt ad viſiones & reuelatiões dñi,quas à dño recepi,ne illas omnino taceam,aut præteream. Scio hominẽ in Chriſto raptum ante annos quatuordecim vſq; ad tertium cœlum,hoc eſt,ad cœlum empyreum,ſeu ignium,lucidũ,ſupremum,quod locus eſt beatorũ. Siue autem raptus ſit homo ille cum corpore, an ſine corpore,neſcio,Deus ſcit. Et ſcio hominẽ eundem raptum in paradiſum, ſed raptus ne ſit in corpore,an extra corpus, neſcio, Deus id nouit. Nulli dubium eſt de ſeipſo hic loqui Paulum,quamuis modeſtię cauſa & ob iactantiam vitandam, quaſi de alio quopiam loquatur. Scio itaq; eundem raptum in paradiſum. De eodem paradiſo hoc eſt,cœlo corporali,aut ſpirituali beatorum manſione putatur loqui, quem latroni dominus in cruce promiſit, dicens: Hodie mecum eris in paradiſo,& in Apocalypſi: Vincenti dabo edere de ligno vitæ,quod eſt in paradiſo Dei mei. Itaq; huiuſcemodi ſcio hominẽ, qui eſt raptus in paradiſum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini manifeſtari. Ego igitur ea duntaxat refero,quæ dici poſſunt. Quę vero dici,aut non poſſunt, aut non debẽt, taceo. Pro huiuſcemodi tamẽ homine gloriabor gaudens in dño,&gratias agens: ꝓ me autem,quod ſim circunciſus,quod de ſemine ſim Abrahę natus,nihil gloriabor, niſi in infirmitatibus & paſſionibus meis, quas pro Chriſto patior. Nã etſi ordinate etiam voluero gloriari,non ero, licet quibuſ-

Actor.9

C

Ibidem.

Lucæ 23 Apoca.2

Hiere.

D

quibuſdam videar, incipiens in hac gloriatione. Neq; enim falſa, ſed veritatem dicã, in qua gloriari non eſt inſipientis. Parco autem, non omnia, nec tumide, ſed modeſte Dei dona referẽs, ne quis me exiſtimet, aut ſublimioris eſſe naturæ, aut excellẽtioris perfectiõis ſupra id, quod videt in me, aut aliquid ex me. Nam ne magnitudo reuelationum extollat me, neve mihi ſuboriatur ex Dei donis elatio, additus mihi eſt ſtimulus carnis meæ. Tribulationes & infirmitates carnis, aut tentationem libidinis carnis inſinuat, quam illi angelus Satanæ excitabat poſt raptũ, quam ante vehementiorem. Datus igitur mihi ad vtilitatẽ eſt à Deo oñia præuidente & gubernante ſtimulus carnis meę angelus Satanę, q me colaphizet, qui me ignominioſe humiliet, & in meij pſius conſiderationem impellat. Aut qui me punctionibus aduerſitatũ, infirmitatumq; affligat. Pro cuius amotiõe ter dominum rogaui, quo recedẽte fierem liberior ſpiritu, dñs non quod volebã, ſed quod mihi expediebat facturus, ſiue p angelum, ſiue per internã inſpirationem illuminantẽ. Sufficit, inquit, tibi gratia mea, aſſiſtens, & ne pecces protegens. Aut hoc tibi ſatis ſit, vt habeas gratiam meã. Nam virtus in infirmitate perficitur. Hoc autem bifariam contingit: aut vt infirmitas, ſiue corporalis, ſiue etiã ſpiritualis materia ſit exercẽdæ virtutis, puta humilitatis, aut patientiæ, quæ per infirmitatem creſcat, atq; ex pugna, & ex ipſa aduerſitatis ſuſtinẽtia ſeipſa q̃tidie maior efficiatur, vt quod homo ſuſtineñdo varia efficitur prudentior (Qui enim non eſt tentatus, quid ſcit?) re ipſa periculũ faciens ſuæ infirmitatis, quo ſapientius ſe poſthac gubernet. Sequitur:

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Hic vides, quod Paulum dominus non inexauditum reliquerit, qui petiuit à ſtimulo huius tentationis ſe liberari, quoniamquidem & ſi non liberauit illum eo modo, quo Paulo videbatur vtile, exaudiuit tamen eum, quomodo ipſe id Paulo cognouit cõmodo futurum. Nec Paulus hic deliquit, aliud quam dominus dare voluit rogans, quia vbi voluntatem didicit Chriſti, nõ deinceps rogauit liberari. Sed libẽter, inquit, gloriabor in hoc, quod infirmitates, tribulationesq; ſuſtineo, quando quidẽ in hoc, quod ſum infirmus, fortem me facit Chriſti virtus.

Virtus bifariam in infirmitate pficitur

Eccle. 24

EXEGESIS EVANGELII dominicæ Sexageſimæ, Lucæ VIII.

E

Magna fuit turbę reuerẽtia ad Chriſtũ, magna deuotio, magna ſitis audiẽdi verbum Dei. Infatigabiliter enim ac indefinenter Chriſtũ ſequebãtur, & q̃cunq; ibat, Chriſtũ requirebant, ad ipſum cõfluentes. Itaq;, cum iter faceret per ciuitates et caſtella, prædicabat regnum Dei. Cum ꝛo quadam die domum exiret, vbi docuerat, venit iuxta mare, vbi tanta ad eum confluebat populi multitudo, vt in nauim aſcendẽs doceret, omnis vero plebs ſtaret in littore. Tũc enim ex naui docẽs hodiernum prædicauit Euangelium, quod Lucas in hunc refert modum:

Cum turba pluríma conueníret, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum, dixit per ſimílitudínem.

Quod turba multa cõfluxerit, ſecutaq; ſit Chriſtũ, diuerſis cauſis id accidit. Quidam enim vt ſanarentur, alij vt alerentur. Multi ex deuotione, ex curioſitate etiam nonnulli, poſtremo, vt erudirentur, ſequuti ſunt eum multi, cum interim non deeſſent quoq;, qui inſidiarentur. Quomodo itaq; varius eorum fuit animus & propoſitum, ita vnuſquiſq; iuxta hoc, quod quærebat, ex Chriſto referebat fructum. Cum turba, inq̃t, plurima conueniret. Turbam nominat, nõ principes huius mundi, non ſeculi diuites & potentes: hi enim alia habebant, quę amabãt, puta terrena, ideo cœleſtem magiſtrum non requirebant, nec illis ſancta eius eruditio erat ſuauis, ſed inſipida. Hoc hodie quoq; eiuſmodi contingit. Quamobrem à Paulo Apoſtolo dicitur Corinthijs: Videte vocationem veſtrã, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quę ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, vt cõfundat fortia, &c̃. Cum ſimplicibus enim eſt ſermocinatio eius. Cõgrue idcirco dictũ eſt: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eũ? Quaſi dicãt: nullus, ſed turba. Cũ itaq; de ciuitatibus properarent ad Ieſum, ad famæ Chriſti præconiũ accedit, quod non tantum ex pagis, ſed ex ciuitatibus quoque, in quas Chriſti fama iam diuulgata fuerat, properabant ad Ieſum, vt non ruſticus populus tantum, ſed vrbanus etiam accederet ad Ieſum, vel tanquam ad paſtorem oues, ſicut dicit: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meę: vel ſicut ad medicum infirmi. Neque enim opus eſt ſanis medicus, ſed male habẽtibus: aut vt ad doctorem imperiti. Quod Pſalmiſta monet dicens: Accedite ad eum & illuminamini. Itaque dixit per ſimilitudinem. Neque enim hiſtoriam dicit, vt neceſſe ſit interrogare, quis ille fuerit ſeminator iuxta literam aut hiſtoriam, ſed quis ſeminator ſit, quæ terra ſit, quod ſemen, quæ hic in ſimilitudine hac ſignificantur. Senſus nanq; præcipuus parabolæ aut ſimilitudinis, nõ eſt ille, quem verba primo ſignificant, ſed qui per res ſignificatas nobis inſinuatur. Verbi gratia, in libro Iudicum legitur: Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem: nõ de lignis, ſed hominibus per ligna ſignificatis intelligitur.

Senſus parabolarũ Chriſti gs prȩcipuus ſit.

Prou. 3

Ioan. 7

Iudic. 9

Exíit qui ſeminãt, ſeminare ſemen ſuum.

F

Exiſſe dominũ qd inſinuet.

Auguſtin.

Zachar. 13

Hiere. 14

Matth. 9

Ioan. 15

Exiit dominus ad ſeminandum, nõ per motum localem, ſed per incarnationem, incipiens eſſe per humanitatem, qua aliquando ibi non fuerat. Exiuit, inquit Auguſtinus, de patre, quia de patre eſt, in mundum venit, quoniam mundo corpus ſuum oſtendit, exiit tanquam agricola ſeminare ſemen ſuum, de quo Zacharias dicit: Homo agricola ego ſum. Et Hieremias: Quaſi colonus fatigatus eſt in terra, & quaſi vir vagus. Recte vagus dicitur, nihil in hoc mundo proprium habens. Vulpes enim (quod de ſeipſo teſtatur) foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Recte quoque agricola dicitur, quia filius agricolę. Ego ſum inquit, vitis vera, & pater meus agricola eſt. Secundum rationem vnam, eſt vitis vera: ſecundum aliam quoque rationem, non modo agricolę filius, ſed ipſe quoque agricola eſt. Quis enim prædicatione agrum alius excoluit patris ſui, quam ipſe? frangens duros ſcopulos cordis timore Dei, & ſeminans in cor humanum verbum Dei, tenẽſque aratri, hoc eſt, crucis ſtiuas, id eſt, clauos in manibus, quibus adfixus erat cruci, paſſione agrum ſuum excoluit, fuiſq; electis omnibus, quo agricolam ſe mõſtraret, dicẽs: Tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Exiit igitur ſeminare ſemẽ ſuũ. i. verũ Dei verbum, non alienũ, non peſtiferę dogma aliquod, ſed ſuũ, hoc eſt, ſalutiferę. Quodcunq; itaq; aliud fuerit dogma, q̃d cum illo diſſentiat, non Dei ſemen eſt, non Dei verbum. Vide aũt ne ſit cuiuſpiam hæretici, qui ſua verba palleat, venditatq; ſub nomine Dei verbi. Miſcent eñ ſuis pernicioſis dogmatibus verbũ Dei, quo verſutius fallant & ſeducant, non attendentes legẽ dñi prohibitũ: Nõ ſeres agrum diuerſo ſemine. Per ſemen igitur, q̃d Chriſtus ſeminat, intelligitur verbũ Dei. Hoc vt ſeminaret, venit in mundum, venit etiã ad cor hominis illud ſeminare. Nã & hominis cor, ager eſt, & terra aliquãdo fœcunda, interdum ſterilis, & iuxta hoc multum, aut modicum, aut certe nullum fructum referẽs. Dominus itaq; in mundũ veniens ſua eruditione illuſtrauit mundũ, ſeminauit Euãgeliũ per ſe, & per ſeruos ſuos, & ſeminat vſq; ad conſummationem ſeculi. Quapropter Pſalmiſta dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Seminat aũt non ſolum prędicando, ſed etiam inſpirando, & intus monendo. Seminat quoq; foris, per miniſtros excitando, & docendo, ſeminat poſtremo in ſcriptura nobis loquendo. Siue igitur ſit verbum Dei inſpiratum, ſiue auditum, ſiue lectum erudit nos. Beati igitur qui audiunt verbũ Dei, & cuſtodiunt illud. Neque enim auditores, ſed factores verbi iuſtificabuntur apud Deum. Quapropter quãdo dominus dicebat Iudæis, qui eſt ex Deo, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis, non de auditu corporali eſt loquutus. Sic enim & hi, quibus loquebatur, & quos arguit, quod non audirent, audiebant: ſed de mentis intelligitur auditu, & de ſpiritualibus auribus locutus eſt. Hi enim audiſſe verbum Dei iudicantur, in quorum vita Euangelica ac Chriſtiana eruditio elucet, qui opere exprimunt, q̃d intus audierunt.

Matth. 11

Leuit. 19

Pſalm. 118

Lucæ 11

Roman. 1

Ioan. 8

Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud.

Varia eſt Dei verbum audientium con-

G

Audientiũ verbum Dei conditiones variæ. Ioan.8

conditio. Quidam nanq; audiunt, & delectat eos Dei verbum. Quidã Dei verbum fastidiunt. Verum huius est ratio, quam supra Christũ dixisse retuli: Qui est ex Deo, verba Dei audit. Dei enim gratia aperit & colit cor humanum, vt Dei verbum recipiatur, & germinet in opus salutis. Sine gratia autem Dei, verbum Dei seminatũ, non operatur fructum. Nihil enim, qui scribit, aut qui loquitur, agit in corde hominis quicquam, nisi spiritus sancti gratia intus doceat hominem, & in eo operetur. Quomodo enim prędicator homo, aut doctor mutaret corda hominum, quando non omnium Christus corda, quibus loquebatur, mutauit? Multi enim non solum gratis, sed etiam ad damnationem maiorem Christi verbum audierunt. Et ideo Apostolus dicit: Ego plantaui, Apollo rigauit: 1.Cor.1 Deus autem incrementum dedit. Itaq; neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. Omnino igitur nobis necessariũ est, vt sit, qui intus nobis prædicet, hoc est, qui moueat, confortet, vrgeatque Christus, imo qui sua gratia vngat, emolliat, accendatque voluntatem hominis. Gratia autem hæc spiritus sancti his tantum datur, qui sunt humiles. In humilibus igitur solis verbum Christi fructum operatur. Hoc eñ Christus quoque confitetur, dicens: Confiteor tibi pater, quoniam abscõdisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea parMatth.11 uulis. Cui Psalmista quoque olim similia Psalm.118 dicens: Declaratio, inquit, sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Porro, qui superbi sunt, qui munda na, altaq; diligunt, his non placet verbum Dei, sed potius illud fastidiunt, vtpote terræ steriles, incultæ, & malæ, ideo non producũt fructum. Verum quare, inquis, non libenter audiũt verbum Dei, aut quare inuiti audiunt? Ideo profecto, quia aduersatur concupiscentijs eorum Dei verbum. Exẽpli gratia: Tu amas delitias & luxum, verbum tibi Dei hęc prohibet, ideo nõ potest illud diligere. Contraria enim nunquã amãtur. Quocirca dicitur tibi à Christo: Esto consentiens cum aduersario tuo Matth.5 in via, ne forte te tradat iudici, &c. Aduersarius hominis carnalis, est verbum Dei. Ea enim, quæ ille amat, Dei verbum interdicit: & rursus, quæ ille fugit, ipsum eadem præcipit. In via igitur prędentis vitæ quam diu fueris, esto cõsentiens aduersario tuo, hoc est, verbo Dei, quod carnali vitæ tuæ aduersatur, ne venias ad captiuitatẽ & supplicium. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, hoc est, in corda hominũ mundanorum carnalia spiritualibus præferentium, & mundo, vitiosisq; actibus seruientium. Hoc semen conculcatum est, id est, ne fructum adferret, est impeditum, strepitu malarum cogitationum, affectionumque carnalium, inquietudine malarũ passionum, & importunitatẽ tentationum, ac variarum cogitationum. Volucres eñ cœli, id est, dæmones, comederunt, id est, abstulerunt illud semen de corde hominis, ne quid inde salutiferum nasceretur.

Aliud cecidit supra petram, & natũ aruit, quia non habebat humorem. H

Supra petram semen cadit, quãdo verbum Dei durum cor hominis audit, vnde nullus sequitur fructus. De hoc scribitur: Eccles. Cor durum male habebit in nouissimo. Item q;: Indurauerunt facies suas supra pe- Hierem.5 tram, & noluerunt reuerti. Hoc etiam modo induratum fuit cor Pharaonis, vt non Exodi 4.7. audiret verbum domini per Mosen, nec 10.11.& 14 quod iussus à Deo fuerat, ageret, dimittẽs populum abire, vt sacrificaret. Quicquid per Mosen dominus in eum seminabat, cecidit supra petrã. Nam etsi aliquando Pharao moueretur, & promitteret se obeditu-rum Deo, & populum dimissurum, tamen hoc promissum iam natum, plaga ab eo iterum recedente, mox aruit. Liquet igitur, quomodo humor aquæ plantas, vt coalescant, conseruat, & semina in terram iacta, vt crescant, fouet, ita gratiam spiritus sancti terram cordis humani reficere, rigare, confortare, atq; vt semen, Dei scilicet verbum fructum faciat, producere. Quæ gratia vbi defuerit, in siccitate & ariditate bona voluntas marcescit. Proinde Hieremias dicit: Maledictus homo, cuius cor recedit à Deo: erit enim quasi mirica in deserto, & habitabit in siccitate. In Prouerbijs Prou.18 quoq; dicitur: Qui mentis est duræ, incidet in malum. At vero de eo, quem fluenta gratiarum fœcundant, scriptum est: Et Hiere.17 erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod ad humorem mittit radices suas, nec timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & Ibidem. in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec

nec aliquando definet facere fructum.

Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrram bonam, & exortum fecit fructum centuplum.

Semen hoc in corda auara & ambitiosa cadens, germinat quidem quasi fruticẽ, quia excitat ad tempus bonam voluntatẽ. Verum sollicitudines & curę huius seculi, tam pro diuitijs, quam pro gloria mundana, timores quoq; & suspitiones, quæ harum occasione generantur in homine, scilicet ne hoc, illudve temporale ac mundanum amittat, aut ne hoc sibi cõtrariũ eueniat, tanq̃ spinæ suffocant illud germen. De ambitione enim diuus Bernardus ait: Bernard. O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques, omnibusq; places? Et Salomon: Peccatori quoq; dedit Deus afflictionem, & curam superfluam. Hæc igitur Eccle.2 sunt spinæ, quæ semen Dei succrescens opprimunt. Non ergo diuitiæ solæ reprehenduntur, si abfint delectatio, tumor, superbia, auaritia, sollicitudo, & huiusmodi vitia alia, quæ familiaria sunt diuitibus, sed diuitias cũ sollicitudinibus, curis & voluptatibus huius seculi simul posuit, quæ suffocãt Dei verbum. Et aliud cecidit in terram bonam. i. in cor docile, deuotum & hilariter acquiescens diuino beneplacito, vtpote perfecte resignatũ. Et fecit fructum centuplum, hoc est, copiosum atq; perfectũ.

Hæc dicens, clamabat: **Qui habet aures audiendi, audiat.**

Absq; dubio est, omnes ibi tunc prędentes habuisse aures corporis, sed Christus aures mentis, hoc est mentem deuotam & voluntatem bonam quærebat: propterea non solum aures audiendi, hoc est, aures, quæ quod audierunt, custodiũt, requirit.

Interrogabant autem eum discipuli eius, quę esset hęc parabola. Quibus ipse dixit: **Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cęteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hęc parabola.**

I Discipuli Christum, quæ esset hæc parabola, interrogãt. Quod tamẽ fecisse credendi sunt, non mox postquam audierãt parabolam, sed cum dominus esset singularis, i. cum esset solus, de huius intellectu Marc.4 requirebant. Quibus ipse dixit: **Vobis discipulis meis, humilibus, bonam habentibus voluntatem, & qui studiosi estis ad intelligenda verba mea, vt eadem nõ solum sciatis, sed faciatis etiam, datũ est nosse mysterium regni Dei, i. secreta Ecclesię militãtis, quia eadem debetis docere alios, q̃ post me, quasi fundamentum estis Ecclesiæ.** Obserua quod hic mysteria nominat, quę in parabolis dicuntur. Verum id non de hac tanta parabola, sed multis quoq; alijs locutus est, in quibus plura latẽt mysteria seu secreta Ecclesię, quę ideo latent, ideoq; sub parabolico sunt abscõdita sensu, vt ad intelligendum studiosi, inuestigando sua diligentia (& ideo digni) gratiaq; Dei adiuti, inueniant, quod latebat: indigni vero & hi, qui contemnunt inuestigare ac sensum quærere, nihil percipiant. Sciendũ Prædicatio Christi cuiusmodi fuerit. quoq; prædicationem Christi ab initio fuisse claram & lucidam, satisq; miraculis ac signis manifestis roboratam, quare nõ poterant ludęi se excusare, quod eum non intellexissent. Erant autem multi eorum sua inuidia ac malitia excæcati, qui respuebãt eius prędicationem, signisq; detrahebant, tribuẽtes illa Beelzebub. Ideo Christus post ea multa abscondit indignis, idq; miseri- Matth.12 Marc.3 Lucæ 11 corditer, ne deteriores fierent. Propterea sequitur, cæteris autem in parabolis, scilicet est loquendum, vt videntes, id est, videre se putantes miracula mea, non videant oculo intellectuali, & audiẽtes verba mea non intelligant eorum mysteria. Recte eñ Beda. vt Beda dicit, in parabolis audiũt, qui clausis sensibus cordis non curant cognoscere veritatem. Atq; ideo multis se & donis & beneficijs Dei priuant per ingratitudinem. Tandem exponẽs ipsemet dominus parabolam, adiecit:

Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorũm, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, hi sunt, qui cũ audierint, cum gaudio suscipiunt verbum; & hi radicem non habent, qa ad tempus credunt, & tempore tentationis recedunt. Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & a sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocãtur, & non referunt fructum.

Semen, inquit, est verbũ Dei. Ergo se- K

minator ſeu ſator eſt Chriſtus dominus. Nam prædicator verbi Dei nihil aliud eſt, quam cophinus ſeminatoris, portãs ſemẽ Chriſti, quemadmodum Auguſtinus de
Auguſtin. ſe dicit: Ego quid ſum, niſi cophinus ſeminatoris? Ille in me ponere dignatus eſt, quæ vobis ſpargo. Nolite attendere ad vilitatem cophini, ſed ad claritatem ſeminis, & ad poteſtatẽ ſeminatoris. Sequitur itaq; parabolæ huius expoſitio, quam ipſe dominus elucidauit, & ego vobis eandem iã dixi conformiter ad illius expoſitionem, niſi quod in fine dicẽdum eſt, quod ſupra triplicem terræ bonæ, quæ ſemen recipit, narrat fructũ, hic vero dicit, quod fructũ adfert in patientia, vt ſequitur.

Quod autem in bonam terram, hi ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum adferunt in patientia.

Supra, vt dixi, terram bonã in triplicem gradum per triformem quoque fructum
Matth. 13 diſtinxit. Dixit enim de terra bona quandam centeſimum, quandam ſexageſimũ, quãdam vero triceſimum adferre fructũ. Non enim caret ratione, quod de fructu
Differẽtia terræ triplex quos deſigner. diſtinguit, quo certe indicat differentiam eſſe terræ triplicem. Quãdam bonam, quæ pertinet ad incipientes, quandam meliorem, quæ ad proficientes pertinet, quandã vero optimam, quæ reſpicit perfectos. In triceſimo enim fructu conſtituuntur incipientes, qui fidem Trinitatis ſibi ſufficere credunt cum obſeruantia præceptorum decalogi. In ſexageſimo fructu intelligũtur, qui in Dei amore profecerunt, & iam non ſolum præcepta decem, ſed etiam ſex opera miſericordiæ, quibus iuſtitia omnis, quæ debetur proximo, impletur, perfecerunt. Tertij qui centeſimum fructum adferunt, ſunt perfecti, qui mandata veteris legis moralia, hoc eſt, illa decem præcepta & conſilia ſimul Euangelica implẽtes, domini non ſolum mandata, ſed & beneplacita omnia ſatigunt perficere. Sunt q exponunt ad tres ſtatus qui in carne hic ſeruantur, puta virginum, qui cẽteſimum adferũt fructum, continentium, quorum eſt ſexageſimum referre fructum, & coniugatorum, qui triceſimo ſunt contẽti fructu. Chariſſimi audiſtis eos omnes recenſeri qui verbum Dei audierunt, ſed iterum (ideo nullum eſt in eis operatum fructum) a ſe Dei verbum euomuerunt. Alij quidem retinuerunt, ſed iuxta menſuram ſui profectus illud operibus oſtenderunt. Eligamus nos quæ perfectiora viciniora- Hebr. 6 que ſunt ſaluti, vt non ſolum ea quæ præ- Eccle. cepit nobis, cogitemus ſemper, ſed etiam quæ illi cognoſcimus beneplacita, faciamus, præſtãte hoc nobis domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM DOMInica. Agricola quomodo Chriſtus, ſemen Dei verbum, terra cor humanum.

EXijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, aliud ſupra petram, aliud inter ſpinas, & aliud in terram bonam. Lucæ VIII. Habemus in his verbis Euangelicis hodie agricolam ſiue ſeminatorem, habemus ſemen, habemus terrã. Supra hæc habemus viam, petram & ſpinas. Rationem ſimilitudinis ad ſenſum illum parabolicum explanare, quomodo ſcilicet id quod aſſimilatur, congruat rei cui aſſimilatur, aut quæ conuenientia ſit ſimilitudinis vtrobique, & ſi prolixum fore id timeatis, quam breuiter tamen potero, vobis explicabo. Semi- Agricola Chriſtus quomodo dicatur. nator ſeu agricola hic intelligitur Chriſtus. Solus enim ipſe in corda noſtra ſemẽ ſalutis, verbum ſcilicet Dei viuum & efficax ponit, in hoc non incongrue comparatus agricolæ: Quod enim agricola humilis atque vilis ducitur, cum ſit vtiliſſimus, puta qui omne ſuum robur, omneſque vires expẽdit, vt adminiſtret nobis, vnde omnes viuimus, panem, ita Chriſtus dominus noſter, quantum hic apparuerit (dum nobis ſemmaret vitæ cœleſtis panem, dũque terrã noſtri cordis excoleret, & in cruce ſanguine ſuo rigaret) humilis, quanq; Philip. 2 vilis attendite. Cum enim eſſet in forma Dei, exinaniuit ſemetipm, formã ſerui accipiens, formã ẽq; ſerui exhibens, q venerat Matth. 20 miniſtrare, non ſibi miniſtrari, diſcipulo- Ioan. 13 rum ſuorum pedes lauans, & nouiſſime Ieann. 18 vt fatuus illuſus cũ iniquis, id eſt, cũ latronibus reputatus eſt. At, ſpice tu, ne propter hanc vilitatẽ ipſum negligas, ſed quãto propter te factus eſt vilior, tanto ſit tibi dignior, tanto precioſior, tantoq; charior. Eſt enim vniuerſo mundo non modo vtiliſ-

Ioan. 1 Ioan. 12 vtiliſſimus, ſed omnino etiam neceſſarius, qui ex morte nos viuificauit, & panem cœleſtis vitæ ſeipſum nobis præbuit. Habuit quidem veſtem vilem, communem ſeu ruſticam, quia habitu inuentus vt homo, ſed eam tamen vilem habuit propter nos. Per
Philip. 2 Ioan. 20 omnia enim aſſimilari voluit fratribus, vt omnes ſaluos faceret. Hanc veſtem, mortalitatis ſcilicet & vilitatis exuit per gloriam reſurrectionis, quãdo ſcilicet regnaturus
Pſalm. 92 decorem induit & claritatem. Quod figuratum ante erat in Zacharia, de quo dictũ
Zachar. 3 fuit: Auferte veſtimenta ſordida ab eo, & induite eum veſtimẽtis mutatorijs. Non-
Ioan. 15 ne de patre ſuo dicit Chriſtus: Pater meus agricola eſt? Si pater agricola, quomodo filius agricola non eſt? Denique, ex callibus
Hiere. 43 manuum ſuarum agnoſcitur agricola, & laborator, quem in iniquitatibus noſtris
Hierem. 6 Eſaiæ 53 laborare fecimus tota die. Laborauit enim ſuſtinẽs in cruce, cuius manuũ calles ſunt vulnera, qa ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & eius liuore nos ſanati
Semẽ cur nominet verbum Dei. ſumus. Quare autem ſemẽ nominet verbum Dei, ratio huius comparationis eſt. In ſemine ſecretus eſt calor, vnde germinat frutex, vndeq; nutritur germen, quod enatum eſt. Pari modo quoq; verbo Dei, de quo ſcriptum eſt: Omnis ſermo Dei ignitus. Itemq;: Ignitum eloquium tuum
Hebræ. 4 Pſalm. 118 vehementer. Exerit enim de ſe calorem, qui operatur in planta, vbi in terram bonam ſatum hoc fuerit ſemen, quia vbi voluntas fuerit auditoris bona, verbum Dei radicem figit & germinat. Huius verbi
Lucæ 24 Dei calorem ſenſerunt duo ex diſcipulis in die Paſchæ euntes in Emaus, qui Chriſtum in ſpecie audierant peregrini dicentes: Nonne cor noſtrum ardens erat de Ieſu, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis ſcripturas? Paremus igit cor noſtrum & voluntatem noſtram, vt Dei verbum non faſtidiamus, & ne audiamus negligenter. Scimus enim quomodo impro-
Matth. 10 perauerit quibuſdam ciuitatibus, vbi Dei verbum fuerit prędicatum, quod illud faſtidierant: idcirco remiſſius futurum pronuncians in iudicio terræ Sodomorum, quam illis ciuitatibus. Ineſt igitur Dei verbo calor quidam naturalis tanquam ſemini, vnde virtus prodit nutrimentalis. Sed quod terra ſit bona, in quã ſeminetur neceſſe eſt, alioquin nihil creſcet. Secundo, in ſemine virtus eſt quædam penetrati-

ua, qua virtus & operatio eius diffunditur. Sic verbũ Dei ad intima penetrat, de quo
Hebr. 4 dicit Paulus: Viuus enim eſt Dei ſermo & efficax, & penetrabilior omni gladio anciſi. Afficit enim, & mutat intima cordis. Vultis videre, quantæ ſit virtutis, & efficaciæ verbum Dei, quantumve penetret ad interiora mentis? Petro, Andreæ, Ioanni, Matthæo, Zachæo, cæteriſque omnibus, apoſtolis, quantam vim intulit verbũ Dei? nonne vbi Chriſtus dixit: Sequere me, ſta-
Matth. 4 tim obliti parentum, obliti vxorum, obliti filiorum, obliti diuitiarum, obliti denique omnium quæ habebant, nihil poſthac amabant in mundo, ſed omnibus relictis prætulerunt Chriſtum? Quid dico? Non ſolum carnem ſuam perſequuti ſunt
Galat. 5 cum vitijs & concupiſcentijs ſuis ſancti, ſed etiam animam ſuam, hoc eſt, vitam ſuam odio habuerunt propter verbum Dei.
Ioan. 12 Simili modo de ſeipſo Dauid quoque teſtatus: Propter verba, inquit, labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Poſtremo
Pſalm. 17 videamus virginum monaſteria, virorumque & ſacerdotum cœlibatum. Non enim oẽs de incontinẽtia ſunt ſuſpecti. Quis illis (de bonis loquor) perſuaſit mundum, parentesq; relinquere, in monaſterijs arcta interdum parſimonia viuere, & hodie vbi inter hæreticos viuunt, contemptum, irriſiones & perſequutiones ſuſtinere, hilariterque nihilominus perſeuerare? hoc potiſſimum conqueri, quod non ſinuntur alios Deo ſecũ ſeruituros ſibi aſcire? Quid, inquam, confortat eos? quid virtutem animo præſtat, niſi verbum Dei? Gloran-
Lutherani cuiuſmodi habeant verbum Dei. tur Lutherani quod habeãt verbum Dei. Sed cuiuſmodi obſecro? Nempe, quod ſacit ab Eccleſia deficere, à Deo apoſtatare, fidem frangere, vota temerare, mãdata omnia poteſtatis, aut ſuperiorum tranſgredi, bona opera contemnere, deuotionem ridere, & inter fornicationes, ingluuiem, aliaque flagitia conſeneſcere, & nihilominus cœlorum regnum, etiam ſi Deo diſpliceat, ſperare? Proh pudor, hoccine eſt verbum Dei? Abſit, vt ſpes eorum ſit ſpes, ſed inconſulta, temeraria q; pſumptio. Ter-
Terra bona quæ. ra itaq; in qua ſemen, hoc eſt, Dei verbum fructificat, bona eſt voluntas, deuotioque feruens, quæ nunquam ocioſe audit, aut fruſtra verbum Dei, ſed mox vbi audierit illud, in ſe concipit tanquam ſemen Dei per bonum propoſitum, qd aliquando in

opere pariat. Siquidem vbi germinauerit in opus, tunc ſeminis probatur cõceptio. Porro fructus in meſſe demum apparere incipit, quando reddit Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum, quos hic deduxit in via mirabili. Qui enim parce hic ſeminauerit, parce tũc & metet. Non eſt hic tacẽdum tria eſſe, per quę vehementer impeditur, ne fructum adferat verbum Dei. Primum nanq; pudor eſt bonæ actionis, maxime ea, quæ humiliationem flagitat, & quam ſuperba verecundia timet. Omnes eſſe volumus humiles, ſed non item omnes humiliati: quãuis non niſi per humiliationem ſui acquiritur humilitas. Erubeſcimus, de quo nequaquam eſt erubeſcendum. Verbi gratia: Tranſit diues quiſpiam aut honoratus, vbi ſeruum aut mancipium quodcunque grauatum, aut ſub faſce laborans videt, compatitur grauato, vellet illi ſi nemo videret, opem ferre & releuare eum ſub onere, ſed verecundia ductus in aliorum non audet oculis. Hæc cogitatio compatiens, & adiuuare cupiẽs, nonne eſt ſemen Dei? Nonne verbum eſt à Deo inſpiratum, ſeu inſpiratio diuina? Et tamen ne fructus inde enaſcatur, pudor id impedit bonę actionis, & humiliationis timor. Exiſtimationem enim ſui grauari dues putat, ſi palam cum eo, qui ſuccumbit ſub onere humeros ſupponeret. Certe charitas nõ erubeſceret, humilitas quoq; non erubeſcit, opus huiuſmodi, aliudve ſimile, quod miſericordia imperat. At ſuperbia, quæ prudens in oculis eſt, & mundana ſola cogitans, prohibet & dicit: Si hoc faceres, quid dicerent, aut cogitarẽt homines? Nonne te ſtultum putarent? Olim monachi currus, & bigas monaſterij cum equis regebant, neceſſaria monaſterijs aduehentes. Erant autem tunc monachi, vt modo in monaſterijs ſunt laici conuerſi. Sed dic modo conuerſo vt vehiculum, ſeu monigam (vt vocant) cum vaſe per oppidum vehat, aut onuſtus fœno incedat per ciuitatem, aut vile huiuſmodi aliud portet. Num faciet? Et quę excuſatio illi erit alia, niſi q̃d rideatur ab hominibus, quod ſcandalizentur homines, neſciẽti quid ſcandalum ſit, qui ſuam ſuperbiam erubeſcentiam vocat, & aliorum ſcandalizationem? Timens enim vilis ęſtimari, ſcandalum ſe dicit timere aliorum. Obedientiam itaque refugit ex pudore actiõis bonæ. O quoties nobis ſuperbia hæc, quæ verecundiam ſe fingit, imponit, quoties à bono, virtuoſoque opere retrahit, timentes ne confundamur, ne derideamur, aut ne pereat apud homines exiſtimatio noſtra? Ab hoc vitio liber eſt, quiſquis homines non aliter inſpicit, quam homines, nihil motus, ſiue ab illis laudetur, ſiue (vbi culpa abeſt) vituperetur. Scit enim laudibus ſe alienis non fieri meliorem, nec deteriorem vituperijs hominum. Ideo Deum ſolum reſpiciens, gequid ad illius gloriã pertinet, propter homines non intermittit. Exemplum habemus de Dauid rege, qui ſaltauit ludens ante arcam gaudio deuotionis plenus, dum illa duceretur ad ſuam ciuitatem. Tunc enim præcedebat arcam Dauid rex Ephot lineo accinctus, percutienſque in organis armigatis totis viribus coram domino ſaltabat ante arcam. Quem proſpiciens Michol filia Saul per feneſtram, deſpexit eũ, & paulo poſt hoc etiam ei illudendo quaſi leuitatem exprobrauit. Cui Dauid reſpondens: Viuit dominus, inquit, quia ludam ante dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum. Ludam & vilior fiam pluſquam factus ſum: & ero humilis in oculis meis. Vide igitur, quomodo rex Dauid, vt ſuę ſatisfaceret deuotioni, contempto pudore humano, ſe humiliauit, & expende ſi quiſpiam bona agẽs vituperetur, hi à qbus vituperatur, fatui profecto ſunt, quamlibet iuxta ſeculum ſint prudentes, & magni ſenſu carnis inflati, qui bene operantem ſpernunt, quia non ſolum non ſunt pauperes ſpiritu, ſed paupertatem etiam ſpiritus in alijs derident. Noli igitur tu propter fatuos ſtultus fieri, vt ꝑpter ipſorum huiuſmodi iudicia (quę honeſtiſſime contemnuntur) bonum aliquid intermittas. Nihil tibi cum gloria mundana, qui Chriſti duntaxat gloriam quæris, & teſtimonium conſcientiæ, ac virorum Deum timentium, non eorum qui dicũt bonum malum, aut malum bonum. Quare enim ſancti in tanta ſunt hodie veneratione apud vere Chriſtianos, & gloria, niſi quia gloriam, quę datur ab hominibus, hic cõtemſerunt? Non eſt igitur malum, ſed vicinius etiam eſt virtuti malis diſplicere.

Sunt alij in quibus fructum non facit verbum Dei, & quos à bono opere retrahit, difficultatis, pœnalitatis, ac laboris timor, quia nondum ſunt mortui ſibĩpſis,

Sapien. 3

1. Cor. 9

N

Tria fructũ verbi Dei impedientia.

I.

Gregori⁹.

Superbia vti verecundiam ſe fingat.

Gloriã vanã fugiendi modus quis.

2. Reg. 6

Col. 6

O

II.

pſis, ſed amor in eis proprius viuit. Sciunt quidem bonum eſſe, ſalutiferumque quod prædicatur, quodque inſpiratur à domino: Laudant, magni faciunt, & optãt hoc, ſed nolũt pati, nolũt ſibi inferri vim: haud memores quod regnum cœlorum vim patitur, & quod violenti rapiunt illud. Timent igitur & horrent Dei verbum, quia illis eſt contrarium. Audiunt enim, verbi gratia: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, laudant & ita agere volunt, vt maneant ſobrij, ſed vincit eos tentatio, quia ſeipſos vincere non poſſunt, aut nolunt. Sic alij audientes: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, ſtatuunt hoc ita facere, vt rem vtiliſſimam, atq; Deo maxime placentem, ſed ad opus non perueniũt, quia difficultas eis videtur nimia, aut ſe humiliare (vnde pudeſcũt) iuxta primum modum, aut benefacere his, qui oderunt ſe. Dicitur tibi: Redde pro malo bonum, & ſcriptura in qua ſemẽ eſt Dei, quotidie hoc dicit. Quid reſpondes? Optarem quidem, & ora pro me, vt poſſim. At non poſſum huic homini amicari, qui adeo me offendit. Vides, quia difficultatis & laboris timor impedit, vt verbum Dei non fructificet? Neq; enim tibi laborem atq; vim ſtudes inferre. Tertium eſt quod impedit verbum Dei, amor. Hic ſiue fuerit naturalis, ſiue acquiſitus, ſiue ſocialis, aut carnalis, mirum in modum impedit Dei verbum, tam inſpiratum, quam prædicatum. Hic cognoſcant ſe quos ſocietas detinet ad peccandum, quos amor captiuos ligat, quia malus amor eſt in cauſa, quare tã bonæ, ſanctæque inſpirationes, & à Deo toties acceptæ negligantur. Quotidie nos ſacerdotes ſacram ſcripturam legimus, & prędicamus. Quare igitur in nobis, qui docemus alios, non maximum facit fructum verbum Dei? Quia ad creaturam aliquam nos amor ligauit, vnde recedere nolumus: ideo verbũ Dei in nobis operari non poteſt. Alius ligatur ad crapulam & vinũ, alius ad aleam, alius ad pecunias, alius ad ſcortum, & ad huiuſmodi alia multa, quibus impeditur. Adam primus parens noſter amore ligatus ad Euam, quia illã contriſtare noluit, ei conſenſit de ligno vetito edere, quamuis malum hoc eſſe ſciret. Salomon quoque non ignorabat idololatriam Deo omnium maxime exoſam, & ſibi prohibitam: tamẽ non continuit ſe ab ea, ſed propter amorem mulierum idolis templa, ſeu aras ædificauit, & adorauit. Sic Herodes quoque ex Ioanne Baptiſta verbum Dei audiens, dilexit eum & libenter audiebat illum. Sed quare verbum Dei in eo nullum attulit fructum, maxime per verbum Dei monito, vt illicitas ſolueret nuptias? Ideo certe, quia amore addictus fuit veſano peſtilentiſſimæ illi Herodiadi, qua carere noluit. Quamobrem Dei verbum ne operaretur fructum, amor ille perditus impediuit. Nos igitur filij, non erubeſcamus pro virtute, pro Dei amore, ac cultu, quæcunque etiam vilia, præſertim ſi virtutis in his exercitium fuerit, exercere. Non parcamus labori, aut difficultati, quo vincamus, extirpemusq; priuatum amorem. Nulli rei quoq; inhæreat adeo cor noſtrũ, vt illam præferamus Deo. Et tunc cor noſtrum erit terra, quæ fructum adferre poſſit centuplum, largiente id nobis domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Matth. 11

Ephe. 5

Matth. 5

Roman. 12

III.

Amor cuiuſmodi prædicat verbum Dei.

Gene. 3

3. Reg. 11

Matth. 14 Marci 6

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA, EPIſtola B. Pauli apoſtoli, I. ad Corinthios XIII.

SI linguis hominum loquar & angelorũ, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omẽs facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.

XVI.

Charitas patiẽs eſt,benigna eſt.Charitas nõ æmulatur,nõ inflatur, non agit perperam,nõ eſt ambitioſa,nõ quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, nõ cogitat malũ,non gaudet ſuper iniqtate,cõgaudet aũt veritati.Omnia ſuffert,omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet.Charitas eñ nun quã excidit:ſiue prophetiæ euacuabuntur,ſiue linguæ ceſſabũt, ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte eñ cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum aũt venerit quod perfectũ eſt,euacuabitur,q̃d ex parte eſt. Cũ eſſem paruulus,loquebar vt paruulus,ſapiebã vt paruulus, cogitabã vt paruulus.Quando aũt factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli.Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate,tũc aũt facie ad faciẽ. Nunc cognoſco ex parte, tunc aũt cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Nunc autem manent fides,ſpes,charitas,tria hæc:maior aũt horũ eſt charitas.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A 1.Cor.12 BI Apoſtolus hortatus Corinthios fuerat, omnes nos eſſe vnum corpus Chriſti, cuius cum varia ſint dona (ſicut & mẽbrorum alia atque alia ſunt officia in naturali corpore) ſingularibus membris collata,idque nõ in vnius hominis,ſed in totius corporis myſtici vtilitatem. Ne quis infletur, aut ſe extollat aduerſus alium propter aliqua dona,quę in ſe magis,quam in alio reperit,puta pphetiam, genera linguarum, gratiam curationum, aut aliquod huiuſmodi,ſciat ſe certum nõ eſſe per hæc ſe placere Deo: quandoquidem ea, quæ in vtilitatem dantur multorum,& bonis & malis dantur. Nec raro fit, vt magis propter vtilitatem conferantur eorum,qui his participãt donis,quam ob meritum eius, qui dona hæc recipit. Eam ob rem in epiſtola hodierna cum excellentiorem nobis,ſecurioremq; viã,quę fallere nos nõ poſſet,vellet offendere,charitatem commendat,præfertq; eam omnibus alijs, quibuſuis operibus,atq; donis dicẽs: Si linguis loquar hominum,omniũ generum linguas intelligens & loquens,aut etiam angelorũ(habent enim & angeli modum quendam loquẽdi,ſeu inſinuandi,quo à ſuperioribus illuminentur inferiores) vt ſine voce mea inſinuare alteri voluntatem ſuam: charitatem autem,id eſt,amorem Dei & proximi à Deo infuſum, quo carere poteſt omnium linguis loquens,non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, quod ſonum quidem generat,ſed nihil loquitur,aut ſignificat. Sic tametſi omnium linguis loquar,non habeam autem charitatem,ero vt ſonus nihil ſignificans, quia abſq; ſpiritu veluti mortuus ſum.Sicut autẽ corpus abſq; anima mortuũ eſt, ita anima eſt mortua abſque charitate. Quid aũt mortuo pdeſt,prodeſſe alijs multis?Quid prodeſt docenti,prædicantive alios cõuertere, alios ad vitã inſtruere, ſi doctor ipſe non habeat charitatẽ?ſi ipſe in ſe nõ habeat vitam? Et ſi habuero omnẽ propheti am,futura prænoſcens,nouerimq; omnia myſteria ſacræ ſcripturæ, omnemq; ſcientiam,adeo vt nihil me fugiat, habuero q̃q; tã perfectã fidem, vt mõtes trãſferã, iuxta promiſſa Chriſti, dicentis:Quicunq; dixerit huic monti, tolle te,& mitte te in mare, & nõ hæſitauerit, fiet ei: charitatem autem nõ habuero,tametſi ex donis illis aliquid eſſe exiſtimer,tamen nihil ſum,quia ſpiritui meo vita deeſt,Deus. Qui autem putat ſe aliquid eſſe,cum nihil ſit,ipſe ſe ſeducit. Præterea, ſi diſtribuero pauperibus facultates meas,id eſt,omnia quæ habeo,& habere poſſum bona,q̃d Chriſtus perfectionis vocat opus, dicẽs: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus,mihi tamen charitatẽ non habenti nihil prodeſt,quantumuis ſcriptura eleemoſynam laudet. Quod ſi corpus meum fæuiſſimis tradidero pœnis,ita vt flammis iniectus ardeam, ſine charitate ad æternæ vitę conſecutionẽ nihil mihi prodeſt. Poſſet enim aut ex ſeruili timore,aut ex iactantia, aut odium feruans in proximum quis martyrium pati:cui tamẽ ſine charitate patienti beatitudo nulla conferretur. Quare cum nullum eſſe,aut prodeſſe bonũ poſſit abſque charitate,qui charitatem habet, omnia

Linguę angelorũ q̃les ſint.

Matth.21

Galat.6

Matth.19 Marc.10 Lucæ 18

B mna habet. Eſt autem charitas patiẽs & benigna.Patientia eſt vero aliena mala æquanimiter perpeti, cõtra eum quoque, qui mala irrogat,nullo dolore morderi. Nam q̃ ſic proximi mala portat, vt nihilo minus tacitus doleat,tempusq; dignæ retributionis quærat,patientiam non exhibet,ſed fingit. Charitas igitur patiens eſt, benigna eſt, vt non ſolum aliena mala toleret,ſed etiam quos portat,amet.Non æmulatur,quia is qui de tẽporalibus bonis nil appetit,alienis felicibus ſucceſſibus inuidere quoq; neſcit.Charitas non agit perperam aut peruerſe, proximum nequiter impediens.Charitas quoque non inflatur ſuperbiens ex temporali felicitate, nec eſt ambitioſa,honores & faſtum diligẽs, nec quærit quæ ſua ſunt, ſed aliorum ſalutem animarumque profectum ſuis commodis ſuisq; vtilitatibus præfert. Non irritatur, vt commota vltionem meditetur,nec quo modo alteri inferat malum,cogitat.Charitas deniq; non gaudet ſup iniquitate:qa nec exultat in perditione delinquentium, nec in ſuſtinentium aduerſitate lætat, ſed magis congaudet veritati, non tã doctrinæ,quam operũ iuſtitiæ. Charitas omnia ſuffert longanimiter propter ſpẽ vitæ æternæ,omnia credenda credit, intellectũ ſuum captiuãs in obſequiũ Chriſti. Omnia ſperat quæ promiſit Deus, omniaque illa expectans,perſeueranter ſuſtinet. Charitas nunquam excidit à Deo, nunquam definit hic creſcens, donec in futura vita perficiatur. Sed dicis: Quomodo tunc ſcriptum eſt? Refrigeſcet charitas multorum? Aut quomodo cuidam in Apocalypſi dicitur:Habeo aduerſus te, quod charitatem tuam primam reliquiſti, ſi charitas nunquam à Deo excidit? Dicendum, non dictum eſſe charitatem nõ poſſe amitti,ſed charitatem, quamdiu eſt & vbi eſt, non ſeparari aut excidere à Deo.Nam ſi excideret,iam charitas non eſſet. Poteſt igitur charitas quæ fuit,non eſſe, non poteſt autem quæ eſt,à Deo excidere. Omnia alia quæcunque præclara dona Eccleſiæ data peribunt,aut in melius commutabuntur,charitas autem manebit hic & in futuro.Siue enim(vt nonnulla donorum Dei recenſeam)ſint prophetiæ,hæ euacuabũtur.Cum enim quod prophetatũ eſt, eueniet,vltra locus prophetiæ non eſt. Siue ſint linguę, ceſſabunt. In regno nanque Dei non erit linguarum varietas, neque neceſſitas.Poterunt nanq; ibi loqui.Verũ tamen cuiuſmodi ibi locutio poſt extremum iudicium futura ſit,puto nulli reuelatum,niſi quod fortaſſe nulli dubium eſt, eo modo quo nunc loquimur in hac vita, tunc non colloquuturos in patria. Sequitur:Siue fit ſcientia,& hęc quatenus ad huius vitæ modum ſciendi attinet, deſtruet, perficietur vero modo nobiliori & perfectiori,quam hic cognoſcimus. Ex parte enim,hoc eſt,impfecte hic cognoſcimus, nõ omnia cognoſcentes,ſed interim multa ignorantes, & ex parte prophetamus: quandoquidem pauca ex multis his quoque,qui donum habent prophetiæ, reuelantur in hac vita. Cæterum cum hęc vita,quę imperfectionis eſt tẽpus,tranſierit, & euenerit in futura beatitudine,quod pfectum eſt,& quod in veritate conſummatum eſt,euacuabitur id, quod ex parte, id eſt,ceſſabit omnis imperfectio,quæ in hac vita fuerat. Non diſſimilia B. Ioannes in epiſtola ſua loquitur: Chariſſimi nunc Dei filij ſumus,& nondũ apparuit, q̃d erimus.Scimus,quoniam cum apparuerit,ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eũ, ſicuti eſt. Cuius rei capiatis ſimilitudinẽ: Cum eſſem paruulus ſeu puer, loquebar imperfecte & balbutiens, vt mos eſt puerorum.Sapiebam quoque,puta pueriliter vt paruulus,agitabam quoque ludicra vt paruulus.Quando autem factus ſum vir perfectus conſummatuſq; vſu ratiõis,ſcientia atq; iudicio,euacuaui, deſerui contẽptiq; ea,quę ſunt paruuli,puerilia ſcilicet. Hoc modo bonorũ impfectio huius vitę nobis peribit,ita tamen vt in aliam perfectionem ac plenitudinem in futura vita mutetur.Hoc nanque tempore caligoſo,q̃ hic viuimus, videmus Deum quaſi in ſpeculo & ænigmate ſuo. Per viſibilia eñ hęc,& maxime per hominem, qui ad imaginem Dei creatus eſt,in noticiam pertingimus Dei, contemplantes eum quaſi in ſpeculo.In futuro autem ſeculo tunc videbimus eum facie ad faciem. Itaq; nunc Deũ cognoſco impfecte, & vix ex aliqua parte,tũc aũt,hoc eſt,in futura vita cognoſcam eum,ſicut & cognitus ſum. Quãdiu autem in hac vita degimus, manent in electis & ſanctis Dei cõiunctim fides,ſpes,& charitas,qbus hęreãt Deo,e quibus tribus maxima eſt charitas.Spes nanque & fides

Gregori. Patientia quid ſit.

2.Cor.10

Matt.24

Apoc.2

Charitas qui amittitti poſſit.

1.Ioan.3

Gen.1.2

possent esse in homine informes. Porro charitas non potest esse informis, quæ alijs bonis vitam præstat & decorem.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ Quinquagesimæ. Lucæ XVIII.

CNon immerito qs admirari possit, quō fiat, vt hodierno die, qui hominibus præsertim mūdanis gaudio est & lætitiæ, Ecclesia præter subtractionē canticoꝝ lætitiæ, memoriam proponat dominicæ passionis. Nā dies hæc vocatur à vulgo carnisprivium, eo quod in castrino quadragesimalis cibus maxime à clericis debeat sumi, & hodie carnibus sit quasi vltimo die in esum sumēdis, donec pascha illucescat, valedicendum. Quare incongruum videtur huic tempori passionis dominicæ memoriam applicare, quo tot fiunt leuitates, totidemque abominationum transgressiones, vt iustius hic dies spiritus priuium, quam carnispriuium, vocaretur. Reuera enim non parum spiritus priuatur deuotione, cū nimium tribuitur carni. Admissa fuit olim à patribus recreatio aliqua hoc die, post quem magno feruore incipiebant homines pœnitentia & abstinentia se macerare. Honestum enim gaudium non est prohibitum, licet hoc vnum præcipue laudetur, quod de bonitate concipitur creatoris, q̄d de beneficijs quoq; augetur ab eodē acceptis: dū seipsum his indignū ex animo sentit homo, gaudetq; in sola misericordissima dignatiōe Dei, quā sup se liberalissimam ac copiosam videt. Pari modo gaudiū quoq; est religiosum, de euasione peccatorum, & de gratia se custodiente. Verꝝ, relicta lætitia spirituali, gaudio nunc se tradunt homines diabolico. A quo retrahere eos cupit Ecclesia, idcirco quod omnium maxime compungere debet mentem, historiam narrat summatim dominicæ passionis, vt memores charitatis huius immēsæ, erubescamus seruitij captiuitatis que diabolicæ. Quomodo ergo mundus & diabolus suis filijs iugum imponit vitiorum & peccandi exercitium, ita Ecclesia suis alumnis ac deuotis dominicæ passionis opponit exemplū. Mundus gaudet in operibus carnis, filij Ecclesiæ compunguntur deuotis exercitijs spiritus. Illi latā currunt viam ad infernum, hi ambulant arctam viam spiritus. Verum redeamus, audiamusque Euangelium.

Passionis dominicę memoria cur hic inuitur.

Gaudiū religiosum quod.

Matth.7

Ecce ascendimus Hierosolymā, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis.

Hoc Euangelium tametsi hodie legatur, est tamen hodie nō factum, sed ea quę hic leguntur, dicta & facta sunt circa vltimum Paschæ, quando iam Iesus à Galilęa ascenderat Hierosolymam, paulo post passurus. Tunc enim assumpsit discipulos suos, & ait illis secreto: Ecce ascendimus Hierosolymam. Quod passionem suā prædixit suis, ideo fecit, ne postea nimium scandalizentur discipuli, & videntes Iesum captum, putarent eundem non potuisse euadere, sed manibus fuisse impiorum præoccupatum. Prædixit igit suam passionem, q̄ offenderet se ea, quæ ventura sibi erant, p̄scire quidem, sed vltro cū euadere posset, eadem subire. Deinde confortare eos voluit contra futuram tristitiam, vt minus turbarētur, cum euenire cernerent, quæ sibi fuerant prædicta. Voluit autem secreto illis hæc dicere. Quare secreto? Ob euitandam turbationem. Homines enim compassiui & fœminæ deuotæ turbatæ fletibus alios inquietassent. Hæc Christo apostolis reuelante dubium non est Iudam quoque apostolum tunc adfuisse, qui ipsum erat traditurus, sed an Iudas tunc adhuc bonus fuerit, nec ne, ignoratur. Certum autē est, Christus quicquid dixit, qui eius cor videbat, ad illius (si fortasse malæ fuerit voluntatis) correctionem dixisse: Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam. Vides eum vltro fuisse passum, qui ad locum ascendit passionis, vbi erat tradendus & flagellandus? Nisi vltro se tradere voluisset in mortē, non debuit ad locū accedere, q̄ se capiendum & interficiendū sciebat. Ascendimus aūt dicit, quia à Galilæa veniens ad montana ibat, vbi Hierusalem sita erat. Et consummabuntur omnia, quæ dicta sunt per prophetas de filio hominis. Quasi dicat: Quicquid de mea passione, quicquid de resurrectiōe scripserūt pphetæ, nunc implebuntur, vt inde quoq; intelligatis me esse, quē p̄dixerūt pphetæ, cū eadē videritis in me impleri. Voluit aūt consummari in Hierusalem & impleri, quæ de se scripta sunt,

Matth.11

Mar.10

D

pta sunt, non absque ratione. Neq; enim, vt dixit, capiebat Prophetam perire extra Hierusalem. Deinde congruebat, quia seipsum patri pro vniuerso erat immolaturus mundo, vt hanc offerret hostiam in ciuitate sacerdotali, vbi erat templum & doctrina legis, quo simul inexcusabiliores fierent Pharisæi & Scribæ, apud quos erat sciētia legis, dū viderāt in Christo impleri, q̄d p̄dictum in scripturis legebāt. Fuit p̄terea ciuitas hæc Hierusalem regia metropolis. Christo autem pater dedit omnia in manus, imo & post resurrectionem suam datam sibi potestatem adfirmat in cœlo & in terra. Ipse quoque rex est & sacerdos, propterea regnum suum non negauit coram Pilato, nec sese regem abnuit, sed regnum suum non esse de hoc mundo asseruit. Regnum enim suum sæpenumero in parabolis testatur: Simile est regnum, inquiens, cœlorum decem virginibus. Et: Simile est regnum cœlorum homini regi, &c. de se & de Ecclesia loquens. Per passionem enim sibi acquisiuit hoc regnum, ideo non abs re fuit, vt in regia vellet pati ciuitate. Aduerte aūt hic aliquid sublimioris eruditionis, qua semper in omni sua vita nos erudire voluit ad humilitatem. In vili em̄ & parua ciuitate, nempe in Bethlehem voluit nasci, sed in gloriosa ac nobili ciuitate confundi, non quærens honorem ex patria aut generatione, nec fugiens opprobrium, quod maius sibi noluit futurum ex ciuitatis nobilitate. In Hierusalē em̄ magna erat populi multitudo, & tum præcipue, quando inter latrones vt vnus illorum est extra ciuitatem Iesus eductus, & in eorum medio crucifixus. Voluit itaq; solus & incognitus nasci, quo rursus alia ex parte humilitatem nos docuit, sed noluit solus & ignotus ex morte confundi. Heu quam longe alia est nostræ superbiæ cogitatio, qui magis videri, quam esse humiles volumus. Nos vbiq; & in omnibus excusando, celando, fingēdo, dissimulando agimus, ne confundamur, aut contemnamur nos defendentes. De filio hominis. Hominis, id est, virginis beatissimæ, cuius filiū se plerumq; ex humilitate nominat, cū sit etiā Dei. Quæ sint aūt, quæ prædixerint de eo Prophetæ, quando quidē Petrus quoque confessus est, dicens: Deus p̄nunciauit per os omnium Prophetarum pati Christum suum sic: videamus.

Lucæ 13 In Hierusalē cur pati Christ' voluerit.

Ioan.13 Matt.28

Matth.25

Matth.20

Luc.2 In Bethlehem cur nasci voluerit Christus.

Matth.27 Ioan.19

oan.12

Act.3

Tradetur enim Gentibus, & illudetur & flagellabitur, & conspuetur.

De eius traditione Psalmista dicit: Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. De eius agone & pauore mortis idem: Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, De eius consputione & percussione Esaias: Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Itemque Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Et Hieremias: Dabit percutienti se maxillā, saturabitur opprobrijs. De eius flagellatione Psalmista: Et fui flagellatus tota die. De eius damnatione in libro Sapientię: Morte turpissima cōdemnemus eum. De baiulatione crucis Esaias: Principatus eius super humerum eius. De eius extensione & crucifixione denuo Psalmista: Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Quod præterea sceleratis est socius, quod pro inimicis suis rogauit, & q̄d sponte in mortem se dedit, Esaias: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. De vestium quoque eius diuisione Psalmista: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. De eo, quod clamauit se derelictum, idem: Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? De fellea potatione, idem: Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. De eius morte Daniel: Et occidetur Christus, & nō erit eius populus, q eum negaturus est. Et alia id genus multa. Quis omnia enumeret? Igitur de sola (prętermissis reliquis) resurrectione dicamus, qa & eius prophetam Sophonias meminit, dicens: Expecta me in die resurrectionis meæ futurum.

Psal.40

Psal. 54

Esaiæ 50

Ibidem.

Thre.3

Psal.68

Sapi.2 Esaiæ 9

Psal.21

Esaiæ 53

Psal.21

Ibidem.

Psal.68

Dan.9

Sopho.3

Tradetur em̄ Gentibus ad illudēdum. Quamuis pater tradiderit filium in mortem, iuxta illud: Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illū, & filius quoq; tradiderit seipsum sicut scriptū est: Tradidit semetipsum pro nobis hostiā & oblationē Deo: tamen hic de apostoli sui traditiōe & Iudæorꝝ loquitur. Iudas em̄ Iudæis Christū vendidit, & tam Iudæis, quam Gentibus tradidit capien-

E

Rom.8

Ephe.5

endum. Iudæi vero Gentibus, Pilato ſcili cet & Romanis tradiderũt Chriſtum crucifigendum. Illuſus autẽ fuit Chriſtus quatuor vicibus. Primo, in domo Caiphę. De qua illuſione apud Lucam ſcribitur: Viri, qui tenebant eum, illudebant ei. Secũdo, in domo Herodis: Spreuit eũ, inquit, Herodes cum omni exercitu ſuo, & illuſit eum veſte alba. Tertio illuſus eſt in prætorio Pilati, vbi milites coronam ei ſpineam imprimunt illudentes. Quarto in cruce illudebant ei, & principes, & milites dicentes: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Flagellabitur. In domo Pilati flagellis cæſus eſt, vt à planta pedis vſque ad verticem capitis non eſſet in eo ſanitas. Imo vſque ad coſtarum nudationem (vt multi ſcribunt ſancti) cum eſſet tenerrimo corpore ac nobiliſſima complexione, cæſus eſt. Dicunt tamen quidam Chriſtum ante quoque fuiſſe flagellatum in domo Caiphæ tota nocte, vt propterea illud de eo intelligatur: Et caſtigatio mea in matutinis.

Illuſus vt ſi fuerit Chriſtus quater. I. Lucæ 22 II. Lucæ 23 III. Mat. 15 IIII. Lucæ 23 Ioan. 19 Eſaiæ 1 Pſal. 68

Et poſtquam flagellauerint, occident eum, & tertia die reſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

Non paſſionem ſuam tantum futuram apoſtolis narrat, ſed etiam reſurrectionẽ, vt cum vnum euenisſe cernerent, aliud q̃que futurum non deſperarent. Et ipſi nihil horum intellexerunt, quia non intelligebant ſcripturas, donec poſt reſurrectionem illis aperuit ſenſum, ideo nihil iam intellexerunt. Non parum autem faciebat ad hoc, vt minus intelligerent, q̃d quia Chriſtum credebant Dei filium, ideo de eius morte nihil poterant cogitare, ſed ea quæ dicebat, vera quidẽ eſſe, ſed intellectũ, quẽ non caperent, habere putabant, fortaſſe enim non exiſtimabant eum moriturum, aut mori poſſe ratione diuinitatis.

Ioan. 8

Factum eſt autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autẽ ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret.

Cũ Ieſus appropinquaret ciuitati, quæ erat Hiericho, cum appropinquaret, id eſt, cũ vicinus eſſet ciuitati, quia alius Euangeliſta refert idem miraculum factum dum exiret de ciuitate Hiericho, hoc eſt, cum adhuc vicinus eſſet ciuitati, vt intelligatur non accedens, ſed recedens de ciuitate, iuxta Marcum, cum adhuc prope eſſet, refertur hoc feciſſe miraculum, quamuis ſatis incongruus ſit iſte modus loquẽdi. Hoc aũt miraculum Lucas hic anticipatiue narrat, & poſtea, quod de Zachæo dicendum fuerat, quaſi neglectum repetit. Sedebat ſecus viam mendicans.

Matth. 20 Marci 10 Lucæ 18

Et clamauit dicẽs: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et qui præibãt, increpabãt eum, vt taceret. Ipſe vero multo magis clamabat: fili Dauid miſerere mei.

Clamabat, inquit, puta magna voce & ardẽti affectu: Ieſu fili Dauid miſerere mei, Ieſum nunquam viderat, relatione tamen aliorum, tanta de eo audierat, vt illum non ſolum Chriſtum crederet, ſed etiam ſanitatis gratiam ab eo flagitaret. Quod enim Chriſtũ credidit, in hoc declarauit, q̃d illum filium Dauid nominat, de cuius ſemine Chriſtũ naſcitur, omnibus palam erat. Et qui p̃ibant, & qui ſequebantur Chriſtum, increpabant cæcum, vt taceret, ne turbaret ſuo clamore, aut Chriſtũ contemplantem, aut populum in itinere ad Chriſti ſermonẽ auſcultantem ſuo impediret clamore. Ipſe vero multo magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei. Magnus fuit deſiderij feruor huius cæci, ideo noluit ſibi prohiberi clamorẽ ad Ieſum. Et tu quoq; nõ ſinas impedire clamorẽ tuum, vel rememoratiões p̃teritæ, vel ſollicitudines futuræ temporalis vitæ, quando oras ad dñm. Imo importunitate, ac orandi violentia tu eorum voces ſuperes, vt tu ſolus in ſilentio audiaris, vocibus alijs, quæ ſe importune ingerunt, compeſcitis, ſiue ſedatis. Solet em̃ orantibus nobis frequẽtior tunc tumultus vitiorum obſtrepere, & orationem noſtrã interturbare. Contra quem eo vehementior intentionis vis orãti eſt reſumenda, quo diſtractionis atque euagandi pronitatem compeſcat.

F

Stans autem Ieſus, iuſſit illum adduci ad ſe. Et cũ appropinquaſſet, interrogauit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam.

Stans autem Ieſus, iuſſit eum adduci ad ſe. Feruens deſiderium, feruentiorque fides cæci miſericordiſſimum cor Ieſu ſi-

ſtebat, quod niſi præſtito beneficio tranſire noluit. Porro beneficium hoc dare potuiſſet illum non aduocando, atque interea eum expectando, ſed benignitatẽ piiſſimi cordis ſui glorioſius nobis in exemplum cupiebat monſtrare, & quam miſeri cordes, clementeſq; abſq; faſtidio aut ſupercilio eſſe debeamus in pauperes, nos docere. Et cum appropinquaſſet, interrogabat illum, dicens: Quid tibi vis vt faciam? Vide clementiam ſaluatoris, ad omnia ſe paratum offert. Quid vis inquit, faciam? Vis eleemoſynam, vis corporis ſanitatem? Vtrum vis, concedo. Domine, vt videam, hoc rogo. Lumẽ oculoꝝ omnibus p̃tulit. Sine illo enim triſte eſt gaudium, id quod Tobias fatetur ſalutanti angelo reſpondens: Quale mihi gaudium eſt, quia in tenebris ſedeo, & lumẽ cœli nõ video?

Tob. 5

Et ait illi Ieſus: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum, magnificans Deũ. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo.

Vt promptum ſe ad ſatisfaciendum cæci deſiderio obtulerat, ita confeſtim ei, q̃d petijt, largitur, imperatiue faciens miraculum. Reſpice: Et confeſtim vidit, qui fuerat cæcus, clarius videns ex gratia miraculi, quam vnquam potuiſſet ex natura videre. Et ſequebatur eum magnificans Deũ. Quo oſtendit ſe non modo ſanum in corpore, ſed in ſpiritu etiam factum. Omnis autem plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo. Laudẽ Deo optime tribuit, cuius eſt omne bonum, & à quo omne eſt beneficium. Laudem nanque Deo dare, eſt donum Dei, cuius eſt confiteri, noſtram indignitatẽ, qua bona à Deo recipimus, agnoſcere, & profundiſſima humilitate iuges eidem gratias agere. Quod omnibus nobis largiat Ieſus Chriſtus filius virginis dñs noſter, A.

SERMO IN EADEM DOminica. Cuiuſmodi fuerint iubilei priuilegia, & quõ peccatorum obtineamus remiſſionem.

G

ECCE aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabunt oĩa, quæ ſcripta ſunt p Prophetas de filio hominis, Lucę decimo octauo. Hodierna dominica Quinquageſima dicitur, eo quod quinquaginta dierum tẽpus hoc includat, hodie quidẽ inceptum, ſed in Paſchate terminãdum, ſignificat autem numerus hic remiſſionẽ. Quo circa in lege annus quinquageſimus erat iubileus, annus gaudij, remiſſionis, & libertatis. Simili modo nos nunc quoque pœnitentiam incipientes, per quinquagin ta dies continuamus, eãdem in Paſchate, vbi eſt quinquageſimæ huius finis, quaſi in iubileo remiſſionem peccatorum recipientes. Multa enim in iubileo olim concedebãtur, quæ nobis ſpiritualiter per paſſionem nunc conceduntur Chriſti. Idcirco & hodie memoria dominicæ recenſetur paſſionis, qua nos ad remiſſionis liber tatiſque iubileum credamus perductos.

Leuit. 25

In iubileo nanque fiebat remiſſio debitorum. Qui enim quicquã debebat, quod ante tempus non poterat ſoluere iubilei, iubileo aduenient liber fiebat ab omni debito. Sic nobis quoque in paſſione Chriſti debita peccatorum noſtrorum ſunt nobis dimiſſa. Omnes enim eramus debitores diuinæ iuſtitiæ ex reatu originalis peccati. Hoc debitum noſtrum Chriſtus nobis condonans ita condonat, vt pro nobis eadem etiam debita ſoluat patri, vt in Pſalmo loquitur: Quæ non rapui tunc exoluebã. Secundũ q̃d cõcedebat in iubileo, erat, quod vẽditores vendita reuertebantur. Nemo enim agrum, aut aliquid ſimile perpetuo potuit vendere, præſertim extra ciuitatem conſtitutum, ſed ad annum duntaxat iubilei vendebatur omnis poſſeſſio, ſupputando iuxta annos diſtantes à venditionis tempore, vſque ad futurum annum iubilei, præcium & iuxta æſtimationis frugum agri. Porro in anno iubilei reuertebatur, quod venditum erat, ad poſſeſſorem ſuum primum. Et nos q̃modo gratis, hoc eſt, alieno peccato venũdati ſumus, ita etiam ſine argento ſumus redempti, hoc eſt, redempti ſumus precioſo ſanguine agni immaculati & incontaminati Ieſu Chriſti filij Dei. Diſciplina enim pacis noſtræ ſuper eum, vt Eſaias dicit. Quod dictum eſt: diſciplina ſeu correctio, quæ nobis debebatur & peccatis noſtris, facta nobis eſt diſciplina pacis, quia nos non ſuſtinuimus eam, ſed nobis donata eſt, & Chriſto impoſita. In ipſum em̃ pater poſuit iniquitates omniũ. Quomodo autẽ impoſita ſunt peccata omniũ ſuper eum, ita etiã diſciplina pacis noſtræ, id eſt, quã nos pati debueramus, ſed cõdonata eſt, impoſita eſt ſuper eum. Tertiũ erat,

Iubileipriuilegia myſtice. I. Ephe. 2 Pſal. 68 II. Eſaiæ 53 1. Pet. 1 Eſai. 53 Eſaiæ 53. III.

erat,quod in iubileo obſeruabatur, quia ſerui,qui fuerant proprij ac venundati,in iubileo manumittebantur, & libertati reſtituebantur priſtinæ.Hoc modo nos, qui ſub iugo & ſerui eramus diaboli, per paſſionem Chriſti ſumus redempti, & facti filij Dei.Eam ob rem in Apocalypſi dicitur:Occiſus es,& redemiſti nos Deo in in ſanguine tuo.De hac liberatione Chriſtus quoque loquitur dicens:Si filius vos liberauerit,vere liberi eritis. Quartum erat, quia in iubileo fugitiui recipiebantur. Licebat enim tunc eis in patriam redire.Nobis autem expulſis à patria cœleſti,ſiue exclusis,atque in exilio conſtitutis, nulla erat ſpes alia redeundi, niſi in iubileo per paſſionem Chriſti, de quo Paulus dicit:Iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Redire enim nobis licet ad patriam, & ad ipſum per ipſum. Eſt tamen hic obſeruandum, quod per paſſionem Chriſti Ieſu dicimur reſtituti libertati,& à ſeruitutis iugo liberati,non eſt hoc intelligendum de libertate Lutherana,quam Euangelicam ipſi vocant:ſed nequaquam Euangelica eſt ,ſed Satanica eſt,carnalis,& quis nomine honeſtatis indigna. Neque enim ad hanc libertatē vocati aut liberati ſumus,vt quicquid libet,liceat, vt nulli legi obnoxij ſimus,vt nemini,imo nec Deo ſeruiamus, quamuis Lutheranos putem non negare ſeruitutem deberi Deo,licet ea, in quibus ſeruiendum eſt Deo, deſtruant & explodant,Non ſumus o filij ad hanc immundiſſimam peſſimamque libertatē, hoc eſt, ad male agendi licētiam vocati, ſed in hāc ſumus libertatem ſpiritus vocati, vt non ex metu,quæ legis ſunt faciamus, nec coacti & inuiti,ſed vltro volentes ea,quæ lex iubet,iam ſpiritu diligamus ea,quæ iubentur,vt ſi nulla eſſet etiam lex ſuapte voluntate bona ac deuota,ea, quæ lex dictat, amaremus.Non ergo ita ſumus liberati, vt nulla ſub lege ſimus, ſed vt nulla lex ſit nobis neceſſaria,quæ inuitos cogat aut compellat:quandoquidem,quod lex dicit faciendum,nos facimus vltro, non impulſi p legem,ſed inuitati per gratiam. Vbi autem idipſum fit,vltroque fit,quod lex iubet, iā non eſt dicendus per legem cogi,qui ſpōte ſua legem facit,liber viuens: non quaſi nullam habens legem, ſed quod per nullam eſt coactus legem. Nemo enim cogi, aut compelli dicitur, niſi inuitus. Quum autem ille inuitus non ſit,quomodo dicēdus eſt compelli ſub lege,aut à lege? Quare potius legem dicamus ei, q̄modo Paulus iuſto dicit non eſſe poſitam,quia(vt ſæpius dixi)legem non inuitus tamen propter legem ſibi impoſitam facit. Quapropter, vt huius iubilei priuilegia obtineamus,curandum nobis eſt huiuſmodi nos inueniri,quibus poſſint hæ libertates atque immunitates iubilei digne communicari. Veniamus igitur ante dominum oportet immunes ac innoxij ab omni peccato. Quod haudquaquam nobis eſt poſſibile,niſi per pœnitentiam id fiat, qua damnemus puniamusq; in nobis omne peccatum. Cum itaque nobis pœnitentia iam ex tēpore hoc ſtatuto ſit facienda,nō hoc tantum eſt nobis faciendum, vt plangamus caſtigemuſq; in nobis peccata præterita,ſed vt muniamus nos quoque contra futura. Quæ autem munitio,quæve armatura validior,aut quod præſidium maius contra omnia vitia,contra tentamenta quæcunque,& contra quaſlibet diaboli inſidias,quam paſſio Chriſti deuote meditata ſeu deuote inuocata? Ne igitur viribus noſtris deficiamus, muniri debemus armis Chriſti, id eſt,eius virtutibus & exemplis. Proinde enim nobis dicitur:Chriſto in carne paſſo,& vos eadem cogitatione armamini.Et:Recogitate eum, qui contradictionem ſuſtinuit aduerſus ſemetipſum,vt nō fatigemini animis veſtris. Abſque enim confortatione ſuperna ac diuina arma noſtra nobis ſunt magis fatigationes,quam præſidia. In ſola autem paſſione Chriſti certa nobis promittitur victoria. Quapropter Origenes dixit:Tanta eſt virtus paſſionis Chriſti, vt ſi in corde cōtinue teneatur,& præ oculis habeatur, nulla libido ſuperare poſſit, aut nequitia diabolicæ fraudis. Iuſte igit, ac merito fit, quod hodie nobis dominicæ paſſionis p̄ponitur memoria, qua confortemur, ne intolerabile nobis videatur aliquid pro peccatis noſtris pati. Iuſtiſſimum autē eſt nos pro delictis noſtris etiā nonnihil nos affligere ac pati. Quomodo enim alias ſocij erimus gloriæ,ſi nō fuerimus ſocij paſſionum Chriſti. Vt interim hoc etiam addamus,ſi etiam noſtra nos non excluderent peccata,quō intrabimus aliter regnū cœlorū,niſi ea via qua intrauit Chriſtus?

Apoc.5

Ioan.8 IIII.

Rom.5 Auguſt.

H

Libertas Lutheranorū quæ ſit.

Libertati veræ quæ nos reſtituant.

1.Tim.1

1.Pet.4

Paſſionis Chriſti virtus quāta ſit. Origen.

2.Cor.1

I

Qui

Luc.24 Qui de ſeipſo dicit: Nonne hæc oportuit pati Chriſtum,& ita intrare in gloriam ſuam? Super quo verbo beatus dicit Gregorius:Si ſine flagello non exiit qui ſine peccato venit,quomodo flagello digni non erunt,qui in peccato vixerunt? Fallit enim multos ſtulta præſumptio,qui abſque pœnitentia,abſque dolore cordis de peccatis ſuis,putant ſe introituros regnum cœlorum,propterea quod miſericors ſit dominus,& vt nos ſaluaret,pro nobis paſſus ſit.

Gregor.

1.Pet.3 Eſt reuera miſericors dominus,ſed pœnitentibus:& hoc præſertim tempore,quam diu viuimus. Quare ſi eius miſericordiam negligimus,ſi reſiſtimus gratiæ,ſi ſup eius hac miſericordia confidentes peccamus, iuſtiſſime nobis iraſcetur,& poſt hanc vitam implacabilem eum inueniemus. Eſt certe pro nobis paſſus,& pro peccatis noſtris,& nos redemit. Sed hac huius liberatione ſemel vſi ſumus,dum eiuſdem paſſionis in baptiſmo facti participes,eidem ſumus incorporati. Tunc enim omnia ſunt nobis peccata ablata penitus,etiam ſi vniuerſorum hominum ſolus quis peccata habuiſſet,& adultus, aut ſenex ad baptiſmum veniret, gratis omnia ei in baptiſmo donantur, & Chriſtus qui pro omnibus eius peccatis ſatisfecit, ab omnibus etiam liberat & innoxium facit, vt libere ei pateat regnum cœlorum. Sed non ita donat,vt poſtea liceat ei ſuper hac miſericordia peccare,ac ſpiritui gratiæ contumeliam facere. Sed quia non poteſt ſi iterum peccauerit,iterari baptiſmus, niſi pœniteat,& niſi ſeipſum afflixerit, aut in corde p̄ contritionem,aut in corpore per caſtigationem,luet ea peccata poſt mortem,quicquid in vita hic non expiauit. Eſt quoque indubitatum paſſionem Chriſti pro ſingulis & vniuerſis peccatis ſatisfacere. Sed tantum de hac ſatisfactione participabis circa peccata,quæ poſt baptiſmum patraſti,quātum paſſionis Chriſti tibi applicas virtutem & meritum, quantumve in operibus pœnitentiæ & miſericordiæ te dignum exhibes,vt tibi Chriſti virtus ac meritum applicetur. Audi igitur conſiliū Sapientis: De propiciatu peccatorum noli eſſe ſine metu,neque adijcias peccatum ſupra peccatum,& ne dicas: Miſeratio domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo cito approximant,& in peccatores reſpicit ira illius. Altiſſimus enim eſt patiens & redditor. Aſpiciamus igitur in autorem fidei, qui præcurſor pro nobis hic iuit ad paſſionem,relinquens nobis exemplum,vt ſequamur veſtigia eis. Bonus, inquit Bernardus,miles ſua vulnera non ſentit,dum regis vulnera intuetur. Nō ſit igitur durū nobis ieiunare,videntes Chriſtum regem noſtrum pro nobis ieiunantē,& inter extrema vitæ, dum ſiti nimia torqueretur,nihil niſi acetum & fel guſtātem. Nec ſit graue à lætitia nobis leuitateque ac riſu continere, ſi Chriſtum cernimus triſtem,pauidum,anxium ac ſudore ſanguineo madidum. Si præterea orare tę det,vide illum in ſanguineo ſudore pro te orantem. Vide eum aliquando in oratione propter te pernoctantem. Si auaritia tibi diſſuadet eleemoſynam dare, vide qs dederit tibi omnia quæ habes. Et vnde tu habes vt poſſis dare eleemoſynam? Nunquid non iuſtum eſt, vt pro illius amore panem aut nummum tribuas,qui tibi in cibo potuque dedit abundantiam? Reddes ne Chriſto pauperi frigenti aut eſurienti, vnde veſtiatur,qui diuitias non ſolum ad neceſſitatem tibi dedit, ſed & ad ſuperfluitatem? Num tibi, vt tu ſolus habeas, qui ſolus non viuis,hæc dedit? Intellige quia duntaxat diſpenſatorem te ſuper his conſtituit, de quibus tibi nihil plus pertinet quam egeno, niſi vt eſum habeas ad neceſſitatem, reliqua ſunt domini tui ad vſum pauperum ſuorum. Erubeſcis ne igitur q̄d mendico,infirmo,aut egeno opem negas, qui ad Chriſtum quotidie pro cibo, pro potu,pro ſanitate,pro ſalute, & pro omnibus tibi neceſſarijs orando clamas? Facito igitur dignos fructus pœnitentiæ, qui vt digni Deoque fiant accepti,reſpice vitam ac paſſionem Chriſti,tanquam pœnitentiæ tuæ exemplar. Dirige greſſus tuos iuxta vitā illius. Scitum eſt,quod Moſi eſt dictum:Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Verum quod hic aliud putas exemplar, niſi dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui tam viuendo quam patiendo nobis exemplar,& pro nobis moriēdo redemptio factus eſt. Poſtremo, non eſt tacendū quod p̄ſſimus dominus paſſionis ſuæ hiſtoriam ſummatim prædicens, omnes ſuos apoſtolos cōuocauit. Porro in trāsfiguratione nō oēs vocauit, innuens, oēs nos

Heb.10

Vtī paſſio Chriſti ,p omnibus omniū peccatis ſatisfecerit.

Eccl.5

Heb.12

1.Pet.2

Bernar.

Matt.27

Luc.22

Luc.6

Matt.3 Luc.3

Pſal.118 Exod.25 Hebræ.8

K

Matt.17

M voca

Iob 7 vocatos inuitari ad passionē(Est enim hęc vita præsens vita tristitiæ,laboris,tribulationum & calamitatum)non autem vocari omnes ad contemplationis dulcedinē.

Lucæ 9 Omnibus enim nobis dicit: Si quis vult post me venire abneget semetipsum & tollat crucem suam,& sequatur me. Ea nanque,quæ ad salutem sunt omnibus necessaria,omnibus quoque sunt prædicanda. Ea vero quæ paucis perfectis ac raris contingunt,his tantum,quibus prodesse possunt,sunt reuelanda. Nos igitur fratres

Peroratio & filij charissimi,cum cæco quoque hodie,quem dominus in itinere curauit, importuno clamore cordis ad dominum oremus,vt nobis lumen fidei præbeat. Lumen scilicet nostræ cognitionis, quo nos vilipendamus & ab omnibus vilipendi, quantum in nobis est, optemus. Videamus præsentia omnia caduca esse & misera,vt nihil de hoc mūdo diligamus. Quicquic enim in mundo est, certissimum nobis sit,nos hoc fallere & seducere. Nolite ergo sperare in incerto diuitiarum. Nolite confidere in principibus & filijs hominum in quibus non est salus. Nolite spera re in arcu,aut fortitudine vestra,quia gladius vester non saluabit vos. Sed sperate in domino Deo vestro. Iste sit vobis turris fortitudinis à facie inimici. Iste refugium à facie tribulantis, qa bonus est dominus sperātibus in illū, & beneplacitū est ei sup timētes eū,& in eis q sperāt sup misericordia eius, quā nobis semp p̄sentē faciat adesse in vita & morte benedictus Dei & virginis filius Iesus Christus dñs noster,Am.

1.Tim.6 Psal.145 Psalm.43 2.Pa.20 Psal.66 Thre.3 Psal.146

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE, epistola beati Pauli Apostoli, secunda Corinthiorū sexto.

HOrtamur vos,ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te,& in die salutis adiui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus,in necessitatibus, in angustijs,in plagis,in carceribus,in seditionibus,in laboribus,in vigilijs,in ieiunijs,in castitate,in scientia,in longanimitate,in suauitate,in spiritu sancto,in charitate non ficta,in verbo veritatis,in virtute Dei. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam. Vt seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti,quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati. Quasi tristes,semper autem gaudentes. Sicut egentes, multos autem locupletantes. Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

XVII Esaie 49

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A NOn iniuria hac dominica legitur epistola hæc,quandoquidē hoc tempore pœnitentiæ insistimus operibus, ad quæ maxime egemus gratia Dei, q̄ non solum hoc fructuose expēdatur tempus: verum quicquid alio etiā tempore negleximus,modo recuperet. Ait itaque Apostolus: Hortamur vos ne vel in baptismo, vel in pœnitētiæ sacramento,alioue modo Dei gratiam in vacuū,ociose,absq; fructu & sine incremento iustitiæ recipiatis. In vacuum enim Dei gratiam recipit, qsquis cū gratia Dei nō collaborat,aut qui gratia Dei recepta non vtitur,ad quod data est, aut ex illa nō fit melior. Ait em̄ per Esaiā dñs: Tempore accepto,i.opportuno & saluti cōgruo exaudiui te,dans quæcunq; salubriter postulasti:& in die salutis,hoc est,tēpore gratiæ adiui te. Quamobrē excusare nemo se potest sibi defuisse gratiam aut auxiliū Dei, quā Deus vltro omnibus offert tempore hoc gratiæ. Ecce aūt nunc est tēpus illud, de q̄ Esaias loqtur,acceptabile, ecce nunc dies salutis,quibus gratiam Dei negligere haud oportet,sed prospicere,vt nemini dā tes

Esai 49

Gratiam Dei invacuum recipere quid.

tes vllā offensionem scādali aut iniuriarū, quæ charitati repugnarent,vt non vituperetur,aut minus fructificet tam prædicationis nostræ,quā obedientiæ vestræ ministerium. Sed hoc magis curæ nobis sit, vt in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros,non similitudine, sed veritate,ne vita nostra discordet à prædicatione & professione nostra Euangelica. Iuxta quam nemini offendiculū ponere nos decet aut scandalum: qn potius quæ pacis sunt, sectari ad oēs, & quæ ædificationis sunt, alterutrum ostendere in patientia multa. i.perfecta ac abundante, qua constantes ac fortes perseueremus in tribulationibus,quæ nemini non occurrunt ambulanti viam ad regnum cœlorum, in necessitatibus seu indigentijs, in angustijs seu pressuris,qbus hic in anima & corpore dubij & desolati sumus,ignorantes qd agere,aut qd eligere nos oporteat. In plagis seu verberibus, & in carceribus, quæ nobis occurunt sustinenda. In seditionibus quoque, vbi populi commoti contra nos insurgunt & sæuiunt. In laboribus denique,quibus pro nostri corporis sustentatione operari, aut vbi impijs resistentibus pro Dei honore certare ac laborare cogimur. Et postremo in vigilijs quibus extenuamur nocte pro cibo operantes, vt interdiu Dei semine.nus verbum: aut nocte in oratione constituti, die insistamus prædicationibus & ieiunijs. In qbus omnibus patientia longanimitasq; nobis seruāda est, sed non in his tantum, sed in pluribus quoque alijs proximos nostros nos ædificare oportet,puta in castitate,in scientia eoꝝ quæ ad salutē pertinent. In longanimitate tristia p̄sentia tolerādo, & futura nobis promissa bona perseuerāter expectando. In suauitate qua proximis nostris nos exhibeamus mites,non asperos,blandosq; ac suaues,non amaros. Denique,in spiritu sancto,iuxta cuius instinctum & beneplacitum oīa hæc faciamus. In charitate non ficta aut simulata,sed syncera & vera,pximos ædificemus. Neq; em̄ diligere nos tantum sufficit verbo & lingua,sed opere & veritate. Demum ædificare proximos nos oportet in verbo veritatis,nihil sophisticantes,sed purā explicantes veritatē,& in virtute Dei quo nihil nostris aut viribus,aut meritis,sed totū gratiæ tribuamus Dei. Quocirca exhibeamus nos Dei ministros oportet p arma iustitiæ,quibus regnū debellemus peccati, qbusque tentamenta vincamus diaboli,à dextris & sinistris contra nos insurgentia,hoc est,tā in prosperis,quā in aduersis,armis nos vti iustitiæ necesse est,quandoquidem alijs & alijs modis vtrobique impugnamur. Oportet enim nos (q̄d Dei ministros decet)ambulare in virtutum medio per gloriam & ignobilitatem & vtriusq; tentamenta periculaq;,quę occurrere nobis solent,vt siue laudemur siue vituperemur,contemnere. Ambulare, inquam, nos conuenit syncere & integre per infamiam & bonam famam,in neutro à Christo,aut à rectitudine iustitiæ deuiantes. Imo vt seductores ab alijs vocati,ab alijs vero veraces: à plebe quoque existimati aliquando vt ignoti,seu reprobi ac abiecti à Deo,aliquando vero vt cogniti,& Deo dilecti. Inter quæ vtrobique nobis sine offensione est ambulandum. Quasi enim morientes sumus inter quotidiana pericula, quibus mors, vel per malos homines nos trucidare molientes, vel aliunde nobis continue insidiatur, & ecce Deo nos protegente viuimus. Vt castigati à Deo, atque p eius disciplinam, quā nobis assidue imponit,humiliati & non mortificati,hoc est,non prorsus occisi aut cōsumpti. Quasi sumus tristes(vt ab alijs iudicamur) propter ærumnas & persecutiones,quas patimur,semper autem gaudentes, vtpote interna spiritus sancti consolatione roborati. Est enim gaudium & consolatio sanctis Dei in tribulationibus,maxime quas pro Dei sustinent amore. Ideo de Apostolis scribitur: Ibant Apostoli gaudētes à cōspectu concilij, qm̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Nouissimæ in hoc mundo(q̄ decet Christi ministros)viuimus,ac viuere debemus sicut egentes,multos autem locupletantes. Viuimus,inquam,vt hi quibus multa desunt, quibusque deficiunt multa, tamen quamuis nihil in hoc mundo videamur habere, spiritualibus tamē diuitijs complures locupletamus. Tunc autem vel diuitias terrenas habentes sumus egentes, si diuitias non amamus, si spiritu pauperes humilesque viuimus,& alios multos beneficijs ac eleemosynis nostris locupletamus. Tunc, inquā,sumus quoq; nihil habētes, quādo cūcta Christi amore relinquimus omnia ta-

1.Ioan.3

Act.5

B

men interim,quia nihil appetimus, poſſidentes.Nemo enī verius omnia poſſidet, quam qui nihil habere concupiſcit.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ I. Quadrageſimæ, Matthæi IIII.

C Gregorj. Acto,7

ACtio Chriſti omnis nobis inſtructio ex emplumq; eſt viuendi. Cœpit enim Ieſus facere & docere: nec ſeparatim facere & ſeparatim docere,ſed faciēdo etiam docere.Opera enim Chriſti omnia eruditunt.Nihil quoque dñs propter ſe, ſed propter nos omnia fecit.Exemplum, inquit, dedi vobis,vt & vos ita faciatis. Itaq; quō propter nos eſt natus,ita propter nos baptizatus eſt,abſtinuit & eſt tentatus. Verū cum nobis modo abſtinentia ieiuniorum ſit obſeruanda,quam diabolus impugnat impedireq; nititur, quibus poteſt fraudibus:& hoc vel propterea, quod timet per eandem nos recedere ab eius ſeruitute, vt exemplum habeamus in Chriſto,quomodo diabolo debeamus reſiſtere,& non armis noſtris, ſed Chriſti virtute pugnemus,hodie proponitur nobis Euangeliū de tentatione Chriſti in hunc modum:

Ioan.13 Lucæ 2 Matt.3 Ioan.1

Luc.4 **Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu,vt tentaretur à diabolo.**

A ā ſpiritu ductus ſit Ieſus in deſertum.

Ductus hic refertur Ieſus à ſpiritu in deſertum.Non dubium eſſe cuiquam debet ſpiritum intelligi ſanctum, cuius impulſu admonitus, homo Chriſtus iuerit in deſertū,vt tentaret à diabolo. Non illū aggredi fuiſſet auſus hoſtis antiquus & tētare, niſi illū prouocaſſet Ieſus. Aduertit enim dñs,quod ſe tentare diabolus cuperet,propterea quod de Chriſti diuinitate dubitaret:ideo ſe illi tentandum expoſuit ſuapte voluntate, quomodo occidendū diaboli ſe mēbris vltro exhibuit. Eā ob rē in deſertum abijt,viuēs in ſolitudine & abſtinentia.Quod viuendi genus valde infeſtum nouit diabolo. Mouebat aūt homo Chriſtus,ſeu Chriſti humanitas à ſpiritu ſancto,ſicut inſtrumentū ſeu organū ſpiritus ſancti atq; beatiſſimę Trinitatis.Quare etiā Chriſtus mouebat à ſeipſo, puta à Deo.Intrauit itaq; deſertū,vt viuendi hoc genus,i.eremiticā vitā cōmēdaret, & locū pœnitentiæ deuotionicq; exercendæ ac obtinēdæ pfectioni,oſtenderet eſſe maxime congruum. Eſt enim triplex viuendi genus,quo ſeruitur Deo.Eſt vita actiua,quę operibus virtutū, operibus miſericordiæ ac charitatis circa proximum, & mortificandis craſſioribus vitijs inſudat. Huiuſmodi multi fuere ſancti, qui in xenodochijs,aut in propriis domibus miniſterio infirmorum, ſuſceptioni hoſpitum, viſitandis infirmis & captiuis, regimini & eruditioni populorum audientiæq; confeſſionum intenderunt, ad hoc inſtituentes ſuam vitam, vt proximos aut corporalibus auxilijs,aut conſolationibus eruditionibuſq; ſpiritualibus Dei intuitu reficerent. Huiuſmodi fuit Gallicanus, Eliſabeth,Heluigis,Radegunda,& alij pene in numeri. Eſt alia vita contemplatiua,cui ſecretus eſt locus magis congruus. Gaudet enim ſui abſtractione,ſolitudine & ſilentio. Vacat lectioni,orationi, meditationi & contemplationi. Abſq; neceſſitate parum circa proximum occupatur, Deo pcipue intendens.Habet tñ ab initio pro domatione corporis ſui abſtinentijs & afflictionibus vti. Ad hanc inſtituta eſt vita eremitica, Tertia eſt vita afflictiua,in qua Dei ſeruus exercetur ægritudinibus, incō modis calamitatibusq; & doloribus.Huic maxime omnium eſt neceſſaria patientia.Triplicem hanc vitam Chriſtus exercens docuit.Nam dum ſub matris cura vixit ſubditus illi,monaſticam ſiue actiuam docuit vitam,vbi quis ſub aliena obedientia,puta prælati, confeſſoris aut paſtoris ſui viuit,illius directioni obediens ppter Deum.Eremeticā duxit,quando quadraginta diebus & noctibus ſolus deſertum incolens,à cibo abſtinuit orationibusq; vacauit.Poſtremo,in paſſione, imo in omni vita ſua afflictione non caruit. Vide pterea,quō nos quoq; ratione tēporis inſtituit,quo deſertum petijt. Nam mox vt baptizatus erat,ad deſertum profectus eſt,ſolus vixit,ſolus abſtinuit,ſolusq; tentationes vicit.Deinde quod facta hęc ſunt antequam prædicaret per mundum Euangelium,oſtendens pdicatorem haud tuto prædicationis onus aſſumere,aut certe inutiliter,qui,ante in exercitijs ſpiritualibus, qui in tentationibus & caſtigationibus priis non fuerit quaſi in deſerto,in ſolitudine probatus,ideo de ſe Apoſtolus dicit:

Vita triplex quę. I.

II.

D

III.

Matth.4 Marci Lucæ 4

Matth.4

1.Cor.9

Caſti

Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo,ne forte cum alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar. Voluit præterea inſinuare,ab initio conuerſionis exercitia pœnitentiæ aſſumenda. Tunc enim fortius q̄ que diabolus nouiter conuerſum tentat & inſequitur,illum ad ſe,in ſuamq; ſeruitutem ac captiuitatem reducere moliens.

Fundamēta nouiter conuerſis locanda q̄.

Quocirca nouiter conuerſis optima ſunt cōuerſionis initia fundamentaq; locanda. Primo,vt occaſiōes fugiant deſeranturq; peccatorum,deinde in Dei timore viuendum,& contra diaboli inſidias ſemper vigilandum. Ad quæ hortatur Sapiens: Accedens,inquit,fili ad ſeruitutem Dei,ſta in timore Dei,& præpara te ad tentationem.

Eccl.2

1.Pet.5

Deinde Petrus quoque nos cohortatur, dicens:Fratres, vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit,quærens quem deuoret, cui fortes reſiſtite in fide.Tertio,vt tentamenta poſſint diaboli ſuperari, inſiſtendum eſt carnis caſtigatiōi,ieiunijs,& orationibus.Eſt enim quoddam genus dæmoniorum, quod teſte ſaluatore, aliter non vincitur, quam in ieiunio & oratione. Itaque carni ſubtrahēdæ ſunt voluptates,deliciæ, ocia, leuitates,ſocietates malæ, noxiaq; colloquia,vt carnis quoque petulantia infirmetur. Dicit fortaſſe quiſpiā: Quare Chriſtus non potius vitam pœnitentialem & afflictiuam corā hominibus exhibuit ad noſtram ędificationem,cum ipſe nobis dicat:Videant homines opera bona veſtra, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt?Dicendum, quod in omnibus nobis melius ſapientiusq; prouidit, quam ip ſi intelligere poſſumus.Intrauit deſertū, vt nobis oſtenderet loca peccātium,delinquendiq; occaſiones fugiendas ac deſerendas,& vt doceret malam ſocietatem cauendam,inamœnitemq; pœnitentiæ adhibendam. Nam vt oſtenderet in pœnitentia, nō delicias, non conſolationes quærendas,ideo in deſertum,vbi nulla ſolatia inueniuntur, abijt.

Matt.5

Matth.4

Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſurijt.

E 3.Reg.19 Exod.24

Infra virtutem eſt humanam tanto temporis ſpacio ſine cibo viuere. Quapropter neque Helias,neque Moſes ſua id virtute, ſed diuina adiutus potuit. In Chriſto tñ vt Auguſtinus ad Dioſcorum in epiſtola dicit,mirabilius fuit quod eſurijt, quam quod non comedit,vtpote in cuius anima tanta fuit beatitudo,vt ex ipſius redundantia corpus eius fuiſſet ab omni paſſione & læſione(niſi ſuſpenſa hæc fuiſſet redundā tia in corpus)præſeruatum. Eſurijt igitur quia ita voluit,nec exiſtimandum eſt leuiuiter illum eſurijſſe,ſed cum grandi afflictione,quia famen,famisq; huius cruciatum aſſumpſit propter nos, & in remedium cibi vetiti contra Dei præceptum ſumpti. Ideo diabolus ieiunantem dominū videns,non potuit omnino ſentire illum filium Dei,quia Heliam & Moſen non ignorabat totidem diebus abſque cibo fuiſſe,licet longe aliter ieiunarent illi, quam Chriſtus. Illi enim adiuti aliena virtute,puta diuina abſtinebant cibo. Chriſtus abſtinebat cibo virtute propria. Poſteaquam vero eſurijt, hominem ſuſpicatur Chriſtum diabolus.

Auguſtin.

Gen.3

3.Reg.19 Exod.24

Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiāt.

Verisimile eſt(vt quidam putant) non in ſpecie qua ſe cognoſci poſſe ſuſpicabatur,diabolum apparuiſſe, ſed in ſpecie humana quo callidius falleret, puta cuiuſdā deuoti viri aut eremitæ,nec ita ex abrupto aut incompoſite hunc ſermonē exorſum diabolum:ſed alijs ſermonibus & occaſionibus quæſitis ad hæc veniſſe verba, Si filius Dei es,&c̄.Nihil etiam mireris,quod tē tari ſe patiatur dñs. Voluit enī idcirco dominus tentari,vt formam nos doceret reſiſtendi. Deinde,vt culpam quam Adam in humanum genus induxerat tentatus & victus,excluderet,iterumque deleret tentatus victor. Tertio in noſtram voluit fore conſolationem,vt tentaretur, ne propterea deſperarēmus ſi venerit ſuper nos tentatio,quandoquidem Iacobus ait: Omne gaudium exiſtimate fratres mei, dum in tentationes varias incideritis. Neque enim habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine, abſq; peccato. Sciendū tamen, omnem Chriſti tentationem foris fuiſſe, non intus, quia cum fomitem in ſe nullum originalis haberet peccati,non potuit intrare in illum, vnde tentaretur intus. Non igitur deſperes ſi tentationes incideris,ſed ora Deū, vt ti-

Tētari cur voluerit dominus. I.

Ephe.2 II.

III.

Iaco.1

Heb.4

IIII. bi det fortitudinẽ ſuperãdi. Propterea cm̃ (q̃d quarto erat loco dicendũ) tentari voluit, vt ſua virtute reſiſtendi tibi prodeſſet, hoc eſt, vt tu illius virtute reſiſteres, illius victoria ſuperares. De q̃ Gregorius Magnus: Non erat indignum redemptori noſtro q̃d tentari voluit, q̃ venerat & occidi, vt fictẽtationes noſtras ſuis tẽtationibus vinceret, ſicut mortem noſtram ſua morte ſuperauit. Si filius, inqt, Dei es, dic, id eſt, iube propria autoritate, vt lapides iſti panes fiant. Intentio diabolí præcipua hæc fuit, Chriſtum inducere in aliquod peccatum, & percipere aliquid ex eo, quod ignorabat. Magna eſt autem quorundam concertatio, vtrum diabolus ignorauerit Chriſtum eſſe Chriſtum, an ignorauerit Dei filium. Certũ eſt ſi loquamur de Dei filio, quomodo ludęorum multi putabãt, vt Dei filius dicatur, non qui natura ſit Dei filius de Deo genitus & ipſemet Deus (hoc enim modo putabant non fore poſſibile vt diuinitas vniretur humanitati) ſed vt ſit Dei filius ex gratia, qui per inhabitationem Dei excellentem, Deo ſit ſingulari adoptione coniunctus, vnde dici potuerit filius Dei. Hoc modo diabolus non ignorare potuit filium Dei. Vtrũ autem ſciuerit vere eſſe Chriſtum, aut verum Dei filium, doctioribus relinquo, & cum Auguſtino in libro de Ciuitate Dei dico, dæmonibus Chriſtus innotuit, quãtum voluit. Tantum autem voluit, quantum oportuit,

Gregor.

F

Auguſt.

Deut. 8 Qui reſpondens dixit: Scriptũ eſt. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei,

Manſuete, ac humiliter diabolo Ieſus reſpondit, ſcriptum eſt: Nõ in ſolo pane, ſcilicet corporali, viuit homo, ſed in omni verbo, q̃d procedit de ore Dei. Non corporali duntaxat alimonia indiget homo, vt ſubſiſtat, ſed viuit etiã homo interior verbo ſacræ ſcripturæ & Dei inſpiratione, q̃bus confortetur, vt bene feliciterque viuat. Cum enim ex vtroque conſtet homo, anima ſcilicet & corpore, non minus anima, quæ nobilior eſt, ſuo indiget ſuſtentatũrq; cibo, q̃ feliciter ac bene viuat, quam corpus. Multæ enim ſunt ſacræ ſcripturæ virtutes, ſeu effectus boni. De qua Pſalmiſta. Declaratio, inquit, ſermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis. Item: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Itẽ: In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs. Item eloquium tuum viuificauit me. Item: Ignitum eloquium tuum vehementer, Itaq; verbum Dei illuminat, ad fidem perducit, quia viuificat, charitate accendit, conſolatur & confortat. Obſerua quoq; quod Chriſtus non poteſtate voluit dæmonem vincere, ſed humilitate, reſpondens ei per ſcripturam, nõ vi coercens. Voluit autem in hoc nos docere, vt quoties à prauis aliquid hominibus patimur, ad doctrinam potius excitemur, quam ad vindictam.

Pſal. 118

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Tunc aſſumpſit eũ diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dicit ei: Si filius Dei es mitte te deorſum.

Morẽ ſuum obſeruat diabolus, etiam in proceſſu & ordine tentationum. Primo enim à leuioribus perfectos viros tentat, quod hæc facilius negligantur, aut parui pendantur. Quę tamen ſi homo neglexerit, Deoq; ſe ingratum faciens hoſti ſubiecerit maligno, ad maiora contra eum procedit inimicus, fortior iam ex victoria factus. Aſſumpſit aũt eum diabolus. Quõ Chriſtum aſſumpſerit, variat multorũ opinio. Quidam enim ſanctorum putant diabolum ita aſſumpſiſſe Chriſtum, vt quaſi fatigatum ieiunio per aera portauerit, vt ſimul faceret Chriſtum inaniter gloriari, ſi vel volare vel portari à turba videretur. Et iuxta hunc intellectum, ne quis hoc ſtupeat, Chriſtum ſcilicet portari à diabolo, dicit Gregorius: Quid mirum, ſi permiſit ſe à diabolo in montem duci, qui ſe permiſit ab illius membris occidi? Aliorum eſt opinio, quod aſſumpſerit eum ſecum per terram ambulantem, iuxta quem modum intelligitur, quod de Chriſto ſcribitur alibi: Aſſumpſit Petrum, Iacobum & Ioannem: non quod portaret eos, ſed q̃d ſecum ambulantes ſeorſum abduceret. Ita hic quoque fieri potuit, vt humilis Ieſus ambularet cum diabolo in ſanctam ciuitatem, ſcilicet Hieruſalem. Duxiſſe quoque dominũ Ieſum diabolus putandus eſt, nõ vi, ſed perſuaſionibus humanis, quibus admonebat Chriſtum accedere ad homines, & comedere, aut opus aliud, quod appareret bonum, facere. Et ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, hoc eſt, depoſuit, ſi illum portauit, aut illuc ducens, ibi eum conſtituit. Vult autem dicere locum quendam eminentiorem in templo, vbi erat ambulatorium, & ſedes doctorum, quæ non erat pinnaculum, ſed in pinnaculo, hoc ẽ, in faſtigio muri ædificatũ. Illuc igitur dominum ſtatuit, volens eum ex loco quoq; tentare ad vanam gloriam. Et ideo ait: Si filius Dei es, mitte te deorſum.

Gregorius

Matth. 17

G

Pſalm. 90 Scriptum eſt enim: Quia angelis ſuis Deus mandauit de te, & in manibus tollent te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.

H

Ioan. 8

Scriptum eſt, inquit, de te in Pſalmo: Quia angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in oñibus vijs tuis. Diabolus, qui ſemper mendax eſt, ſcripturam nõ recte citat. De filio Dei enim nuſquã intelligitur, quod angeli eum portent, aut cuſtodiant, quin potius Dei filius portat & cuſtodit angelos. Putabat enim dominum inani gloria mouendum, vt ita faceret. Scriptura enim hæc de viro iuſto intelligitur. Itaque hoc modo vtitur teſtimonijs ſcripturarũ diabolus, nõ vt doceat, ſed vt fallat. Nõ igitur glorientur Lutherani, quod ſcripturis vtantur, cum diabolus quoq; vti ſciat ſcripturis, ſed perperam, & non in vero catholico ſenſu, ſed ad animarum ſubuerſionem, quomodo illos ab eodem id didiciſſe perſpicuum eſt, cum ad finem his quoq; ſimilem vtantur. Mitte te deorſum. Hieronymus: Vox eſt diaboli, qui ſemper homines deorſum cadere deſiderat. Perſuadere poteſt, p̃cipitare nõ poteſt. Et Ambroſius: Accepit tẽtandi licentiã, ſed nõ copiã ſubruendi, niſi ſua ſpõte labatur infirmus animus, qui ſibi non nouit auxiliũ accerſire.

Luthera-ni qua intentione vtantur ſcripturis veritatis.

Hierony.

Ambroſi⁹

Ait illi Ieſus rurſum. Scriptum eſt: Non tentabis dominũ Deum tuum.

Tẽtare Deum q̃d ſit.

Tentare Deum dicitur, qui diuino ſe auxilio committit abſq; vtilitate, aut neceſſitate, vbi adeſt humanum, intendens experimẽtum ſumere de Deo. Vbi ergo hæc intentio adeſt ſic mouens, dicitur quis explicite tẽtare Deum. Si vero non adeſt intentio tentandi Deum, opus tamen facit, q̃d eiuſmodi circunſtantijs eſt circundatum, dicitur interpretatiue tentare Deum. Vel ita: Primo modo tentat Deum ex animo, ſeu ex intentione quis, ſecundo modo ex facto. Contingit nihilominus Deũ tentari alijs modis, puta experimentum quęrendo ac dubitando de Dei omnipotẽtia, aut ſapientia, aut prouidẽtia. Sicut fecerũt filij Iſrael, dicentes: Eſt ne Deus in nobis, an non? Item: Nunquid de hac petra poſſumus aquam eijcere? Item: Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Et Iudith: Qui vos eſtis, qui tentatis dominum? Poſuiſtis vos tempus miſerationis domini, & in arbitrio veſtro diem conſtituiſtis ei? Hæc itaq; omnia vitanda ſunt, quando homo interim habet, quod faciat, à quo ſe iuuet humano modo.

Exodi 17

Nume. 20

Pſal. 77

Iudith 8

Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtẽdit ei omnia regna mundi, & gloriam eorũ, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana. Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

Deuter. 6

I

Aſſumpſit eum diabolus, aut portando, aut ducendo, vt de auaritia & ambitione tẽtaret: & duxit eum in montem excelſum valde, & oſtendit ei oñia regna mundi, dicẽs: Ibi eſt Aſia, ibi Græcia, ibi Roma, ibi Alexandria, &c̃. Deinde & gloriã eorũ, hoc eſt, fertilitatem, diuitias ac bona, quibus regio quæuis præmineret, Chriſto expoſuit. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadẽs adoraueris me. Pompa hæc eſt vetus dæmoni ſolita, qua cupit timeri, adorari, coli & dominari. Petit autem adorari adoratione latriæ, tãquam Deus. Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana, puta in abyſſum, aut in ignem æternum. Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.

Tunc relinquit eũ diabolus, & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

Recte Ieſum reliquit diabolus, ſed cõfuſus & victus, de nulla re, qua dubitabat, certior factus. Obſerua quod ſicut diabolus ſe celauerat in ſpecie ſancti viri, ita Chriſtus hactenus quoque diſſimulauerat ſe eum agnoſcere Satanam: modo vero, vbi de ſe loquitur adorando, Chriſtus oſtendit ſe illum, eiuſque ſtudia agnoſcere. Et ecce angeli acceſſerunt, qui ad tempus receſſerant, vt locum darent diabolo illum tẽtandi, & miniſtrabant ei, ſic vt ſerui domino ſuo. Glorificemus dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filij chariſſimi, & gratias a-

gamus illi,q tanta pro nobis dignatus est subire,vt nos instrueret,cõsolaretur, ac iuuaret,rogemusq; eũ,vt in nulla sit tẽtatione nostræ immemor infirmitatis,sed nos confortet,seruet,nobisq; tribuat fortitudinem superandi diaboli, carnis & mundi omnia tentamenta ad gloriam suam, qui est benedictus in secula,Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. De tẽtatione seruorum Dei, & fructu ieiunij.

K ET cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,postea esurijt. Matth.IIII. In hac dñica prima, postquam pœnitentiam assumẽtes carnem nostram cœpimus castigare, prælegitur nobis Euãgelium nos erudiẽs,quo possimus modo, quove exemplo contra fraudes hostis maligni,insidiasq; dimicare. Quamdiu enim seruimus diabolo,quid tẽtatio sit,interim nescimus, imo quid vitium sit, aut peccatum,vtpote in tenebris adhuc constituti,ignoramus,quia tentationẽ non expectantes,ipsa mala voluntate nostra diaboli voluntatem præuenimus. Verum,postquam ab eodem recedimus,insequitur nos,tẽtat nos,& reuocare nititur ad eadem vitia, in quibus aliquando illi seruiuimus. Contingit enim nobis non dissimiliter, quam filijs Israel,qui Pharaoni seruientes, dum à domino p Mosen &Aaron vocarentur, vt sibi sacrificarent,&eam ob rem recedentes à terra,in qua habitabant sub seruitute Pharaonis,viam trium dierum in desertũ: Pharao cum diu eos nollet,vt abirent,dimittere,tot tandem à dño plagis est percussus,vt vltro à se dimitteret. Veruntñ mox pœnitens insequitur eos ad reuocandum, sed id frustra,quandoquidẽ ipse & vniuersus eius exercitus periit,filij aũt Israel salui euaserunt.Hoc modo eos quoq; diabolus persequitur,qui suum iugum excusserunt, atq; reducere sub suum imperium contendit. Ne autẽ propterea territi desperemus, aut victos nos tradamus nimiũ formidantes,rememoranda nobis est Christi tentatio,qui à diabolo tẽtatus est, tametsi nihil in eo haberet diabolus,p quod intus eum moueret,siue incitaret. Nihil, inquam, in Christo habuit, quia Christus nunquam peccauit, nunq̃ Christus succubuit alicui vitio,quãtominus nunq̃ seruiuit diabolo? Veruntamẽ,vbi Christus austeriorẽ pœnitentię vitam assumpsit,diabolus quoq; ad tentandum illũ sese accinxit.Nemo igitur ex sua tentatione pusillanimis fiat,quãdo quidem propter consolationem nostram à diabolo se tentari sua spõte Christus sustinuit. Sunt aũt tres tentationes Christo proprosite,quarũ prima fuit ad gulam. Tentatio triplex quæ. I.

Pari modo nobiscum facit diabolus. Primo eñ q̃s tentat,ad carnalia,corporaliaq; eos nititur vitia reuocare:in q̃bus si q̃d machinatur,obtinuerit,mox ad grauiora tentare vitia pergit. Explorat autem cuiusuis naturam,studium,actionem,exercitiũ,inclinatiõem,occupationẽ,officium, aliasq; occasiones quascunq;, vt vbicunq; viderit hominẽ studiosius,aut quasi securius occupari,ibi ponat insidias,& occasiones q̃rat nocendi.Tentat autẽ primo ad peccata corporalia,seu carnalia,quæ nobis sunt familiaria, ad commessationes scilicet & compotationes,ad familiaritates quoque mulierum, in quibus sub specie honestatis,aut tentationem gulæ,aut illiciti amoris, & paulatim luxuriæ introducat: sperãs si hac via profecerit,ad maiora per hæc facile sese venturum. At vero si hic nihil potest lucrari, & timor Dei ad omnes ingressus custodes posuerit, qui illum excludant, ad aliam tentationem conuertitur.Nam eos, quos carnalibus non potest vitijs superare, propterea quod sunt erga Deum in deuotione feruentiores, alia tentatione aggrediens,nititur eos præsumptione euertere. Siquidem vltro currentes nititur ad altitudinem impellere perfectionis, idque per indiscretum feruorem: sciens ibi parem exitum futurum, vbi negligentia,&vbi nimeitate,indiscretioneve delinquitur. Suadet itaque feruentibus sui curam abijcere,& in domini confidere potentia,quasi in eis mirifica sit operaturus opera Deus,quæ olim in priscis exhibuit sanctis,proinde quomodo in secunda tentatione Christum tentauit,vt se mittat deorsum:quandoquidem angelis suis Deus de eo mandauerit,vt custodiant eum in omnibus vijs suis,ita hic huiusmodi suadet hominibus,vt humana spernant consilia, auxilia abdicent,& Deo soli cõfidant, qui confidentes in se nõ derelinquit,quasi Deus miraculo quoq; debeat eos seruare, cũ totum eorum sit propositũ erroneum. Siquidẽ Deo illa nõ placet confidentia,quæ subsidium,si adest humanum,contemnit; & miraculum pro se fieri petit, aut confidit.Hæc enim non est confidentia, sed temeraria præsumptio. Quapropter in libro viarum Dei per angelum huiusmodi deuotis (vt multi sunt, fueruntque eremitæ)loquitur in hunc modum Deus:Necessaria vobis est discretio, vt non cito sequamini impetum zeli vestri,qui vos ad altitudinem perfectionis impellit, neque supergrediamini mensuram virtutis vestræ, laboribus immoderatis.Multi in præsumptione spiritus sui ambulantes, vitam suam nimia afflictione extinxerunt,& perierunt in adinuẽtionibus suis.Multi mensuram suam excedentes, humanum intellectum in seipsis subuerterunt, & inutiles facti sunt, & similes iumentis insipientibus. Tu igitur homo dominatorem cœli ne tentes, sicut faciunt, qui sui curam incaute abijciunt,& habent fiduciam,quod mirificetur in eis potentia domini secundum dies antiquos.Hæc itaq; (vt dixi) versutia est diaboli, vt quos carnalibus non potest vincere peccatis propter feruorem multum, moliatur vel nimictate,& in discretione vincere.Sunt enim,qui putant in hoc sacrificare se Deo, si donis communibus Dei abiectis,spretisque auxilijs cunctis humanis, siue infirmi, siue fatui, melancholici,aut manici fiant,nil hoc sua referre dicunt:imo, si Deo placeat, libenter maniam,insaniamque eligant sustinere:et vt ego addam,stultitiam quoque,inquam certe non parum iam lapsi sunt. Neque enim (vt ipsi putant) hæc resignatio est, si parati sint omnia ex Dei manibus recipere,& interim sua negligentia, sua incuria, & per abiectionem humani regiminis, prouidentiæque circa seipsos sese destruant, quia hæc non suscipiunt de manibus Dei, sed de manibus suis:quandoquidem sibi ipsis hæc fecerunt, non absque graui culpa. Debet enim homo seipsum regere, vt ratione vtens, & per industriam mala declinare,cunctaque noxia, quę cognoscuntur Deo non placere.Debet,inquam,nulli se periculo exponere, vnde in corpore, animave lædatur. Debet quoque vbi, & quantum suo corpori est necessarium,datis iam sibi remedijs vti, nec miraculum à Deo expectare.Quod enim semel tibi prouidit Deus, quamdiu illud spreueris,non expectes pro eadem necessitate aliud. Nec vllo modo tibi licet Dei creaturam, hoc est, te, qui tuus non es, sed Dei seruus,in ipsiusque vineam conductus,perdere,aut destruere. Quod si stulta id deuotione feceris,præsertim vbi habes,à quibus consilia petas,aut quorum cõsilio dirigaris, te, hoc est, alienum Dei seruum destruis, ex rapina holocaustum offerens, quia cũ sub tractione indiscreta necessariorum corporis tui feruidus,modico vis tempore Deo seruire, vt totus postea inutilis ad omnia fias, nihilque ad Dei valeas seruitium. Et hoc est,quod diabolus optauit.Siquidem siue per indiscretam abstinentiam, per irrationabiliaque exercitia deuotionum,siue per nimiam corporalium indulgẽtiam te impedieris,ne Dei continuare seruitium queas,ęque diabolo placet,Deoque displicet.Et hæc dicta sint contra præsumptuosos deuotos.Nam Deo in eius timore seruientes,sub obedientia degentes,acquiescentes consilijs,&humiles,non potest diabolus capere,aut fallere. His enim rationabili discretione vtentibus, à temeritate abstinentibus, & quibuscunque bonæ voluntatis,Deo deuotis,nũquam deest prouidentia diuina.Quibus etiam in rebus necessarijs, vbi humana desunt subsidia, optime licet,imo expedit quoq; sublimiter de bonitate Dei sentire,sperare, atq; illi se credere. Possunt quoq; se multum cõsolari aliorum Deum timentium consilijs,si timidi sint nimiũ,aut scrupulosi,modo humilitas acquiescendi non desit,quia nõ iubet Deus non mãducare, sed crapulam & gulam prohibet.Manducare autem,&cori necessaria ministrare, tã natura, quã diuina lex iubet. Propterea Paulus dicit: Carnis curã ne feceritis in desiderijs.Non quidem carnis curam omnem prohibens, sed vetans ne fiat eadem in desiderijs.Quo modo ergo alteri esurienti,& egeno teneris ministrare,si habes quę necessaria sunt, ita tibi quoq; præcipue obligaris.

M III. Ambitionis mala quæ sint.

Tertia est,quæ deuotissimos quosq; diabolus impugnat,puta eos, qui corporalia iam vitia vicerunt,ambitionis.Quia enim fortia quædam prælia gesserunt contra alia vitia, quamdiu tamen inanis gloria in eis prostrata non est,manet in eis ambitio quoq;,quæ ex victorijs multarũ nascitur tentationũ.Inde enim,quod prælijs varijs vitia alia multa superauerunt, nascuntur hęc duo vitia:Inanis gloria & ambitio.Aestimat enim,qui tentationẽ hanc latentem maxi-

Exodi 3

Exodi 12

Exodi 14

Ioan.14

Leo papa.

Præsumptio quæ mala generet.

Psalm.90

Iudith 6

L Liber viarum Dei.

Discretio quãto studio obseruãda à deuotiõi de diris.

Psal.48

Matth.20

Esaiæ 61

Lucæ 12

Roma.13

maxime & occultam ſuſtinet, ad regendos alios quoque iam ſe idoneum, qui ſe putat, aut in corde ſuo iactat, propter Chriſtū multa ardua & præclara ſe geſſiſſe, quare ædificationi aliorum iam ſit idoneus. Putat autem omnino ſyncero hoc corde ſe cogitare, nec aliter, quam zelo animarum, zeloque diuini honoris ſe hoc appetere. Verum, vbicunq; ſe cogitatio hæc prodiderit, mox vt alter Satanas eſt exploden da, nulloq; modo toleranda. Satis ſit tibi, vt cum aliter euadere non poſſis, Deo tibi imponente prælationis iugum, ſuſtineas.

Sunt autem multa alia tentationum genera, quibus præcipue Dei ſeruos tentare non deſinit. Permittit aũt id euenire Chriſtus ad maiorem electorum ſuorũ gloriã, glorioſioremq; coronam. Prima enim eſt vtilitas tentationis, quod tentatus ſeu tentationẽ ſufferens fit humilior, fit ſimul ac doctior. Liquet autem hoc ex humiliatione Pauli, qui ne magnitudo reuelationum eum extolleret, angelum ſe colaphizantem diabolum accepiſſe ſe fatetur. Porro, q̃d tẽtatio erudiat, Eccleſiaſticus oſtendit, dicens: Qui non eſt tentatus, quid ſcit?

I. Tentationum vtilitas.

2. Cor. 12

Eccle. 34

II. Secundo, per tentationes diſcimus non indignari, ſed compati proximis. De hoc Paulus quoq; gloriatur nos habere pontificem, qui probatus & in omnibus tẽtatus didicerit ex ijs, quæ paſſus eſt, compati fratribus. Petrus quoq; Apoſtolus ſuam permiſſus eſt ſentire infirmitatem, vt futurus Eccleſiæ paſtor diſceret in ſe, quomodo in alios, qui ex infirmitate delinquũt, eſſe debeat miſericors. Contingit enim fere ſemper, vt is, qui grauatum aliqua tentatione, aut ſeuere iudicat, aut contemnit, incidere, patique eandem, aut grauiorem tentationem: in qua (vt dixi) proximum ſuum conſtitutum deſpexit. Tertio, auget certantibus, & pro ſe pugnantibus, coronam Chriſtus. Ideo ſcriptum eſt: Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.

Hebr. 4

Matth. 26 Marc. 14 Luc. 22

III.

Iacob. 1

IIII. Quarto, quia feliciter reſiſtentes conſolatur. Quod per hoc innuitur, quod angeli, tentatore victo, acceſſerunt & miniſtrabãt ei, ſcilicet Chriſto. Diſcamus igitur Chriſto ieiunante filij, ieiunare, & eo pro nobis tentato ac vincente vincere. Temperantia profecto virtus eſt, ieiunium vero, aut abſtinentia, ex ſuo genere virtus non eſt, ſed exercitium, adminiculum, inſtrumentumque virtutis, quod reuera multifariam cõfert homini. Primo enim reddit, aut cuſtodit ſanitatem. Legimus enim in multis eſcis, multas ineſſe infirmitates, ſobriũ vero adijcere dies longæuiores. Legimus quoque propter crapulam multos perijſſe: imo plures crapula (vt alius inquit) quam gladio. Secundo reddit ſpiritum liberum, & à captiuitate, qua per carnem opprimitur, liberum facit. Eam ob rem caſtigauit Paulus corpus ſuum, & in ſeruitutem redegit, ne alijs prædicans, reprobus efficiatur. Tertio prohibet à caſu futuro. Cum enim defecerint ligna, exetinguetur ignis. Scitum eſt quoque, quod Comicus dicit: Sine Cerere & Bacchо friget Venus. Quamobrem Eccleſia quoque in ſacrificio diuino canit: Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia. Quo certe multi ſimul ieiunij fructus comprehendi monſtrantur. Porro ei, qui ſibi indulgens carnem ſuam fouet, dicitur: Qui delicate nutrit ſeruum ſuum, ſentiet eum contumacem. Quarto dæmonum vim eneruat. De quo Chriſtus quoddam eſſe dæmoniorũ genus apoſtolis ſuis ſubindicat, quod non poſſit ejici, niſi in oratione & ieiunio.

Ieiunij vtilitas multiplex.

I. Eccle. 31

Ibidem.

II.

1. Cor. 9

III. Prouer. 16

Ambroſ.

prouer. 23

IIII. Matth. 17 Marc. 9

Quinto ad exaudiendum facit idoneum. Quaproter, tam in veteri, quam in nouo teſtamento, quando aliquid arduum volebant à Deo impetrare patres & apoſtoli, hoc faciebant per ieiunia ſeſe humiliantes, ac macerantes. Sic Moſes & Helias ieiunauerũt. Sic Daniel arcanorum ſanctus interpres. Sic Iudith, Heſterque ieiunauerunt. Sic apoſtoli, quando auguſtum aliquid erant acturi, aut quando manus imponebant ſpiritum ſanctum daturi, aut ordinem, faciebant. Et Niniuitæ nunquid non ieiunando, & plangendo deprecati ſunt excidium ciuitatis? Hodie igitur, quum contemnitur ieiunium, ideo etiam virtus, operatioque nobis abeſt ieiunij pariter cum gratia ſpiritus ſancti, vt ſimus velut nauis ſine remige, & ſine gubernatore. Eſt tamen aliud ieiunium ſanctius, quo abſtinemus ab illecebris carnis, à peccatis, à vitijs, & malis concupiſcentijs. Huius ieiunij gratia corporale ieiunium obſeruatur, & propterea eſt inſtitutum: quod certe ſine abſtinentia ac ieiunio peccati, Deo acceptum eſſe nõ poteſt. Propterea ſcriptũ eſt: Qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem facit, quid proficit humiliando ſe? Orationem illius quis exaudiet? Eſaias quoque eos, qui in ſolo corporali ieiunio confidebant, interim peccatis, vitijſque ſuis ſeruientes reprehendit, atq; ad ieiunium aliud ſpirituale cohortatur. Quo ſeruato ieiunium corporale conducit vehementer. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ad exemplum noſtrum ieiunauit, ieiuniumque inſtituit, dicens: Veni et tempus, quando auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt: hic nobis ſuam largiatur gratiam, qua omnia peccata fugientes, mortificantes vitia, ſpiritu illi obtemperantes viuamus in ipſo per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Ieiunium optimum quod.

V.

Eccle. 34

Eſaiæ 58

Matth. 9

SERMO SECVNDVS IN DOMINICA eadem. De tentamentis diaboli.

O DVctus eſt Ieſus in deſertũ à ſpiritu, vt tentaret à diabolo. Matthæi quarto. Cum Ieſus, Deus ac dominus noſter à Ioãne baptizatus foret, & à patre per vocem, & per columbę ſpeciem manifeſtatus, abijt in deſertum. Hoc enim paulo ante idem refert Matthæus, quod baptizato Ieſu, apti ſunt cœli, & vidit Ioannes ſpiritum Dei deſcendentem tanquam columbam, & venientem ſuper eum. Et ecce vox de cœlo dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Inde ſequitur, quod ductus ſit in deſertum à ſpiritu, docẽs à ieiunijs, à ſolitudine, ab abſtracta vita, à ſilentio, à fuga ſeculi, atque ab reliquis pœnitentiæ exercitijs Chriſtiano nouo, aut monacho, aut nouiter conuerſo eſſe inchoandum. Vbi, inquis, hoc docet? Actiõe ſua idipſum nobis hoc inſinuat. Omnia enim, quæ dominus Ieſus, tam agere, quam pati voluit ad eruditionem, ad correptionem, & ad vtilitatem inſtituit noſtram. Cum ergo nõ parum eruditionis ſimul ac cõſolationis nobis inde ſciret emerſurum, haud quaquam id voluit omittere, quod nobis poſſet'pro deſſe. Itaque ductus eſt in deſertum, haud dubium, quin à ſpiritu ſancto. Ibi em̃ ſpiritus ſanctus eum voluit ducere, vbi diabolus eum tentandum poſſet inuenire, & vbi ad tentãdum illum auderet accedere. Prouocabatur enim tentator, vt illum tẽtaret, loci cõgruitate, puta ſolitudine, oratione, corporis macerатione, abſtinẽtia & fame.

Matth. 3 Ioan. 1 Marc. 1 Matth. 3 Ioan. 1 Matth. 3

Matth. 4

Actor. 1

Quare libenter diabolus didiciſſet de Ieſu, an foret Chriſtus & Dei filius. Primum itaque eſt, quod hic diſcimus, militiam eſſe vitam hominis ſuper terrã. Quod item homini Chriſtiano primum ſit expectandum tentari à diabolo. Præparet ſe igitur ad tentationem, ſicut ſcriptum eſt: Accedens ad ſeruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Voluit itaque dominus quemcunque nouiter baptixatum, quemcunque etiam nouiter conuerſum, ſuo exemplo conſolari, ne timeat, fiatque puſillanimis, ſi poſt cõuerſionem, aut poſt baptiſmum grauius, quam ante tentari à diabolo, aut perſequutionem ſe pati ſenſerit, qñ Chriſtũ q̃q; mox baptizatũ legerit à diabolo tentatũ. Eſt em̃ non malũ, ſi diabolus quempiam, q̃d ſe dereliquerit, infeſtat indictũ. Neq; em̃ infeſtaret, niſi à ſe illũ receſſiſſe doleret. Nõ infeſtaret, inquã, niſi à bono, quod poſſidet, poſtquã reliqt diabolum, illum iterum abſtrahere niteretur. Quando ergo tentaris ad mutationem tui ſtatus, vt videlicet hunc deſeras, quem iuxta inſtitutionem ſanctam laudabiliter ſuſcepiſti, ſuſpectum habe diabolum, & ſtatum aſſumptum tibi puta fore vtilem. Propterea enim te auellere nititur inimicus, quia vtilem tibi hunc dolet, ac inuidet. Neque enim te meliorem fore cupit, ſed à bono nititur abſtrahere ſtatu, quamuis miram ſanctitatem extra hũc ſtatum, in quo ſancte viuis, tibi depingat, atq; vt eundem relinquas, nitatur perſuadere, multa mentiens, quomodo alibi adhuc fructuoſius, & melius poſſis viuere. Veruntamen ſcito, quia non quærit tuam vtilitatem hoſtis tuus, ſed inſtabilitatem, vt à bono in quo es, te ejiciat. Dicit ergo tibi: Hinc recedas, vt alibi viuas ſanctior, quum neque hic, neque alibi te bene, probeque viuere ſinat. Ideo igitur, vt dixi, ſtatum aliũ mentitur (vt à bono abducat) eſſe meliorem.

I. Iob 7 Tentari q̃ ſit ſeruis Dei vtile.

Eccle. 2

Secundo, diſcimus rigorem, aut grande aliquid atq; inſolitum, quod ferre nos poſſe nobis merito eſt formidandum ex præſumptione noſtra, aut temere abſq; cõſilio timentium Deum, aut abſq; voluntate prælatorum noſtrorũ non aſſumẽdum. Legimus enim Chriſtum in deſertum veniſſe, ſed hoc ſolum non legimus, verum etiam adjciturductũ à ſpiritu ſancto, quo intelligeres ex inſtinctu duntaxat ſpiritus ſancti ſingularia, atque ea quæ maiora qui-

P II.

Matth. 4

quidem ſunt, quam vt omnibus imponã-
tur, eſſe aſſumenda. Voluit ergo Chriſtus
ſuo exemplo nos docere, ne faciliter ad ſu
ſtinendas tentationes nos ingeramus, me
mores infirmitatis noſtræ, ſed potius vigi
Matth.26 lemus, atque ne in tentationem intremus,
oremus, occaſionesq; euitemus tentatio-
num. Quę ſi à Deo nobis mittuntur, aut ſi
ducti à ſpiritu ſancto Dei contemplatione
(hoc eſt, ne Dei beneplacitũ negligamus)
cogimur illis occurrere, aut præſtare occa
ſionem, Chriſti exemplo debemus tenta-
tori viriliter repugnare. Vtrunq; enim do
minus Ieſus docuit, & de ſua infirmitate
neminem præſumere, aut quaſi vincere va
leat tentationes, non imprudenter ſe perí-
culis exponere, & vbi Deo ordinante ten-
tamenta occurrunt, viriliter illis reſiſtere.
Itaq; volebat dominus Ieſus pro nobis tẽ-
tari, pro nobis vincere, tentationes vincen
di nobis formam ac modum oſtendere, &
ſua quam patiebatur tentatione nos con-
ſolari, atque ne deſperemus confortare.
Hæc enim quatuor ſunt cauſę quare volu
it tentari. Et cum ieiunaſſet quadragin
ta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea
eſurijt. Vides ne in q̃ viuendi genere Chri
ſtus nos docere exorſus ſit? Primo, intra-
uit deſertũ, in quo conſtitutus afflixit cor
pus ſuum ieiunio. Intellige igitur quod de
ſertum tibi intrandum ſit, qui vis pœnitẽ-
Deſertum pœnitenti intrãdum quod ſit. tiæ vias ingredi. Deſertum tuum ſit, poſt-
quam correctiorem agere vitam inſtitui-
ſti, conuenticula, loca, hominum ſocieta-
tes, cunctasq; pariter peccandi occaſiones
vitare, atque ſecretum locum (ſiue ſit ere-
mus, ſiue domus, ſiue camera, aut cella) ſo
lum inhabitare. Abſtractã oportet eligas
vitam, ſi peccandi à te volueris occaſiones
excludere. Deinde, quoad vires ſuſtinent,
(nam eas non decet extinguere) corpus af
fligi neceſſe eſt. Quare affligis? Ideo, qa cor
pus tuum, & caro tua tibi inimica eſt. Ad-
uerſatur enim tuo ſpiritui, & quaſi ex pa-
cto hoſtibus tuis, hoc eſt, mũdo, ac diabo-
lo conſentit. Conniuet illis, & quicquid hi
moliuntur, ipſa caro recipit, & in executio
nem ducere molitur. Scitis autem quam
peſtilens ſit hoſtis, qui intra mœnia quaſi
ciuis atque amicus fraudulentus habitat.
Tu igitur ab hoſte tibi familiariſſimo te
impugnandum arbitrare, quippe qui car-
nem tuam vbique non aliter, quam ami-
cam, ſed reuera peſtilentem hoſtem circũ-
fers. Si igitur iam non ſolum foris, ſed in-
tus etiam impugnaris, quãto ſunt tibi ad-
uerſarij plures, tanto rarior erit tibi victo-
ria. Eſt tamen hæc tibi conſolatio, quod li
cet caro tua hoſtis tibi ſit, potes tamẽ eam
reddere infirmiorem, potes ei nocendi vi-
res ſubtrahere, potes deniq; ne inſoleſcat,
eam compeſcere. Quod fiet, ſi ieiuniorum,
vigiliarumque frẽno eius petulantiam cõ
ſtrinxeris. Hoc te Chriſtus docuit, q dum
pœnitentiæ nobis formam oſtendere de-
creuiſſet, in deſertum abiens, ieiunijs, vigi
lijs, oratione, cęteriſque auſteritatibus pœ
nitentiæ ſeſe afflixit. Nam ſi eius explores
conuerſationem in deſerto, videbis Chri-
ſtum in genibus terra, humiq; orantem,
videbis humi procumbentem, ac patrem
pro humano genere orantem. Videbis in-
ter deſerti beſtias commorantem, videbis
ſi forte dormire voluit, humo ac ſub dio
cubantem. Videbis poſtremo cuiuſcunq;
hominis colloquio, aut prẽſentia abſtinẽ-
tem. Reuera docuit te, quæ ſit forma pœni
tentiæ. Quadraginta itaque diebus ſic Q
abſque cibo viuens (neq; enim diutius ita
viuere congruebat, ne non homo qui cibo
nullo vteretur, eſſe putaretur, & quia ad a-
lia opera potiora, puta quę animarum cõ-
uerſioni magis ſeruirẽt, miſſus fuerat) po-
ſtea eſurijt. Quãdo voluit, ieiunabat. Quã-
do voluit, eſuriebat. Nõ illi dominabatur,
imperabatve aliqua paſſio, ſed quæcunq;
vbi aduocabatur aderat, vbi abire iuſſa fu-
it, recedebat. Nos vero ediuerſo ſentimus.
Præueniunt enim nos paſſiones triſtitiæ,
iræ, timoris, amoris, lætitiæ, vel nolentes,
nec quando volumus recedunt, nec aſſunt
quando cupimus, quia rationi, quẽadmo
dum in Chriſto, non ſunt nobis ſubiectę.
Quid iam vltra expectas? Acceſſit tẽtator,
videns Ieſum fame torqueri, quantum vo
luit. Credendus eſt enim famem vehemen
tem propter nos tunc aſſumpſiſſe. Accedit
diabolus & longa verborum ambage cir-
cumiens, ad hæc verba Euãgelica tandem Matth.4
veniendi occaſionẽ, quæſiuit: Si filius Dei
es, dic vt lapides iſti panes fiant. Noluit ho-
ſtis videri, ſed credebat ſe latere hoſtẽ. Cõ-
ſultorem ſimulabat, & ne periclitaretur ex
fame Ieſus, magna ſe compaſſione finxit il
li prouidere ac conſulere. Diſſimulabat q̃-
que dominus Ieſus diu, nihil, quo cogno-
ſcere ſe illum monſtraret, oſtendens. Paſ-
ſus eſt ad alteram ſe tentationem duci.

Cui

Cui iterum perinde ac in prima tentatio-
ne per verba ſacræ ſcripturæ reſpondens
calliditatem verſuti hoſtis omnem eliſit.
Poſtremo in tertia tentatione ipſe ſe tenta
torem cognoſcere monſtrauit, & ei non
tam reſpondit, quam repulit. Sciendum
filij, quod externa tantũ hęc tentatio Chri
ſto fuit. Neq; em̃ intus tẽtabatur, ſed quie
tus in animo fuit, quia malũ ei defuit, quo
inclinari vitio poſſet tentatori conſentiẽs.
Itaq; filij hoc modo ſatagatis in omni ten
tatiõe inueniri, ne in vobis intus malũ ſit,
quod malo externo ad quod tẽtamini, ar
rideat. Scimus in ciuitatibus ac caſtris ab
hoſte facilem deditionẽ impetrari, vbi in
caſtro, aut oppido ſunt, q̃ hoſtibus fauẽt,
domino ſuo infideles. Hoc modo ſi intus
placent vobis tela, quæ vobis ingeruntur,
hoſti certa ſtabit victoria. Porro ſi creato-
rem ac redemptorẽ veſtrum diligitis, & ni
hil eorum, quę vobis hoſtis obijcit, aut ad
quæ inuitat, vultis, ſi magis acerbiſſima
quæq; ac duriſſima optatis pati, q̃ à Chri-
ſto diſcedere. Et ſi in hac bona voluntate
veſtra nõ præſumitis, ſed in ſolo benigniſ
ſimi domini Ieſu adiutorio cõfiditis, cun-
ctos fugabitis inimicos, & miniſtrabunt
vobis angeli cœleſtis cõſolationis cibum,
largiente hunc domino Ieſu Chriſto, qui
eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE, EPIſtola B. Pauli apoſtoli, ad Theſſalonicenſes IIII.

XVIII. ROgamus & obſecramus vos in domino Ieſu, vt quẽ
admodum accepiſtis a nobis, quomodo vos oporte-
at ambulare & placere Deo, ſic & ambuletis, & abun
detis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vo-
bis per dominum Ieſum. Hæc eſt enim volũtas Dei,
ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a fornicatiõe, vt
ſciat vnuſquiſq; veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione & ho-
nore, non in paſſione deſiderij: ſicut & Gentes quæ ignorant Deũ. Et
ne quis ſupergrediatur, neq; circumueniat in negocio fratrem ſuum,
quoniam vindex eſt dominus de omnibus his, ſicut prędiximus vobis
& teſtificati ſumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed
in ſanctificationem, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A REcte hæc lectio in quadrageſi
ma Eccleſiaſtica conſuetudi-
ne ſumpta eſt, qua Paulus apo
ſtolus à fornicatiõe Theſſalo-
nicenſes retrahere, ſeruareq; in continen-
tia nititur, quandoquidẽ ſanctimonia pie
tatẽ roborat. Nihil vero pœnitentiã adeo
impedit, quam fornicatio. Cui paſſioni ſe
quiſquis ſubiecerit, vt brutum mox effici-
tur, ad meditanda ea, quæ animæ ſunt ſalu
taria, ineptus. Paulus itaq; dicit: Rogamus
& obſecramus vos in domino Ieſu, cuius
gloriam zelamur & beneplacitum, vt quẽ-
admodum ex noſtra eruditiõe didiciſtis,
quomodo vos innocenter neceſſe ſit am-
bulare, & placere Deo, quicunq; ad cœle-
ſtem venire patriam contenditis (quod eti
am facitis hucuſq; ambulãdo) ita & nunc
abundetis magis, hoc eſt, ambulãdo, ſuſpi
randoq; ad eandem patriam ſitis feruẽtio-
res, ſtudioſioresq;. Vitam hominis ambu
lationẽ hic Paulus nominat, quõ Chriſtus
quoq;: Ambulate, inquit, dũ lucem habe- Ioan.12
tis. Curſus enim vitæ noſtræ tendere ſem-
per debet ad patriam cœleſtem, quare nos
quoq; in hac vita viatores ac peregrini vo
camur. Sequitur: Scitis enim quæ præcepta
dederim, non tamen ex me, ſed per autori
tatem domini Ieſu. Hæc enim eſt voluntas
Dei ſanctificatio veſtra, quo ſitis purgati à
peccatis, ornatiq; virtutibus. Ad quã rem
neceſſarium eſt, vt abſtineatis à fornicatio
ne, hoc eſt, ab omni illicito concubitu. Et
præterea ſciat veſtrum vnuſquiſque vas
ſuum, hoc eſt, corpus ſuum poſſidere, ſub-
iectum tenere, ac illi dominari in ſanctifi-
cationis gratia, quam in baptiſmo recepit,
aut in ſanctificatione, id eſt, caſtimonia &

honore,ne corpus ſuum indecenter pollu at,& non in paſſione deſiderij,cui ſeruiat, aut ſatisfaciat, ſicut gentes quæ ignorant Deum,quæ corpori quicquid illud oble-ctauerit,concedunt. Aliud quod facietis, Dei æque eſt voluntas:Ne quis ſcilicet ſupergrediatur opprimens,neque circumue niat decipiens fratrem ſuum in vllo nego cio,quoniam vindex eſt dominus de omnibus his,ſicut prędiximus vobis,teſtimonioque ſacræ ſcripturæ confirmauimus.

Iob 24 Nam in Iob legimus:Deus inultum abire non patitur. In Leuitico quoq; mãdatur:

Leuit.19 Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, vt corpora noſtra contaminemus veluti iumenta, nec vt vitiorum polluamur ſordibus. Sed vocauit nos in ſanctificationem, vt incontaminatam,atq; ab omni turpitudine liberam exhibeamus conuerſationem in Chriſto Ieſu domino noſtro.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ II. Quadrageſimæ, Matthæi XV.

B Ioan.6

POſt miraculum q̃d fecit dominus Ieſus reficiens quinq; milia hominum ex quinque panibus ordeaceis & duobus piſcibus,transfretauit in terram Genezareth, vbi à ſcribis &phariſæis(puta qui ab Hieroſolymis venerant)ſcãdalizatis, quod eius diſcipuli non lotis manibus manducarent panem,&quod non maiorem zelum haberet Chriſtus proſeniorum traditionibus obſeruãdis, eſt interrogatus,quare eius diſcipuli hoc non obſeruarent: Chriſtus eos increpauit, quod leuiora legis & ſuas traditiones diligenter magnoq; zelo obſeruarent, ea vero quæ ex inſtitutione erant diuina, quæve naturæ quoque præcepta erant erga proximum,minus ponderabant. Quapropter illis relictis, quia eius tam eruditioni,quã miraculis detrahebãt, egreſſus eſt ad partes, terminosq; gẽtium. Dicit itaq; Euangeliſta:

Egreſſus Ieſus,receſſit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa,clamauit dicens ei:Miſerere mei domine fili Dauid;filia mea male à dęmonio vexatur.

Egreſſus Ieſus à terra Geraſenorum dicitur veniſſe in terminos,locaque ciuitatũ Tyri & Sydonis. Hæ ciuitates erãt præcipuę,& metropoles terræ Chananæorum, quorum populi circunquaque habitantes dicti ſunt à Chanaan, filio Cham, filio Noe,Chananæi. Ad illorum itaq; partes ac terminos venit dominus Ieſus, quia prohibuerat apoſtolis,ne in viam abirent gentium,neque ciuitates intrarent Samaritanorum, quaſi latenter intrauit, vt qui neminem vellet hoc ſcire,ne Iudæis ſcandalum præberet. Quamuis hoc quod apoſtolis prohibuerat,intelligebatur de prædicatione,ne gentibus,Samaritanisque prædicaretur, niſi poſt ſui aſcenſionem, oblata primum Iudæis ſalute. Non tamen præcepit eos,qui ſponte venirent,à ſalute,à fide, & beneficio ſanitatis excludi. Itaque cum circa fines Tyri & Sydonis eſſet Chriſtus, quo diuertiſſe eſt putandus,vt huius mulieris nobis oſtenderet præſtantiſſimam fidem,exaudiretque eam pro filia obſecrantem,quædam mulier Chananæa de finibus illis egreſſa,non tam corpore,quam fide. Locum enim ſuæ gentis,& incredulitatem,reliquaque Chananæorum vitia exiuit. Quare vt quęreret Chriſtum,in quem iam credebat,poſtulatura pro filiæ ſuæ ſanitate. Vbi igitur illum inuenit,clamauit,ſcilicet voce alta,fœmineæ oblita verecundiæ, pro magnitudine fidei, deſiderij, ac deuotionis. In hoc multis alijs prudentior,quibus Euangelica prædicatio aduecta eſt, quorum multi tamen nihil magis propterea crediderunt, quum ipſa egreſſa fines ſuos quæſiuerit Chriſtum. Clamauit dicens: Miſerere mei domine fili Dauid. Fama iam Chriſti glorioſa diuulgabatur vndiq;,tam apud Iudæos, quam apud cæteras nationes. Ideo quãuis mulier hæc erat Chananæa, id eſt, de genere Chananæorum, & Syropheniſſa, id eſt, de Syria Phenicis,audierat tamen de Chriſto,quippe quæ non longe à gente Iudæorum habitauerat,dici eum ex tribu & ſemine Dauid naſciturum. Audierat quoque fortaſſe plura alia, tam de Dauid benignitate, quam de Meſſia Iudæorum venturo, quæ Chriſto ineſſe credebat propter ipſius miracula,quæ in vniuerſo orbe fama vulgabat. Filia mea male à dæmonio vexatur, hoc

Gen.10

Matth.10

Marci 7

hoc eſt, atrociter, grauiter, atq; crudeliter torquet. Multa habemus in hac muliere,quæ ſingulariter & vehementer ædificant. Primo nanq; quod de gentibus nata dominum Ieſum quærit,eiq; occurrit,miræ fuit fidei, cũ nemo adhuc gentibus miſſus prædicauerit. Neq; em̃(vt dicit Origenes)aut ad homines ſeductores, nec ligaturas quæſiuit inanes, ſed oẽs relinquens diaboli cultus,venit ad dominum. Iterum autem fides eius inde apparet maior,quod non adduxit filiam ad Ieſum,nec Chriſto ſupplicauit,petens vt filiã accederet,& manum illi imponeret, vt pleriq; Iudæorum fecerunt. Nam Martha, & Magdalena q̃que dño de fratre ſuo conquerentes mortuo dixerunt:Domine,ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus: hæc autem credit ſolo Chriſti nutu poſſe infirmam filiam ſanari. Deniq; quam conſtãs fuerit in fide ac fortis,ex ſequentibus manifeſtabitur. Nam toties à domino repulſa, dure allocuta,& iuxta externum modũ loquẽdi,quaſi conuitio prouocata,& in fide tamen perſeuerat. His accedit tertia virtus, prudentia. Nam non expectauit donec ad ſe dominus veniret,ſed de finibus ſuæ terræ egrediens occurrit ei. Voluit enim dominum quærere,vbicunq; gentium inuenire poſſet, ſciens gentem ſuam, in qua ſe præcipue numerauit, immundam & præſentia domini indignam. Idcirco hoc perfecte cognoſcens, nihil niſi pro miſericordia poſtulauit. Agnouit enim ſibi nihil niſi confuſionẽ iuſte deberi & ignominiam. Supplicauit tamẽ pro miſericordia, quam ſibi fieri magnam æſtimabat, ſi vel preces eius audirentur, per fidem non dubitans aliquando etiam non pro ſuo merito, ſed pro Ieſu benignitate exaudiri. Quarto lucet hic magna charitas. Nam afflictionẽ filiæ ſuam æſtimat. Neque enim dicit, miſerere filiæ meæ, ſed miſerere mei, quoniam me pro tribulatione filiæ materna cõpaſſio diſcrutiat.

Chananæa mulier qd quẽq; doceat ſuo exemplo.

I. Origenes

Ioan.11

II.

III.

IIII.

Qui non reſpondit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius,rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos.

O quomodo pijſſimum cor Ieſu ad huius mulieris potuit clamorem miſerabundum diſſimulare. Abſit,abſit, vt ex duritia ſons pietatis ille obturetur. Sed propterea quia copioſius voluit miſereri,exaudireq; glorioſius,ideo qua plenus exuberat, miſerationem diſſimulat,quo &illam ad petẽdum fortius ſtimularet,& nobis fidem, & orantis perſeuerantiã oſtenderet. Alioqui,niſi ad cumulatiora, vberioraq; dona præſtanda ſeſe ad tempus cõtineret, haud quaquã miſericordiæ viſcera rogatus non ſtatim effunderet. Et accedẽtes diſcipuli eius, dixerunt ei: Dimitte eam,quia clamat poſt nos. In alio Euangeliſta refertur hæc mulier veniſſe in domum, vbi prociderit coram Chriſto,orans pro filia. Vnde intelligitur dominus poſtquam illa primo in domo rogauit, exiſſe de domo, ſilens, nec verbũ (licet pijſſimo id corde fecerit) ei reſpondens. Quare illa ſequuta, clamauit indefinenter poſt dominũ. Inde intelligũtur ea quæ ſequuntur,facta eſſe in via. Itaq; rogãt apoſtoli pro muliere,aut compatientes eius triſtitiæ,aut ex importunitate eius tædio affecti,dicẽtes: Dimitte eam, hoc eſt,iube vt abeat, aut (quod verius creditur) fac quod petit,vt exaudita abeat, & liberemur ab eius clamoribus. Apoſtoli non intelligentes arcanum propoſitum Chriſti fortaſſe verecundia mouebantur pro magiſtro coram alijs erubeſcentes, quod hic qui apud omnes vir miſericordiarum habebatur, præter morem ſuum durior,ac inexorabilior à præſentibus videretur.

Marci 7

Ipſe autem reſpondẽs ait:Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.

D Ioan.11

Et quõ tunc verum eſt, quod venerit in mundum,vt filios Dei,qui diſperſi erãt in mundo,cõgregaret in vnum? Quomodo verum eſt,Sic Deus dilexit mũdum,vt filium ſuum daret,vt oñis qui credit in illum,nõ pereat,ſed habeat vitam æternam? Et quomodo non ſolũ pro amicis, ſed etiam pro inimicis paſſus eſt,& pro vniuerſo mundo? Dicendum Chriſtum miſſum eſſe populo Iudæorum, & primo,& præcipue. Quapropter primo illis per ſeipſum prædicauit Euangelium. Deinde ad Gẽtes apoſtolos ſuos miſit poſt ſuam aſcenſionem,cũ eſſet aſcenſurus ad eis dicens: Euntes docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris,&filij,& ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Quamobrem Apoſtolus

Ioan.3

1.Petri 3

Chriſtus quibus p̃cipue miſſus ſit.

Matth. 28 Marc. 16

quoq; vbi Iudæis prædicauerat, & sæpius prædicare tentabat, hi vero omnino obsti nati redderentur, & Dei resisterent verbo,
Actor.13 dixit eis: Vobis quidem oportebat primũ loqui verbum Dei, sed qa repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ec ce conuertimur ad Gentes.

Canes vocantur Gentes. Exodi 4 Oseæ 11

vocat canes, inter quos ipsa cõputabatur. Vult itaq; Christus æquum non esse filijs, id est, Iudæis (de quibus alibi scribitur: Israel primogenitus meus. Et in Propheta: Puer Israel, & dilexi eum) panem eruditionis, seu verbi Dei opera miraculorum sub trahi, & ministrari Gentibus.

At illa venit & adorauit eum, dicẽs: Domine, adiuua me.

Vidit constans hęc mulier, quod ne apostoli quidem exaudirentur pro ipsa rogãtes, venit, id est, propius accessit, & adorauit eum, dicẽs: Domine adiuua me. Adorauit, vt quidam putant, tanq̃ Deum, aut vt aliis placet, tanquam hominem excellẽter sanctum, cuiusmodi adorationes in veteri testamẽto plures legũtur regibus, aut prophetis factæ. Dñe, inquit, adiuua me. Non putat mulier humilis ad iniuriam sui esse, quod Christus ei non respondet, q̃d non exaudit etiam, quia seipsam exauditu indignam ęstimat, quę exaudiretur. Habet em̃ hoc humilitas, vt propter negatum beneficium non offendatur, rata nihil sibi deberi, vtpote quæ nihil beneficiorum meruerit, quẽadmodum cõtra habet superbia, vt existimet nihil sibi negandũ. Quare profecto offenditur semper, quoties quod petit, illi non conceditur. Adiuua me. Vide hic charitatem mulieris. Nõ enim dicit, adiuua filiam, sed adiuua me, filiæ infirmitatem, suam existimans, pro qua pellenda rogabat. Verum, quanto plus rogabat illa, tãto magis negabat Christus, & hoc faciebat allocutione & exhibitione duntaxat externa, quo eam magis exerceret, probatiorẽque nobis ostẽderet. Tanta em̃ eius latuisset nos fides, deuotio, ac perseuerantia, nisi exaudire eam distulisset. Quãuis autem foris se dominus inclementem exhibuit, intus tamen illam secreto vnxit & confortauit, ne deficeret.

Humilitati ꝑcipue propriũ quid.

Charitas Chananitidis quãta.

Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

Iudæos filios nominat propter vnius veriq; Dei cultũ, quibus spiritualis alimonia, puta Euangelica doctrina & virtutes, signaq; miraculorum sicut erant illis promissa, debebãtur. Gentes vero & paganos propter idololatriam, vitamq; vilissimam, qui non legibus regebãtur sanctis, sed insaniæ atq; impetui voluntatis seruiebant,

E Chananitidis patientia quãta.

Magna mulieris patientia, longanimitas magna, atq; humilitas. Comparata cani adeo non offenditur, vt etiam consentiens idipsum confirmet, nihil horum probro verborum læsa, nec sperare & rogare desinens, dixit: Etiam domine. Verum est quod dicis. Nihilominus incongruũ non est, sed decet quod postulo. Canis sum fateor. Tu autem dominus meus. Tu iuste me vilificas, quemadmodum iuste ego tibi honorẽ exhibere cupio. Sum canis, nec canis magnus alicubi vtilis, sed catellus. Esto. His tamen non omnino negatur cibus. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Si canis, aut adhuc cane minor sum, tuum erit qui dominus meus es, vel micas vt colligã permittere sub mensa dominorum meorum ludæorum, id est, si magnis donis indigna sum, tamen indecens non est, quæ illis superflua sunt & decidunt, vt ego percipiam. Canes sunt fideles dominis suis, & ego q̃modo possum à te recedere? aut quo modo domini mei mensam possum relinquere? Aduerte mulieris huius prudentiam, fidem, patientiam, & longanimitatẽ. Non contradicit tristior, licet probrose canis comparata, nec laudibus inuidet alioq;, sed blande etiam alludens & catellum se vocans, dominum ad misericordiam nititur prouocare. Mirum valde est, clementissimum, misericordissimumque dominum tam diu potuisse differre, & beneficium continere, datis interim tam inclementibus verbis. Sed in fine tamen quam dissimulanter hæc omnia fecerit, liquet, quia sciuit eam dicturam quæ dixit, imo latenter ei hæc verba quæ diceret, in mentem eius posuit.

Tunc respõdens Iesus, ait illi: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Iam

Iam liquet cur tam rigorosum, durumve, ac inclementẽ fons pietatis se hactenus exhibuerit. Continuit ad tempus clementiæ effusionem, quia eam ad meliora semper & ad perfectiora conabatur euehere, perfectamq; in fide nobis ostendere. Dicit igitur: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. i. fiat tibi sicut petisti. Nolebat fons pietatis tristem abscedere, qui neminem se inuocantem non consolatur, sed beneficio & laude simul eãdem dimittit honoratam. Et sanata est filia eius ex illa hora, puta qua dixit hæc verba: Fiat tibi sicut vis. Quanquam iuxta verba Christi ordine veniendum esset ad prædicationem vocationemq; gentium, ita vt primo vocarentur Iudęi tanquam digniores, qui vnius veriq; Dei longam habuerant notitiam, exhibuerantq; debitum eidem cultum, quibus gentes non erant anteferendæ. Hoc tamen non ita erat necessarium, vt in nullo casu id fieri posset aliter. Nulla enim lex adeo est generalis, quæ nonnunquam in euentu aliquo singulari non prætermittatur. Nec semper generalis regula destruitur, si pro tempore aliquo à regula deuiat. Nã & Ammonitæ & Moabitæ prohibiti sunt, ne intrarent in Ecclesiã domini, nihilominus tamen Achior Ammonites, & Ruth Moabites propter singulares eorum virtutes, & feruentem deuotionem statim admissi sunt ad societatẽ, cohabitationem & ritum Iudæorum. Hoc modo quoq; mulier hæc Syrophenissa, quamuis de genere Chanonęorum nata, ob præcipuam tamen fidem suam, & gratiam vocationis & beneficium in filia sanitatis accepit. Nos faciat idem dominus eius fidei successores, vt per patientiam & humilitatem in fide constantes, in spe longanimes, & in charitate semper inueniamur feruentes, largiente id nobis domino Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

Deut.23 Iudith.14 Ruth 1

Iosue 15

1. Tim. 2 Matth. 15

Actor. 13

Chananitis mulier vt figuret Ecclesiam catholicam.

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ sit dæmonis vexatio, qua pœnitentibus est molestus.

F

Miserere mei domine fili Dauid, quia filia mea male a dæmonio vexatur, Matthæi decimo quinto. Hodierno Euangelio charissimi, mulier nobis pro filia sua à dęmonio vexata orans multa fide, patientia, humilitate, ac longanimitate ornata introduci-

N iij det:

det: Non possum. Cui si dicis: Nũquid nõ times mortem? nunquid graue iudicium Dei nõ formidas & infernũ? Quid respondet? Nempe verbum desperatiõe plenum. Si, inquit, hic præsto foret mors, aut adesset infernus, non possem superare hanc cõcupiscentiam meam, qua vexor, quin expleam. Heu pro illis necessariũ est, vt oret, vt clamet ad Deũ mater Ecclesia. Qñ enim hi aliter liberabuntur, qui sibiipsis nesciũt quærere salutem? Quærat igitur mater Ecclesia, necesse est, dicatq; : Miserere mei fili Dauid, quia filia mea male à dæmonio vexatur. Sui petat misereri, quia cuiuscunq; gemitus, pericula, calamitatemq; suã æstimat.

G Chananitis mulier vt designet aiam quãlibet Chr̃ianam

Potest nihilominus mulier hæc cuiuslibet hoĩs aĩam signare, vbi mẽs orat pro sensualitate, ac p inferioribus viribus animæ, quæ nonnunq̃ vexãtur à diabolo variis tẽtationibus. Potest em̃ vexare inuitũ, nõ potest cogere diabolus inuitum. Accipiamus ergo pro muliere hic animã pœnitentem. Adeo enim est copiosa, ac fertilis seu fœcunda scriptura, vt multos habeant sensus eadem verba, aut idem factum, seu opus. Contingit aũt animæ pœnitenti nonnunq̃ vt in carne, in exteriori hoĩe, intusq; in sensuali affectione multa absurda cogatur sentire, quę spiritui vexatioest. Ratio igitur & voluntas clament ad Deũ. Imprudentissimum nanq; foret ab aduersitatibus opprimi noxiis, habereq; interea eũ, qui possit, & velit, aut mederi, aut liberare, & neq; quærere consilium, neq; auxilium. Sic nos cum habeamus benignissimũ dominum, qui magis nobis quærit benefacere, quam nos ipsi possumus desiderare, cum possit & velit ab omni peccato nos liberare, in omni tentatione nobis assistere, nosq; cõfortare, cur nõ inuocemus super nos misericordiam domini? Debet autem & homo sui liberationem non impedire, debet in tentationibus se profundius non intricare, debet deniq; diabolo se vexandi occasionem non dare. Quod certe facit,

Roma. 6

membra sua dans arma iniquitatis ad iniquitatem. Quapropter vis nõ timere diabolum? Abstine à peccato. Esto mundus

Matth. 5

corde. Esto humilis & mitis animo. Nullius hoĩs cõscientiã tu iudices, aut damnes. Custodi te exoccupatũ, immaculatumq; ab omni re, vnde te non speras meliorem.

Matth. 16 Marc. 8 Lucæ 9

Quid enim tibi cõfert, si vniuersum lucreris mũdum, interim tuæ animæ detrimentum faciens? Itaq; si mundus, humilis, &, vt supra dixi, à mundo & peccato inconta minatus fueris, tu nõ habes timere diabolum, sed diabolus timebit te. Quæris H quod peccatum magis innuitur fuisse in filia huius mulieris infirma, quo vexetur liberanda anima? Dicendum, quod initium & radix oĩs peccati est superbia. Hęc est, Eccle. 10 quæ vexat nos omnes. Nemo vult esse cõtemptus, nemo humiliatus, nemo correptus, nemo accusatus. Nunquam deest nobis querimonia. Aut enim non sumus auditi, aut nostrum est spretum cõsilium, nõstra industria est derisa, labor vilificatus, nõ satis honorati sumus, aliquid famę detractũ nobis est, aut læsi sumus. Itaq; nunquã nobis pacẽ finit superbia nostra. Vnde ab re non erit, vt superbiã hic intelligamus significari, quod ex modo curationis monstratur. Cum enim contrarijs contraria curentur, hæc mulier vehementer fuit à domino humiliata, atq; seipsam humilitate interna deprimens egit, quo filia sanaretur à vexatione dæmonis, id est, à tentatione superbiæ. Iob 41 Ipse enim rex est super oẽs filios supbiæ. Atq; ideo pari modo nobis quoq; faciendum sciamus. Neq; enim poterit à nobis superbia separari, exterminarive, nisi magna humiliatione. Quam quia refugimus, ideo infirmi ac vitiosi remanemus, sempq; à dæmone vexamur, hoc est, inquietamur. Habet enim intra nos, quo perturbare nos potest. Sicut enim dixi, Superbiæ proprium quid. superbia nulla gaudet vnquam pace, nulla quiete. Si proximi videt incommodum, aut humiliationem, illum ridet, despicit, aut fauet, quia hunc se æstimat viliorem. Si gloriam eius cernit, aut commodum, tristatur, & inuidet. Si cernit diuitias, concupiscit. Si honorem, æmulatur. Si paupertatem, horret. Postremo, nihil recte iudicat, nihil simplici aspicit oculo. Proinde, vbicunque in homine est superbia, nullum ibi bonum finit, aut enim illud tollit, aut corrumpit, aut impedit, aut inquinat. Breuiter, sicut humilitas vas est omnium gratiarum, ita superbia sentina est omnium vitiorum. Omni igitur studio curemus liberari à superbia. Imitemur hanc mulierem nobis in exemplar virtutis ante oculos constitutã. Primũ cognoscamus infirmitatem nostrã, sicut ipsa filiæ suæ agnouit vexationẽ. Ratio nostra sibi imputet ac voluntas, q̃d sensualitas vexatur. Neque

que enim satis vigilem se esse existimet ratio, neq; constantem ac fortem se volũtas, quo vexatione hac mortificatis vitijs careat. Atq; ideo anima de finibus Chananæorum, id est, de incitamentis occasionibusque exiens vitioꝛ, quærat saluatorem, Agnoscat suam miseriam, & seipsam sancte odiens ac detestans doleat, & ad Christũ

Matth. 15

clamet: Iesu fili Dauid miserere mei. Non

Ioel 2

habeo aliqd allegare, cur mei debeas misereri, nisi qa benignus & misericors es, &

Psal. 144

miserationes tuæ sup omnia opera tua. Per illam igitur misericordiã te obsecro, qua filius dei factus es filius hominis, hoc est, filius Dauid. Miserere mei. Mulier illa Chananæa non potuit Christum fortius admonere aut constringere, quam vt recordaretur, quare sit homo factus, hoc est, quare sit filius Dauid. Hoc enim infinitæ eius erat misericordiæ: & propterea præcipue illius admonet eum, dicẽs: Fili Dauid, ac si diceret: Scio te domine creatorem esse cœli & terræ. Scio Deum omnipotentẽ te esse. Quamobrem non ad aruspices, nõ ad magos, nec ad idola, sed ad te misericordiam imploratura confugio. Reminiscere igitur te filium Dauid, reminiscere quoq; quare fis filius factus Dauid, & mei miserere. Sic tu quoque dominum, mysterioꝛ redemptionis nostræ admoneas, per eius incarnationem, per natiuitatem, per passionem, per mortem, & per resurrectionẽ rogans illum, vt tui misereatur. Est itaque vexatio dæmonis, qua tentamur inuiti ad illicita. I Aduerte tamen, quod mulier illa rogans filiæ salutem, dixerit causam, quia filia mea à dæmonio male vexatur. Male vt semper vexet diabolus. Recte dicit: Male vexatur. Quando enim bene vexat diabolus? aut quem non male vexat? Certe si diaboli spectanda est intentio, tunc omnes male vexat, hoc est, ideo vexat, vt ad malum ducat eum, quem tentat. At laudanda est prouidentia diuina, tãtoque magis laudanda, tanto magis prędicanda, tanto amanda feruentius, quæ malum, quod nobis aut à diabolo, aut ab aliquo membrorum eius paratur, semper, si volumus, præsto nobis est vertere in bonum. Nonne omnes fatigauit suis vexationibus sanctos diabolus? Quid autem obtinuit? Nihil profecto, nisi quod gloriosiores, pulchriores, & rutilãtiores fecit eos vt aurꝛ. Sapiens 3 Gen. 30 Fabricauit em̃ eis coronas inuitus, qa Deus, q̃d ille nitebat eis inferre ad malum, vertit in bonum. Sancti martyres, virgines sanctæ, sancti eremitæ & monachi, quãtis sunt tentationibus à dæmone vexati? quibus sunt fatigati molestijs? quot denique persecutionibus & tormentis, vt in p fidiam, vt in peccata carnis, vt in mortem animę præcipitarentur? Fecit quod potuit dæmon machinans malum, quo abstraheret eos à domino. Verum potuit eos tentare, non potuit cogere. Potuit suadere & illicere, non potuit impellere. Potuit persequi & vexare, potuit corpori molestiam, non potuit vim animo inferre. Male igitur omnes sua voluntate vexat, quotquot vt mali peioresve reddantur, tentat. Nescit enim improbus & stolidus, quod persequendo vexandoque ad regnum cœlorum nos cõpellit. Nos igitur hac consolatione vtentes, benignissimi scilicet saluatoris nostri bonitate, omnem calamitatem, quam nobis infert, siue homo siue diabolus, neque de homine neq; de diabolo, sed de manu omnipotentis Dei suscipientes, eius amore, eius contẽplatione id eligamus sustinere, & ab omni iurgio abstinere aut murmure. Tunc enim omnia vertentur nobis, vtpote Deũ diligẽtibus in bonũ. Habemus aut in hoc Euangelio eruditionẽ, vi à dño aliquid obtinere volentes nõ statim, nisi obtinuerimus, ab oratione deficiamus, sed perseuerandum in oratione. Desideria enim dilata crescunt: quæ si dilatione deficiunt, signum est, quod nunquam vere desideria fuerunt. Quapropter beatus Gregor. Gregorius probe dicens: Nemo, inqt, qa tardius auditur, credat quod à superna cura negligatur. Sępe enim nostra desideria, quia celeriter fiunt, non exaudiuntur, & quod impleri concite petimus, ex ipsa melius tarditate prosperatur. Nam & hic in hoc beneficio, quod mulier illa Chananęa postulauit, quam durum, quã alienũ, quamq; inuitum se foris exhibuit dominus, tam clemens intus ad præstandũ fuit. Nam non solum ea, quæ mulier petiuit, tãdem præstitit, sed fidem & patientiam eius quoque laudauit. Sit igitur in nobis humilitas, sit deuotio, sit fides, sit deniq; longanimitas, vt pie perseueranterq; petamus, quia Deo nunquam deerit largiendi liberalissima pietas, si in nobis inuenta fuerit vera in supplicando humilitas. Quam nobis quoque concedat, qui in cœlis gloria & maiestate plenus regnat, Amen.

Rom. 8 Perseuerãdum vt sit in oratione.

DOMINICA III. QVADRAGESIMAE Epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios V.

ESTOTE imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immūdicia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliqñ tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Fructus em̄ lucis est in oï bonitate, & iustitia, & veritate.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

ANte hæc verba Paulus Ephesios fuerat hortatus, vt erga se mutuo benigni, misericordesque essent, donantes offensiones inuicem, sicut & Deus in Christo illis delicta donauerat, adijciens tādem, quod hodie legitur, quo quasi verbōrum priorum causam explicat: Estote, inquit, imitatores Dei, puta in misericordia, in clementia, in iniuriarum dimissione, in dilectiōe, denique & beneficentia inimicorum, sicut filij Dei charissimi. Hæ enim virtutes filiū efficiunt Dei. Quod saluator testatur nos admonens, quando dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderūt vos, & orate pro calumniantibus vobis, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et ambulate in dilectione ad perfectiora progrediendo, quo sitis per dilectionem idonei animam vestram pro fratribus vestris ponere, sicut & Christus dilexit vos, qui pro vobis animam posuit. Ad hunc igitur modū, q̄ vos Christus, puta pure, nō dilectus, gratisq; amauit, diligite vos quoq; pximos vestros. Ita (inq̄) diligite, sicut & Christus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro vobis oblationē & hostiā Deo in odorem suauitatis, & hoc quidem vltro fecit. Oblatus em̄ est, qa voluit, constituens seipsum oblationem pacificam inter Deum & homines, & hostiam pro peccatis nostris Deo in odorem suauitatis. Fuit enim hæc oblatio odorifera, qua pater delectabat in charitate filij, pro multorum redemptione se immolari permittentis. Fornicatio autem & omnis, cuiuscunq; sit speciei, immūditia & auaritia tam procul sit à vobis, vt ne nominetur quidem inter vos. Tantus nanq; vobis debet esse zelus sanctimoniæ & castitatis, vt ne luxuria à vobis nomine tur, sicut decet sanctos: quorum non solū opera, sed etiam mores, verba, cogitatiōes que castę sunt ac pudicę. Non nominetur, inquam, in vobis fornicatio, multo minus in vobis fit, pariq; execratione cauete, ne fit in vobis aut turpitudo, id est, inuerecunda, inhonestaq; in tactibus, amplexibus, moribus, osculisve offensio, vnde libido, suspicari possit. Aut stultiloquium, ineptia scilicet verborum, nullam habens sapienti am: aut scurrilitas, id est, facetiarum leuitatumq; sermonum ad risum prouocantiū consuetudo, quæ ad rem non pertinet, qa nihil commodi, aut vtilitatis in se habet, sed inanitas est sola verborum. Vides ne quanto zelo omnem Christianum Paulus vult pudice, honeste casteq; omnimodis viuere? Quid castius p̄cipi posset monacho? Hęc tamen cuiuis scribit Paulus Christiano. Heu quanta hodie lasciuia, quanta loquendi petulantia, iocandiq; libido, dum turpitudinum gloriationes, obscœnarumq; rerum historiæ coram virginibus & pudicis passim recensentur, nimisq; turpi

Imitatorē Dei, q̄nam constituāt hominem.

Matth. 5 Lucæ 6

1. Ioan. 3

Esaiæ 53

Castimonia quanto studio sit excolenda.

turpiter denudantur. Putatis ne corrumpunt bonos mores colloquia mala? Parcite quęso, ne venenum spargiatis sumendū prolibus vestris, aut familiæ vestræ, imo ne vlli hominum, sed in vobis sit, audiaturq; magis gratiarū actio. Hoc enim scitote intelligentes, quare à vobis tam aliena esse debeat fornicatio, quod quicunque fornicator, aut immundus quouis alio scilicet luxuriæ genere se commaculās, aut auarus, quod, scilicet esse auarum, est idolorū seruitus, Deo præferens pecuniam, nō habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Sunt q dicūt: Si omnis fornicator, immundus, aut auarus damnaretur, pauci saluabunt. Nihil verius. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Alij dicunt: Si mulieribus vti non liceat, quare illas Deus creauit? quare sexum commixtioni congruum creauit? Quare animam quoque embrioni ex fornicatione cōcepto infundit? Sed nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim vltio Dei venit in filios diffidentiæ, id est, qui spem nullam habent, reddente sibi testimoniū conscientia, quod operarij sunt iniquitatis. Nolite ergo effici participes eorum, nec conformemini peccatis eorum, vt similia eis agatis, aut loquamini. Eratis aliquando tenebræ, quare hæc vt faceretis non erat mirum, nunc autem, cum sitis lux, non ex vobis, sed in domino, nihil tenebrosum appareat in vobis, sed vt filij lucis ambulate. Fructus aūt lucis, quem **lux diuinę gratiæ quasi fructum arbor generat**, situs est in omni bonitate, iustitia & veritate.

1. Cor. 15

Matth. 20 & 22.

Rom. 9

Num. 16

EXEGESIS EVANGELII dominicæ tertiæ Quadragesimæ. Lucæ XI.

B

NOn absq; ratione in stitutū est charissimi, vt hodie ꝓponatur nobis Euangelium, q̄ diabolus ex homine refert eiectus muto. Est em̄ nunc tēpus pœnitētiæ omnibus Christianis. Quod licet omni tempore hoc debeat esse vitæ nostræ, vt nunq̄ de peccatis nostris nō pœnitētes deb eamus inueniri: hoc tñ tempus quadragesimale præcipue nobis mater sancta Ecclesia instituit, vt si alio tempore pœnitere negleximus, debeamus nos vel nunc erigere contra diabolum, & ieiuniorum, eleemosynarū, orationū, castigationumq; corporalium armis muniti eidem abrenuncia re, bellum ei indicere, vniuersisq; simul cū eo & peccatis & vitijs & concupiscentijs nos opponere. Quod vt feliciter fiat, hodie nobis legitur Euangelium, quo docemur per confessionem ejicere à nobis dæmonium, armareque donum nostram, ne ad nos redeat iterum, semel eiectus. Vera enim pœnitentia est non solū delicta plāgere, sed etiam ea, quæ planguntur, aut plāgenda sunt, non iterare. Itaque Lucas hoc modo alloquitur:

Quadragesimale tempus cur institutū sit.

Ambrosi.

Erat Iesus ejiciens dæmonium, & ill lud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ.

Lucæ 11

Haud quaquam de dæmone est credendum, vt ipsum putes mutum, seu cæcū, aut surdum. Neq; enim organa habet aut videndi, aut loquendi: sed ita intellige, quod hominem diabolus, quem obsidebat, fecerit mutum, cæcum & surdum. Has enim tres calamitates (vt multorum habet opinio) & ex Matthęo clarum est, de cæcitate fuerunt in eodem homine, præter hoc, q̄d obsidebatur à dæmone. Quæ per dæmonis expulsionem à Christo oēs fuerunt sanatæ. Nam cum eiectus fuisset per Christū dæmon, homo miser locutus est, audiuit & vidit, vt sequitur: Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ de tanto miraculo, nō orationibus impetrato, sed ex potestate atque imperatiue facto.

Matth. 12

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorū ejicit dæmonia.

Hi multo aliter sentiebant à turba, quæ admirata est dans, gloriam Deo: vt intelligas in magna multitudine raro fieri posse, vt omnes idem sentiant, aut idipsum omnes probent. Sed quid dixerunt? In Beelzebub principe dęmoniorum ejicit dæmonia. Secundum Matthęum hi Pharisęi fuerunt inuidia & liuore pleni, quia cū essent ambitiosi, auari, & glorię cupidi tristabantur ex honore & gloriosa fama Christi, quam calumniari suo more & pessundare nitebantur: ideo vbicunq; poterant, inique illi detrahebant, sperātes sibi tribui

Ibidem.

tribui,quicquid Christo(vt omnium inuidorum mos est)detraherent. Huius enim miraculi gloriæ in hoc detrahere moliebãtur,quod Christum non sua virtute fecisse hoc signum dicebãt,nec cum turba simplici,& nihil intelligente esse mirandum: quandoquidem in virtute Beelzebub, id est,principis dæmoniorum,cũ quo pactũ haberet,& quem haberet familiarem, minoris virtutis dæmones eiiceret. Itaque potestatem in Christo diuinam principi tribuunt dæmoniorum,grauiter blasphemãtes. O liuor cæce & edax inuidia,quo miserum,quem obsides, perducis? Bel idolũ erat apud Babylonios primũ, vnde omnis idololatria prodijt,quod apud Aegyptios dicebatur Beel. A Iudæis vero per contemptum Beelzebub, id est,Deus muscarum nominabatur,eo quod semper ibi esset multitudo & frequentia muscarum. Quod vt clarius dicatur,sciendũ in Genesi legi de Cham filio Noe post diluuium Chus generatum. Chus vero genuit Nemrod. De hoc ibi scribitur: Ipse cœpit esse potens in terra,& erat robustus venator coram domino. Fuit aũt principium regni eius Babylõ,& Arach,& Achad, & Chalanne in terra Sennaar. Secundum Berosum antiquissimum historicũ iste Nẽrod primus duxit colonias in terram Sẽnaar, vbi turris fuit Babylonis extructus. Idcirco vocatus est Saturnus, puta Babylonicus,seu apud Babylonios. Ibi eñ designauit vrbem,& turrem Babel extruxit. Adduxit autem filium suum Belum,quem Iouem multi vocauerunt. Hunc Belum postea mortuum Babylonij numinis loco coluerunt. Itaque Nemrod anno centesimo tricesimo primo regnauit, à quo tempore illo exordium sumpsit gens Babylonica. Quamobrem (vt dixi) vocatur Saturnus apud eosdem, & regnauit quinquaginta sex annis. Post quem huius filius Belus Iupiter dictus,pacifice regnauit sexaginta duobus annis,& fundamẽta erexit Babylonis,cui magis speciem oppidi,quã vrbis dedit. Post hunc Ninus filius Beli regnauit quinquaginta duobus annis, q à Mose in Genesi dictus est Assur,& ędificauit Niniuẽ ciuitatẽ regni p̃cipuam Assyriorum. Hic Ninus primus omniũ Belo patri suo,& matri Iunoni,& Rheę auiæ suæ,quę fuerat (vt legit) soror quoq; aui sui Nemrod,ædificauit templum, q̃d secundum catholicos doctores, & secundum Hebræos idololatriæ occasionem & initium dedit,accedentibus dæmonibus,& in statuis effigiatis ac simulachris responsa dãtibus. Iste ergo Bel,Belus fuit pater Nini, cui simulachrum est erectum, & inde in alias quoque nationes mos ritusque illum colendi translatus, licet aliter nominabatur iuxta linguam gentium aliarum. Vocabatur enim à Babylonijs Bel,ab alijs Beel,ab alijs Baalim,ab alijs Baal,à Iudæis derisorie Beelzebub.

Beelzebub quid sonet.

C Dan 14

Gen.10

Ibidem.

Berosus.

Gen.11

Gen,10

Idololatria initiũ q̃ sumpserit.

Et alij tentãtes signum de cœlo quę rebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit:

Nonnulli tentantes, an diuina virtute eiiceret Christus dæmonia, signum de cœlo quærebant ab eo, quasi hæc signa hactenus,quæ fecerat Iesus,vilia æstimãtes, atq; contemnentes. Quærebant igitur portentum aliquod,cuiusmodi tempore Iosue in sole,aut in decem plagis accidit Aegypti sub Mose. Hoc autem intra se mussitantes dicebant,propterea quod palam ppter turbam,quæ hoc cẽsuisset irrationabile murmur,dicere non audebant. Iesus igitur cogitationibus eorum respondens,dũ oftendit illorum se cogitationes & secreta nosse,satisfaciens illis,in hoc euidens eis mõstrauit suæ diuinitatis signum. Ipse autem vt vidit cogitationes eoꝝ dixit, respondẽs nimirum ad cogitata eorum, & quatuor rationibus probans id quod cogitauerãt, esse falsum. Prima est ratio.

Iosueto Exod.8. 9.10.11

Ratio Christi q̃ druplex contra cogitãtes Iudæorũ

Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnũ eius? quia dicitis, in Beelzebub eiicere me dæmonia.

II'

Omne, inquit, regnũ in seipsum, id est, cõtra seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si ergo Satanas in seipsum diuisus est, vt contra se, hoc est, sibi contrarius, vt dæmon pugnet contra dæmonem, & alter alterum expellat, q̃modo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia? Vos inquit, putatis in Beelzebub me eiicere dæmonia. Hoc si verum esset, dæmon pugnaret contra dæmonem, esset que discordia & pugna inter eos: qua fieret necesse est, vt regimen eorum collaberetur & periret, cum

D

cum ediuerso maxima sit in eis concordia in malo, vnde regnũ eorum non desolatur, quamdiu mundus stat, sed tot seculis omnes nos concorditer impugnãt. Est tamen hoc intelligendum de eiectione dæmonis ab anima. Inde enim solus eiicit Deus, nec diabolus eiicit inde diabolum vnquam, quandoquidem diaboli in hoc obstinate consentiunt omnes, vt perdant animas. Posset autem fieri, vt diabolus expelleret diabolum de corpore, ad seductionẽ animarum intuentium, vbi hoc quasi pro miraculo haberetur ad confirmationẽ errorum, aut illusionem hominum credentium eum dare sanitatem. Porro Christus dæmonem expellebat ex animabus. Secundam rationem ita subiungit, probãs se non in Beelzebub eiicere dæmonia, ex collocatione exorcistarum, seu discipulorum suorum ad se.

Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

II'

Si, inquit, in Beelzebub ego eiicio dæmonia, filij vestri qui ex gente sunt vestra geniti, tam discipuli mei, quam exorcistæ vestri, in quo eiiciunt? Si illis non adscribitis, q̃d in virtute dæmonis eiiciant dæmonia, quare me huius perfidiæ insimulatis? Liquet ergo quo spiritu me ab illis diuiditis, vt quod in nemine non laudatis, in me calumniemini. Hoc autem facitis quod inuidia vos turbet, qua gloriam non potestis videre meam. Ideo iudices vestri erũt, non erit necesse, vt ego vos iudicem. Ipsi erunt vobis iudices, hoc est, ex comparatione eorum res ipsa loquit, & iudicat vos: q̃niam non minor est, quam illorum, mea potestas. Potest etiam intelligi aliter. Multi fuerunt, qui in nomine Iesu Christi eiiciebant dæmonia, vt habet apud Lucam de quodã, quẽ apostoli viderãt in nomine Christi dæmonia eiicientẽ, nec tñ adhærebat Christo. Apostoloꝝ ꝓterea actus de q̃busdam referũt, q in nomine Christi, quẽ Paulus p̃dicat, eiecerũt dæmonia. Apostoli deniq; in noĩe Christi eiiciebãt dæmonia. Obiicit igit scribis & pharisæis rationem hanc: Multi in nomine meo eiiciunt dæmonia (q̃d manifestum est in meis apostolis, in vestris exorcistis & magis vestris) quorum nonnulli vt hoc facilius pficiant, meũ inuocant nomen: ergo multo magis ego id mea possum virtute. Quapropter Cyrillus sic infert: Quando alij in nomine meo Satanan conterunt, q̃modo nõ multam habet amentiam dicere me à Beelzebub habere virtutem?

Lucæ 9

Actor. 19

Cyrillus.

Porro si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei,

E

Quid sit digitus Dei, nõ est opus exponere, quando alius exposuit Euangelista, ita hæc verba referens: Si in spiritu Dei eiicio dæmones, vnde patet hoc loco spiritũ sanctum significari: profecto peruenit in vos regnum Dei. Si hoc capere potueritis, me in spiritu Dei eiicere dæmones, capietis etiam in vos peruenisse regnum Dei. Hactenus enim regnauit ille qui vocatur princeps huius mundi. At me aduenien-te cum ille eiiciatur foras, iam eis regnum cessat, instituiturque dominium & regnũ aliud, puta Ecclesiæ, cuius ego sum dominus, dominator & princeps, recte peruenit in vos regnum Dei. Tertio hoc probat alio modo.

Digitꝰ dei quid sit. Matt.12

Ioan.12

Cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt ea quę possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma auferet in quibus confidebat, & spolia illius distribuet.

III.

Fortis ille est diabolus, cui non est potestas quæ comparari possit super terram, intellige si vti permitteretur. Armatus est etiam astutia, dolo & nequitia. Atrium diaboli hic mundus est, quem custodit non vt canis, sed vt lupus prædam, aut leo quærens quem deuoret. In pace sunt omnia, quæ possidet, in pace licet falsa sunt, quæ possidet. Neque enim pax est impijs dicit dominus, in pace tamen sunt, id est, sine contradictione dominatur ipse hominibus. Si autem fortior illo superueniens vicerit illum propria virtute, quod ego facio, vniuersa eius arma auferet, in quibus confidebat, id est, tentationes, fallatias, dolos, simulationesque quibus vniuersum fallit mundum, denudabit, compescet, atque gratia suæ inspirationis, virtuteque diuina suos confortabit electos, vt illum vincant. Quapropter discipulis suis dixit Christus: Ecce dedi vobis potestatem calcãdi sup serpentes & scorpiones & sup omnem potestate minimici. Et in Psalmo: Super aspidem & basiliscum ambula-

Iob 41

Atriũ diaboli quod nam sit.

1.Pet.5

Esaiæ.45

Lucæ 10

Psal.90

bulabis,& conculcabis leonem & draconẽ. Et ſpolia eius diſtribuet. Spolia diaboli haud dubium ſunt hi, quos ſeduxit, q̃s cepit & ſibi ſubiugauit. Hos enim Chriſtus deceptos illuminauit, captos redemit, abductos ſuo patri reſtituit, priuatos hæreditate cœleſti, iterum redonauit. Siquidẽ captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus. Hæc igitur inde colligitur ratio. Qui eiȝcit, fortior eſt quam qui eiȝcit. Cum ergo ego illum eiȝcio, eo ſum fortior: nec illum ipſius, ſed mea poteſtate eiȝcio. Hactenus eñ vt tyrannus fortiter armatus cuſtodiuit atriũ ſuũ, & in pace, hoc eſt, ſine cõtradictione regnauit, agens quę voluit (quod palã eſt in hoc miſero cæco & ſurdo p̃ me curato) Verum ego adueniens illũ expugno, & ſpolia eius diſtribuo. Quare perſpicue liquet me in illius virtute nihil agere, nullam cum eo mihi concordiam & ſocietatem eſſe, nec me quicquam cũ eo, ſed aduerſus eum agere.

Spolia dæmonũ q̃.

Pſal. 67

Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum: diſpergit.

F IIII.

Alio iterum modo probat in Beelzebub non eiȝcere ſe dæmonia. Contraria vtriuſque ſunt ſtudia & exercitia. Colligere enim & diſpergere quomodo ſimul ſtare non poſſunt, ita Chriſto cum diabolo nil conuenire poteſt. Ideo dicit dominus: Qui non eſt mecum, qui mihi non cõſentit aut cooperat, aduerſus me eſt, id eſt, cõtrarius mihi, puta contraria mihi opera agẽs, & q̃ nõ colligit mecum, ſcilicet ad Deum homines trahens docendo, orãdo, & exemplum bonæ vitæ monſtrando, diſpergit, hoc eſt, à Deo auertit fallendo, ſeducẽdoque homines, & eos erroribus atq; peccatis implicando. Vnde colligitur quarta ratio: Quorum contraria ſunt ſtudia, non poſſunt conuenire in vno, aut ſe mutuo iuuare. Sed mihi & diabolo contra ſunt ſtudia & actiones (ego enim colligo animas ad Deum, ipſe vero à Deo diſpergit) ergo non cõuenimus in opere vno. Quare falſum eſt quoque me virtute illius vti, & ſimul eiȝcere nos dæmonia. Cõfutata his rationibus phariſæorum blaſphemia, ſermonẽ conuertit ad inſtructionem, exhortationemq; eius quẽ curauerat, admonẽs illum ne denuo peccaret, grauius propterea quam ante periclitaturus, dicens:

Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, & non inueniẽs, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam ſcopis mundatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.

Cum, inquit, immundus ſpiritus exierit de homine per contritionem & confeſſionẽ expulſus, ambulat per loca inaquoſa & arida, hoc eſt, homines deuotos & ſanctos viſitat, in q̃bus huius mundi viror aruit, carnisq; petulantia per mortificationem exiccata eſt, q̃s nihil in mundo delectat, nihil huius mundi in eis viuit, in quibus mundus aruit, qui non corpore tantũ ſunt ſequeſtrati ab hominibus, & animo peruagantur vniuerſum mundum. Itaque per hos tranſit diabolus, hoc eſt, hos viſitat, ſed requiem nõ inuenit. Neq; eñ quæ grata ſunt ſibi, ſed quæ odit apud illos inuenit, ideo ſequit: Et requiẽ non inueniẽs, dicit: Reuertar in domum meam priorem vnde exiui. Et cum venerit inuenit eã ſcopis mundatam & ornatam. Scopis mundatam, hoc eſt, inuenit hominem p̃ confeſſionem à peccatis euacuatum, ſed vacuũ & ocioſum, à virtutibus & operibus bonis. Homo autem non poteſt diu eſſe aut manere in eodem ſtatu. Niſi enim proficiat, deficit. Si bona non operatur, implicatur vitijs. Inuenit enim ornatam domum, ſcilicet in ſuperficie, & foris decoratam, vt ſunt ſpecies virtutum, cæremonię & vſitatæ conſuetudines bonæ. Et tunc vadit, videns ſibi patere locum, & aſſumit ſeptẽ alios ſpiritus nequiores ſe, vitia ſcilicet ſeptẽ capitalia, aut etiam vitiorum horum oppoſitas virtutes ſimulatas p̃ hypocriſim, quæ nequiores ſunt vitijs ipſis capitalibus propter ſimulationẽ. Et ingreſſi, habitant ibi, tuncq; diabolus caſtrum ſuum recuperat. Et erunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Vulnera nanque iterata aut renouata dolore grauiori recrudeſcunt, difficiliusque ſanantur, & poſt acceptam gratiam ingratitudo eſt maior.

Iob 14

Factum eſt autem cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter q̃ te portauit, & vbera quę ſuxiſti. At ille dixit Quinimo. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

G

Hanc Martellam Marthæ famulam fuiſſe multi autumant, quæ gratulans Chriſto diuina ſapientia pleno, quod confuta re potuit Phariſæorum inuidioſam maledicentiam, non hic tantum, ſed alibi quoque Chriſto detrahentium. (Neq; enim ſe continere poterat, quin muliebri verecundia poſthabita, timorem vinceret) atque coram omni populo in mediũ prorumpens in Chriſti laudes exclamaret: Beatus venter q̃ te portauit. Tanta eſt, inq̃t, laus tua & excellẽtia, quã nemo vnquã potuerit effari, vt beatus ſit etiã venter ille virgineus, beata ſint vbera quæ ex contactu tui ſanctiſſimi corporis ſupra omnẽ modũ & captũ humanũ ſacrata ſunt. Sed Chriſtus hoc p̃conium ita confirmat mulieris huius, vt nos quoq; conſoleť, quoȝ nulli ad hanc dignitatem aſpirare licet (puta eſſe matrem Dei) ad quam eſt beatiſſima virgo Maria ſola electa, dignaq; conſtituta, dicens: Quinimo, hoc eſt, ita eſt, vt loqueris. Non tamen hoc ſolum ita eſt, verũ etiam beati qui audiunt verbũ Dei, & cuſtodiunt illud. Beatam non abnuo eam quę me portauit in ſuo corpore, cuius quoque ſuxi vbera, ſed non minus beata eſt, p̃ terea quod me portauit in mente. Nec ipſa ſola eſt beata, ſed beati ſunt etiam omnes qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud, vt ſcilicet memores ſint mandatorum ipſius ad faciendum ea. Quod nobis largiatur Ieſus Chriſtus dominus noſter in æternum benedictus, Amen.

Beatã quę nam fecerint beatã virginem Mariam.

Pſal. 104

SERMO IN EADEM DOminica. Quomodo confeſſionem impediat diabolus, & quam varia ſint mutorum genera.

H

RAt Ieſus eiȝciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cũ eiecciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, Lucæ XI. Multos hodie habemus in Eccleſia mutos, q̃bus vtinã aduenire Ieſus, qui ora illis reſeraret, & expulſo dæmone vocẽ redderet. Sunt enim quidam, qui non poſſunt eloq; in confeſſione ſua peccata. Quos nimirum multifariam præpedit diabolus, ne de ſeipſis ea quæ fecerũt, loqui poſſint in confeſſione ſacramentali peccata. Multi, inquam, ſunt q̃ ſua nequeũt cõfiteri vbi debent peccata, & vbi eadẽ p̃ confeſſionem delerent. Quorum tamen nonnulli adeo ſunt inuerecundi, adeo inhoneſti quoq;, vt in alioȝ ſui generis hominum, puta impudicorũ, leuium ac inhoneſtorum hominũ p̃ſentia non pudeat eos de ſeipſis ſua facinora referre, de fraudibus ſuis gloriari, iactare ſe de felicitate ſcelerum ſuorum. Itaq; vbi diabolo confitent, ibi non timent ſua peccata contagioſa narrare ad infectionem innocentiũ animarum, quo non ſolũ exẽplo, verum etiam verbo bonos ſcandalizent, & quantum in ſe eſt, corrrumpãt: & ideo, quia cũ patre ſuo diabolo eadem faciunt opera, eundem quoque referent fructum, haud dubiũ eandem cum illo mercedem quoque tandem recepturi. Hos autẽ (vt dixi) facit diabolus, ad cõfeſſionem venientes ſacramentalem, vbi à peccatis exui, Deoque deberent reconciliari, mutos. Siquidem ibi diabolus eorum ſtrangulat collum & ora, ne loquantur, & ne ipſe eos ſuos amittere cogatur captiuos. Quæris fortaſſe, quomodo diabolus impedit confeſſionem, & quære de ſecunda quæſtione, quare ſcilicet impediat, cito reſponderi poteſt: Quia per confeſſionem veram peccatorum animam peccatricem, quam iure poſſidebat, vtpote quæ ſuapte voluntate illi ſeſe ſubdiderat, ſcit ſe amittere: ideo inde eam quibus poteſt modis retrahit. Deinde eos quos ſcrupulis inutilibus, quos timore, puſillanimitate, atque dubiorum ambiguitate interturbat, & deuotionis in eis ſpiritum per huiuſmodi extinguit, ſcit in confeſſione informari, diri gi, atque retia ſua euadere, cui rei inuidet potiſſimum. Sola enim obſcuritate gaudet in tenebris, & nunquam in luce ambulans. Quia vero in confeſſione ſoluitur obſcuritas, lux ſuper nos ſuperna choruſcat, & ex filijs diaboli filij efficimur Dei: ideo diabolus quantis poteſt viribus, impedire enititur confeſſionem. Quam ſi impedierit, certus eſt ſe dominum illius peccatoris manſurum, ipſumq;, quantiſp ita p̃ ſeuerauerit, Deo nõ reconciliandũ. Tertio qm̃ cõfeſſio ſancta, non ſolum ſpiritualiter exonerat à peccatis, ſed etiã conſcientiã facit ſerenam, triſtitiã pellit, deſperationẽ propulſat, atq; preſſuram cordis omnem, quæ propter peccata non confeſſa, & pro-

Muti ad cõfeſſionẽ faciendam qui ſint.

Confeſſionẽ peccatorũ cur diabolus impediat.

Ioan. 8

pter irreconciliationem diuinam hominem torquet,tollit.Idcirco hoc sciens diabolus hostis alacritatis spiritus & bonæ conscientiæ,impedire nititur,ne confessio fiat peccatorum, interim enim ab eo tenetur peccator.In confessione autem peccatorum vbi exhilaratur conscientia, gaudetq; in Deo,confutatur diabolus cũ suis consilijs,propterea quod videre non potest,vt bona ac alacris conscientia gaudeat in Deo,vt sentiat de Deo in bonitate,et in simplicitate cordis confidat illi. Genera enim vera peccatorum confessio, exonerationẽ peccatoꝝ, releuationem cõscientiæ,& spiritus deuotionisq; alacritatem tantam,vt homo (q̃d multis quotidie fit compertum) sibi videatur, qui rectæ cõfessionis sibi conscius est, à grandis cuiuspiã silicis pondere,quod à corde fit remotũ, liberans.Hæc igitur(ne prolixius sim) & alia item multa,quæ sacramentum confessionis commonstrant vtilissimum,nec aliter quam secundum baptisma, tabulamq; post naufragium peccatoribus ad euadendum institutam,sunt,cur adeo exosam habeat confessionem diabolus,& quare eam dissuadeat,ab ea retrahat,eandemque impediat. Cæterum,quomodo quibusve persuasionibus eandem impediat,dicẽdum est.Primo enim obstruit os diabolus confessionem facturi pudore:excitans in corde hominis timorem,suspitiones,erubescentias,phantasiasq; multas alias, vt inducat eum ad silentium peccati,faciatq; mutum.Pudor autem hic oritur ex superbia,qua vult videri ac æstimari,quod non est,nec ab hominibus propter Deũ, & vbi debet,agnosci vult quod est.Veruntamen de peccato quidem est verecundia habenda,sed de confessione peccati haudquaquã est erubescendum. Neque enim ignominiæ est pœnitere,sed gloriæ.Per pœnitentiam nanque homo se iterum honestat. Gratiam enim Dei recuperat,Deum recõciliat,famam sibi restituit, diaboli abijcit iugum, conscientiam serenat & pacat,ex peccatore facit iustum,& ex seruo diaboli,Dei filium.Non igitur ex pudore est relinquenda confessio,vbi fructus tam multiplex obtinetur,vbi dæmonium à te ejicitur,vbi animæ tuę sanitas restituitur.Peccare est ignominiosum, pœnitere de peccato est honorificum. Quando peccare dereuisti,pudor te retrahere debuisset.Modo vero quod te dehonestat, abijcere times?Non omnis pudor ignominiam adducit,quia sicut scriptũ est:Est confusio adducens gloriã. Nõne igit insaniae est timere te mũdari,timere ablui,q nõ timuisti inquinari?An immundũ esse non pudet,& pudet mundari?Et quid times?Num te deridebit sacerdos?Num odiet? Num despiciet?Minime.Quãdo enim te derideret, qui tibi congemiscit?Imo quanto purius nudiusque eidem fueris confessus,tanto eum facis de te sentire meliora. Inde enim cognoscit tuam synceritatem,& veram pœnitentiam,quam non potest non venerari. Quanto ei igitur in ardua re te illi credideris,eo magis te diligit, qui te illi ad obediendum subijcis, eius consilijs acquiescis, ei secreta tua nude reuelas, te eius discipulum ac filium constituis, maxime omniũ illi confidis, quomodo te contemneret, aut non amaret?Diabolica sunt hæc susurria,timorem inanem habentia, quæ pudorem obstinatum, timoremq; ac pusillanimitatem confitendi tibi inducunt. Eijce tu igitur diabolum hunc mutum abs te, pedibus calca basiliscum & serpentem,& euome virus abs te. Sed nimis est, in quis, peccatum meum probrosum, ideo non reuelandũ.Quæ consolatio tibi est, si hominem tuũ peccatum lateat, quando hoc Deo cognitũ & nudũ est?An ignoras peccatũ non confessum, coram Deo continuo stare,& te accusare, clamans & tibi postulans vindictam?Quid quod peccatũ tuũ non confessum vniuerso manifestabitur orbi?Quid quod ignominia grauissima tunc,puta in iudicio extremo, coram omnibus ibi præsentibus affectus in omniũ veniens execrationem? Modo igitur timore quocunque depulso confortare, statuens omnia peccata tua sacerdoti confiteri,& pacificam hilaremq; mentem tibi reducere.Dic:Vade Satana.Ego vtriusq; odio motus,& te & me confundam. Omnes enim technas & fraudes tuas, omnes abominationes meas in tui meique contemptum,& ad Christi honorẽ sacerdoti explicabo.Accedit his alia ratio,quare cõfiteri non erubescas.Siquidem curari nunquam potes à peccato, à pressura cordis (quandiu sub mala conscientia viuis) nisi confitearis.Propterea quod faciendum aliquando est,si in peccatis tuis non vis mori damnarique,modo fac. Secundo ob-

Sapien.1

I

Confessionem quot impediat diabolus modis.

I.

Pœnitentiæ fructꝰ multiplex

Ecclꝛ.4

K

Psal.50

Peccatum non cõfessum quid efficiat.

Matth.4

II.

Confessio dilata qd mali adferat.

do obstruit os diabolus, mutumque facit confiteri volentem spe longioris vitæ. Verum non te fallat hæc spes, vt semper differas confiteri de crastino in aliud cras, quia de vita tua nihil est in potestate tua,nihil in scientia tua, nihil in opinione tua. Dic, quot tui similes inopiniate vides q̃ti die in peccatis mori?quot vides inter sacramentorum perceptionem non compunctos ac desperantes animam efflare? quot obstinatos denique cernis ne in fine quidem(terribili eos vindicãte iustitia diuina) & inter vitæ extrema velle confiteri? Hoc ipsum tibi quoq; metue,si dũ sanus es, & peccare potes,cõfiteri differs, euenturũ.Iã igit virus euome totum in confessione,& sanare.

III. Tertio obstruit os peccatoris diabolus satisfactionis timore.Habet enim confitens fortasse aut res alienas,aut bona iniusta,quæ non vult restituere.Quare sciens restitutionem sibi mandandam, non vult confiteri.Pari modo est de restitutione famæ,quæ ablata est: quæ tamen nisi restituatur,& læso satisfiat, frustra fit confessio.

IIII. Quarto impedit aut suffocat diabolus confessionem timore recidiuandi. Nã sæpius iterata consuetudo,experta infirmitas,peccatiq; delectatio rememorata à diabolo objciuntur, & timorem incuti unt,quod se continere non possit, q̃d frustra propterea confiteatur, quod gratis denique se confundat? quandoquidẽ nihil possit emendare,& hoc modo homo peccator sup seipso fundamentũ sibi locãs ruinosum, dum sibijpsi nõ audet confidere, quem fortem,constantemq; nunq̃ est expertus,& in Deo non didicit sperare, non audet propositum certamen, & conflictũ pro continentia à peccato, aut pro melioris vitæ sanctimonia assumere.Quare et iã superfluum arbitratur confiteri, propterea quod spes vitæ correctioris post confessionem ei sit nulla. Cæterum erras fili, qui sic cogitas.Nam etsi hactenus semper in priora recideris peccata,hoc tamen tibi fortasse accidit ideo,quod tuis & viribus & armis tantum pugnaueris, Deum nõ invocans.Quamobrem nunquam vicisti.

L

Psal.90

Verum nunc de teipso quidẽ liceat tibi desperare. Nihilominus tamen constans sit voluntas deserendi peccatũ,& sancte viuendi fixũ maneat propositum,quod fundet,confirmeturq; in spe diuinæ bonitatis,in adiutorio altissimi,in protectioneq; Dei cœli cuius virtutis inuocatione ibis ad pugnam.Satage igitur,vt in te non deficiat bona voluntas, vt oratio ad Deũ in pugna non quiescat,& aderit tibi diuinũ, ne à diabolo vincaris,auxilium. Vade igitur,confitere humiliter,& si timeas recidere in peccata,saltem iam non intendas aliquando ad peccatum redire.Sit modo propositum tuũ nullo pacto consentire posthac peccato.Timor ille nihil tibi nocebit. Confitere & per humilem verecundamque confessionem diabolo sæua infliges vulnera, infirmabitur vehementer virtus eius omnis,quam hactenus in te exercuit.Prævalebis aduersus eum,si tamen vere ab eo recesseris,illumq; contempseris. Sæuiet in te fortasse frequẽtiore insultu,& tẽtandi magis assidua importunitate,sed nõ maiori virtute te fatigabit.Tu interim pro auxilio clamare in cœlum non desine.Assidua surgit tentatio,& tu assidue quoque illi orationem oppone.Nõ deerit tibi Deus,si tibijpsi tu nõ defueris. Dñs enim protector vitæ tuæ,à quo trepidabis? Dic: Si consistant aduersum me castra,non timebit cor meum.Si exurgat aduersum me pũlum,in hoc ego sperabo. Sunt alij muti quos diabolus quoq; elingues facit. Qui vt stipites,seu vt statuæ stãt in templo muti à laude diuina, ab oratione, & à verbo Dei.Templum visitant magis ad vitandũ opprobrium hominum,ne cæteris sint hominibus dissimiles. Aut vbi sunt in locis sacris,quantum sunt ad orandum, ad gratias agendas,ad laudandum Deum quoque elingues,tantum ad prophana, mundana, ac noxia colloquia sunt alacres, Deo muti, diabolo eloquentes. Sunt tertij muti,qui proximum videntes hallucinantem,qui delinquentem, aut labentem intuentur, nec tamen verbo sustinẽt exhortationis,non admonent, non persuadent ad meliora. In hoc quoque genere sunt qui contristatum animoque dejectum proximum non consolantur, confortant,fraternæ charitatis, compassionis que humanæ immemores.His iudicium sine misericordia erit,quia non fecerunt misericordiam. Quarti sunt muti qui dam nabiliter tacent,vbi in consilijs, & in iudicijs pro veritate,& iustitia,aut contra iniquitatem,aut contra proximorum, pauperum ac viduarum oppressionem loqui debent,Dissimulant enim & tacent, nemi

Humilis confessio peccatorũ qd boni adferat.

Psal.12

Psal.26 Ibidem.

Mutiã laude Dei q̃ sunt.

Esaiæ 50 Muti à fraterna correptiõe ac consolatione qui.

Iacob.2

Muti in administratione iustitiæ qui sint. Esaiæ 30

nem volentes offendere, placentia tantum loquentes, ne gratiam, fauorem beneficiumve cuiuspiam amittant. Quibus non minus inseruiati sunt, qui huiusmodi sibi ascisciunt cõsiliarios, doctores & iudices, qui vi non possunt irrumpere iniquitatẽ.

Eccl.7

M

Adeo cæcus autẽ hodie est mundus, vt doctores, magistrosq; sibi ascisca pruri entes auribus, quibus curant ante legem præscribere, quid sibi velint prædicari, qd taceri debeant. Suis deniq; magistris ac cõcionatoribus præscribũt, qd iubere, qdve prohibere debeant, vt lex nõ apud doctorẽ sit, sed pro arbitrio plebis ordinetur, sese in hoc sapientiorem suis doctoribus cõstituẽtis. Hoc maxime fit hodie in Lutheranis ciuitatibus, in quibus magistratus & principes in suis terris sibi p̃dicatores constituunt, quibus nihil docere liceat, nihil p̃dicare, nisi quod velint illi. Sunt igitur cũ suis dominis & patronis & cæci & muti omnes, quibus nulla est cura, quid fieri oporteat, nec quid credi, quidve sentiri, sed quærunt, vt hoc tantum, quod volunt ipsi, doceatur, sentiatur, credaturque. Non enim scripturas propterea, vt veritatẽ inueniant, scrutantur, sed hoc quærunt in scriptura, vt inueniant, quo patrocinari suis possint erroribus, & quo saltem fucoq̃ dam tueri, aut excusare possint suas calumnias, suas impietates, suas in Ecclesiam rebelliones, suosq; contemptus, quam Ecclesiam eiusq; ritus, ordinationes & instituta, licet vetustissima, adeo temerãt, adeo spernunt, adeoque exibilant, vt ferme oẽs ritus veteres, consuetudinesq; Ecclesiasticas explodant, mutent, abrogent, suaq;, imo pessimi nescio cuius dæmonis instituta & ordinationes effictas in locum eorundem supponant. Cuius tamen aliam non habent rationem, quam suam impiissimã superbissimamque temeritatem, puta ne quicquam non reiectum spretumq; apud illos maneat Ecclesiasticum, apostolicum, aut orthodoxum, quod vetustatem canonicam redoleat. Dominus noster Iesus Christus nobis in laudem suam & gloriam largiatur, vt proni continuique simus in oratione feruentes, in eius laudibus assidui, & in peccatorum nostrorum confessione humiles, qui est benedictus in secula, Amen.

2.Tim.4

Lutheranoꝝ cæcitas & muritas quã exitialis.

DOMINICA IIII. QVADRAGESIMAE, EPIstola B. Pauli apostoli, ad Galatas IIII.

SCriptum est: Quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta: vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Hierusalem & seruit cum filijs suis. Illa autem, quæ sursum est, Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra, sicut scriptum est: Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, magis quam eius, quæ habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is, qui secundũ carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillę cum filio liberę. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

XX.

Esaiæ 54

Gen. 21

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

NOn incongrua hac lectiõe hodie vtitur Ecclesia. Siquidem pœnitentes consolari volens, mœstos atq; pœnitentiæ operibus afflictos, dum alia spiritui iucunda multa diuino admiscet officio, hac epistola quoque suos nititur filios consolari, quod à seruitute peccati & legis ad libertatem filiorum adoptionis sunt translati. Galatis nanq; scribẽs Apostolus legẽ Mosaicam existimantibus Christiano cuiuis obseruari necessariam, eos insipientiæ coarguit, adstruens Christianos ad obseruantiã legis Mosaicæ, quatenus cæremonialia iudicialiaue attinet, minime obligari. Itaq; ait: Scriptum est in Genesi Abraham duos habuisse filios: Vnũ de ancilla Agar, q̃ supioribus annis fuerat Abrahę & Sarę vxoris Abrahæ ancilla. Hãc em̃ Sara; videṡ sterilẽ se dederat marito, vt vel p illã semẽ reciperet ex marito. Quã tñ absq; dubio anteq̃ cognouit Abrahã, duxit ante in vxorẽ. Natus itaq; est ex ancilla Agar Abrahæ filius Ismael. Deinde cũ respexisset quoq; Sarã dñs sterilitate ablata, ipsa eadẽ libera ac dña Abrahæ peperit filiũ Isaac. Porro, q de ancilla natus est secundum carnẽ, id est, naturali fœcũditate matris est natus. Quip pe cum Agar esset iuuenis, de sene potuit concipere. Qui vero de libera, id est, de Sara natus est, p repromissionem natus est. Sara em̃ erat natura sterilis, & modo nihilo secius naturali ex senio iam in fœcũda, vnde duo habuit pariendi impedimenta. Veruntamen quod natura nõ potuit, repmissio fœcundauit. Neq; em̃ ideo ex Sara natus est Isaac, quia raro potuit, sed qa Deus repromisit. Ergo natus est ex libera Isaac p repromissionem. Quæ per allegoriam & mystiacam significationẽ dicta duo nobis indicant testamenta. Nam vnus pater Abrahã Deus intelligit. Duo filij, duo sunt populi Iudæorum scilicet, & Christianorum. Duæ matres, duo testamenta, quarum alterum, puta vetus in mõte Syna datum per Mosen, & in Agar ancilla significatum, filios generat seruitutis, qa lex Mosaica timore compellit homines duræ ceruicis Iudæos, eos Dei subijciens seruituti. Ne autem pperam alicui videatur, per Agar testamentum vetus significatum dicere, addendum Synam seu Synai montem esse magnum in finibus Arabię, contermi num Iudææ, in quo monte cum terrore, fumo & sonitu buccinæ data est lex, cui coniuncta est loci vicinitate, aut saltem allegoria Hierusalem terrena, quæ nunc est, hoc est, synagoga, quæ seruit cum filijs suis, onus ferens legalium præceptorum. Vtrobique igitur seruitus illa probatur legis. Nam in monte Syna Iudæis imposita est lex, in Hierusalem vero terrena eadẽ obseruatur & viget. Hierusalem enim terrena, id est, synagoga Iudæorum vsque in præsens seruit sub iugo legis, quia noluit libertatem filiorum, quam nobis Christus attulit, suscipere. Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, cum Sarę quidem ancilla affinitatem habẽs, quæ est mater nostra. Vult itaque Paulus duas esse Hierusalem, quomodo duo sunt testamenta: nempe Hierusalem terrenam, quam nemo nõ nouit, olim inhabitatam à Iudæis, legemque ibi Mosaicam viguisse, & Hierusalem supernam, quæ à seruitute legis libera est, & est mater nostra. Vocatur autem Hierusalem superna, aut quæ sursum est, quia Ecclesia licet in terris adhuc militet, sursum tamen esse dicitur, quia per contẽplationem, per spem & charitatem, per cõuersationem quoque ad Deum erigitur. Hæc itaq; Hierusalem, quæ à seruitute peccati libera est, puta Ecclesia sponte Deo p charitatem seruiens, atq; eidem placere cupiens, est mater nostra. Scriptum est enim in Esaia, ppheta: Lætare Ecclesia post Christum futura, nunc quidem vt Sara erat sterilis, quæ tempore prophetarum modo non paris filios in fide. Erumpe prægaudio & clama, vt prædicatio tua audiat vsq; ad fines terræ, quia plures sunt tui filij, puta Ecclesiæ modo desertæ ex gentibus potissimum colligendi, quam eius, quæ habet virum, id est, synagogæ, quæ tempore veteris testamenti spõsum habuit Deum. Hæc itaque synagoga tunc filios generabat in seruitutem legis, in Agar figurata.

Gen. 16

Gene. 17

Gen. 16

Gen. 21

Gen. 17

Exod. 20

B

Ecclesia cur vocetur Hierusalem superna.

Esaiæ 54

Verum nos non secũdum carnem, sed secundum promissionem Abrahæ sumus filij ex Sara geniti, habentes typum & figuram in Isaac, iuxta quem filij vocamur promissionis. Sed quomodo tunc, tempore scilicet Abrahæ, is, qui secundum carnẽ fuerat natus, puta Ismael, persequebat eũ, qui secundum spiritum & per repromissionem erat natus, puta Isaac, ita & nunc quoque contingit, vt Iudęi ac pseudapostoli p sequantur Ecclesiam ad seducendos Christianos, atque à libertate gratię ad seruitutem legis retrahere moliũtur. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim hęres filius ancillę cum filio erit liberę. Non recipiet hęreditatem Ismael cum Isaac. Quo synagoga relinquenda vel olim figurabatur. Itaque fratres non sumus nos ancillę, id est, synagogę aut legalis

Gen. 21

Ibidem.

galis obſeruãtię filij ſed liberę, hoc eſt, mili tantis Eccleſię. Qua libertate Chriſtus nos liberauit. Ex ipſo enim ſolo non tam libertatem habemus, quam etiam ſalutem.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ IIII. Quadrageſimæ. Ioannes VI.

C Xpediebat in medio huius q̃dragefimæ, in qua ſe affligũt pœnitẽtes orationibus, ieiunijs, vigilijs, reliquiſque caſtigationibus carnis, eos, qui deuote pœnitẽtiam obſeruant, ſpirituali conſolatione ad perſeuerantiam roborari. Idcirco mater Eccleſia non ocioſe hilaritatem hodie oſtendit, lætitiæ ſibi vſurpans verba inter canendum officium diuinum. Nam in introitu miſſæ ad lætandum excitat nos ſpirituali ter. Deinde legit Euangelium de quinque panum miraculo, quibus aliquot hominũ milia ſunt refecti. Quo ſubindicaret nobis multo eſſe pijſſimum dominum proniorem ad animarum, quam corporum refectionem, inuitaretque nos ad deſiderium, ad ſpem, expectationemque cœleſtis gratiæ, qua refecti confortemur ad maiorem extendere nos perfectionem. Dicit itaque Euangeliſta:

Dominica Lætare cur Eccleſia lætitiã ſuis filijs proponit.

Ioan.6 **Abijt Ieſus trans mare Galilææ, q̃d eſt Tyberiadis: & ſequebatur eũ multitudo magna.**

Ioan.5 Abijſſe Ieſus dicitur trãs mare Galilææ, quia abijt à Iudæa, in qua eſt Hieruſalem, vbi iuxta probaticam piſcinam ſabbato lãguidum quendam curauerat. Quod cum Iudæi calumniarentur ipſum propterea perſequentes, ceſſit Ieſus eorum furori, & abijt trans mare, id eſt, magnum quendam lacum Galilææ: quod mare eſt Tyberiadis à ciuitate Tyberias in littore, ad honorem Tiberij Cæſaris ædificata, ſic appellatum. Fuit autem tunc alia ratio quoque, vt recederet de Iudæa, puta vt diſcipuli ſui poſt laborem paululum pauſarent. Sicut enim Marcus ſcribit: Erant qui ibant & redibant, nec ſpatium habebant manducandi. Idcirco Chriſtus dixit illis: Venite

Mar.6 ſeorſum in deſertum locum, & quieſcite puſillum. Tranſit nihilo minus de loco in locum Ieſus, ſecundum Theophylum, vt homines ciuitatis vniuſcuiuſque reddat auidiores ſollicitioresque ad audiendum Dei verbum. Et ſequebatur eum multitudo magna, non minus quiſque militibus virorum. Capta enim fuit tanta multitudo venuſtate gratioſiſſimi vultus Chriſti, morum elegãtia, dulcedine verborum, & miraculorum eius gloria, quare non poterant ab eo diuidi. Tanta autem erat affectio deuotioque hominum ad Chriſtũ, vt Marco teſte, vbi cognouiſſent Ieſum tranſiturum, de ciuitatibus accurrentes properarent, atque præuenirent ſæpe diſcipulos.

Theoph. Mar.6

Subijt ergo in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorum.

D Subijt in montem Ieſus, fortaſſe quia locus & contemplationi & doctrinæ erat idoneus, & ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis, q̃s docebat. Nunq̃ enim erat ocioſus. Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorum. Additur hic Iudęorum, non quod apud alias quoque gentes obſeruaretur Paſcha, ſed quia Ioannes Eccleſia iã propagata tardior cęteris Euangelium hoc ſcripſit, quando multitudo gentium conuertebatur ad fidem, quorum multi pentatheucum Moſi non legerant, nec de alio, quam de Paſchate audierant Chriſtianorum, vt ſcirent à Iudęis quoque aliud olim Paſcha celebratum, expreſſit id nominatim. Antequam hinc recedamus, dicendum quoque nonnihil eſt ad ędificationem noſtram. Iam obedientes filij Eccleſię confeſſi ſunt de peccatis ſuis, & Deo reconciliati pœnitentesque præteritæ vitæ male actæ quęrunt dominum, illum vt ament, deinceps vt verba eius audiant, vt actis denique imitentur. Itaque, vt dixi, quærunt eum. Eccleſia narrans hoc Euangelium, quaſi eos videtur alloqui: Quęritis Chriſtum? Ecce abijt trans mare Galilęę. Sequamini illũ per mare, hoc eſt, p aquas pœnitentię & mortificationis voluntatis proprię, quę ſunt amarę. Si enim o filij vere pœnitemus peccata noſtra, nõ erũt nobis dum illoꝝ recordamur, dulcia, ſed tam amara in cõtritione & cogitatiõe, q̃ olim quando

Pœnitẽtia vti p mare deſignetur. quando diabolo ſeruiuimus, fuerunt dulcia in operatione & cogitatione. Eſt ergo pœnitentia noſtra mare, ſed Galilææ, hoc eſt, tranſmigrationis. Cuius tranſmigrationis? A vitijs, ad virtutes. A ſeruitute diaboli, ad ſeruitutem Chriſti. Ab ira, ad gratiam Dei. Ab inferno, ad regnum Dei. In hac aũt tranſmigratione ſuſtinere nos oportet, & fluctus, & tẽpeſtates, & reliqua aduerſa, quæ cõtingunt nauigãtibus, hoc eſt, tentationes, pericula, infeſtationes, moleſtaq; alia id genus multa. Verbi gratia: Vides te exhonorari, deſpici, rideri, contumeliaſque & iniurias pati, nonne hoc tibi amarum eſt? Etiam profecto. Hoc tamen mare eſt Galilęæ, per quod nauigari oportet ad Chriſtum. Deinde paupertatem, neceſſariorumq; defectum, & omnem penuriam (quod ſæpenumero Dei ſeruis vſu venit) ſuſtinere, nũquid non amarum eſt? Quoniam videtur deniq; hominibus nõdum ſpiritu ac Dei gratia confortatis acerbum cõtinere ſe à carnis voluptatibus, abſtractum, & impollutum corpus ſeruare à venereis delectationibus, & q̃quid impudicum fuerit, ne animo quidem cogitare.

Deinde, quid dices, videns eum, qui melioribus, delicatioribuſq; hactenus ſagina ri conſueuit cibis, gulæ irritamẽta ſibi ſub ducere, famem & ſitim pati, ieiunia tolerare? Nunquid hoc illi dulce eſt? Certe carni mare amarũ eſt. Spiritus fortaſſe aliter ſentit, quandoquidem benigniſſimus, pijſſimusq; Deus eos, qui ſe ſponte tradũt propter ipſius amorem ad moleſta ſufferẽda, non poteſt non conſolari. Tamen in pœnitentiæ, conuerſioniſq; initio, caro aliter haud ſentit, atq; caro, niſi q̃d (vt dicere volebã) ſæpenumero de feruore ſpiritus participãs vincitur, quo æquanimiter toleret, ſpirituiq; cõſentiat ad ea, quæ alioqui nolet. Quis pręterea ſatis explicet, q̃d ſentiamus, cum occurrunt nobis iniuriæ, cogimurque aliena mala tolerare, aliorũ portare onera, odientes diligere, pro malis bona retribuere, de perſequentibus nos non vlciſci, ſed pro eis orare? Nunquid carni & ſanguini hæc dulcia ſunt? Non puto. Poſtremo ne hoc quidem non eſt amarũ, ſomnum ſubducere oculis, vigilijs extenuare corpus, à fabulationibus & riſu abſtinere, hominum familiaritates deſerere, vitam agere abſtractam, corpus operibus laboribusq; atterere, & ſpm̃ ad humana nõ

Galat.6 Lucæ 6

relaxare? Hæc, inquam, grauia, difficilia, & moleſta ſunt carni, niſi ſpiritus feruor, exuberantiaq; deuotionis ea temperet. Sunt enim mare Galilææ, per quod tranſmigrare nos oportet, ſi venire deſideramus ad Chriſtum. Recte profecto nobis dicitur: Regnum cœlorum vim pati, & violentos rapere illud. Et iterum: Arctam eſſe viam, quæ ducit ad regnum cœlorum. Conſolatur nos tamen, quod poſtquam mare hoc tranſierimus, reficiemur & cõfortabimur, vt quæ ante nobis fuerunt amara, ſint iam leuia, vt reliquum pœnitentiæ nobis ſit in gaudio & conſolatione.

Matth.11 Matth.7

Cum ergo ſubleuaſſet oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi?

E Subleuaſſe oculos Ieſus dicitur, quo intelligas, quam pudicũ, quamq; verecundum ſe geſſerit in cuſtodia ac continentia oculorum, omniũq; ſenſuum. Neq; enim vagus erat in oculis Ieſus, aut moribus incompoſitus. Itaq; cum vidiſſet, quia venit multitudo maxima ad eum, cuius nõ erat ei opus, aut neceſſarium deſcribi numerũ. Erant enim ei oms & numerati & agniti. Quapropter compatiens multitudini, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducẽt hi? Qui curioſior eſt, poſſet hic mirari, cur Philippo hanc potius q̃ſtionẽ propoſuerit dominus Ieſus, quam alteri.

Philippũ apoſtolũ cur Chriſtus interrogauerit præ alijs apoſtolis.

Dicunt quidam Philippum, propterea q̃d ante oẽs fuerit vocatus ad apoſtolatũ, dominum Ieſum voluiſſe honorare, & in ſignum præcipue dilectionis erga eũ cum ipſo quaſi de hac re & futuro miraculo tractare. Alij dicunt Philippum magis ſollicitum pro turba fuiſſe, quia de ſua patria erant ſibi conterranei. Quamobrem dominus quoque, vt hic ſollicitiorem ac magis compaſſiuum interrogauit. Tertij dicunt, quod tardior fuerit Philippus fide, & intellectu. Ideo opus erat eum ſic interrogando inſtrui, quo melius caperet hoc miraculum, in fideq; plenius eruditetur. Et hoc congruum etiam magis videtur, vt illi dominus de futuro miraculo loqueretur, qui tunc maiori egebat inſtructione. Voluit autem dominus interrogare, quo notitia miraculi fieret communior, ac citius manifeſtaretur. Niſi em̃ dominus Philippum interrogaſſet, vnde nobis

Ioan.1

Interrogaſſe Chriſtũ q̃d ſit.

manifeſtum fieret,quod nõ plures, quam quinq; ibi panes fuiſſent? Quomodo ergo in nuptijs miraculũ de conuerſione aquæ in vinum facturus, donec vinum deficeret,diſtulit, vt oñi vino epotato querimonia generalis manifeſtaret vini defectum, cuius penuria percepta de mutatiõe aquæ in vinum miraculum crederetur,ita nunc prius ſciri voluit, quot panes ſupereſſent, vt tot hominum milibus ſatiatis, agnoſceretur refectio hæc miraculo facta diuino, non ſubſidio humano. Ioan.2

Hoc autem dicebat tentans eũ. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.

A Imperfectionem nouit diſcipuli, idcirco,vt dictum eſt, cum Philippo tractauit, quo ſibi erudiẽdum, atq; perficiendum illum faceret. Non igitur interrogat dubitans,ſed tentans eum,vt nobis quoq;,quę ſecreta erant,eius reſponſione fierent manifeſta. Ipſe autem ſciebat,quid eſſet facturus,qui omnia tam præſentia,quam futura nouit. Sciuit quot ſupereſſent panes,ſciuit quot etiam homines eſſent,ſciuit denique,quo eos modo vellet paſcere. Sed interrogat, quomodo Moſen in manu virgam habentem interrogauit, dicẽs: Quid eſt q̃d habes in manu tua? quaſi Deus, qd in Moſi manu teneretur,ignoraret. Interrogat igitur non quaſi de re, quam nõ nouit,ſed eo ducere rem cupit, vt ex reſpõſione Philippi,qui interrogatur,locus Chriſto detur rectius inſtruendi illũ, & vt poſt hac Philippus,quæ nõ vidit,videat:& quę neſciuit,intelligat. Exod.4

Dicit ei Philippus: Ducentorũ denariorum panes non ſufficiũt eis,vt vnuſquiſq; modicum quid accipiat.

F Tanta adeſt multitudo,vt ducenti denarij nõ ſufficerent,quibus panes emerentur,vnde vel modicam quiſq; pciperet portionẽ. Quaſi diceret: Tot denarios nos nõ habemus. Qui etſi eſſent,tantillũ tamẽ vix quiſq; perciperet, vt non magis vrgeret fames prouocata,q̃ ſedaretur. Ecce hic oſtendit Philippus ſe,vt hominem humana ſapientem,nec cogitabat dñm ſatiare facilius hanc turbam poſſe, q̃ Heliſæum. Hic ſuam nobis fidei imperfectionem reuelauit. Et eam ob rem quoque Chriſtus eum tentans,hoc eſt,ad diſcendum prouocans,ſic eum interrogauerat, vt q̃d imperfectione fidei ipſius erat abſcõditum, patefieret illi ipſi ex his,quæ erat viſurus, vnde ſe argueret,quod à veritate tantum diſtabat. 4.Reg.4

Dicit ei vnus ex diſcipulis Andręas frater Simonis Petri: Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos,& duos piſces, ſed hæc quid ſunt inter tantos?

Hic cogitabat recolens quod Heliſæus fecerat,qui modicum virorum numerum huius turbæ comparatione multiplicatis panibus ſatiauit,& putans Chriſtum ſimili modo poſſe, vt panes multiplicaret, ſed attendens turbam adeo numeroſam pene deſperans: Sed quid, inquit,hæc inter tantos? Quid conferrent quinq; panes quinque millibus virorum, etiam ſi Heliſęi modo multipiicarentur? Hic enim nimia multitudo eſt populi, & panes multiplicandi ſunt nimis pauci. Heliſęus enim ex viginti panibus paruũ numerũ virorũ licet maiorem,quã naturali paſtu id fieri potuiſſet,ſatiauit. Hic vero cogitare,vt quinq; panes adeo forent multiplicandi,vt quinq; ſatiarẽt virorum milia,ridiculum eſt. Chriſtus itaq; quod in vtriuſq;,id eſt,tam Philippi, quam Andreæ mente verſabatur,perfecte conſiderans,non verbo,ſed opere,qd poſſet,oſtendit. Puer hic,iuxta aliquorum æſtimationem,vnus fuiſſe diſcipulorum, ſeu apoſtolorum perhibetur. Nec obſtat, q̃d alibi legitur: Nihil tuleritis in via, non ſacculum, non peram, &c. quæ apoſtolis prædicaturis prohibuit (Ea enim ab his, quibus prædicarẽt apoſtoli, voluit tribui. Permiſit enim,imo voluit,vt hi,qui prædicarent,de prędicatione viuerent. In eadem domo,inquit,manete edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt. Eis vero in alijs itineribus conſtitutis, vbi non prædicabant, non prohibuit viaticum,aut peram ſecum ſumere. Hoc modo non illicitum fuit illi diſcipulo ſecũ neceſſaria ſumere inter ambulandum) quia Chriſtus & apoſtoli modo non ad prædicandum ambulabãt,quoniam potius à prædicatione diuertebant ad quietem,& ad deſertum locum. Ideo (vt dixi) non incongruum, nec contra Chriſti verbum fuit,quod apoſtolorum,aut diſcipulorum quiſpiam tulerit in via panes ſecum. Vide hic tamen,quæ fercula preciоſa,& exquiſita Chriſto miniſtrabãtur. Nempe hordeaceus panis,& de piſce modicum, vt erubeſcat noſtra ingluuies. Ibidem. Luce 10. Matth.10 Marc.6

Dicit

Dicit ergo Ieſus: Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multũ in loco. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque milia.

G Facite homines diſcũbere,hoc eſt,ordinate ſe componere ad ſedendũ. Erat autem fœnum multum in loco,aut gramina vnde creſcit,efficiturq; fœnum,ſignificat, aut gramina meſſa ad fœnum. Erat enim circa Paſcha,nec mirum eſt tunc gramina in illis calidis regiõibus tam eſſe perfecta, vt meti poſſint ad fœnum. Quo erat igitur plus de fœno ibi,eo locus erat ad mãducãdum,hoc eſt,ad ſedendũ aptior. Vide hic, quia apoſtoli ex ſermonibus & miraculis Chriſti tm̃ profecerunt,vt ſine diſcuſſione animo ſimplici obedirent. Certe non abſque fide & reuerentia erga iubentem dominum id fiebat,vt apoſtoli turbam hanc magnam ad manducandum ordinarent, præſertim cum nec ſcirent panes,nec quicquam, quod manducandum foret,viderent,niſi quod futuri miraculi expectatione erãt ſuſpenſi. Diſcubuerunt autem per centenos & quinquagenos diuiſi: aut ſicut alius habet Euãgeliſta,per contubernia,puta vt ex quauis ciuitate,& ex quolibet pago ſe cõiungerent illius loci incolę. Ibidem,

Accepit ergo Ieſus panes, & cũ gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus. Similiter & ex piſcibus, quantũ volebat.

Gratias agit Deo patri ſecũdum quod eſt homo, diſtribuit diſcumbentibus,hoc eſt,panes,quos ſuſceperat, diſtribuendos commiſit apoſtolis,vt diſcumbentibus tã ipſos quinque panes,quam hoc,quod ſua adiecerat virtute omnipotẽti, diuiderent. Omnipotentia enim Chriſti fons panum erat. Similiter hoc idẽ fecit in piſcibus, q̃s diſtribuendos per apoſtolos ſumendoſq; diſcumbentibus,quantum vellent, commiſit. Per diſcipulos quidem diſtribuit diuidendos, veruntamẽ ſua eos virtute multiplicauit,& edentes vſq; ad ſacietatẽ,adeo vt ſupereſſet,refecit. Nolo tamẽ hic putes dominum immoderate voluiſſe ſeipſũ oſtentare,quod & ſatiauerit turbã, tot hominum milia ſcilicet,& plus,quam appoſitum fuit,quod ſequitur, recollectum ſit de fragmentis: ſed manifeſtare voluiſſe miraculi veritatem, quoniã niſi ſuperfuiſſet multum,non crederentur,qui manducauerant,ſatiati.

Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite,quæ ſuperauerũt, fragmẽta,ne pereant. Collegerunt ergo,& impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum, ex quinq; panibus hordeaceis,quæ ſuperfuerunt his, qui manducauerant.

Vt autem impleti ſunt, id eſt, poſtquã turbæ ſatiatæ ſũt,dixit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta. Quæ ſuperauerunt ſcilicet appetitum, vt comedi non potuerint,veſcendi ſcilicet appetitu ſatiato,ne pereant. Vult quæ ſuperſunt nobis fragmẽta diligẽter colligenda, atq; in vſum pauperum reponenda. Et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus hordeaceis. Recte duodecim cophinos fragmentorũ in alios diſtribuendos, qui nõ præſentes fuerant, fecit colligi, vt non ſolum ad præſentes, verũ ad abſentes quoq; huius miraculi perueniret teſtimonium. H

Illi ergo homines quum vidiſſent, quod fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum.

Videbant ſignum,quod guſtu oris ſenſerant,& dicebant: Hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundũ,hoc eſt,ſingularis ille & magnus propheta hic eſt, quẽ in mũdum venturũ expectamus. Itaq; hoc miraculum chariſſimi ſic admiremur, vt eum qui hoc fecit,ipſũ eſſe ſciamus,qui quotidie paucis granis in terram proiectis vniuerſum mundum paſcit. Non ergo inferius eſt miraculum, quod Deus de paucis granis in terram iactis, & ab eodẽ multiplicatis paſcit vniuerſum mundum, quam quod ex quinque panibus quinq; milia ſatiauit hominum. Nihil, inquam, quantum eius omnipotentiam attinet,intereſt,inter vtrumque,niſi quod vnum cõtinue facit,aliud fecit ſemel,aut bis. Quod autem rarius fit, admiramur, quod vero in oculis eſt noſtris vſitatum, non miramur. Mirentur igitur qui volunt, nobis magnopere mirandum non eſt,quod credamus omnipotentiam eius nihil nõ poſſe. Magis rogandus nobis eſt, vt nos, quos ad virtutem inuenit tardos, ad opera Deu.18 Auguſtin.

Dei

ra Dei faſtidioſos, ad noſtri mortificationem inuitos reformet, ſpirituque fortiori ac vberiori nos deuotione repleat, qui eſt ſemper benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ ſint Euangelicæ inſtructiones hic: qui panes quibus reficimur.

I

LAetare Hieruſalem & conuentum facite omnes qui diligitis eã, Eſaiæ ſexageſimo ſexto. Tota hæc dominica iucũda eſt, & quicquid in officio hodie auditur diuino, cõſolatorium eſt. Gratulatur eñ Eccleſia filiis ſuis, dum in medio ſunt pœnitentię, quod per confeſſionem, aliaq; opera & exercitia ſancta emendatiorem agere cœperint vitam, exhortans eos ad ſpem, fiduciamq; erga Deum, & ad lętitiam, quę eſt in Deo. In hoc autẽ imitatur Eccleſiã triumphantem, quę eſt in cœlis, vbi (vt Chriſtus ait) gaudium eſt angelis Dei ſuper vno pec

Lucæ 15 catore pœnitentiam agente. Si gaudiũ ſuper vno peccatore pœnitente, quãtum eſt gaudium ſuper multis? Et ſi in cœlis gaudium ſuper pœnitente celebratur, quomodo nos, alter ſcilicet ſuper alterius pœnitentia, non gaudebimus? Hodie igitur

Gaudij cõmunis vt nos hic Eccleſia cõmonetaci at. cõmunis gaudij ſpiritualis admonet nos mater Eccleſia. Cuius gaudij participes non ſunt, qui in hac quadrageſima nondum ſunt peccata ſua confeſſi, propterea

Eſaiæ 66 quia aliter non pœnitent, aut quia de confeſſione nil curant. Nam in introitu Miſſæ monemur lætari, haud dubium idcirco, quod reſtaurantur nunc ex viuis lapidibus muri cœleſtis Hieruſalem. In epiſto

Gala. 6 Gene. 16 la quoque inſtruimur (qui ſub nouo ſumus teſtamento) Abrahæ eſſe filij, non ex Agar ancilla, ſed ex Sara libera in Iſaac figurati. Liberati enim ſumus à ſeruitute le-

Galat. 4 gis Moſaicæ, & vocati in libertatem filiorum Dei, quæ libertas eſt ſpiritus, non carnis, hoc eſt, libertas qua à peccati & diabo-

Lucæ 2 li iugo liberi ſeruiamus Deo, non coacti, & inuiti, nec quaſi nullam legem habentes, ſed eadem quæ lex iubet, vltro facien-

Ioan. 6 tes. Porro, in Euangelio inſtruimur, Deum quomodo nos corporali paſcit alimonia, ita animas quoque noſtras ſpirituali reficere cibo, & confortare. Legitur autem Euãgelium, vt abierit Ieſus à Iudæa vltra mare Galilææ, & quinq; milia homi-

num quinq; cibauerit panibus. Hoc itaq; Euangelium plenum eſt varijs eruditionibus. Nam quod Iudæorum furori Ieſus ce- I. Furorima log; hominum quando cedendum ſit.
dens perſequutionem declinauit eorundem, nos quoq; docuit, vbi id fieri poteſt, declinandum ab ira impiorum, atque ab oculis eorundem abcedendum, ne occaſionem demus eis, quo ex præſentia noſtra ad iram, perſecutionemque noſtri magis furiant, & peccata committant maiora. Hanc ob rem ſanctorum multi diu & ſæpenumero latuerũt tyrannos, quia à Deo nõdum vocati, ad martyrium prodere noluerũt ſemetipſos, nec tyrannos in ſe prouocare. Non enim ignorabãt occiſionem ſui fieri non poſſe abſque grandi crimine, cuius ipſi, niſi ſingulari, certoque inſtinctu aliquo diuino admoniti, ad prodendum ſe, timebant dare occaſionem abſq; neceſſitate, docti nimirum nõ hic tantum, ſed alibi ſæpius Chriſti, & verbo, & exem Lucæ 4 Ioan. 8 Chriſtus cur hoſtium furorem declinauerit, plo occidere ſe quærentes deuitare. Verum dicit quiſpiam: Num aliter non potuit Chriſtus hoſtium ſuorum vincere malitiam, quam abeundo? Aut nunquid timuit mori? Non timuit mori, qui in mundum aſſumpta carne propterea venerat, vt haberet in qua pro nobis redimẽdis & pati poſſet, & mori. Verum nondum venerat hora eius, qua pro nobis debuit & voluit immolari. Ante prædicãdum erat Euangelium, ante facienda erant plura miracula, animæ quoq; adhuc multæ cõuertendæ ac trahendæ ad fidem. Quocirca ad hominum ſalutem & ædificatiõem ſeruabat ſe, donec tempus veniret opportunũ à patre ſibi conſtitutum, quo hoſtibus ſe quæ Ioan. 8 rentibus etiam vltro obuius venit. Modo vero Iudæorum declinauit furorem, non quod hunc aliter compeſcere non poſſet, ſed quia nemini vim infert, dimittens vni cuiq; liberum eius arbitrium, nec poteſtate ſe voluit diuina defendere, ſed humana prudẽtia vti, docẽs nos de humanorũ conſiliorum, remediorumve nihil debere negligere, ſed prudentia & induſtria vti humana in his, quæ neceſſario ſunt, aut quærenda, aut fugiẽda. Non, inquã, debemus pro nobis miraculũ expectare, vbi humano modo parata nobis fuerit, aut euadẽdi via, aut impetrandi facultas. Secundo, dicitur mare trãsfretaſſe, q̃ nobis ſimul oſtenditur vitam huius ſeculi tẽtationibus, & tempeſtatibus eſſe plenam, per quam nos ita

Actor. 14 nos ita transfretare oportet patiẽter, vt ſciamus per multas nobis tribulationes in-

Leo papa. trandum in regnum cœlorum. Vere enim transfretauit dominus Ieſus per mare Galilęæ, id eſt, tranſmigrationis, quia incommoda huius vitæ & carni duriora elegit, ſuſtinens omnia prõpter nos, vt per labores paſſionum & mortis de mortalitate ad immortalitatem, non ſolum tranſmigraret,

III. ſed nos quoque tranſueheret. Tertio, ſubijſſe in montem refertur Ieſus, quo admoneret alta, hoc eſt, cœleſtia ſemper nobis petenda, nec luto & feci terrenæ inhærendum. Inſiſtendum quoq; cõtemplatio-

IIII. ni, & mens eleuanda ſuſpirijs & admirationibus ad Deum continuis. Quarto, q̃d legis: Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, diſce

Pudicitia Chriſti quanta fuerit. quam pudicus fuerit, quamque continẽs oculorum dominus Ieſus, vt ne leuauerit quidem oculos ocioſe, tantum abfuit, vt his fuerit euagatus. Huiuſmodi autem diſciplina omnium ac ſingulorum membrorum fuit corporis Chriſti, quorum nullũ abſq; euidenti ratione inutiliter mouebatur, adeo voluit cunctis maturitatis & honeſtatis præbere exemplum. Cum ſubleuaſſet (inquit) Ieſus oculos in turbam, oculos ſcilicet miſerationis & compaſſionis,

V. quibus motus eſt ad effundendum beneficium, puta vt eos paſceret. Hic quinto p̃latus diſcat, in ſuos ſubditos oculos miſerationum leuare, & pietatis affectum, auxilium, conſiliumq; opportunum in eos

VI. fundere. Sexto, interrogauit Philippũ, vnde ad paſcendum turbam panes ſumeret. Quo arguit prælatorum quorundam

Prælati vti cuncta agant cũ conſilio. ſupercilium, qui ſuo duntaxat cõfilio contenti, volunt omnia regere iuxta ſuum arbitrium, cum deberent (vt pax, cõcordiaq; foueretur) etiam ſubditorũ ſæpius interrogare conſilium, & iuxta eorum iudicium ſuam voluntatem diſcutere, aut moderari, ſi opus foret.

VII. Dixit itaque ad Philippum: Vnde ememus panes? Non dicit, vbi ememus? ſed vnde? quod deeſſe ſignificat id, quo emitur panis, nempe pecuniam. Inſinuare igitur quaſi ſeptimo hoc loco vult nobis ſuam paupertatem, hoc eſt, nec ſibi, nec apoſtolis tantum eſſe pecuniarũ, vt pane ſemel reficere poſſent hãc multitudinem, propterea Philippus reſpondens, ducentorum denariorum panes ait non ſufficere. Quaſi diceret: Ducenti denarij, ſi etiam adeſſent, non ſufficerent, vt modicum quis acciperet. Quos tamen habere, longe eſt à noſtra paupertate. Octauo, diſcenda eſt manſuetudo Chriſti, VIII. & modeſtia. Siquidem quum videret Philippum non ſatis in fide perfectum, nulla obiurgatiõe ad illius vtitur eruditionem, nulla etiam oſtentatione, qua humiliaretur, ſed interrogat illum, vt interrogatione illum præparet futuro miraculo, & attentum reddat. Siquidem opere illum inſtructurus, quicquid fidei deerat, in eo volebat perficere. Nono, hordeacei panes IX. noſtram gulã, qui cibos viles, aut ſi quid non ſatis delicatum nobis apponitur, faſtidimus & murmuramus, coarguunt. Vi Delitiæ Chriſti q̃ fuerint. demus enim quid Ieſus conſueuit comedere, quid diſcipuli illi appoſuerint, nempe hordeaceos panes. Hæ erant delitiæ redemptoris noſtri. Decimo, diſcipulo- X. rum nos ædificat obedientia, qui panibus tantum quinque viſis, verbo tamen obediunt Chriſti, & faciunt homines ad edendum ſe parare. Vndecimo, docet XI. nos gratias agere Deo ante & poſt menſam. Nan ante prandium orandus eſt Deus, qui nobis cibũ hunc faciat vtilem & innoxium, animamque non ſinat tabeſcere abſque refectione ſpirituali, quandoquidem corpori pius pręſtat alimoniam. Poſt Gratię vt ſint Deo agendæ p corporali cibo. prandium autem & cibum acceptum, iterum orandum eſt & gratiæ agendæ Deo pro acceptis beneficijs. Poſtremo, quia XII. nihil perire vult reliquiarum cibi, ſed in vſum coaceruari pauperum, nos admonet ſollicitos eſſe, & memores pauperum, vt Lucæ 12 quod ſupereſt, demus eleemoſynam. Hæc dicta ſint, quatenus attinent ad ea, quę hic nos ędificant. Nunc etiam videndum L eſt, quandoquidem nos ſumus qui per mare Galilęę tranſmigramus, hoc eſt, qui per pœnitentiam à vitijs, peccatiſque tranſmigramus ad virtutes, quid ſint panes iſti q̃n Panes quinque panes iſti quid. que, quibus confortamur in deſerto pœnitentiæ. Primus panis eſt pœnitentia, I. panis certe ſaluificus. Niſi enim pœnitentiam egeritis, inquit Chriſtus, omnes ſimul peribitis. De quo Pſalmiſta loquitur: Lucæ 13 Cibabis nos pane lachrymarũ, & potum Pſal. 79 dabis nobis in lachrymis in menſura. II. Secundus panis eſt verbum Dei. Neq; eñ Deut. 8 Matth. 4 in ſolo pane materiali viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hunc panem miniſtrauit Iudæis per ſeipſum, per apoſtolos aũt, quaſi in cophinis

eundem

eundem panem portari fecit per vniuersum mundum: Euntes, inquit, per vniuersum mũdum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Marc. 16

III. Tertius panis est Eucharistia sacrosancta, de quo dicit ipse saluator: Panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. Item q; Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Ioan. 6 Ibidem.

IIII. Quartus panis est correptionis. Hic panis, quãuis neque omnibus, neq; omni tempore suauis, atq; gratus sit, præbet tamen bonis virtutem multam, ad sanitatem q; vehementer cõfert. De hoc pane scriptum legimus: Cibabo eos pane angustię, & aqua tribulationis. 3. Reg. 22 2. Paral. 18

V. Quintus est panis internæ consolationis. Hic panis in manna figuratur, de q̃ dominus dicit: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Et in libro Sapientiæ dicitur: Panem de cœlo præstiti illis, omne delectamentum in se habentem. Helias quoq; hoc pane cõfortatus est. Siquidem per angelum excitatus, & vt comederet monitus, offendit panem & vas aquę. Qui comedens & bibens, ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montẽ Dei Oreb. Exodi 16 Sapien. 16 3. Reg. 19

Alij per allegoriam hic intelligunt quinque libros Mosi in quinq; panibus. Quibus fractis, id est, apertis, atque spiritualiter explanatis, refectus est vniuersus mundus.

M Sunt qui per panes quinq; intelligant vulnera Christi, idq; per deuotam applicationem quandam. De horum panum subuentione dicit Bernardus: Vltimum & singulare refugium passio tua domine. Deficiente enim sapientia, iustitia, sanctitate & meritis, illa sola occurrit. Pone igit in singula vulnera quinq;, totidem singulas virtutes, quæ præcipue lucent in passione domini. Has meditare, pro his dominum assidue roga. Verbi gratia: In duobus pedibus sit humilitas & mititas. Expende si potes humilitatem dñi Iesu. Vide quis, quantus q; sit, & quãtum se humiliauerit, quam indigna, quam vilia pro te tantus sustinuerit. Vide, qua mititate, q̃ benignitate, qua patientia. Exerce te in his virtutibus, & disce ex vita & actibus Christi modos te humiliandi, disce gradus humilitatis ac mititatis. Quotidie quoq; tempore aliquo statuto ora vehementer dominũ pro illis virtutibus. Deinde in vulnera duo manuum pone obedientiam & castitatem. Obedientiam dico omnem, vt iuxta tuã vocationem expendas ad quæ tenearis, & quæ à te Deus requirat, ne quicquam tui status, tui officij, aut tuæ vocationis negligas, sed ea alijs omnibus post diuina præcepta, tanquam potiora, magis q; à te requirẽda credas. Obedientiam faciat perfectissima, plena, nudaq; tui ipsius resignatio, vt aliud velle nolleq; habere renuas, nisi voluntatem, & beneplacitum domini nostri Iesu Christi. Porro castitas non solum ad mortificationem delectationum carnalium, siue in opere, siue in cogitatione versentur, pertinet, sed castitatem nunc voco illam perfectissimam & generalem, quę respicit intentionis, voluntatis, amoris, inclinationum, affectionumq; omnium puritatem, facitque vt in his perfecta sit rectitudo, syncera, simplicitas, integritasq; deiformis, quo nihil vsquam intendas, nihil cogites, nihil quæras, aut diligas, nisi Dei honorẽ, Dei gloriam, Dei beneplacitũ, imo ipsum Deũ. In vulnere lateris seu cordis Christi des locum charitati, pro qua instantissime, vehementissimeq; Deo supplices tibi tribuenda. Charitas Dei est, vt nihil velis, nihil intendas, nihil quæras, nisi quod sit ad Dei supremam gloriam. Charitas proximi est, vt nihil proximo velis, quod tibi nolis, nec quod tibi velis, illi neges, aut tollas. Intelliguntur tamen omnia hęc de his, quæ optantur iuste & syncere, vt quod tibi syncere & sancte vis, velis itẽ proximo, & ediuerso, & non in rebus illicitis. Hæc exercitia si frequentaueris, erunt tibi quinque, quibus conforteris, panes. Duo pisces significãt timorem & spem, inter quæ duo ambulare nos oportet, vt altero languescente, alterum nos erigat & cõfortet.

Mich. 6 Obedientia

Castitas perfectissima quæ.

Charitas Dei.

Charitas proximi. Matth. 7

Piscis duo mystice quid.

Postremo, duodecim cophini, duodecim sunt apostoli, per q̃s panes, id est, verbum Dei, Euangeliumque & prædicatio Christi deportata sunt per vniuersum mũdum in salutem & refectionem omnium. Ad gloriã domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, Amen.

Cophini xii. quid mystice.

Exercitia ad vulnera Christi.

Humilitas & mititas Christi.

Bernard⁹.

DOMINICA V. QVADRAGESIMAE, QVÆ dicitur in Passione, epistola beati Pauli Apostoli, ad Hebræos nono.

CHRI-

CHristus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculũ non manufactum, id est, non huius creationis, neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, ęterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum aut taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiã nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Et ideo noui testamẽti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem earum pręuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis, in Christo Iesu domino nostro. Leuit. 16

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A LEctio hęc ex epistola ad Hebręos desumpta est, qua Hebræorum errorem confutare cõtendit Paulus, existimantium sibi Christi redemptionem absq; legalium obseruatione prodesse non posse. Quod Paulus vehementer impugnãs Christi passionis, eiusdemq; oblationis patri, pro nobis factæ virtutem & efficaciã prædicat, & fortiter defendit, tum hic, tum in prioribus sequentibusq; epistolæ locis, cuius epistolæ pars merito hodierna die, quæ dominica dicitur in passione, legitur. Ait igit: Christus Dei patris vnigenitus, q̃ in cœlis sem per patri assistit, ad interpellandum pro nobis, iuxta illud Ioãnis: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, qui etiam secundum humanam naturam orat pro nobis, vtpote mediator Dei & hominum, sacerdos ac põtifex, vt Psalmista ait, secũdum ordinem Melchisedec. Neq; eñ sacerdos, aut pontifex propterea dicitur, quod legales hostias sacerdotum more veteris testamenti immolauerit, sed quod semetipsum obtulit Deo immaculatum pro mundo. Quod ad Ephesios scribens idem Paulus: Christus, inquit, dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam Deo in odorem suauitatis. Itaque Christus pontifex, atque suo pontificatu collator futurorum bonorum, non quomodo pontifex legis in tabernaculum secundum manufactum, seu à Mose extructum, sed tabernaculum amplius, nobiliusq; quod nõ humani esset artificij, sed ipsum cœlũ, vbi vultui Dei appareat pro nobis, introiuit. Pontifex enim Iudæorũ, iuxta legem, semel intrauit in sancta sanctorum, cum pręuia effusione seu aspersione sanguinis vituli rufi, aut hirci, oraturus pro populo, & pro seipso. Christus ꝟo nõ per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinẽ in die Parasceues effusum, semel intrauit in die ascensionis suæ in cœleste tabernaculũ, æterna nobis redemptione, veraq; beatitudine (quæ in lege non poterat obtineri) comparata.

Roman. 8

1. Ioan. 2

Psal. 109

Ephe. 5

Hebræ. 5

Exod. 25. & 37.

Si enim sanguis hircorum, & taurorũ, & cinis vitulæ crematæ aquæ mixtus, & aspersus inquinatos aliqua culpa, propter quam excluderentur, aut à consortio hominum, aut ab ingressu templi, sanctificat seu purgat, mundosq; facit ad recuperandam corporalem munditiam (neq; enim reatum peccati huiusmodi cæremonialia potuerunt vnquam delere) quanto magis sanguis Christi, qui in spiritu sancto cooperante semetipsum obtulit Deo patri, emundabit conscientiam nostram à peccatis, vel (vt vocat ea Paulus) ab opibus mortuis ad seruiendũ Deo viuenti? Sunt enim peccata opera mortua, vel quia carent vita gratiæ, vel quia inferunt mortem culpæ. Hæc autem emundatio quare facta est per sanguinẽ Christi, nisi quia quod nos non potuimus, ipse nobis & pro nobis effecit, quomodo Zacharias dixit: Visitauit & fecit redemptionem plebis suę: Vt fine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram

Lucæ 1

ram ipso, omnibus diebus nostris. Hanc autem efficaciam & virtutem habuit sanguis Christi propter vnionẽ cum verbo, hoc est, cum filio Dei, vnde nobis virtus infinita delẽdi absorbendiq; peccata emanauit. Et quia Christus semetipsũ obtulit pro nobis, ideo noui testamenti vocatur mediator, se interponens inter Deum & hominem, qui hæreditate cœlesti amissa, nesciuit quomodo ad pacem, aut in gratiam redire posset cum Deo, vt promissam recuperaret cœlestem hæreditatẽ, nisi per Christum: cuius morte interueniente, ac nobis impetrante indulgentiã seu redemptionem earũ præuaricationum quę erãt, nosq; premebant sub priore, id est, sub veteri testamento, hi accipiant repromissionem æternæ hæreditatis, hoc est, cœlestiũ bonorum omnibus electis annunciatam, qui ad hanc ęterna prędestinatione à Deo vocati sunt.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ in Passione. Ioannis VIII.

B Odie vocatur dominica in Passione, non quod hoc die sit dominus passus, sed qa initium recolitur dominicæ passionis, qñ do iam Iudæi illũ sententia firmata statuerant occidendum, ideo iam incipitur eius passio recoli. Seruatur autem dominicæ passionis memoria duabus hebdomadibus, quo significetur Christũ & pro duobus populis, & à duobus populis passum. Populus enim Iudęorum tradidit eum in manus gentium, clamoribusque importunis institerunt, vt crucifigeretur. Populus vero gentiũ iudicauit eum ad mortẽ, eumque crucifixit, non aliam habens causam quare ita faceret, nisi quia importunis clamoribus à populo fuit Iudæorum ad hoc impulsus. Cum ergo in Iudæorũ concilio decretum fuisset, vt ille foret occidendus, Ecclesia mox incipit passionis dominicæ celebrare memoriam. Habitum autẽ fuit concilium hoc post suscitationem Lazari, quem iuxta calculum aliorum gestorum sequentium constat sexta feria proxima præcedenti vitæ restitutum. Post quod miraculum Iudæi cõuenerunt, de nece tractantes saluatoris. Eo tempore dedit consilium Caiphas, dicens: Expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, ne tota gens pereat, vnde ab illo die statuerunt eum interficere. Eam ob rem hodie incipitur planctus maior super dominica passione futura, quæ iam meditata fuerat à Iudæis & statuta. Cum itaque dominica hodie passio recoli incipiat, legitur Euangelium rei huic non inconueniens, quo voluntas animusque Iudæorum erga dominum Iesum declaratur. Ex hoc enim Euangelio ostenditur diu etiam ante à Iudæis necem domino fuisse meditatam, & ad hanc inferendam sæpenumero eos quæsisse occasionem. Quod totum ex illorum inuidia esse natum, textus quoque huius Euangelij commonstrat. Itaq; dicit Ioannes Euangelista:

Matth. 24 Memoria passionis Christi cur seruet duab⁹ hebdomadibus.

Marci 15 Lucæ 23 Ioan. 16

Ioan. 11

Ibidem.

Dixit Iesus turbis Iudæorũ & principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato?

Iam etiam Iudæis eorum vitia exprobrauerat, mendacium, inuidiam, ambitionem & iactãtiam illorum taxans, nũc sub indicat quoq; eos stimulans, quod sibi necem quoq; meditarentur. Quod si iuste (vt videri volebant) hoc facerent, necessarium fore vt peccatum in Christo inuentum obiẽcerent, cuius gratia indignus nõ esset trucidari, nedum puniri. Dicit ergo turbis Iudęorum, ac principibus sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? scilicet, vere quis mihi peccatum obiiciet, quia missis ministros qui me caperent, vobisq; adducerent. Si me quæritis occidere, causam mortis ostendite. Ecce me vestro nũc submittens iudicio, interrogo vos licet hostes meos, & licet vitæ meę insidiatores, tamen vos illuc inuito, vt si quid, quod iuste sit reprehendẽdum, aut cuius sim vere reus, fuerit in me delicti, producatis in medium. Quod cum non potueritis, res ipsa loquetur vos non aliunde, quam malitia & inuidia moueri aduersum me. Satis hic dominus Iudæos arguit calumniarum, & iniquissimi odij quod aduersus se habebant sui pśecutores. Magna fiducia iustitiæ est, magna innocentia, quãdo hostiũ se Christus submittit iudicio, iuxta illud: Et inimici nostri sunt iudices. Neq; eñ indocti erãt homines, qbus hic loquebatur, nec viles. Cui si quid potuissent cõtradicere, pro culdubio illud obiecissent. Hoc certe nemo

Ioan. 8

Ioan. 7

Deut. 32

mo nostrũ posset dicere, qui sumus in peccato licet alieno, & concepti & nati, & in propriis delictis nostris enutriti. Si enim dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nõ est. Dicit etiã Psalmista: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Cui respondetur: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Itemq;: Innocẽs manibus & mundo corde. Quia vero nihil horum in nobis est (Sumus enim inquinati omnes) ideo primo datus est nobis baptismus, deinde pœnitentia, qbus mundemur à pctõ. Solus ergo Christus dicere potuit: Quis ex vobis arguet me de peccato? quia illum decuit esse absq; peccato, qui pro aliorum se peccatis voluit ac debuit interponere mediatorem.

Psalm. 50

1. Ioan. 1

Psal. 14

Psalm. 23

Si veritatem dico, quare vos nõ creditis mihi?

C Si, id est, quia veritatem vobis dico, quare non creditis mihi? Semper credendum est veritati, contra hãc enim nulla est dissimulatio. Prædico vobis Euangelium salutis, & quomodo efficiamini filij Dei, doceo vos. Confiteor me filium Dei esse, & vestra peccata (quandoquidem ipsi neque corrigere, neq; aduertere vultis) obiurgare non desino, quo à via perditionis ad viam vos reuocem salutis, quare non creditis mihi? Neq; enim creditis, qui non ad obediendũ, sed magis ad me occidendum animos vestros paratis. Multa fuerunt (tametsi difficultas fortasse vila sese obijce ret crediturís) quæ testimonium perhibuerunt Christo ipsum esse Messiam, quę profecto veritatis erant argumenta tam efficacia, vt his non posset cõtradici, quin ad credendum pias mentes euincerent. Omnes nanq; palam erant scripturæ, & prophetarum testimonia de Christo vẽturo. Impletũ præterea erat tempus expectationis humanæ, iuxta prophetarum vaticinia, & iuxta calculum Danielis, quare non modo inuestigandũ erat, an nasciturus esset Christus, sed potius vbi esset natus. Accedebat p̃cursoris multiplex, clarũq; testimoniũ. Ad quẽ studiose miserãt Pharisæi interrogandũ de Christo. Aderãt deniq; Christi miracula, & ũgna, q̃ faciebat virtute ppria. Discipulorũ quoq; miracula in nomine ipsius Christi Iesu facta idipsum testabantur. Hæc itaq; qd aliud loquebãtur, qd sentire & fateri aliud cogebãt, q̃ dñm nostrũ Iesum, Christum esse & Dei filiũ? Adde iã, quod innocentia vitæ eius, quod puritas, sanctitasq; prædicationis eius, quod denique cõstantia & zelus, quem pro veritate, & iustitia gerebat, satis testabantur eũ esse Christum. Quia ergo veritatẽ (inquit) vobis dico, & nullum, quod vere mihi possit obiici, in me est peccatum, non ex mea parte seu culpa, sed ex vobis ipsis est, quod nõ creditis mihi. Quomodo?

Augustin.

Messiam Christum esse quę testimoniũ perhibuerint.

Actor. 3

Daniel. 9

Matth. 3 Lucæ 3

Ioan. 1 Matth. 11

Lucæ 10

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, qa ex Deo non estis.

D Qui est ex Deo tanquam Dei amicus per fidem, & per gratuitum amorem, hoc est, per charitatem eidem cõiunctus, vt idipsum cum eo, & velit, & nolit, hic verba Dei audit delectabiliter, & obediẽter. Propterea vos non auditis, i. hæc sola & præcipua est, quare non audiatis me, causa, quia ex Deo nõ estis. Hoc tamẽ intelligendum est, non vt ex Deo non fuisse putentur Iudæi secundum esse naturæ (omnia eñ hoc modo sunt à Deo) sed quod p esse gratiæ, seu gratuitum non erant ex Deo. Per prędestinationem nanq;, per reformationem gratiæ, per imitationem quoque diuinæ bonitatis fit, vt alij sint ex Deo, alij non sint. Qui enim natus est ex Deo, inquit Ioannes, nõ peccat, peccatum scilicet ad mortem, hoc est, in peccato non perseuerat vsque ad mortem, quoniam semen Dei manet in eo, & generatio seu prædestinatio Dei conseruat eum. Non potest enim de hoc mundo aliter emigrare, q̃ filius Dei. Hoc loco admonemur nõ parum, nec vulgariter timere, si Dei sermones non diligimus, si non seruamus iuxta Christi verbũ, ex Deo nos non esse. Sunt autem in triplici genere hi, qui Dei verba non audiunt, vnde seipsos agnoscere possunt, ex Deo se non esse. Sunt enim qui prorsus audire contemnunt Dei verbum, aut vt rem infructuosam ęstimantes, aut circa alia occupati, in quibus eorum gustus infectus est, vt aliud eos interim non delectet. Sunt alij, qui Dei verbum audiunt, sed nihil eos delectat, nil afficit, nil mouet, terret, aut allicit, vnde Dei obediãt verbo. Tertij sunt, qui audiũt & delectãtur, sed cum illud per ficere debeãt opere, Dei verbum reijciunt.

1. Ioan. 3

Verbũ Dei non audiẽtiũ genus triplex.

I.

II.

III.

Nemo tamen eſt temere iudicãdus, nemo contemnendus, aut deſperãdus, quia qui fortaſſe hodie non audit, cras aut aliquando adhuc audire incipiet cũ deſiderio. Et contra. Quẽ hodie delectat audire, cras alii quandove non delectabit. Propterea omnia aguntur hæc in ſecreta ſcientia Dei, nos autem latent, quoniam iudicia Dei abyſſus multa.

Reſponderunt igitur Iudæi, & dixerunt: Nonne bene dicimus nos, qa Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes?

Quia nihil vitiorum ei poterant obijcere, ad contumelias (quod perpetuum erat eis refugium) ſe conuertunt: Nonne bene dicimus? Subindicant non iam ſolũ ſe dicturos, ſed dicere etiã aſſuetos, idq; iuſte, quod eſſet Samaritanus, id eſt, partim Iudæus, partim non, qui quod vellet obſeruaret, vbi non vellet, ad morem Samaritanorum Iudæorum legem, ec rũdemq; obſeruantias contemneret. Et dæmoniũ habes. Quaſi dicerent: Recte ſentimus te dæmonium habere. Neq; enim diuina id virtute tibi vſu venit, vt ſecreta cordiũ agnoſcas, ſed diabolo reuelãte, cui confœderatus ea, quæ meditamur, agnoſcis. Huius enim adiutorio facis, quæcũq; facis. Nouerant, hi qui eũ vocabant Samaritanum, natum eſſe Iudæum, ſed ex contemptu, quia ſabbato infirmos curabat, vt deſertorẽ legis Samaritanum vocabunt. Samaritani non erant ex ſtirpe Iſrael generati, ſed tranſlati ex Aſſyriorum gente in Samariã, in locum filiorum Iſrael, quos Salmanaſar rex Aſſyriorũ trãſtulerat in terrã Aſſyriorum, & pro illis ſuę gentis homines in Samariam tranſduxerat, qui vocabantur Samaritani, cũ origine forent Aſſyrij. Itaque hi Samariam incolẽtes à beſtijs impugnabantur. Quapropter conſultũ eis fuit, vt Iſraelitarum, qui ante habitauerant ibi, ritus, Deumque colendi modos imitarentur, vt fic à beſtijs liberarẽtur. Quod vbi feciſſent, à beſtijs ſunt voracibus liberati. Itaque legem Moſi quidem & libros eius receperunt, ſeſe quoque circunciderunt, ſed nihilominus ſimul colebant idola. His itaque comparabant Chriſtum, ipſum vocãtes Samaritanum, qui non ſyncere obſeruaret legem Moſi.

Ioan. 9

4. Reg. 18 Samaritani qui fuerint.

Reſpondit Ieſus: Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me.

Dominus Iudæorum calumnijs reſpondens: Ego, inquit dæmonium nõ habeo. Vide quã humiliter reſpondet, quam manſuete, quam benigne. Ante Euangelium hoc ſcribitur, quod gloriati fuerant ſe filios eſſe Abrahæ liberos, & nunquã ſeruituti alicuius obnoxios, quamobrem dure obiurgauerat eos dominus, dicens, nihil prodeſſe illis propaginem carnis, aut ſeminis traductionem, quandoquidem Abrahæ non imitarentur virtutem. Neque enim ea, quæ ipſi faciebant, fecit, ait, pater Abraham. Quare ab illo nimis diſſentiunt opera eorũ. Nõ igitur recte eius poſſunt dici filij, niſi ſint etiã ipſius virtutis, ac fidei imitatores, imitatione. Iure itaq; (vt dixi) de hac eos iactãtia obiurgat pro gloria & patris ſui honore zelans. At modo vbi cõtumelijs ipſe grauatur, quam benigne reſpondit: docens nos pro Dei honore fortiter zelari, reſpondere conſtanter & prudenter, & Dei defendere honorem. Porro vbi pro ſeipſo alicui noſtrum zelandum eſt, ibi manſueti debemus eſſe, miſericordes & humiles. Vult nobis quoq; parimodo virtutem manſuetudinis eſſe commendatam, vt eo tempore, quo ab aduerſarijs contumelias recipimus, eos non corripiamus, ne vtrinque exaſperati, aut nos delinquamus excedentes modum, aut illi acrius ſæuiant. Eſt præterea alia ratio, quur eos, qui maledicta in nos iaciunt, non arguamus. Tunc enim & qui increpantur, & hi, qui audiunt, facile exiſtimant ex appetitu vindictæ hanc procedere correptionem. Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum. Quare duabus ſibi contumelijs obiectis, aduersum tantum reſpondet dominus, ad alteram tacens diſſimulat? Diſſimulat enim, quod vocatur Samaritanus, nec ad hoc reſpondet. Super fluum enim erat reſpondere, ſe non eſſe Samaritanum, quum nemini non eſſet manifeſtum ipſum eſſe Iudæum natum. Nec etiam pro probro, aut conuitio id accepit dominus, licet illi ex intentione hæc dicerent, quo opprobrio illum adficerẽt, eum vocantes Samaritanum. Nemo enim propterea melior neque vilior, ſi corporali fuerit natiuitate, vel de parentibus natus Samaritanis, vel Iudæis. Docuit igitur nos non iraſci, nec reſpondere, ſi quando ad noſtri vituperatiõem dicatur de nobis id, quod

E

Ioan. 8

Maledictores cur nõ ſint arguendi.

quod culpã non habet. Verbi gratia: Non eſt contumeliam ſuſtinuiſſe, nec inde turbari debemus, aut moueri, ſi dicat nos qs eleemoſynam comediſſe, ſi ex pago, & de agrorum colonis natos, ſi dicat deformes, ſi dicat inſuauem nos habere vocẽ, ſi gibboſum, aut ſi monoculum eum, qui altero caret oculo nominet, quia hæc omnia ſunt, quæ culpam habent nullam, de quibus nemo quoq; debet erubeſcere. Sed honorifico patrem meum, quod non facerem, ſi dæmonium haberem, ille nanq; minime honorat Deum. In hoc autem honorifico, quod homicidas & mendaces arguo, dicentes ſe Abrahæ & Dei filios. Longiſſimo eñ à ſe interuallo diſtant illorum vita & opera Dei, aut Abrahæ. Quippe cũ Deo ex diametro mendacium & homicidium repugnẽt. Diaboli magis eſt horum patrem eſſe, qui mendax fuit ab initio, & mendacij pater. Iactauerant enim ſe paulo ante, quod patrem haberent Deum, Abrahæq; eſſent filij. Ideo arguerat eos dñs: Si Dei, aut Abrahæ eſſent filij, eorum opera imitando perficerent. Iam vero conuincerentur ex patre eſſe diabolo, cuius opa imitando vellent perficere. Et vos inhonoraſtis me contemnendo, atq; opera Dei diabolo adſcribendo. Videtis quõ, cum male diceretur Ieſus, non maledicebat, conuicijs tam manſuete reſpõdens, q̃ docuit nos quoque, ne vincamur à malo, ſed in bono vincamus malum, reddentes p malo bonum, & irę exagitationẽ ſuperemus. Quod ſolus is poterit, qui fuerit humilis. Ille enim ſolus non ſentit contumeliam, quiſquis ſuam non amat gloriam.

Ioan. 8

Ibidem.

Eſai. 53

Roman. 12 1. Petr. 3

Ego non quęro gloriam meam: eſt qui quærat & iudicet.

F

Matth. 4

Ego me non oſtento, nec gloriã quęro, ſicut diabolus facit, qui ſe quærit adorari, cultumq; ſibi fieri, cum nihil ſit, ideo nihil concordiæ, conuentionisq; mihi eſt cum diabolo. Eſt qui quærat & iudicet, pater ſcilicet meus cœleſtis, qui honorari nõ poteſt, niſi honoretur & filius, ſicut ipſe teſtatur idem: Qui non honorificat filium, non honorificat patrẽ, qui miſit illum.

Ioan. 5

Ab obiectis iniuriæ quõ purgauerit ſe Chriſtus.

Obſerua itaq; quod p tria purgare ſe vult dominus, quod dæmonium non habeat. Primo, quia patrem honore colit. Secundo, quia ſuam gloriam, neq; amat, neque quærit, vt homo. Tertio, quia pater cœleſtis filij ſui gloriam quærit, & iniuriam vindicat. Horum nullum non poteſt non ſatis efficax præbere teſtimonium, quod dominus dęmoniũ non habeat. Vides hic quia Chriſtus gloriam ſuam, quę illi debetur, non quærit? Num igitur tibi licet, aut congruum eſt, vt quæ tua non eſt, nec tibi debetur, quæras gloriã, peccator vilis? Aut vt dominari, ſeu præeſſe, regere, inaniterve extolli velis? Proinde vide, ne tu quoque propterea ad Chriſtum non pertineas, ſed ad diabolum, cui ex vitijs tuis, quam Chriſto es ſimilior.

Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dęmoniũ habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetę, & tu dicis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum.

Quo magis erudire Chriſtus cupiebat populum hunc duræ ceruicis, eo magis dę mone pleni furebant. Quicquid eñ Chriſtus loquebatur, veritas erat & manſuetudo. Quicquid illi reſpondent, blaſphemiam ſonat. Dicit enim Ieſus: Amen amẽ dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, ſcilicet per fidem, charitatem, & obedientiam, mortem nõ videbit in æternum, i. mortẽ animæ nõ experietur in æternum. Loquitur enim de morte, nõ qualicunq;, ſed de ea quæ eſt animæ, qua à Deo ſeparatur anima. Illam nanq; huiuſmodi homo non videbit mortem in æternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes, qui tam ſtolide, tamq; præſumptuoſe mentiris, tantum tibi arrogans, omnibusq; impudenter te præferẽs. Abraham pater noſter mortuus eſt, & prophetæ, quibus fuit nemo maior. Hi ſermonem ſeruauerunt Dei, & tamen nihilominus mortui ſunt. Et tu dicis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum. Proh inſaniam. Quis eñ tu es, pauper homo, & filius fabri, vt tanti facias ſermonem tuum, dicaſque eum non moriturum, quiſquis tuum ſermonem ſeruauerit? quandoquidem ſanctus Abraham, qui Dei licet audierit ſermones, non tamen quin moreretur, ſeruatus eſt. Quaſi verba tua maioris forent efficacię, quam Dei.

Actor. 6

Ioan. 14

Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahã, qui mortuus eſt? Et prophetæ mortui ſunt. Quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus, qui glorificat me: quem vos dicitis, quia Deus noſter eſt: & non cognouiſtis eum, ego autem noui eum. Et ſi dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.

G Si ego glorifico meipſum, id eſt, glorioſum & magnũ prædico me, quaſi non à patre, ſed à meipſo, quicqd habeo, habeam, gloria mea nihil eſt, id eſt, nullius momenti, maxime iuxta opinionem veſtram, qui ſolum hominem, fabriq; filium me putatis. Eſt pater meus, ſcilicet cœleſtis, q glorificat me, id eſt, glorioſum facit in operibus, ſignis, virtutibus, & teſtimoniis, puta qui dixerat de me baptizato: Hic eſt filius meus dilectus. Quem vos dicitis, id eſt, de quo dicitis, quia Deus noſter eſt, qui nos paſcit, regit, ac tuetur, noſque ei cultum vt Deo vero impendimus. Et non cognouiſtis eum ſub ratione patris, quia Trinitatis myſterium ignoratis. Aut non cognouiſtis eũ, quia factis, hoc eſt, peſſimis veſtris operibus negatis illum. Aut non cognouiſtis, vt cognoſcendus eſt, quia ſeruitis ei p commodis temporalibus, vt ſerui, non vt patri filij. Ego autem noui eum omnibus modis prædictis. Et ſi dixero, quia neſcio eum, ero vobis ſimilis mendax. Sed ſcio eum, ſcientia æterna & increata, & ſermonem eius ſeruo, id eſt, voluntatem eius facio opere & veritate. Dcinceps ad verba eorum: Nũquid tu maior es patre noſtro Abraham: reſpondet.

Matth. 13 Marci 6

Matth. 3 Lucæ 3

Abraham pater veſter exultauit vt videret diẽ meum, vidit, & gauiſus eſt.

Abraham pater veſter exultauit, id eſt, cum læta, hilariq; fiducia optauit diem meum, ſcilicet videre. Quo perſpicuum eſt, illum minorem me eſſe, qui optauit videre diem meum, id eſt, tempus aduentus mei, paſſionisq; meæ, quia in carne mea redimam mundum. Et vidit, & gauiſus eſt. Quando vidit? Per fidem vidit incarnationem Chriſti, quã putatur intellexiſſe, cum audiret: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Aut ad minus per reuelationẽ Ioannis Baptiſtæ in lymbo vidit, id eſt, dicit. Paſſionem Chriſti quoq; dici poteſt vidiſſe in figura, quãdo Iſaac filium ſuum immolare voluit: quo tamen ſaluo atque incolumi ad Dei iuſſionem manente, hircum hærentem cornibus pro eodem Deo obtulit.

Genes. 22

Dixerunt ergo Iudęi ad eum: Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham vidiſti? Dicit eis Ieſus: Amen amẽ dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum.

Non intelligentes verba Chriſti Iudæi pleni furore, frendebãt aduerſus Ieſum. Inuidia nãq; eos excæcabat. Quãobrẽ Chriſti verba niſi literaliter tantum intelligere nõ potuerunt. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Quare nõ dixerũt: Triginta, aut quadraginta annos nondum habes? ſed de quinquaginta loquuntur. Reſpondetur iuxta Chryſoſtomum, dominũ Ieſum tenerrimæ fuiſſe cõplexionis ac nobiliſſimæ, atque ideo propter multijugem laborem, propter paupertatem & parſimoniam, & propter calidæ regionis illius intemperiem, annoſiorem, quam erat, apparuiſſe. Amen amẽ dico vobis: Non vincitur pietas, ſed liuidis Iudæorum obiectionibus humiliter reſpondẽs: Antequam, inquit, Abraham fieret, id eſt, crearetur, ego ſum. Non dicit: ego eram, ſed ego ſum, oſtendens ſe filium eſſe eius, qui dicit: Ego ſum, qui ſum, eſſe ſuæ æternitatis, quod neque præteritum habet, neque futurum, inſinuans.

Sapien. 1

Chryſoſt.

Exodi 3

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcõdit ſe, & exiuit de templo.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum, ceu in hominem blaſphemum, qui ſe æquaret Deo. Ipſe autem nolens exercere potentiam, ſed patientiam, abſcondit ſe, id eſt, inuiſibilem, ſeu non cognoſcibilem ſe per diuinitatem reddẽs, exiuit de templo, mallens glorioſius iniuriam patiendo fugere, quam reſpondendo ſuperare. Voluit enim blaſphemis iſtis ſubducere furoris occaſionem, ne ante tempus tantum flagitium committerẽt, quia nondum venerat hora eius. Dominus idem noſter Ieſus Chriſtus mititatis ac patientiæ ſuæ nos faciat imitari hoc exemplar, quod eſt in ſe, nobisq; imitandum conſtituit, qui eſt benedictus in ſecula.

Ioan. 7

SER-

SERMO IN EADEM DOminicã. Quando liceat ab infamia ſe purgare, & quibus aduerſus ſuos hoſtes remedijs Chriſtus fuerit vſus.

H Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. octauo. Occaſionẽ huius verbi Chriſtus dñs noſter accepit ex præcedentibus, quæ geſſerat & locutus fuerat coram Iudęis, qui magna moti inuidia contra eum, quærebant ipſum interficere. Quod vt liberius auderent, tentabãt, quibus poterãt eum dolis & quæſtionibus circumuenire, vt exoſum illum facerent populo. In feſto itaque ſcęnopegiæ in vltimo die cum vehementi zelo prædicaſſet, & varius eſſet rumor in populo de eo: aliorum, dicentium, eum prophetam, aliorum Chriſtum, alio rum id negantium & obſtrepentium, diſſentio facta eſt in turba propter eum. Itaq; cum Phariſæi audirent turbam, id eſt, aliquã partem turbæ murmurantem de illo, miſerunt miniſtros vt apprehenderent Ieſum: ſed nemo in illũ miſit manus. Quin potius miniſtri redeuntes & à põtificibus & Phariſæis, quare non ſecum adduxiſſent Ieſum, interrogati, reſponderunt: Nũquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Irati igitur in illos, & poſtea etiam in Nicodæmũ, qui pro Ieſu loquebatur, Phariſæi ad aliam calliditatem verſutiſſimi ſe conuerterũt. Siquidem mulierem in adulterio deprehenſam pijſſimo domino adducunt, interrogantes, quid illi iuberet faciendum: quandoquidem huiuſmodi lapidare iuſſiſſet Moſes. Putabant enim ſapientiſſimo domino ſe ſtruxiſſe decipulã, vt qualitercunque reſponderet, calumniandi haberent occaſionem, præberetque ſibi anſa turbam in illum inſtigandi. Siquidem ſi iuberet adulteram abſolui, contra legem (vt ſæpe ſolebant) illũ agere clamarent: Si lapidandam diceret, durum & immiſericordem calumniarentur. Sed eorum retia Chriſtus dñs diſrumpens digito ſcribebat in terram: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in eam lapidẽ mittat. Proinde confutati omnes diſceſſerunt. Poſt hæc autem, quum multis verbis eorum cæcitatem & duritiam arguiſſet, etiam hoc illis obiecit, quod ſe odio habebãt gratis, & ex odio moti, quærebant eum occidere, quod iam aliquoties tentauerãt quoque, licet nihil præualuerunt. Inde ergo in hæc verba incidit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si occidere me quæritis, oſtendite iniquitatem in me, quare ſim occidendus. Nefas enim eſt quemuis occidere innoxium, & à peccato mundũ. Per hæc itaque & ſequentia purgat ſe, reſcilicet ſe non eſſe mortis, ſed veritatem docere, patris ſui gloriam quærere, nihil denique miraculorum cum dæmonis inuocatione, aut eius auxilio ſeu virtute operari.

Ioan. 7

Ioan. 8

Leuit. 20

Primum itaq; eſt, quod nos in hoc Euãgelio docet, licere nobis, vbi infamia nos premit iniuſta, aut vbi grandem patimur iniuriã, nos purgare, rationem reddere, & nos ab iniuſta infamia cum veritate excuſare. Laudabile nanque eſt, vbi iniuſte aut falſo quis infamatur, præſertim ſi infamia non leuis fuerit, ſe excuſare & purgare. Idque tunc maxime. Primo, quando fama periclitatur innocentis. Siquidem multa ſunt, propter quę vituperamur, quę quũ non ſint contra famam, non oportet ea omnia excuſari. Hæc enim leuia multo excuſat melius patiẽtia, aut diſſimulatio, aut humilis confeſſio, quæ honoratum faciũt hominem, quam excuſatio, accurataque defenſio. Quando enim accuſationes ſũt, quæ non grauiter lædunt, aut ſi vituperia ſunt, quæ animam non inquinant, multo magis ædificabis auditores, ſi humiliter te propugnes tacendo, quam ſi digladiando, contendendo, iraſcendo, atque defendendo niſus fueris te purgare ſeu iuſtificare. In huiuſmodi enim ſemper periclitatur humilitas, periclitat charitas, periclitaturque patientia, quarum cura ſæpiſſime maior eſt habenda, quam opprobrij pellendi, vnde non nimium grauatur fama, nec adeo grauatur, quin maior vtiliorque fructus ex humilitate proueniat, quibus infamia quoque, ſi leuis eſt, aboletur. Verum hoc ſola poteſt humilitas. Quando enim hoc ſuperbo poſſit perſuaderi? Porro, ſi quid, quod famam grauiter lædit, obiectum fuerit, quum fama ſit nobiliſſimũ in rebus temporalibus (ſcriptura dicente: Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multę) detergendum eſt illud ſpongia purgationis. Quomodo enim defendere licet rem temporalem, ita multo magis famã. Quę vbi ſemel amiſſa fuerit, vix recuperabitur. Duę nanq; res nobis ſunt, dicit Auguſtinus, neceſſarię conſcientia & fama.

Purgatio ſui ab infamia quando licita ſit.

Prou. 22

Auguſtin.

Rom.12 Conſciẽtia neceſſaria nobis eſt, fama proximis noſtris. Quamobrem Apoſtolus quoque ait: Prouidentes bona, non tantũ coram Deo, ſed etiã coram omnibus hominibus. Secundo licet excuſare ſe & purgare, vt lingua detrahẽtis emendetur. Multa enim mala infert detractor & ſibi & audientibus. Plerumque enim parum aut nihil nocet detractor ei, cui detrahit, non poteſt aũt detrahendo non ſemp nocere, & ſibi & audientibus. Cui vero plus noceat, num ſibi an audientibus, dubitat Bernardus, ſic dicens: Detrahere & detrahentem audire, quid horum ſit damnabilius, nõ facile dixerim, quia vterque portat diabolũ ſub lingua. Detrahẽs ꝓterea peſtilentior eſt, quam vipera. Tres enim ſimul inficit vno flatu, puta ſeipſum detrahentẽ, eum, cui detrahit, & audientem ſe. Multa alia mala linguæ detrahentium efficiunt. Quare expedit eos cõfutari & vinci, quo minus noceant. Suſurrone eñ ſubtracto, iurgia conquieſcunt. Tertio licet expeditque ſe purgare, quando ſcandalum imminet puſillis. Scandalum vocatur, quando delinquendi datur occaſio ſeu cauſa ex re mala acillicita, ſeu mali ſpem habente. Quod ſemp, vbicunque id fieri poteſt, amputandum eſt. Quocirca, quũ Chriſto Iudæi duo falſo impingerent, puta quod eſſet Samaritanus, & quod dæmonium haberet, alterum excuſauit, alterum diſſimulans tacuit. Samaritanum enim eſſe, tamet ſi corã Iudæis foret probroſum, non tñ erat malũ, ideo Ieſus ad hoc probrũ nihil reſpondens diſſimulauit. Porro dæmoniũ habere Chriſtum, illiuſque confœderatione ſeu virtute morbos curare, miracula eius adiutorio facere, ſcandalizaretve hementer, noceretque ſaluti noſtræ de Chriſto id credere. Quamobrem Chriſtus de hoc ſe purgauit. Tria aũt ſunt, in qbus Chriſto Iudæi detrahebant. Primo nitebãtur innocentiæ eius detrahere, q̃ infamarent illũ, dicentes eũ peccatorem. Idcirco cæco illi à Chriſto illuminato, Chriſtumque egregie defendenti, Phariſæi dicebãt: Nos ſcimus qa hic homo peccator eſt. Et alibi: Ecce homo vorax & potator vini, publicanoꝝ & peccatorum amicus. Secundo detraxerunt eius eruditioni, qa dixerunt eum ſeductorẽ. Quod ſcribens Ioannes, Multus, ingt, erat murmur de eo. Quidã eñ dixerũt qa bonus eſt, alij vero nõ, ſed ſeducit turbas. Siquidẽ corã Pilato quoque inter ꝑcipua hanc accuſationẽ locauerunt, q̃d nõ doceret, ſed ſeduceret turbas. Hũc (inqunt) inuenimus ſubuertentẽ gentẽ noſtram. Ad hæc autẽ calumnioſe illum etiam mendacij infimulabant dicentes: Tu teſtimonium perhibes de teipſo, teſtimonium tuum non eſt verum. Tertio detrahebant eius virtuti & miraculis. Hæc enim omnia erant quæ confirmare debebant veritatem prædicationis, & Euãgelicam ſalutem, quæ nobis offerebatur à Chriſto. Ipſi vero diabolica fraude inſtructi his omnibus, quæ nos iuuare debuerant, contradicebant, obſtrepebant, detrahebant, calumniabantur & inique peruertebant. Si enim Chriſti noua lex, eiusque Euangelizatio nobis eſſe debebat ſalutifera, neceſſe erat vt eſſent vera quæ nobis dicerentur, vt etiam is qui doceret nos, eſſet ſanctus & innocens (quomodo eñ credam, vt bene doceat, male viuentiꝫ) vt deinque nos ſalutaria doceret, qbus nos à via veritatis, & à Deo nõ abduceret, ſed ad eũdem nos reduceret. Poſtremo, quum difficultas poſſet prægrandis, & ſcrupulus vexare Iudæos, q̃ fortaſſe viderent, qa Chriſto nõ crederẽt, excuſandi, puta q̃d ſibi nõ liceret de his, quæ per Moſen à dño noueRaculis, dicentes illum dæmonium habere, & in virtute illius, dæmonibus alijs, infirmitatibusque Chriſtum præcipere. Sæpenumero enim Chriſtus illis loquebatur alta & ſublimia, quæ non intelligebãt. Sæpenumero quoque opera ex poteſtate diuina agebat, quę facultatem humanam excedebant, nec minus freqũter ſecreta cordium eorum manifeſtabat. Ideo hæc omnia tribuebant diabolo, exiſtimantes q̃d cum eodem pactum haberet dominus Ieſus, cuius vigore hæc omnia efficeret. Neqꝫ enim adeo erant imbuti ſpiritu ſancto, vt crederent eum diuina propriaque virtute hæc operari poſſe, quos inuidia tantum excæcauit, vt quicquid operabatur, quod virtutem excederet humanam, hoc diabolo aſſcribebant, Chriſtoque detrahebant. Moliebantur enim ea omnia deſtruere, quibus Chriſti prædicatio potuit fulciri, ac vera probari. Sed qd Chriſtus contra eos fecit? Num iuſſit ignem deſcendere de cœlo, qui eos cõſumeret? Nunquid terræ mandauit vt eos deglutiret? Minime. Quid igitur fecit? Quinque vſus eſt remediis ipſe contra Iudæos, quæ nos quoque contra iniurias ſi quas patimur, tenenda docuit. Primum fuit patientia. Melior enim eſt patientiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expagnatore vrbium.

Secundum fuit ſilentium. Ad multa enim conuitia nihil reſpondit, maxime vbi manifeſta erant mendacia, aut ſi vera etiam fuiſſent, culpa tamen & vitio hæc animi carebant. Hoc modo ad cõuitium quo Samaritanum eum nominabant in hodierno Euangelio, tacuit, ne contentionis illis materiam præberet vberiorem. Itaque maluit Samaritanus vocari, quam contentionẽ fouere Iudæorum. Tertium fuit reſponſio mollis & pacifica. Reſponſio enim mollis iras mitigat. Quãobrem vbi reſpondendum erat, tam manſuete benigneque reſpondit, vt magis iram alienam eius verba ſedarent, quã prouocarent. Quartum fuit ab hoſtium ſuorum oculis ſe ſub ducere, ne grauius in illum delinquerent. Sæpe enim conſueuit hoſtium ſuorum furori cedere, & eorum ſeſe oculis ſubtrahere, interim in aliam regionem aut locum diuertens, donec illorum quieſceret inſania. Quintum fuit pro malis bona retribuere, pro conuitijs reddere inſtructionẽ, pro perſecutionibus beneficia, pro maleuolẽtia benignitatẽ & charitatẽ. Hæc ſunt arma ſanctiſſima, qbus omne genus hoſtium expugnatur, atque inuidia ſternitur. Quid tibi nocet vermicule, ſi contumeliã tibi quis irrogat? An ſoli tibi irrogatur? Nonne Chriſtus contumelias pertulit & tacuit? Nunquid tu vis eſſe Chriſto aut melior aut dignior? Chriſtus patitur & tacet, & tu quæris vindictam? Legimus de q buſdam philoſophis, qui ingenti manſuetudine prædíti iniurias ac contumelias nõ minus fortiter, quam æquanimiter tolerarunt. Quappter cũ quidam à viliſſimo quodam homine conuitiũ pateret, interrogatus quõ hoc tolerare poſſet: Si, inquit, aſinus pede me calcaſſet, nonne tolerarem? Non ergo tolerabo ab homine, quod ab aſino tolerandum erat? Sic ethnicorum philoſophi virtuti ſtudebant, quibus tamẽ nulla erat repoſita corona iuſtitiæ à Deo percipienda, quandoquidem finem, in quẽ opera aut virtutes ſuas dirigerent, neſciebant: & nos Chriſtiani, quibus, ſi vel calicem aquę frigidę cuipiam tribuamus, merces æterna à Deo retribuitur, non anhelabimus ad virtutes? Chariſſimi igitur filij parũ eſt quod de philoſophis legimus, quorũ virtutes ſunt, vt opera mortua. Nobilius habemus exemplar in Chriſto domino noſtro omnium virtutũ, quod imitemur, non ſolum ad vtilitatem noſtram, ſed etiam, imo multo magis propter volũtatem eius, & ad honorẽ ac gloriam ipſius, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINCA PALMARVM EPISTOLA BEAti Pauli apoſtoli ad Philippenſes II.

HOc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu. Qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſeruí accipiens, in ſimilitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediẽs vſq; ad mortẽ, mortẽ autem crucis. XXII

Propter

Detractio quantum noceat.

Bernar. li. 2. de cõſideratione.

Prouer. 26

Scandalũ quid ſit.

Ioan. 8 In tribus Chriſto Iudæi detrahebant

Ioan. 9 Matth. 11

Ioan. 7

Ibidem.

Ioan. 8

I

K

Lucæ 23

Ioan. 8

Hebr. 1

Sapien. 2

L

Lucæ 9 Deut. 11 Pſal. 105 Remedia Chriſtiq̃ cõtra iniurias.

Prou. 16

Ioan. 6

Prouer. 15

Ioan. 8 Ioan. 6

Matth. 10

Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

EPistio huius epiſtolæ Chriſti explicat humilitatem & patientiam, quibus per paſſionem à patre exaltatus eſt ad gloriam ad cuius imitationem hic inuitamur. Quare congrue huic dominicæ eſt applicata. Matth.11 Zach.9 Dicit itaq; Apoſtolus: Hoc ſentite in cordibus veſtris, hunc ſentiat anima veſtra affectum humilitatis & patientiæ, qui in Chriſto Ieſu iuxta humanam naturam fuit, vt quemadmodum ille humilimus, patientiſſimusq; fuit, nec quæ ſua, ſed quæ aliorum erant, quæ fuit, ita vos quoque in vobis hunc animum ſentiatis ad humiliationem, charitatem, patientiamque pacatiſſimum. Hic nanque Chriſtus cum in veritate Deus eſſet, vnius cum patre eſſentiæ atque naturæ, non rapinam arbitratus eſt, hoc eſt, non vſurpatione rei eſſe credidit alienæ, ſi quod vere eſt, aſſentit ſe æqualem Deo. Et quamuis hoc ita ſciret & tãtus eſſet, exinaniuit tamẽ ſemetipſum, formã ſerui accipiens. Non reliquit quod habuit & quod fuit, ſed quam ante non habuit naturam humanam, aſſumpſit. In ſimilitudinem hominum factus, nec tamen homibus tãtum ſimilis, ſed verus etiam homo, puta non amittens quod erat, & aſſumens quod non erat, ſuſtinens omnes indigentias, moleſtias, infirmitatesq; hominũ abſque peccato, hoc eſt, paſſibilitatem, non vitia. Et habitu, id eſt, exteriori manifeſtatione viſibilem ſe atq; ſenſibilem exhibẽs, vt eum qui creditur & eſt Deus, videtur tamen ſentiturque ac creditur ſimul homo. Hic Chriſtus humiliauit quidem ſemetipſum, & factus obediens patri ſecundum naturam humanam, vt quemadmodum Rom.5 per Adæ inobedientiam perieramus omnes, ita eius obedientia ſaluaremur. Fuit autem non leuiter obediens, ſed vſque ad mortem: nec ad quancunque mortem, ſed ad mortẽ crucis, hoc eſt, ad dolorofiſſimã, acerbiſſimam, ignominioſiſſimamq; mortem. Cuius rei gratia, quia ita ſe, cum tãtus eſſet, humiliauit, vt vltra humiliare nõ poſſet, ideo Deus quoque adeo exaltauit illum, vt vltra aut magis exaltare non poſſet. Nam donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt ſcilicet Chriſtus homo, quomodo eſt, ita vocetur quoq; Deus. Et quanquam ab exordio incarnationis hoc illi dederit pater, poſt reſurrectionem tamen & aſcenſionem illius, tunc primum recte ſatisq; mundo manifeſtatum innotuit, vt in nomine Ieſu Dei & hominis omne genu flectatur, omnis poteſtas ſe humiliet atque ſubijciat, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, hoc eſt, angelorũ, hominum & dæmonũ, & omnis lingua, id eſt, vniuerſa creatura, quæ Dei habet agnitionem, confiteatur vltro, quia dominus Ieſus in gloria eſt patris, eidem maieſtate, natura & gloria coequalis. Videſne quam expreſſe reuerentiam Chriſto dicit exhibendam, tam confeſſione interna ſiue mentali, ſiue (vbi ita expediat) etiã vocali, quã corporali quoque genuflexione ſeu adoratione? ne Eraſmiani & Lutherani dicant internam ſufficere pietatem erga Deum, tametſi corpore aut in homine exteriori nihil exhibeatur, quaſi anima tantum, nõ corpore etiã eſſe deberemus Chriſto ſubiecti, aut quaſi corporis humiliatione non eſſet nobis ſaluator noſter agnoſcendus, cum non animam tantum, ſed corpus & animam creauerit, redemerit & ſaluaturus ſit.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ Palmarum, Matthæi XXI.

B

IN hac dñica multa in officio diuino miſcent triſtibus læta. Seruat enim cũ palmis proceſſio, qua primo Chriſti glorioſum introitum in Hieruſalem ſignificamus. Nunquam enim ante maiori laude & honore à turbis exceptus eſt dñs Ieſus q̃ hac die, qñ vltimo Hieroſolymæ fines ingreſſus eſt, & iã iuxta figurã legis agnus in Paſcha immolandus à grege ſeparatus eſt. Exod.12 Rogo igit vos, vt attẽte audiatis, quãto honore, & plauſu, cũ palmis & laudibus receptus ſit, morte reſuſcitatus vnus fuit ex diſcumbẽtibus. In hoc conuiuio Maria Magdalena ſuauiſſima, & inſatiabili deuotione plena vnguentum præcioſum infuderat ſuper caput ipſius domini Ieſu recumbentis. Inde ergo venit Ieſus altera die ad Bethphage iuxta montem Oliueti, id eſt, oliuis conſitum: vnde miſit duos diſcipulos, vt creditur, ex apoſtolis. Sæpe legitur dominus duos ſimul miſiſſe. Nam & ad prædicandum miſit binos & binos, ad commendationem ſocialis vitæ. Marci 6 Lucæ 10 Lucæ 19

Ioan.19 Matth.26 Lucæ 23 Marci 15 ptus ſit, vt eo magis vos moueat, quæ ſequetur eius paſſio ad compunctionem, cũ audieritis eum qui cum tanta gloria & fauore introductus fuit in vrbem, poſt paucos capi, ligari, cædi, flagellari, atq; vt omnium flagitioſiſſimum extra vrbem cum ignominia maxima eiici. Proceſſionem vero ſequitur miſſa in qua fere omnia triſtitiam compaſſionemq; excitent, puta triſtia ipſa valde. Sic in hac vita quoq; nos vtraq; circundant, vt ſola non eueniant triſtia, neque ſola læta, ſed miſcentur, vt ex altero alterum fiat tolerabile, & rurſus edi uerſo quod dulce foret & abductiũm à Deo, alterius amaritudine conſperſum nõ adferat homini periculum.

Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymam, & veniſſet Bethphage ad mõtem Oliueti, miſit duos diſcipulos, dicens eis:

Hieruſalem ciuitas multa olim habuit nomina, nec ſemper vt in Euangelio hic Hieroſolyma vocata eſt. Nam quantũ hic noſtro congruit propoſito, prima dicta eſt Salem à filio Noe religioſo & bono Gen.14 Sem, qui eandem fertur ædificaſſe, & primus in ea regnaſſe. Cui aſſertioni ſi quis contradixerit, volens eam à Melchiſedec conſtructam, nihil obſtat. Siquidem Sem, idem vocatus eſt quoque Melchiſedec: vnde non duo, ſed idem eſt homo. Deinde vocata eſt Iebus, vel ab eo qui ampliorem eam ciuitatem extruxit, ſic, vt quidam putant, vocato, vel ab Iebuſæis habitatoribus ciuitatis. Inde accidit vt ex compoſitione vtriuſque nominis tandem vocata ſit Hieruſalem, quaſi Iebuſalem. Porro à Salomone, quem vrbem hanc triplici ſcribunt cinxiſſe muro, nouiſſime vocata eſt Hieroſolyma, quaſi Hieroſolomonia. A poetis vero & hiſtoricis ethnicis vocatur plerunq; Solyma per abbreuiationem. Quum igitur dominus huic appropinquaret ciuitati, & veniſſet Bethphage, hoc eſt, ad pagum ſeu villam ſacerdotum, iuxta radicem mõtis Oliueti ſitam, quæ diſtabat ab Hieruſalem (vt fertur) vno miliari, miſit diſcipulos ſuos. Veniebat tũc ex Bethania dominus, quo die præcedenti, hoc eſt, ſabbato gratiſſimus ſuauiſſimusque hoſpes aduenerat. Cui conuiuium deuotiſſimæ mulieres Martha & Maria Magdalena inſtruxerãt in domo Simonis leproſi, vbi Lazarus à

Melchiſedec quis fuerit. Ioſue 18

Ieruſalem vnde ortũ habeat.

3.Reg.3 Iudic.19

2.Eſdr.1

Hieron.

Ioan.12

Lib.8 antiq. Iudic.6

Ioan.16

Marci 2 Lucæ 19

Eſaiæ 42

tum ſuis,tum aliorum maieſtatem ſuã voluit declarare.Hodie nanque cum magnis laudibus &gloria introductus fuit in Hieruſalem:hodie quoque mox vbi templum intrauit,eiecit ementes & vendentes de tẽ
Lucæ 19 plo,ſicut is qui poteſtatem habet.

Hoc autem totum factum eſt vt adimpletur,quod dictum eſt per Zachariam prophetam,dicentem: Dicite filiæ Sion:Ecce rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis.
Zacha.9

Dicite filiæ Sion,id eſt, populo Hieruſalem.Sic enim filiæ nomine congregatio populi conſueuit vocari in prophetis. Dicitur autem filia Sion propterea quod tẽplũ domini habitatioque regis erat in mõte Sion.Bene quoque dicitur filia, non q̃d hoc dulci amicabilique vocabulo digna fuerit Hieruſalem,quæ occiderat prophetas & dominum prophetarum parabat occidere,ſed dicitur filia propter multiplicia beneficia, quæ huic populo ſunt exhibita, propterq; paternum ſuum affectum, quẽ nunquam deſtitit huic plebi impendere.
Matth. 23 Luc. 13
Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, hoc eſt,humilis,& ſine ſtrepitu ac pompa tibi veniet,non aureo curru vectus, nec equo
Zach.9 nobili,ſed ſedens ſuper aſinã pacis & tranquillitatis amicam,& ſuper pullum filium ſubiugalis,ſcilicet aſinæ ſub iugo domitæ aut aſſuetæ.Niſi inuidia fuiſſent excæcati Iudæi, intellexiſſent Chriſti aduentũ futurum,non tamen opulentia,temporali ve imperio,ſed in manſuetudine & humilitate,iuxta hanc Zachariæ prophetiam, quæ in noſtra tranſlatione, qua vtitur Eccleſia,& eſt Hieronymi,ſic legitur: Exulta ſatis filia Sion,iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus &ſaluator:ipſe pauper,& aſcendens ſuper aſinam, & ſup pullum aſinæ.

Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus,& adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.

D Suppoſuerunt domino veſtes ſuas,quo mollius honeſtiuſq; dominus ſederet. Videant hic qui bona ſtudia operaq; calumniantur, quaſi nihil poſſit Deo placere abeodem non præceptum,qui dicunt omnia adinuentiones eſſe humanas, quæcunque non iuſſa ſunt in ſcripturis.Siquidem apoſtoli iuſſi, vt adducerẽt aſinam & pullum, hoc ipſum fecerunt:ſed hoc non ſolum fecerunt,verum etiam quod non fuerãt iuſſi,fecerunt,quia veſtimenta ſua domino ſuppoſuerunt,& acceptum tamen nihilo minus hoc Chriſto fuit. Non putamus autem abſurdum,aut inconueniens,quod Chriſtus dominus noſter, in tam breui itineris ſpatio primo aſinæ, deinde pullo inſederit,cum ob myſticam ſignificationem ita voluerit vti vtroque . Nam per aſinam primo ſedens populum ſignificabat Iudaicum ſibi ſubiectum , atque legi Moſaicæ ſubditum,ad ſe pertinere: deinde gentes abſq; fræno & lege petulanter viuentes,p pullum voluit ſignificari laſciuientẽ. Qui tamen cum ſeſſorem recepit ſuper ſe Chriſtum,& ipſe manſuetus factus eſt. Itaque ex vtroque populo,vnum populum, vnãque Eccleſiam ſibi acceptabilem facere volens,ſibi ſubditam atque ſubiectam, id in duobus iumentis ſignificari voluit. Et idcirco cõſpicitur primo ſediſſe ſuper aſinã, quæ populum ſignificat Iudæorum. Cui ipſe primum,deinde apoſtoli quoque prædicarunt, antequam ad gentes ſe conferrent.Veruntamen non ignoro , quod ab aliis putatur quibuſdam primo ſediſſe ſuper pullũ,formantibus ſibi rationes quaſdam,quod eorum iudicio relinquo.Incertum eſt enim ſuper quo primo ſederit. Et in hac re profecto parum nobis opus eſt inueſtigare,ſuper quo ſederit iumento primum.Satis eſt nobis ſcire quod vtrunque ſit illi adductum,& quod, vt probabiliter creditur,ſuper vtroque ſederit. Nam Zacharias de aſina meminit.Et Euangeliſtarum nonnulli de pullo referunt. Porro Matthæus refert adductos ad domum aſinam & pullum , & apoſtolos impoſuiſſe veſtimenta ſup eos, Chriſtumque deſuper ſedere feciſſe. Qua ſatis innuitur ſuper vtroque ſediſſe horis ſucceſſiuis.
Zach.9 Matth.21

Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus & ſternebãt in via. Turbæ autem quæ præcedebãt & quæ ſequebantur,clamabant dicentes:Hoſihahna filio Dauid , benedictus qui venit in nomine domini.

Audientes Chriſtum venturum populorum turbæ,quæ ad feſtum venerãt,propter

Ioan.11 Ioan.12 pter ſignum magnum quod audierant illum feciſſe in Lazaro,exierunt eidem obuiam circundantes eum, vt alij præcederent,alij ſequerentur .Fecerunt autem triplicem illi honorem . Siquidem nonnulli cædebant ramos oliuarum de arboribus, & ſternebãt ei in via.Alij ſua exuebant veſtimenta,& proſternebant in via . Alij ramos oliuarum geſtabant in manibus. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebantur,clamabãt:Hoſihahna filio Dauid, id eſt,cantabant filio Dauid hoſihahna, quod eſt:Salua obſecro , aut , Salutem me fac obſecro.In hoc igitur quod dicit Euãgeliſta cantatum filio Dauid hoſihahna, vult dicere Chriſto attributam poteſtatẽ ſaluandi,&ab eodem poſtulatam ſalutem. Aut ſi ita conſtruit,vt turbæ dixerint hæc tria verba,voxque Iudæorum ſit Hoſihahna filio Dauid, ſenſus eſt:Nos dicimus filio Dauid:Hoſihahna , poſtulantes ab eo ſalutem.Iudæi enim Chriſtum expectabãt ex genere Dauid , ideo nominarunt eum, quando Chriſtum voluerunt dicere , filiũ
Hierony. Dauid.Hieronymus dicit : Hoc ſignificare voluerunt,quod aduẽtus Chriſti ſalus ſit mundi.Benedictus q̃ venit in nomine dñi,id eſt, benedicatur ſiue laude dignus habeatur,qui venit in nomine domini.

Et quum intraſſet Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic? Populi aũt dicebant: Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ.

E Neque enim viderant dñm Ieſum antefic venientem,nec tantas audierant laudũ exclamationes à turba. Quare dicebant: Quis eſt hic? Admirantes inſolitum concurſum, turbæque cum laudibus gaudiũ, atque adeo puerorum clamantium in templo dicebant: Quis eſt hic? Turbæ autem dicebant:Hic eſt Ieſus à Nazareth prophe ta.Quam iucundum,quamq; ſuaue eſt audire de gloria domini,quam gratulantur pia omnium corda domino Ieſu, quod ſic honore tanto exceptus eſt . At vero quam triſte eſt videre, quod tam breuis hæc gloria fuerit,quæ illico mutabatur in triſtitiam .Nã quem ſic glorioſe videmus introduci,ſero iterum exire videbimus ciuitatem.Neq; enim quiſpiam erit amicorum eius,qui audeat illum recipere hoſpitio,pter metum Iudæorũ. Itaq; turba Chriſtum laudante,& hymnos dicente,pueris quoq; in templo hoſihahna clamãtibus, ſola phariſęorum colluuies inuidia tabeſcit.His enim ilia rumpebantur, quod turbam ſic affectam Chriſto cernerent,quod tantum illi videbant honorem fieri, quod denique pueros in templo audiebãt Chriſtum laudantes(quod multis eorum præter ætatem vſu venerat, quo maior fieret diuinæ maieſtatis oſtenſio) & clamantes:
Lucæ 19 Pax in cœlo & gloria in excelſis.

Videntes autem principes ſacerdotũ & ſcribæ mirabilia,quæ fecit, & pueros clamantes in templo,& dicentes,Hoſihahna filio Dauid , indignati ſunt & dixerunt ei:Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis: Vtiq;. Nũquam legiſtis:Quia ex ore infantium
Pſal. 8 **& lactentium perfeciſti laudem?**

Et alius Euangeliſta addit.Dico vobis:
Lucæ 19 Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Quod ita factum eſt.Siquidem in eius morte, dũ non ſolum pueri, ſed omnis etiam turba taceret ab eius laude ac confeſſione, lapides(dum petræ ſciſſæ referuntur) clamabant. Poſtremo vide quam omnia ſyncere egerit.Non captus tot laudibus & ho
Matth. 21 noribus,dum ingreſſus in templum videret ementes & vendentes verſari in templo,& auaritię huiuſmodi quęſtus ibi agi,
Mar.11 zelatus cathedras vendentium,menſas,nũmulariorumque euertit ęs,& genus omne hominum huiuſmodi eiecit de templo, dicens nõ huiuſcemodi eſſe vſibus domum patris ſui applicandã, ſed orationi. In hoc diſcamus adulationes,laudes,honores,beneficiaq; nulla ſuſcipere ab hominibus,pter q̃ poſtea cogamur à recto itinere,aut à iuſtitia declinare.Sit mens noſtra erecta ad Deũ,& cõſtans in oĩ virtute, vt ſi aliter fieri non poteſt,Deo placuiſſe nobis ſatis ſit,tametſi hominibus diſpliceamus.Quid eñ nobis de opĩniõibus aut fauoribus hominũ,qñ illuc reſpiciẽdũ eſt maxime,ne extra gratiam ſimus Dei?Præſtat nullũ habere hominem amicum,quam offenſum nobis habere Deum,cui laus,honor &gloria per infinita ſecula ſeculorum,Amen.

SERMO IN EADEM DOMInica. Multiplex turba Chriſto occurrens quid nos doceat.

Benedictus qui venit in nomine dñi,Matthæi XXI. Glorioſum hodie legimus dñi Ieſu introi-

F

Turbaque hodie Christo exhibuerit. Matt.11

tum in Hierusalem cum multis laudibus & honoribus populi. In illa autem processione triformem inuenio cõditionem hominum. Quędam enim pars hominum, puta turba ipsa, honorem domino exhibebant, & cupientes eum laudare, filium vocant Dauid, & regem Israel. Itaq; fecerũt, quantum potuerunt. Parua tamen fuit hęc laus Christi. Quid enim magnum erat filium esse regis Dauid, atque de nobili regio stemmate descendisse, qui Dei est veri atq; viui filius, cum eodem sempiternus in diuinitate? Nec suprema est laus regem esse populi, qui in cœlis rex est angelorum, vniuersoꝝ, & quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, dominus. Tamen si eorum verba pensentur, etiam nescientes ordinante spiritu sancto, verba eorum altius, quam putabant, laudauerunt eum. Siquidem clamantes ei Hosihahna, quid aliud, quam Deum dixerunt? Ab eo enim quærebant optabantque sibi salutem tribui, eam scilicet, non quæ est in terris, sed quæ est in excelsis. Huius itaque populi pia fuit deuotio. Seruiebant enim ei, quomodo potuerunt. Nam alij de arboribus cædebant ramos. Alij ramos sternebant in via, p quam gradi habebat. Alij portabant ramos de arborum in manibus circumgirantes & pręcedentes eum. Alij exuentes vestimẽta sua sternebant in via. Reliqua turba acclamationibus seruiebat laudum & obsecrationibus. Secũda pars hominum erat Pharisęorum, Scribarum & Legis peritorum, qui Christum odiebant, eique detrahebãt. Horum paucos reor exisse extra ciuitatem in occursum domino. Neque enim deuoti erant domino, nec illum reputabant honore dignum: ideo illum non solum non laudare venerunt, sed etiam eum carpebant, stimulabant, arguebant, eique insidiabantur & detrahebant. Et hoc faciebãt maxime, dum eum obseruant, dum tentant sermonibus, atque ei detrahunt coram plebe. Quapropter cum nũc turbam, tum discipulos, tum denique pueros ei audirent acclamantes, quam putatis tunc torquebantur acriori inuidia & dolebant? Tunc enim inter se loquebantur: Videtis quia nihil proficimus, laborantes & consultantes contra eum? Ecce mundus totus post eum abijt. Quid miramini, quid doletis o Pharisæi cęci? Num plangitis, quod Christum sequitur mundus, p quẽ vniuersus factus es mundus? Quare si nihil proficitis, nõ cessatis igitur à tot persequutionibus, insidijs & detractionibus, quandoquidem, vt ipsi dicitis, malitia vestra nihil proficit, nec tanta est vobis astutia, vt quod doletis, possitis auertere. Quidam tamen, de turba Pharisęorum Christo dicebant: Magister increpa discipulos tuos & turbas te laudantes. Quasi dicant: Neque enim decet te hæc sustinere. Nam si (vt apparare vis) iustus & sanctus es, hos plausus vilis plebeculæ, & turbæ sine iudicio clamantis non deberes sustinere. Vide hic Iudæorum dementiam. Dominum magistrum vocant, & tamen arguunt eum, docentque. Nam volunt discipulos & turbam per eum à clamoribus compescendam. In qua re nonne prudentiores se magistro constituunt? Aegre ferebant reuera Christi laudes, & sibi, quicquid, æstimationis honorisve Christo accesit, detractum putabant. Hæc igitur dicentes, non Christi modestiam zelabantur, sed inuidiæ & ambitioni suæ morem gerebant. Tria enim sunt, quæ Iudæos, & Pharisæos hic in Christi laudibus torquebant. Primum, q̃d turbæ dicebant eũ benedictũ, cũ ipsi eũ peccatorem iudicarent. Scimus, inquiũt, qa hic homo peccator est. Secundo, qa dicebant eum regem, quem ipsi ne nobilem quidem æstimabant, dicentes eum à Galilæa fabrum & fabri filiũ. Tertio, quia turbæ dicebant eum venisse in nomine domini. Ipsi vero non arbitrabantur eũ venisse à Deo, sed in principe dæmoniorũ, cuius virtute, si qd miraculorum faciebat, perficeret. Tertia pars huius populi in hac processione fuit ipse dñs Iesus, qui quantũ non oblectaretur plausu & gloria mundana, testabatur hoc, quod inter laudes canentium, ciuitatis ipse excidium fleuit. Miserabatur enim ciuitatem Hierusalem, quod tam misere erat vastanda, & habitatoribus trucidatis vacuanda. Qua ex re liquet parum illum de honore sibi exhibito cogitasse, qui animarũ flebat excidium. Haudquaquam tñ ociose hoc factũ putemus, q̃d honori & laudibus externis fletũ ipse cõiunxit. Sæpius eñ ante Hierusalẽ ingressus est, & quandocunq; voluit, cõpassionem potuit & fletum tristitiamq; aduocare. Neq; enim ei, quomodo nobis dominabant passiones, sed ei seruiebant. Igitur quando voluit,, sensit, quãdo noluit, à se iterũ

Luc. 19

Matt. 16.

Luc. 19

Ioan. 12

Matth. 21

Luc. 14 Matth. 22 Luc. 19

Ioan. 11 Gen. 1

Ioan. 9

G

Pharisęos quæ nam in laudib. Christi torserint. Ioan. 9

Matt. 13 Mar. 6 Mar. 11

Luc. 11 Luc. 19

iterum repulit. Quod ergo hoc tempore lamentum super Hierusalem accepit, non propter se, sed propter nos fecit. Illi enim quid conferre aut nocere poterant laudes humanæ? Sed vidit, quid nobis noceant.

Laudatus ab alijs ne extollat, quid agere debeat.

Quamobrem ipse fecit, quod nos facere docuit, si quãdo in gloria aut plausu hominum fuerimus constituti, ne gloria nos mundana extollat. Debemus nanque tũc tristia ad memoriam reuocare, quam viles scilicet scimus, quam fragiles, quam mortales, quam paucis recte cogniti, qui non meliora, quam par est, de nobis sentiant, quã cõtinue rebelles & ingrati simus Deo. Quod certe si faceremus, parũ tũc nos delectarent fauor & honor mundanus. Scriptum nanq; est: Prosperitas stultorum perdet eos. Et rursus, ne prosperitate iustitia nostra labefactetur, admonet nos Ecclesiasticus dicens: In die bonorum ne immemor fis malorum. Docuit quoque in hoc suo fletu, Hierusalem non soli gaudio intendere dicens: Si cognouisses & tu, quæ ibi ventura sunt, mecumque ea expenderes, non gauderes adeo, vt soles, sed mecũ etiã fleres. Deinde docuit nos in nulla fortuna felicitateve gaudere terrena. Nihil enim in hoc mũdo ex omni parte est beatũ, sed oĩa amaritudinibus mixta. Risus enim dolore miscebit, extremaq; gaudij luctus occupat. Quare scitũ est illud Boetij dictũ: Anxia res est humanorũ conditio bonorũ, & quæ vel nunquã tota pueniat, vel nunq̃ perpetua subsistat. Huic census exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notũ facit, sed angustia rei familia inclusus mallet esse ignotus. Ille vtroq; circumfluus vitam cœlibem deflet. Ille felix nuptijs, orbus liberis, alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lætatus filij filiæve delictis mœstus illachrymatur. Idcirco nemo facile cum fortunæ suę conditione cõcordat. Inest enim singulis, quod inexpertus ignorat, & expertus exhorreat. Quapropter nullis fortunæ blanditijs, nullis mũdanæ felicitatis auspicijs, est fidendũ. Qui hodie sanus, cras mortuus est. Qui hodie diues, cras in egestate est. Qui dominabat paulo ante, nũc seruit. Vide præterea, quod rami oliuæ præferuntur domino Iesu, q̃d quam iuste, quamq; congrue fiat, significatio mystica declarat. Oliua nanque & pacẽ & misericordiam significat. Si quidem dum diluuio facto dominus terræ voluisset recõciliari, antequam Noe exire auderet arcã, columbam emisit ex arca. Quæ rediens, in ore portauit ad Noe ramum viridum oliuæ, quo pacatum dñm Noe intellexit. Sic hoc etiam die, quũ dies accederet suæ passionis, qua inter Deum & hominem perpetuam facturus erat pacem Christus, nosque ex ingenti sua misericordia & compassione ab æterna damnatione redempturus, spiritu sancto ordinãte præferebant ei ramos oliuarum, quo innuaretur illum aduenire, qui mediator esset Dei & hominũ, Christus Iesus: adesse quoq; iam tempus, quo p nobis seipsum oblaturus hostiam Deo, in sanguine suo perpetuam nobis compararet pacem. Itaq; nos simus hi, qui Christo hos portant oliuarum ramos, vt quantum in nobis est, cũ omnibus hominibus habeamus pacem, e medio auferentes quicquid dissidiorum, discordiæve proximis nostris posset præbere ansam. Itaque hoc potissimum sacro tempore cum omnibus decet nos redire in gratiam. Neque enim hoc tantum nos curare oportet, vt nobis, sed vt proximis quoque nostris nobiscum tranquilla pax fit. Hoc est, non solum his, qui in nos peccauerunt, oportet nos indulgere, charitatemque impendere, sed hos etiam, qui nobis infensi sunt, debemus nobis reconciliare. Deinde egenis cunctis, id est, illis, qui pane, consilio, auxilio, opeve alia quacunque nostra indigent, simus compassiui & misericordes, idque non solum lingua, sed opere etiam & veritate, subueniendo, consolando, suadendo, & quecunq; pietatis officia exhibendo. Hoc faciẽtes, ante Christum ramos oliuarũ portamus. Quod si pariter veterẽ exuimus hominem, ea damnantes, quæ olim quærebamus, contemnẽtes ea, quæ dileximus, & quibus cum dilectione inhæsimus, nobis eadem subtrahẽtes, tũc vestes nostras exuimus, vt per quæ peccauimus nosipsos, commodumq; nostrum quærentes, nunc item Christo nos subijcientes eidem per illa seruiamus.

Proue. 1

Eccle. 11

Luc. 19

Prou. 14

H

Oliua mystice quid Gene. 8.

Heb. 9

Rom. 12

Matt. 5 Luc. 9

Collos. 3

Vestes exuere mystice quid.

Est præterea aliud, quod possit p vestes significari, puta temporalia bona. Vestes enim, quam induimus, nec infimum, nec supremum corporis tegit. Sic temporalia nec principium, nec finem vitæ hominis consolantur. Nemo enim aliter, quam nudus egreditur de vtero matris, nemo aliter, quam nudus in terram reuertitur. Om

I

Iob 1

nia igitur temporalia, neq; principium, neque finem vitæ noſtræ tegunt. Illa igitur exuere debemus, & ad pedes Chriſti, hoc eſt, infirmis Chriſti membris, puta pauperibus, calamitoſis, ac miſeris ſubſternere.

Cæterum, de ramis quoque non illud ſolum, quod diximus, intelligi poteſt, ſed eſt alia quoque ſignificatio, quæ vobis tacere non debet. Scitis filij multos in Eccleſia Dei fuiſſe ſanctos Dei homines, qui ſecundum naturam non aliter fuerunt, quã homines, vt nos ſumus, mortales, paſſibiles, & fragiles: ſecundum vero dona Dei, moribus nobiles, perfecti & virtutibus inſignes. Hi itaque in regno Eccleſiæ fuerũt vt arbores electæ, de quibus frondes virtutum ad imitationem eorundem ſunt nobis deſecandi. Legimus Abraham illũ magnum Deo placuiſſe, atq; non ſolum frõdes, ſed & fructus ſuauiſſimos germinaſſe. Amputemus nobis inde ramum obedientiæ, quo ad arduiſſima quæq; propter Deum inueniamur ſemper parati. Ramũ mãſuetudinis à Moſe & Dauid petamus. Ramum patientiæ accipiamus à Iob viro recto & ſimplici. Sic in nouo quoque teſtamento à ſanctis apoſtolis mundi contemptum, à virginibus caſtitatem, ab aliis quoque ſanctis vendicemus nobis ramos virtutum, quas obuiã domino venientes ante ipſum feramus. Nemo ſanctior ſit, cuius legimus vitam, à quo virtutis aliquid ad ædificationem nõ ſuſpiciamus. Hoc modo tanq̃ in nemore Eccleſiæ, in ſylua virtutũ deambulantes, virtutes & virtutum exempla coaceruemus, quæ in vſum & profectum noſtrum vertentes, tanquam ramos de arboribus cæſos, Chriſto portemus in honorem. Filij chariſſimi, videat vnuſquiſque veſtrum malam ſuam conſuetudinem, quam emendare ſtudeat & cauere. Audiſtis, quomodo laudes Chriſto cecinerunt, & hoſihahna. Sic vos quoque Chriſtum laudate, Chriſtum adorate, à Chriſto ſalutem petite & miſericordiam. Scurrilitas, impudicus ſermo, aut inhoneſtus, os veſtrum non exeat. Neque enim decet, vt os, quod Deum laudare debet, obſcœnis aut malis ſermonibus polluatur. Verum, quid dicam de his, qui tota die blaſphemant ad ſingula verba ſua, ad ſingula mendacia teſtem Deum inuocant addentes: Per Deum viuum, per Deum ſanctum? Eſt ne hoc contra præceptum Dei: Non aſſumes nomen domini Dei tui in vanum? Et contra verbum Chriſti: Nolite iurare omnino, neque per cœlum neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum? Deſuefcite filij ab hac mala conſuetudine. Quomodo in vobis mala hæc conſuetudo creuit & roborata eſt, ita iterum deficiat, & pereat omnino. Bona fit ad hæc voluntas, & omnia erunt facilia. Faciat ſemel homo ſibi legem firmam, nullo vnquam pacto, & propter rẽ nullam velle iurare. Statuat ſimul quoque ſibi pœnã tolerandã, quotieſcunq; ex impuiſo, aut per malam conſuetudinem iurauerit. Quæ, inquis, erit pœnitentia? Toties dare nũmum in eleemoſynam, aut ſubtrahere tibi vſum rei alicuius delicatæ, aut orare toties orationem dominicam. Quã pœnitentiam adeo obſerues, ac ſi ita agendi Deo votum feciſſes, quotieſcunque legem fueris tuam, non iurandi ſcilicet, tranſgreſſus. Faciet enim hæc pœna tibi inſtituta ſoluenda, vt propoſiti tui fias memor, nec iures. Verum quid de illis dicemus, qui tota die blaſphemant Deum & ſanctos, per Chriſti paſſionem, per vulnera, per corpus, per ſanguinem imprecantes, iurantes & maledicentes? Deinde per ſanctum Vitum, per ſanctum Hubertum, per ſanctum Valentinum, dire execrantur? & hoc receptiſſimum apud nobiles eſt, quaſi nobile & militare ſit, blaſphemare Deum & ſanctos, & nobilior ſit, qui dirius maledixerit, aut in Deum ſanctoſq; magis fuerit impius. O miſerrimos vos & ignobiles, ſi hæc maxima eſt virtus veſtra, quæ nobilitat vos, vt vix decem profe ratis verba abſq; blaſphemia in Deum, & ſanctos abſque maledictione, abſq; iuramento, abſque imprecatione & execratione mala. Væ vobis & miſeræ nobilitati veſtræ. Melius eut niſſet vobis, vt nunquam eſſetis nati. Rogo igitur & moneo vos, vt abſtineatis corrigatiſq; linguas veſtras inflammatas à gehẽna. Diabolus, credite mihi, ſedet in linguis veſtris. Neq; eñ ſic impie execrando & maledicendo poſſetis loqui, niſi diabolus eſſet vobiſcum. Verum non creditis, quia fortaſſe Deus ſingulare cœlum pro huiuſmodi blaſphemis domicellis (vt ſic vos nominem) cõſtruxit. Quũ veneritis, percipietis. Reuera enim ſicut viuitis, ita morietmini. Ite igitur, quia hic nobis non vultis credere dehortantibus vos

Gen. 22

Num. 12 2. Reg. 7 Pſal. 131 Iob 1

K Conſuetudo mala quãto ſtudio in melius vertenda,

Ephe. 5

Exod. 20 Iacobi. 5 Matth. 5

Blaſphemia in Deum & ſanctos eius, quanta hodie ſit, in abuſone.

Iacob. 5

vos à turpi, laſciuo, voluptuoſo, maledico, ebrioſoq; veſtro modo viuendi. Experiamini igitur quid vobis eueniat, & relinquite nobis cauſam plangendi vos. Neq; enim grandis nobis ſpes erit de felicitate veſtra, niſi vera præcedat conuerſio, quę luceat in vita veſtra: quandoquidem in peccatis veſtris moriemini. Quando enim benefacietis, qui nunquam didiciſtis benefacere, qui necdum ſtatuitis vos corrigere? Iterum igitur dico: Ex teſta parentum veſtrorum male nati, male educati, male viuere aſſueti, male etiam (niſi ſingulari vos miraculo Deus mutet) moriemini. Hæc non omnibus vobis filij dico, ſed diuitibus, nobilibus, ſceleratis, concubinarijs, maledicis, & his, qui in continuis peccatis viuentes, ſeſe nõ corrigunt. Vos autem filij, qui ſemper eſtis pauidi, qui pro conſcientia veſtra vigilatis, qui delictorum fugitis occaſiones, qui Deum offendere timetis, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cum palmis & oliuarum ramis, in ciuitatem cordis veſtri introducite, illi honorem & laudis cõfeſſionem offerte, illum nunc in paſſione & morte ipſius agnoſcite, eiq; compatientes adſtate, vt dignetur vos etiam in morte veſtra agnoſcere, atque ab æternis vos incendijs liberare, qui eſt cum patre et ſpiritu ſancto benedictus in ſecula, Amẽ.

Ioan. 8

Blaſphemijs & execrationibus quinã hoc tẽpore magis dediti ſint.

EXEGESIS IN PASSIONEM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, IVXTA QVATVOR EVANGELISTARVM narrationem, ſenſum Orthodoxorum Patrum luculenter referens: atque ad compaſſionem, gratiarum actionem, & imitationem. quenq; vehementer extimulans.

PRÆFATIO.

Dedit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt, & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit. Eſaiæ LIII.

XXIII CHARISSIMI FIlij, licet paſſionẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti quotidie dignum ſit cogitare, tamen hodie maxime cum omni deuotione tenemur rememorari, cõpati Chriſto, & gratias agere: quando vniuerſalis Eccleſia triſtitiam & compaſſionẽ repræſentans, eius memoriam agit in omnibus quæ agit, ſcilicet in Miſſa, in cantu, in pulſu, in ſignis, alijsq; ritibus & cęremonijs. Omnia etenim membra corporis, languente capite, dolent. Et nos, ſi membra Chriſti ſumus, non poſſumus nõ dolere ipſo dolente, non poſſumus nõ compati, ipſo patiente: maxime cum non pro ſe, ſed pro nobis, id eſt, pro liberatione & ſalute noſtra patitur, quicquid patitur. Si ergo ei non compatimur, ſignum eſt, quia membra eius non ſumus, nec de ſpiritu eius vegetamur. Sol & luna hodie obſcurantur, terra tremit, petræ ſcinduntur, & etiam creatura ſuo creatori compatitur irrationalis: & homo (pro quo creator patitur) rationalis, non cõpatietur? Cogitet vnuſquiſque. Si ego feciſſem malum, propter quod pater meus, vel mater mea occiſa eſſet, nõne pro morte eius merito dolerẽ? Etſi non dolerem, nonne & ſimiliter morte dignus eſſem? Verum iam malũ feci ego, propter quod non ſolum pater meus, ſed & Deus meus occiſus eſt, quomodo ergo non dolebo? Quapropter de hac die intelligitur, quod in Leuitico ſcribitur: Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populo meo. Non ergo eſt hodie licitum ridere, propter fletum Chriſti. Quia qui hodie non compungitur circa paſſionem Chriſti, timendũ eſt quod per totum annum non compungatur, id eſt, timendum eſt, q̃d nõ fit de illorum numero, qui redemptus ſit paſſione Chriſti, hoc eſt, cui proficiat virtus paſſionis Chriſti. Non tantum tamen hodie ſolum memores eſſe de

A Leuit. 23

Matth. 27 Marc. 15

bemus cor, quę p nobis paſſus eſt dñs, ſed q̃tidie. Quia dignũ eſt, vt q̃tidie de illo cogitemus, cuius fructũ q̃tidie pcipimus. Taliſeſt paſſio Chriſti, q̃ nos in ſuſceptiõe baptiſmatis, qñ ad fidẽ ingredimur ab omni peccato purgat, Chriſto incorporat, contra tentationes roborat, ad virtutes inſtruit, meritum conquirit, & in morte, id eſt, in exitu ab hoc mundo ad æternam fœlicitatem nos educit. Vnde & homo per meditationem dominicæ paſſionis maiorem vtilitatem conſequitur, quam per aliqua alia exercitia corporalia in Dei acceptatione, teſte Alberto Magno, qui in tractatu de miſſa dicit: Simplex recordatio vel meditatio paſſiõis Chriſti, plus valet, quã ſi quis per annum ieiunaret in pane & aqua qualibet ſexta feria, vel diſciplinaret ſe qualibet hebdomada per annum vſque ad effuſionem ſanguinis, vel quotidie legeret vnum Pſalterium. Vnde hortatur Bonauentura: Si vis, inquit, homo de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere, quotidie quanta potes deuotione, mediteris domini paſſionem. Nil enim in anima ita operatur vniuerſalem ſanctificationem, ſicut meditatio paſſionis Chriſti. De huiuſmodi autem vtilitatibus & dictis ſanctorum perſuadentibus ad meditandum poſſent multa dici, ſed temporis anguſtia non admittit, quia reſtat nobis adhuc diu hiſtoriam dominicæ eiuſdem paſſionis recenſere & declarare. Hoc tantum dicere expedit, quod etiam in thematis præſcripti verbi inſinuatur, quod in meditatione dominicæ paſſionis tria quærere debemus, ſiue triplicem finem intendere: ſcilicet vt ad compaſſionem nos excitemus, vt ad imitationẽ p uocemur & inſtruamur, & vt ad deuotionẽ & charitatẽ affectũ noſtrũ inflammemus. Vt aũt hæc pſequi valeamus pro gratia impetranda dicamus ad honorẽ amariſſimæ paſſiõis dominicæ, & triſtiſſimæ doloroſiſſimęq; matris eius, vnũ Pater noſter, & Aue Maria. Dedit in mortẽ, &c vt ſupra dixi filij chariſſimi, q̃d vtiliſſimũ ſit, paſſionem dñicam quotidie meditari: hodie autem omnino neceſſarium, & quod in eius meditatione, tria debemus intendere ac quærere: Primo, debemus meditando paſſionem domini elicere compaſſionem. Ad ſentiendam autem compaſſionẽ erga Chriſtum, & compaſſionis deuotionem valent hæc ſequentia: Primo penſare amariſſimum excellẽtiſſimumq; dolorem paſſionis eius. Fuit aũt dolor eius duplex, ſcilicet in cõrpore, & in mente: externus & internus. Vterque commemoratur in præallegatis verbis: dedit in mortem animam ſuam: ad quam vtiq; per multas paſſiões peueniſſe intelligitur. Ecce dolor corporalis, Et cum ſceleratis reputatus eſt: in quo famæ ablationem, & ignominiam, & per conſequens ſpiritualem dolorem, ſicut in alijs multis ſenſit. De vtroque dolore intelligitur, quod in Threnis in perſona Chriſti dicitur. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus, quaſi dicat, non. Secundum omnes enim communiter doctores dolor Chriſti fuit maximus, ſuper omnes dolores huius vitæ. Rationes ſunt, primo, propter nobilitatem & teneritudinẽ complexionis eius. Secundum Ioannem Chryſoſtomum, Ea quæ fiunt à Deo per miraculũ precioſiora & meliora ſunt his, quæ fiunt per naturam. Quia ergo Chriſtus fuit miraculoſe formatus in vtero virginis per ſpiritus ſancti virtutem, ideo melioris fuit & delicatioris complexionis, & ſenſu viuacioris pr̃ hominibus totius mũdi. Quanto autem aliquid nobilius, precioſius, tenerius, delicatius eſt, tanto facilius læditur, tanto grauius & acrius affligitur, cum cruciatur: Sicut differentia iſta patet in ruſtico laboribus attrito, & nobili in homine & beſtia: in oculo & calcaneo. Cum autem nemo in æqualitate teneritudinis, & nobilitatis, & perceptibilitatis poſſit Chriſto æquari (quia tenerior fuit in calcaneo, quam tu in oculo, & clauus magis affixit Chriſtum, quam ignis Laurentium) Ideo nullus etiam dolor eius cõparari poteſt. Secundo, propter ſatisfactionem peccatorum totius humani generis. Quia non pro vno peccato, nec pro vno hoie, ſed pro totius mundi peccatis ſatisfacere voluit, & ſatisfecit: non ſecundũ quod ſufficiebat ſecundum dignitatem ſuæ perſonæ, quia, vt ſic, vna gutta fuſa ſanguinis ſuffeciſſet. Secundum ergo quod congruebat & requirebatur, ſcilicet ſecundum demerita hominum, per viam iuſtitiæ voluit pro nobis ſatisfaciendo nos liberare, & non per potentiam, ponderando omnia peccata totius mundi, & paſſionis ſuæ dolorem quaſi in ſtatera.

Paſſionis Chriſti fructus.

Albertus Magnus. Meditatio Chriſti paſſionis quanrę ſit energiæ.

Bonauentura.

Tria meditaturo paſſionem domini neceſſaria.

Compaſſionem p quædam adiuuari.

Dolor Chriſti vt fuerit duplex.

Threni

Dolor Chriſtus vt fuerit maximus.

Ioannes Chryſoſtomus.

B

Eſaiæ 53 Vnde dixit Eſaias: Poſuit, ſcilicet Deus pater iniquitates omnium noſtrum ſuper eum. Satisfecit itaq; pro omnibus, & omnium noſtrum peccatis, pro omnium miſerijs, pro omnium pœnis, & triſtitia, & dolore, quæ homo debuit habere p exulatu huius miſeriæ. Tertio, dolor maximus fuit, quia multa accidẽtia habuit valde dolorem ſuum grauantia. Primo, acerbiſſimus fuit propter generalitatem, quia in omnibus membris doluit. Secundo, quia ſine culpa, ſcilicet ppria, ſed aliena. Idcirco, quia tu cauſa fuiſti omnis paſſionis eius, merito dolere debes. Tertio, quia in viliſſimo loco. Quarto, in ſceleratorum conſortio. Quinto, in feſtiuo tempore. Sexto, coram populi multitudine. Septimo, turpiſſima mortis conditione. Octauo, quia omnes dolores, & omnes pœnas vniuerſaliter & figillatim ſenſit. Nos ſi plura habemus vulnera, hoc quod acrius nos moleſtat obliuiſci facit cæterorum, vel nõ ſentire, ſicut magnus dolor dentium facit obliuiſci doloris in pede. Chriſtus autem diſtincte & experimentaliter nouit & apprehendit omnium membrorum dolores ſingulos: & ideo maximum dolorem habuit immitigabiliter, propter ſuæ perſonæ maieſtatem, quia ſcilicet Deus & homo. Et ideo in omnibus quæ auditis de Chriſto, cogitate, quod non ſolum homo mitiſſimus, humillimus, pulcherrimus, gratioſus, pijſſimus, dulciſſimus, & amãtiſſimus, ſed etiam Deus eſt reuerendus, metuẽdus, adorandus, omnipotens, creator, & iudex noſter, q̃ ſaluabit, aut damnabit nos. Cauſas autem interni doloris & triſtitiæ, infra dicam, quum opportunum fuerit.

Dolorem Chriſti maximũ q̃am auxerint.

C

Secundo, in paſſione domini debemus videre, & attendere geſtus, mores, & virtutes domini noſtri Ieſu Chriſti ad imitandum, quia quicquid in terris dixit & fecit Chriſtus, diſciplina & morũ perfectio fuit. Et ideo quando auditis, aut cogitatis, quod Chriſtus dixit, aut fecit hoc, vel illud, inſpiciatis, quomodo ſe habuit, exterius, & interius: quomodo ſtetit humiliter parum loquens, cum diſciplina, leniter & pie abſque rancore, abſque inuidia, quietus, & tranquillus corde, diligens omnes, cupiens omnibus bene, & faciens, atque compatiens. Idcirco in verbis allegatis ſupra ad excitandum in nobis imitandi ſtudium dicitur, quod pro tranſgreſſoribus, hoc eſt, pro crucifixoribus orauit, dans nobis exemplum veræ charitatis. Tertio, dominicam paſſionem cogitando, debemus affectum noſtrum ad deuotionem & amorem erga Chriſtũ inflammare. Ad hoc valet quod cogitemus, quod omnia, q̃ ſuſtinuit, non propter ſe, ſed ſine culpa propria pro nobis, ad delenda, ſcilicet peccata noſtra, ad acquirenda nobis merita, & gaudia cœleſtis gloriæ, tolerauit. Vnde & Eſaias de eo dicit: Ipſe vulneratus eſt propter iniq̃tates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et, Diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ, & liuore eius ſanati ſumus. Vnde in themate dicitur: Peccata multorum tulit, non ſolum multorum, ſed omnium: Quia quantum in ſe eſt, pro omnibus ſatisfecit. Ad excitãdum tamen maiorem charitatem, debet vnuſquiſq; domini paſſionem cogitare, ac ſi pro ſe ſolo dominus paſſus eſſet. Et reuera, quia & ſi nõ niſi vnus fuiſſet peccator, qui redemptiõe indiguiſſet, æque crucem pro eo, & mortem, ſicut pro multis ſuſtinuiſſet. Aut ſi vnus adhuc ſupeſſet, cui paſſio tolerata nõ ſufficeret, Chriſtus denuo rediret, & iterũ ſemel, vt ante moreretur, ne ſalutis remedium cuipiam deeſſet. Nunc vero, quia ſecundum morem Eccleſiæ congruit vobis pr̃dicari paſſionem, diſtinxi totam paſſionẽ in articulos LXV, vt eo facilius retineatis, quæ circa huiuſmodi articulos ſic diſtincte dicuntur. Ad quemlibet etiam articulum aliquid morale, vel inſtructorium, quod ex geſtis domini elicitur annexui. Et licet ſummarie in tot articulos diſtinxerim domini paſſionem, nihilominus tamẽ vt magis condeſcendam vobis, ordinabo & referam articulos ſingulos ad horas canonicas, ſecundum quas geſtæ ſunt, ad aliquas paucos, ad aliquas plures, ſecundum quod circa vnam horam plura euenerunt, quam circa aliam. Sicut ad primas Veſperas quatuor, ad Completorium ſeptem, ad Matutinas XVIII. ad Primam quinque, et ſic de alijs horis. Antequam tamen procedatur ad diſtinctionem horarum, præmittenda ſunt quædam, quaſi præambula, & introductoria in ipſam domini paſſionẽ:

Poſt quę ſubuertuntur duo articuli, de quibus non conſtat, qua hora factum ſit, quod circa illos geritur.

Quónam mõ Chriſtus in oibus ſuis ỹbis & factis nos docuerit.

Eſaiæ 53

Eſaiæ 53

Imitari vti debeamus Chriſtum patientem.

Eſaiæ 53

Ibidem

Meditans paſſionem Chri, quinã charitatẽ erga ip ſum excitet.

PRAEAMBVLA PASSIONIS domini noſtri Ieſu Chriſti.

D

PRædicante dño noſtro Ieſu Chriſto pœnitẽtiã dũ propter nimiã dulcedinẽ doctrinæ eius, & propter innocentẽ, benignam amabilemque eius conuerſationem, ſed & obſtupendam miraculorũ eius choruſcationem, & variam beneficiorum exhibitionem fama eius vndique diuulgaretur, & populi vbiq; relictis Phariſæis ad eum confluerent. Scribæ, Phariſæi, & principes Iudæorum, quia erant inanis gloriæ cupidi, inuidebant illi: & potiſſimum, quia hipocryſim & iniquam eorum ſimulationem dominus arguebat, & contraria operibus eorum malis docebat. Idcirco cœperũt ei vbiq; detrahere, opera & verba eius mendacijs peruertere, ipſum blaſphemare, perſequi, quæſtionibus tentare, prædicationem eius callide obſeruare, & ex omni parte quærere, ſi qd poſſent inuenire, vbi poſſent eũ accuſare, & tanq̃ iniuſtum diffamare & punire. Sed dominus, qui eoꝝ occultas machinationes, & verſutas cogitationes nouerat, ita prudẽter, & innocẽter in omnibus ſe habuit, quod ipſi amplius confundebantur, & omnis eorum ſubdola cogitatio fruſtrabatur. Vnde ipſi maiori inuidia furebant cõtra ipſum: & tunc maxime, poſtq̃ dominus Lazaꝝ quatriduanũ mortuum de monumẽto reſuſcitauit, qui ſcilicet Lazarus erat nobilis, & nominatus miles de regia ſtirpe: quia hoc miraculum erat celeberrimum, & omnibus notũ, & in multorum præſentia Iudæorum factũ, propter qd multi credebant in ipſum.

Matth. 15. & 23

Lucæ 12 Matt. 22 Lucæ 20 Lucæ 11

Ioan. 7. 8

Ioan. 11.

Ex tunc igit Iudæi collecto concilio ſtatuerunt & definierunt concluſiue Chriſtũ interficere. Et hoc concilium creditur factum in ſabbato ante dominicã in paſſione: propter quod Eccleſia tũc incipit in cãticis expreſſam memoriã de Chriſti paſſione, & dimittit gloriã patri. Habito hoc cõſilio, & definitiõe facta de Chriſti interfectiõe, dñs Ieſus receſſit in aliã regionẽ in ciuitatẽ quæ dicebat Ephrẽ: vbi morabat cũ diſcipulis ſuis: Hoc faciebat Ieſus nõ ex timore, nec ex impotentia præſeruandi ſe à morte (qa nihil poterat fieri in eũ contra voluntatẽ ſuã) ſed voluit declinare furorẽ pſequentiũ ſe nobis in exẽplum: vt etiam nos, qñ fieri expedit, declinemus aduerſarios noſtros, ne demus eis occaſionẽ amplius iraſcendi, & per conſequens grauius peccandi ex præſentia noſtra: quia furor inimicorum noſtrorum facilius vel citius vincitur, ſeu placatur cedendo & tacendo, quam renitendo & diſputando. Manſit autem dñs paucos dies illic, quia apppinquabat dies paſſionis ſuę, & ideo redijt verſus Hieruſalem, & ante ſex dies paſchę Iudæoꝝ in ſabbato Palmaꝝ venit in Bethaniã, vbi fuerat Lazarus mortuus quem ſuſcitauerat. Illuc ergo veniens Ieſus, intrauit domum Simonis læproſi, id eſt, qui fuerat læproſus, & per Ieſum à læpra mundatus. Hic erat cognatus Marthæ: & domus eius erat vicina domui Marthæ: vel forte ſpectabat ad poſſeſſionẽ Marthę, quę erat dña illius caſtelli. Ibi fecerũt ei cœnam, quia multũ gauiſæ erant de reditu eius, quem ſup oĩa diligebant. Martha aũt illa nobilis domina miniſtrabat, & Lazarus vnus erat ex diſcumbentibus. De hoc Lazaro dicitur, quod poſt reſuſcitationẽ ſui nunquam riſerit, ſed poſtaſcenſionem dñi incredibili abſtinentia & caſtigatione corporis ſeipſum afflixit: quia viderat pœnas horrendas inferri. Cum autem dominus eſſet in cœna, feruentiſſima & fideliſſima eius amatrix Maria Magdalena (quæ non poterat ſatiari in dilectione & veneratione eius: imo omne quod facere poterat in honorem ſui dulciſſimi magiſtri, hoc nimis paruũ adhuc ei videbat) mercata eſt vnguentũ nardi ſpicati precioſi, qd illius naturæ eſt, quod refrigerat, & confortat hoĩem: propterea diuites vtebãtur eiuſmodi in illis regionibus, ꝓpter calorẽ nimiũ & ſiccitatẽ terræ. Magdalena itaq; conſecturabat dñm debilem, qa videbat eum frequenter palleſcere, vel ex fatigatione itineris, vel ob memoriam mortis ſibi inſtantis, quam ex relatione (vt Auguſtinus dicit) Lazari reſuſcitati imaginabatur. Et ideo acceſſit ex more ſuæ deuotionis ad pedes, vbi quõdam inuenerat gratiam in hac eadem domo Simonis, & lauit illos, capilliſque capitis ſui terſit. Dehinc fracto alabaſtro, id eſt, vaſe marmoreo apto, effudit vnguentum ſuper caput ipſius recumbentis. Deinde vnxit & pedes, & domus impleta eſt ex odore vnguenti. Non putandum eſt, quod hoc vnguentum fuerit ſpiſſum, ſicut apud nos vnguenta conficiuntur: ſed tenue admodum aquæ roſaceę. Oh cogitate, quantum placuit hæc deuo

E

Ioan. 12

Lazarus erat vna poſt ſuſcitationẽ à morte.

Nardi ſpicati natura quę ſit.

Auguſtin.

Luc. 7

Vnguenti hoc eſſe qua le fuerit.

Fuga ſua quid nos Chriſtus doceat.

F

deuotio, hoc opus pietatis benedictæ virgini matri Ieſu: quia & ipſa plena erat pietate, & compaſſione: & libenter ipſamet feciſſet tale quid: ſed pauper erat, nec emere poterat, ideo forſitan hæc & ſimilia cogitabat eleuata mente ad Deum: Gratias vobis & ſempiterna laus cœleſtis pater omnipotens, ſempiterneque Deus, qui diſti in cor huius filiæ veſtræ, vt ipſa ſic honoraret, ſic amaret filium veſtrum, & meum: permaneatque quæſo merces illius vobiſcum in æternum. Videntes autẽ diſcipuli, indignati ſunt, murmurantes, & dicentes: vt quid perditio hæc? Potuit enim venundari multo, & dari pauperibus. Non par ratio, nec ſimilis fuit intentio murmurãtium apoſtolorum ad reprehendendum hoc opus pietatis. Nam cæteri apoſtoli preter Iudam murmurabant ſolum contra Magdalenam, quia ſciebãt quod dominus de tali honore non curaret, nec talia medicinalia affectaret. De pauperibus: vero & de danda eleemoſyna ſæpe mandauerat: ideo arguebant mulierem ex conpaſſione, ad pauperes. Iudas autem murmurabat ex infidelitate & auaritia, quia putabat totum perditum, quod fiebat ad honorem ſui magiſtri. Et licet verbotenus, ad colorãdam nequitiam ſuam, videbatur habere ſollicitudinem pro pauperibus, tamen nulla erat ſibi cura de pauperibus, ſed quia ipſe loculos habebat, furabatur ex his quæ mittebantur eleemoſynaliter Chriſto, & ſuſtentabat inde vxorem & liberos ſuos. Quia ergo iſtud vnguentum potuiſſet vendi, (ſicut ipſe taxauit) trecentis denarijs, & pecunia veniſſet in manus ſuas, vnde potuiſſet furari decimum denarium, ita quod habuiſſet inde triginta denarios (qui quęſtus iam ſibi perijt) ideo murmurat, non ſolum contra Magdalenam, ſed etiam contra dominũ iratus. Et amiſſio huius pecuniæ fuit ſibi occaſio quod vendidit Ieſum. Sed quid faciebat deuota mulier Maria Magdelena, quando diſcipuli murmurabant contra eam? Humiliter tacebat, ſic enim facere ſolebat. Nam & ante quando Simon contra eam murmurabat, quia lauerat lachrymis pedes Ieſu conuerſa ad ipſum, & quando ſoror ſollicita in miniſterio domini murmurauit cõtra eam quieſcentem ad pedes domini, ſimiliter tacuit. Et ideo dominus etiam nunc, ſicut ſemper excuſauit eam, dicens, quod bonũ opus operata eſſet in ſe, & quod vnxiſſet ſe ad ſepulturam. In quo oſtendit in proximo affuturam ſibi paſſionem & mortẽ. Hoc verbum, ſcilicet quod eſſet vnctus in ſepulturam, fuit gladius ſcindens cor virginis Mariæ, quæ non poterat audire de morte filij.

Matth. 26

Murmur apoſtolorũ quale fuerit.

Luc. 11. 12

Murmur Iudę vñ prodierit,

Ioan. 12

Luc. 7 Luc. 10

Matth. 26

G

Sequenti die in dominica ſcilicet Palmarum, iuit dominus mane ad Hieruſalẽ, & cum appropinquaſſet ciuitati pręmiſſis duobus diſcipulis, qui adducerent ſibi aſinam, intrauit ciuitatem. Antequam autem venerat vſq; ad ciuitatem, exierunt ei obuiam turbę, quæ conuenerant ad diem feſtum Paſchę cum ramis palmarum & oliuarum, (quia audierant de miraculo reſuſcitationis Lazari) ſternentes veſtimenta ſua in via, & facientes domino honorem, qualem nunquam ante fecerant. Clamabant enim, & laudabant eum, dicentes: Benedictus, qui venit in nomine domini, Oſanna filio Dauid. Benedictum q̃d venit regnum Dauid patris noſtri. Dominus Ieſus autem non multum lætatus fuit in tali honore, quia ipſe videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, non ſolum ob excidium vrbis, & murorum futurum: ſed magis propter peccata inhabitantium: & quod tantum facinus ꝓpetraturi erãt, occiſuri dñm ſuũ, regẽ & creatorẽ. Intrauit itaq; dñs in ciuitatẽ, ſedens ſup aſinam: & ſtatim intrauit tẽplum, ꝓdicans vſq; ad veſperũ. Et poſt tm̃ honorẽ (q̃d dolẽter dicendũ eſt) nõ fuit in tota ciuitate q reciperet eũ ad hoſpitium, vel q daret ei mãducare. Prohibuerãt eũ principes ſacerdotũ, ne qs cõfiteretur eum eſſe Chriſtum: & quod nõ reciperẽt eum, alioquin fieret extra ſynagogam. Sic dominus de ſero cogebatur redire Bethaniam adhuc ieiunus, & ſine cibo. Eatis & vos cum eo, & compatiamini ei, quod ille, qui cunctacreauit, vt omnibus creaturis alimenta miniſtrat, nõ habet qui det ei buccellam panis. O Deus vbi nos manebimus, qui ſumus tam ſolliciti, quomodo repleamus ventrem noſtrum? Cogitate de beata virgine, quæ ante receperat conſolationem de mane, quãdo audiuit, cum quanto honore introductus fuerat filius ſuus in vrbem: ſed quãdo iã redit ieiunus, intelligebat quod talis honor fecerat maiorem inuidiam in Iudæis, contra eum.

Dñica Palmarũ qd Chriſtus egerit. Matth. 21 Lucæ 19 Ioan. 12

Ioan. 11 Matth. 21

Marc. 11 Lucæ 19 Ioan. 12

Lucæ 19

Matth. 21

Ioan. 9

H

Sequẽti mane qñ redire voluit Hieruſalẽ, potuit mater dicere ad filiũ: Chariſſime fili

Die Lunæ poſt diem Palmarũ qd egerit Chriſtus. Ofo Ma-

riæ ad filium Iesum

fili, ego aduerto, quod Principes & Scribę insidiantur tibi, rogo te igitur, noli amplius redire inter eos, sed mane nobiscum. Cui respondit Iesus: Charissima mater, oportet me facere voluntatem patris, &perficere opus, propter quod veni. Sunt enim adhuc quos me oportet attrahere ad agnitionem patris mei. Quare tristaris pro me? Quare times? Tu scis tamen, quod nemo potest mihi aliquid facere, contra voluntatem meam. Tu scis propter quid veni. Tempus meum breue est. Oportet me loqui & prædicare, quod loquendum est. Cui mater suffusa lachrymis, Ego, inquit, nihil cupio contra voluntatem patris, aut tuam: nec intendo te retrahere à saluatione animarum. Sed velim vt saltem per istos dies paucos nobiscum maneas, si non possum te semper habere. Interim forsitan ira Iudæorum quiescet, & tunc iterum prædicabis. Respondit Iesus: Charissima mater, esto contenta. Ego viuus & sanus adhuc redibo. Et sic iterum iuit ad Hierusalem cum discipulis suis, prædicans in templo vsque ad vesperum. Et nemo inuitauit eum ad prandium: sed ieiunus rediit iterum Bethaniam. O quis est tam duri cordis, qui non compatitur pijssimo IESV, cui pro tanta charitate sua, nemo est qui respondeat, nemo qui gratias agat, nemo qui recognoscat: quem post tantum laborem prędicationis, post tantam fatigationem totius diei esurientem, & ieiunum nemo est qui vel modico pane refocillet. Nemo qui vel dicat: Magister, per totum diem prædicasti, veni & comede. Sed quasi ignotus egreditur de sero pauper & famelicus, cuius est cœlum & terra. Sed dicit fortasitan quis: quia fuit Deus, non esuriebat. Verum est, si voluisset, potuisset non esurire: sed non vtebatur remedio diuinalis potentiæ suæ, ad consolationem suam. Imo esurijt & sitijt, fatigabatur, patiens calorem & frigus, vt cæteri homines, tamen differenter, quia patiebatur non nisi volens. Nos vero patimur nolentes, & volentes. Redit ergo Iesus hoc sero feria secunda rursus in Bethaniam. Cogitate quomodo Martha sollicita est in domo, vt dominus reficiatur. Maria vero mater Iesu loquitur interim cum filio plena mœrore, interrogans eum, & dominus respondet. Magdalena interim sedet ad pedes eius, diligenter auscultans, quia nunquam poterat satiari in verbis Christi, quæ fuerunt ei melle dulciora.

Ioã.5.& 9

Colloquium Iesu & matris eius.

Christ⁹ vt patiebat differēter ꝯ nobis famē, sitim, frigus, calorē, &c.

I

Feria tertia, dominus redit in Hierusalem, & rogat beata Maria apostolos, vt interrogent & scrutentur consilia Iudæorum. Rogat illos, vt si quid syniſtri audirent contra Iesum, in bonum interpretentur. Ad quod libenter annuunt, quia apostolis cæteris, præter Iudam, erat maxima dilectio ad Iesum: & maxime timebant, & dolebant de discessu eius. Sed quum de sero rediisset ieiunus, & apostoli nunciarent matri, quia Iudæi omnino conspirauerant in mortem eius, rogauit mater Iesum, vt feria quarta maneret in Bethania. Cuius precibus annuit Iesus, & mansit ibi in domo Marthæ. Iudas vero erat plenus cogitatione iniqua, & maxime turbatus, propter effusum vnguentum, quod ablata sibi fuerat occasio furandi. Quum itaque dominus maneret in Bethania, accepit inde opportunitatem ad complendam malitiam suam: quia cognouit per suggestionem, & instinctum diaboli, quod tunc Iudæi conueniebant in illo die, quomodo vel quando Iesum interficerent. Timebant enim hoc facere in die festo propter turbationem populi. Simulauit ergo se Iudas, quasi pro necessitate se oportere ingredi ciuitatem, vel alicubi alio: sed intendebat vendere dominum. Et licet alij Apostoli nihil suspicarentur mali, eo quod magistraliter celare nouerat malitiam suam, tamen non potuit fieri, quin aliquid deprehenderet domina Maria: quia erat etiam docta ex prophetis, quod Christus filius suus erat tradendus per vnum, qui reputabatur singularis amicus eius. Et diabolus qui regebat Iudam, inquietabat eum, nunc huc, nunc illuc ire, interdum occulte ad Iudæos loqui, & redire ad Iesum.

Die Martis post Palmarū qd Christus egrit

Die Mercurij post Palmarū, qd egrit Christus,

Matth.26 Marci 14 Lucæ 22

K

Ex quo beata domina studebat etiam Iudam singulariter blanda lenitate alloqui, beneficia, & dilectionis signa exhibere, & interdum ipsum admonere per dulcia, sed potentia verba, cum dulci benignitate, sed honestissima grauitate: si forte resipisceret, & placaretur, & deponeret conceptus iniquos. Hoc enim pie credi potest de beata virgine: qm̃ & filius eius, quantū in se fuit, conabatur eū reuocare à malo proposito, etiā post sui venditionē, aggrediendo eum beneficijs, scilicet lauando pedes eius, dando illi corpus suum, monēdo, comminando & huiusmodi, vt infra dicetur. Potuit ergo benedicta domina (sicut venerabilis Gerson ponit) in hunc modū alloqui, tentās si forte durum cor ipsius posset mollificare. Vides o Iuda charissime, quomodo Iudæi conspirauerunt in mortem magistri tui filij mei, quo pacto quęrunt eū perdere. Sciuisti (aderas enim) quomodo nuper tulerunt lapides, vt iacerent in eum, quando vix viuus euasit e templo. Nunc precor te per socialem omnium nostrum conuictum, & per, si quid ipse totus bonus & nos omnes bene vnquam de te meruimus, roga Iudæos ea, quæ ad pacem sunt: Is enim & redis ad eos. Ostende nihil esse in filio meo dignum morte, qui infirmos eorum curauit, qui doctrinis erudiuit, qui solum Dei honorem & gloriam viuendo prædicandoque quæsiuit. Cur in huius morte peribimus omnes? Scis quod ex eius vita pendet mea. Quinetiam tu ipse qualem alium dominum vel magistrum habiturus es, in quo plus benignitatis, gratiæ & fauoris expectas? Elegit te in apostolum, in fratrem, in amicum: pauit te, ministrauit tibi, pot estate miraculorum cum autoritate prædicandi dotauit te, dispensatorem suum constituit te: denique maiora sunt quæ promittit.

Matth.26 Lucę 22 Ioan.13

Ioannes Gerson.

Verba beatæ Mariæ ad Iudam proditorem. Ioã.8.& 10

Sed quid respondebat putatis ad hæc, similiaq; verba, & ad pios gestus virginis versutus ille & pseudoapostolus? qualem faciem ostendit? Facile fuit ei fingere falsã promissionem. Versipellis enim erat neq;: & simulare potuit pietatem in verbis, qui plenus erat dolo & iniquitate. Quid mirū, si putauit se decipere posse dominam Mariam, vt malitiam cordis sui non posset agnoscere, quando etiam putauit nequissimam simulationem suam in osculi proditione Christum nō posse intelligere? quādo putauit, quod per signum falsum amicitiæ crudelissimam eius traditionem magistro posset detegere (vt infra sequitur) Dicebat enim ei: Aue rabbi, interim osculans eum: quasi dominus osculum attenderet, & prauitatem cordis sui non intelligeret. Sic etiam nunc matri potuit ficto pięte respondere: Charissima domina, nihil mali timeatis filio tuo, charissimo magistro meo. Non enim aliquid mali eueniet ei. Neq; putetis quod tam male affecti sunt illi Scribæ & Pharisęi. Ex prædicationibus ipsius liberioribus contra ipsos, sunt nonnihil commoti: sed cito cessabit illa commotio cordis eorum. Sed tamen si mali aliquid illi machinati fuerint, hoc ipsum tibi protinus notum faciam, illiq; vsque ad mortem adfistam fideliter, illumq; defendam quantum potero. His similibus que verbis vulpinis & simulatorijs ab illo nequam proditore prolatis, beatissima virgo Maria non quidem omnino simpliciterque fidem adhibens (quandoquidem spiritus eius nondum quiescere ad plenum potuit) sed tamen aliquo modo ab extra videbatur, animo ęquiore & contenta magis.

Matth.26 Marci 14 Lucæ 22

IESVS A DISCIPVLO PROprio est venditus. Articulus I.

L

INterea Iudas auarus & nequam dolens adhuc de ablata occasione illius furandi, scilicet triginta denarios de precio vnguenti, & volens illos recuperare, considerauit Iudæos conspirasse, quomodo Iesum occiderent, & tractare inter se quomodo hoc fieri posset sine tumultu. Et videns se oportunitatem habere exequendæ propriæ voluntatis prauæ, eo quod dominus iam nō erat Hierosolymis, sed mānsit in Bethania, prexit Hierosolymā solus, quasi aliqd negocij habēs, & vere magnū negociū habebat, & tractabat. Inuenit aūt principes, & seniores Iudæorum, & scribas tunc congregatos in consilio contra Iesum, ad quos intrauit, non rogatus, non vocatus, sed propria sua malignitate instigatus, & dixit illis: [Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?] Ego scio quid tractetis, videlicet, quomodo occidatis magistrum meum, ego noui etiam quid timetis, scilicet tumultum populi. Quid ergo dabitis mihi, & ego tradam eum vobis sine turbis? Et notate quam vilem æstimauit dominum Iudas. Non dixit: Tantum mihi dabitis, sicut solet fieri pro re chara, vel p̄ciosa, sed, Quid vultis mihi dare? Quasi diceret: Ego cōstituo in volūtate vestra, quid detis mihi: qa non magnipendo, non precioſum facio magistrum meum. [At illi promiserūt, & pacti sunt ei pecuniā se daturos. Et cōstituerūt ei triginta argēteos.]

Lucæ 22

Si mi-

Si minus constituissent, minus accepisset. Pensate quantam tristitiam inde habuit pñssimus dominus, quãtam ignominiam sustinuit,& quantum dolorem suum hęc auxit,quod ipse qui est summum bonum &infinitæ bonitatis,vilipensus est adeo,et pro tam vili precio venditus,& hoc à discipulo suo,præsertim cum talis vilipensio redundet in patrem:quia filij ignominia,de decus est sui patris. Sed qd debemus discere ex hoc articulo?Primo,quam verũ sit quod Apostolus dicit: Radix omnium malorum est cupiditas. Ecce in quantam cæcitatem cordis venit Iudas,ex cupiditate pecuniæ, vt videlicet magistrum suum, autorem vitæ traderet in mortem. Videte, quanta peccata veniunt ex auaritia. Vnde furtum,latrocinia,prædationes,odia, vsuræ,innumerabilia mendacia,& fraudes,iurationes falsæ ementium & vendentium, nonne ex auaritia? Secũdo instruimur, vt nos non vendamus Christũ.Ecce quo modo detestamur &maledicimus Iudam, quod Christũ vendidit, & nos sæpe Christum vendimus.Quomodo?In omni peccato,præsertim mortali.Intendite quę dico.Quisquis est sine peccato mortali, quis quis charitatem habet, Deum habet: quia Deus(inquit Ioannes in epistola)est charitas.Ecce habes charitatem, habes Deũ in anima tua. Anima tua est hospitiũ in quo Christus habitat. Aduertit hoc ille pessimus mercator, imo spoliator humani generis inimicus,vult tecum mercari, vt tibi tollat Christum,non vt ipse habeat(ipse tamen non cupit eum, quia nõ diligit eum, nec potest habere eum) sed vult tibi tollere,vt tu nõ habeas. Quare?Ex inuidia.Scit enim magnum bonum esse habere Deum: &quia ipse nõ potest habere hoc bonum, nõ fauet tibi vt tu habeas. Quomodo hęc facit?Proponit tibi species rerum, delectationes creaturarum illicitas,Deoq; contrarias,& cum quibus Deus non potest esse, vt cũ illas admiseris,Deus à te fugiat.Verbi gratia:Proponit tibi speciem mulieris, suadet tibi delectationem peccati, quã forte aliquando expertus es,aut si adhuc virgo es,suadet tibi vt experiaris.Incendit curiositatem in te,id est, magnũ desiderium sciendi. Quid tamen sit in hoc peccato luxuriæ, pro quo homines adeo insaniũt(o quot virgines in vtroq; sexu ita perierunt, magis ducti curiositate,volentes experiri, qua tẽtatione carnis,id est,libidine) quando sic tibi suadet, & ex officina sua varias species peccatorũ tibi proponit,quasi species mercantiarum,secundum varias concupiscentias tuas, quid aliud facit,quam, quasi dicat,Depone à te Christum,exclude Deum à corde tuo, & ego dabo tibi illam,& illam delectationem peccati pro illo?Si iam tu adeo fatuus es,&consentis ei, & peccas:quid aliud fecisti, quã quod vendidisti Christum Deum, & dominum,& creatorem tuum,pro vna modica delectatione peccati,quæ ad momentum vix durat,& transit,&finitur?Ecce qualem negociatiõem fecisti. Comparasti breuissimam delectationẽ peccati(quæ in suo initio extinguitur &finitur)ab hoste tuo crudelissimo,qui interfecit animam tuam: comparasti etiam tibi æternas miserias,æternum ignem, pœnam nunquam terminandam, &pro illis dedisti dominum Deum tuum, qui vitam præstabat animæ tuæ, & voluit te introduxisse ad regnum sempiternæ beatitudinis,vbi nulla est miseria,sed sempiterna lætitia. Si iam interrogarem vnumquemq; vestrum,vtrum vis ex duobus qd preciosius,dignius,&vtilius est,an hoc qd vilius,indignius,deploratius?Omnes diceretis,Quod melius & dignius est.Quis aliter diceret?Si iterũ interrogo,quid est melius,Deus cum regno suo cœlorum,an luxuria cum inferno?quis est qui non dedignetur talem quæstionem, & dicat: Quæ comparatio Dei ad luxuriã?Ecce quomodo tunc contemnitur, & venditur Deus, quasi vilior,& luxuria eligitur, & præfertur quasi melior.Nonne hoc est Christum Deum tuum vendere, quando ipse reprobatur,& luxuria eligit?Sic est de vnoquolibet peccato mortali. Hinc videtis modo, quod non semel venditus est Christus:sed quotidie vẽditur pro turpissimis peccatis, quæ nefas est nominare.

Ecclę. 3

Venditio Christi qd mystice.

1.Tim. 6

Mala quã ta veniant ex auaritia.

1.Ioan. 4

Mercator qualis sit diabolus.

Negotiatio omni damnosissima.

Curiositas in virginibus q periculosa sit.

IESVS A MATRE SVA est licentiatus, Articulus II.

IAm dixi ante chariſſimi, dominum Iesum quarta feria remansisse in Bethania,cum matre,& cæteris amicis. Quid autẽ tunc fecerit vel dixerit,non est scriptum in Euangelio. Pie tamen creditur & sentitur à doctoribus ac deuotis, quod passionem suam prædixerit matri; sicut

N

Matth. 20 Marci 10 Lucæ 18

sicut prædixerat ante discipulis, qdq; premonuerit & cõsolatus sit matrem blande, & quod mater rogauerit eum, si possibile sit alium modum eligat humanæ redemptionis,quã moriẽdo. Si tamen à patre sic decretum sit, vt scilicet morte sua mũdum viuificet & saluificet, se non contradicere: sed hoc rogare obnixius sibi cõcedi, vt cũ moriente possit mori, & cum sepeliendo, sepeliri. Iesum vero respondisse hoc fieri non debere nec expedire,vt ipsa moriatur: sed oportere superstitem relinqui in consolationem discipulorum, in firmamentũ fidei,& fundamentum Ecclesiæ noui Testamenti. Quinta igitur feria, cum dominus Iesus disponebat ire Hierosolymã, vt comederet ibi Pascha,&inciperet passionem suam,valedixit matri suæ.Cogitate vos cum quali tristitia,cum quibus lachrymis. Si tam triste est diuortium insano, & cæco amore amantium se (hoc sciunt qui in talibus sunt experti) quam tristis putatis fuerit separatio talis matris, & talis filij sic se amantium?Putatis quod Maria non fleuerit,quod nõ intimos gemitus de corde suo virginali emiserit pro filio suo,pro magistro suo, pro domino suo, pro Deo suo,pro creatore suo?Hic omnia erat ei sus Iesus,caro ipsius &sanguis.Adeo certũ est,vt si etiam velim dicere cõtrarium, vos non crederetis mihi.Sed forte incidit cuipiam,quod dominus Iesus occulte recesserit à matre,& ei nihil dixerit.Ego credo qp hoc ridiculũ sit etiam cogitare, dominum ita indiscretum ac immodestum fuisse, vt contra euentum talis calamitatis & tristitiæ, q̃ matri accessura erat ex passione sua, non præmoneret eam,& solaretur.Si curã illius habuit patiens,& iam pene moriens in cruce,quomodo non curasset eam ante passionem,& tunc cum in tali specie vltra ipsum non esset visura?Vidit nanq; eũ postea in cruce, sed non vt modo: verum, sicut non habentem speciem neq; decorem, vt leprosum &percussum à Deo,vt nouissimum virorum,virum sciẽtem dolorem & infirmitatem.Sed dicit quis:An etiam fleuerit Iesus valedicẽdo &recedẽdo à matre. Ego non audeo dicere ipsum non fleuisse (licet non sim certus) Nos scimus ex Euãgelio ipsum valde amare fleuisse pro morte Lazari,quẽ tamẽ parabat resuscitare: Vnde & q astabant,videntes ipsum flentẽ,dicebãt:Ecce quõ amabat eũ. Pie igitur ęstimandũ est, quia plus amauit Mariã, quam Lazaꝝ ex naturali affectu filij ad matrem (qa vere homo erat & passiones naturales habebat,sub imperio tñ ratiõis,& sine peccato) qd recedendo fleuerit. Quantũcunq; tamẽ triste fuerit illi à matre recedere & separari eundo ad passionẽ,nõ tamen ꝓpter hoc voluit deserere obedientiã sibi à patre iniunctã:sed potius voluit matrẽ deserere, & exponere illã mœrori & tristitiæ,quam redemptionẽ nostram ꝓtermittere. Ex hoc habemus documentũ, qp Deum debemus diligere sup omnia,& præ omnibus, qd nullus debet esse amor ad parentes, nulla amicitia ad socios,quę sit cõtra Deũ.Nihil debet fieri,nihil omitti ꝓpter amicum, qd fit cõtra voluntatem Dei.Vnde ipse dñs Iesus dicit in Euãgelio: Qui amat patrem suum,vel matrẽ suã plus q̃ me, non est me dignus.Nos vero tenemur diligere etiam inimicos ꝓpter Deũ, & tamẽ iubemur ꝓpter Deũ odire parentes & amicos,si impediũt nos in via Dei,vel sint contrarij nobis, vt propter ipsos negligamus Dei voluntatem,ad complacendum illis,vel non contristandũ eos. Quod nequaquã fieri licet.

Ioan. 19

Esaiæ 53

Ioan. 11

Amor ad parẽtes & proximos qualis habendus.

Matth. 10

Matth. 5

Vesperæ hic incipiunt,quæ continent articulos quatuor,quorum primus est.

IESVS MANDVCAVIT PAscha cum discipulis suis. Articu. III.

Matth. 26 Marci 14 Lucæ 22

QVinta feria,cum Iesus valedixisset matrẽ,ꝓmisit duos discipulos Hierosolymã parare Pascha. Qui cũ nescirẽt vbi deberent parare,indicauit eis introeuntibus in ciuitatẽ obuiũ futurꝫ hoiem amphorã,seu lagenã aquę portantẽ,hunc deberẽt seq in domum,quam intrauerit,&dicere dño domus (q occultus erat discipulus dñi Iesu) [Magister].s.noster[dicit:Tẽpus meũ].s. patiẽdi[prope est, Apud te facio Pascha cũ discipulis meis.]Ac si diceret: Volo vt pares mihi necessaria ad cõmestionẽ agni Paschalis,locũ,cibũ,& cætera necessaria.[Eũtes aũt discipuli, fecerũt sicut dixit illis Iesus.]Et ostẽdit eis ille paterfamilias cœnaculũ grãde stratũ,sicut Iesus ꝓdixerat discipulis.Ibi.i.in mõte Siõ,parauerũt Pascha.

Appropinquãte vespa,dñs intrauit ciuitatẽ cũ alijs discipulis,& puenit ad locũ, vbi parabat Pascha. Aspicite nunc dñm in

A

qua parte domus ſedentẽ, & ſalubria cũ diſcipulis loquentem, interim q̃d parauerũt Paſcha. Veſpere aũt facto, cũ parata eſſent oĩa, intrauerunt cœnaculũ dñs Ieſus, & diſcipuli eius cũ eo. Nõ ſolũ apoſtoli tunc fuerũt p̃ſentes, ſed etiam alij LXXII. minores diſcipuli. Oẽs lauãt manus, & defertur eis agnus Paſchalis aſſus, panis azymus, vinũ & ius lactucarũ agreſtiũ. Hęc eñ neceſſaria erant ad eſum agni, ſicut dñs præcepe rat per Moſen filios Iſrael, quando exierũt terrã Aegypti. Hoc Paſcha erat figura veri

Exodi 12 agni, i. dñi noſtri Ieſu Chriſti, q̃ tali die erat immolandus pro nobis, & etiam manducãdus à fidelibus ſuis in ſacramẽto ſub ſpe

Die quo nã dñs Ieſus paſſus ſit. cie panis. Licet eñ dñs nõ ſit mortuus in quinta feria ad veſperã, tamẽ incepit paſſio nẽ ſuã hac nocte, qua agnus immolabatur & celebris erat apud Iudęos, & etiã inſtitu it ſacramentũ ſui corporis & ſanguinis, vt

Iudęi qui nã dies ſuos nume rent. ſequetur infra. Iudæi etiã dies ſuos à veſpa vſq; ad veſperã numerãt, ita vt à ſero q̃næ feriæ, quãdo luna oritur, vſq; ad veſperam ſextæ feriæ cõpetant vnum diẽ: & ideo qc quid inter duas veſpas factũ eſt, ad vnũ diem computari poteſt. Benedictione igi

Petrus Comeſtor. tur data à dño, comedunt oẽs. Scribit Comeſtor in Scholaſtica hiſtoria, dñm nunq̃ legi comediſſe carnes, niſi agni Paſchalis, propter obſeruantiã legis. Sed eſt hic dubium, quõ Euangeliſta dicit dñm diſcubuiſſe, i. ſediſſe ad menſam, cũ lex præcipiat, vt

Exodi 12 ſtantes & erecti comedant agnum. Dicendũ ſecundũ Theophilũ, quod primo ſtantes comederãt agnũ ſecundũ ritũ legis: deinde ſedentes, alium, vel alios cibos comederunt. [Edentibus aũt illis] agnũ Paſchalẽ, [dixit Ieſus: Deſiderio deſideraui]. i. val de deſideraui, [hoc Paſcha manducare vobiſcũ, antequã patiar,] id eſt, moriar. Quare? Vt finiam vetus Teſtamẽtũ, & incipiam

Theophilus. nouũ, vt perficiã opus redẽptionis veſtræ.

B Cucurrit poſt nos dñs Ieſus oĩbus diebus vitę ſuę, in ſiti feruẽtiſſimi deſiderij ſalutis noſtræ. Et iſta ſitis, ſiue deſideriũ fuit protelatũ ad XXXIII. annos. Diſcamus & nos patientiam habere, ſi aliquando bona noſtra deſideria protelentur apud Deũ: quia qui facit nos deſiderare & velle bonũ, ſcit quomodo & quando debet exaudire, & quãdo expedit nobis. Habemus ex illo articulo etiam aliq̃d documentum: Documentũ ſcilicet veræ pauptatis, cuius nobis exemplum magnũ hic dedit dominus: quia ita pauper erat, quod nec domicilium, nec habitaculũ habebat, vbi Paſcha ſeruaret, nec vnde agnum & cætera emere potuiſſet. Idcirco etenim diſcipuli miſſi ab illo, anteq̃ indicaſſet eis locũ interrogabãt eũ: Vbi vis paremus comedere Paſcha? Ac ſi dicerent: Tu mittis nos parare Paſcha, & ſcis, quia non habemus locũ, vel cibũ, nec tu habes. Vę nobis, q dicimus q̃d vitã Chriſti, & paupertatẽ volumus imitari, & tamẽ in operibus noſtris nihil ſimile videtur: qa vita noſtra valde contraria eſt vitę Chriſti, ſtudia noſtra nõ tendunt poſt eum. Et notandum, q̃d multa req̃rebantur ad eſum agni, vt habetur in Exodo: quæ dominus obſeruauit, & illa myſtice intellecta inſtruunt nos, quõ debemus verũ agnũ comedere, cuius ille agnus in lege fuit figura. Primo comedebant agnũ typicũ cum azymis panibus, i. ſine fermẽto, & ſignificat, quod nos ſine fermẽto malitiæ, cũ ſynceritate & mũditia cordis agnũ Chriſtũ debemus ſumere in ſacramento. Secũdo, cũ lactucis agreſtibus, i. cũ cõtritiõe cordis et amaritudine pœnitentię. Tertio, accincti renibus: per quod ſignificatur, q̃d debemus habere caſtitatem. Quarto, calciati pedibus: per quod ſignificatur, q̃d affectus noſtri non debent inhærere terrenis. Quinto, tenentes baculum in manibus, i. q̃d debemus vigiles eſſe, & diligenter nos cuſtodire cõtra tentationes inimicorum noſtrorũ comedentes feſtinanter, i. feruenter per ſpiritualem auiditatem & deuotionem.

IESVS LAVIT PEDES DIſcipulorum ſuorum. Artic. IIII.

C DIſcũbens ſic Ieſus Magiſter cũ diſcipulis, dñs cum ſeruis, pater cum filijs, tanq̃ amicus & ſocius familiariter, voluit oſtendere maiorem humilitatem, & ſe exhibere vt ſeruũ, ad oſtendendã ſuam magnam humilitatem, & ad confundendam noſtram ſuperbiam. Quid ergo fecit? Recitemus textum ex Euangelio Ioãnis, quia valde pulcher eſt: [Sciẽs Ieſus, quia venit hora eius, Ioan. 13 vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.] Quid eſt, in finem? perſeueranter, & vſque in mortem. Non quod morte terminaret dilectionem, ſed in tantum dilexit, quod dilectio perduxit eum, vſq; ad mortem. [Et cœna facta,] ſcilicet agni Paſchalis [cum diabolus iam miſiſſet in cor,

in cor, vt traderet cũ Iudas Simonis Iſchariotis.] Non eſt intelligendum, quod diabolus poſſit immittere cogitationes malas, ſed ſuggerit & intentat, & poteſt præſentare ſpecies rerum & phantaſias, vt inde ſumamus occaſionem cogitandi, deſiderandi, &c. Et ideo principium omnis tentationis eſt ex nobis, & ipſe ſuggerit & ſuadet, quando percipit cogitationes noſtras per aliqua ſigna exteriora. Non enim poteſt ſcire cogitationes noſtras, niſi per

Cogitationes malas diabolus tantum ſuggerit. Dæmones quõ tentẽt homines. ſigna. Ipſe tentat nos, abintra ſpecies obijciendo, & perſuadendo, & alliciẽdo quod ſit bonum, ſicut faciunt mali homines ab extra: veruntamen voluntatem noſtram non poteſt cogere: & ideo non poteſt nos deijcere, niſi noſipſos deiecerimus, & arma noſtra ei tradamus: hoc eſt, niſi ſuggeſtioni conſentiamus. Sed de hoc ſatis.

D [Sciens itaq;] ſcilicet Ieſus, [quia oĩa dedit ei pater in manus,] ſcilicet perſecutores, traditorem, & omnia, [& quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit,] nõ nos deſerẽs, ſed oĩa patri acquirens, & reducens. Quãuis ergo hæc ſciret, ſuam ſublimitatem, ſcilicet poteſtatem & maieſtatem, quod eſſet

Apoca. 19 dominus dominantiũ, rex regũ, Deifilius, creator vniuerſoru̇, non tamen ſuã exhibet ſublimitatem, ſed humilis ſerui implet officium, & humilitatem. Quid fecit? [Surgit à cœna.] Videte eo ſurgente, quõ ſurgunt diſcipuli etiam, neſciẽtes quo velit ire, aut quid velit facere. Deſcendit autem Ieſus in locum aliũ inferius, ſub cœnaculo. (Nam Paleſtini in ſuperiore parte domus habẽt cœnacula, & in inferiori cubicula) Sic erat etiam in illa domo, vbi dominus erat, ſicut ſcripſerunt, qui viderunt locum. Superius enim habebat cœnaculum, vbi cœnauit, & inferius erat alius locus veluti camera, vbi

Lucæ 24 Ioan. 20 lauit pedes diſcipulorum. Vbi etiam poſt reſurrectionem ſuã, diſcipulis ianuis clauſis apparuit. Iſta duo loca erant poſt reſurrectionem domini, facta duæ capellæ, quas tenebant canonici regulares. Cui loco contiguum eſt cœmiterium bonorum virorum, vbi ſepultus eſt Stephanus, Gamaliel, Nicodemus, Abiba, Dauid, Salomon, & boni reges alij. Sed quomodo iam eſt, quum ille locus ſit ſub poteſtate infidelium, neſcio. Cum ergo dominus deſcendiſſet, iubet ſibi afferri aquam, [deponit veſtimenta ſua, & linteo ſe præcinxit.] Nihil omiſit quod pertinet ad officium humilitatis. [Deinde miſit aquam in peluim] lapideum (vt ſcribit Ludolphus) [cœpit lauare pedes diſcipulorũ ſuorum] lutoſos, quia diſcalciati erant [& extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum.] Petrus vidẽs, quid facturus erat dominus, expauit, [dicens: Domine, tu lauas mihi pedes?] Tu rex cœlorum, dominus angelorum, Deus deorum, tu filius altiſſimi, ſpeculũ ſine macula maieſtatis Dei, lauabis mihi miſero homini, pauperculo piſcatori, miſero peccatori pedes? Tu, cui flectitur omne genu, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, flectis genua ante defectuoſum, vilemq; peccatorẽ: Abſit hoc, nõ conuenit hoc. [Dixit ei Ieſus: Quod facio, tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dixit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in ętternum.] Non poſſum tolerare, non poſſum videre, quod tanta Maieſtas ſe inclinat, & humiliatur ante me indignam creaturam. Petrus faciebat bona intentione, tamẽ indiſcreta, quia non debebat contradicere, vel reſiſtere domini voluntati, qui nõ potuit errare. Petrus tenet hic ſpeciẽ ignorantis diſcipuli, vel ſubditi, qui indiſcrete loquitur, vel reſiſtit contra factum ſuperioris ſui, cuius ignorat rationem. Et quia neſcit, vel non intelligit, iudicat ſæpe irrationabile eſſe, quod tamen eſt rationabiliſſimum, & optime geſtum. Et idcirco periculoſum eſt valde prælatum ſuum iudicare, vel murmurare, quia prætendũt multa ſæpe bene, & ad diuerſa reſpicere habẽt, & in occulto ſciunt ſæpe multa, quæ nõ poſſunt, vel debent dicere, de quibus nos non aduertimus, nec cogitamus. Hoc tranſeat. Quid reſpondit dominus Petro? [Petre, ſi non lauero te, nõ habebis partem mecũ.] id eſt, ſi perſiſtis in inobedięntia & ptinacia tua, cõtrarius voluntati meę, non habebis partem mecum. [Reſpondit Petrus: Dñe, non tantum pedes, ſed & manus & caput.] Si ſic neceſſe eſt, licet graue mihi ſit te videre inclinatum & humiliatum ante pedes meos, tamen moleſtius longe eſt, à te ſeparari. Si ergo non ſufficiunt pedes, laua & manus & caput, id eſt, totum corpus. [Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus,] ſcilicet pter pedes. Quare pedes nõ ſunt mũdi? quia pedibus calcamus terram, & non poteſt fieri, quin aliquid pulueris adhęreat pedibus, quibus calcatur terra, quod

Ludolph. Carthuſi. Lucę 7 Sapien. 6 Philip. 2 Petrus recuſans lotionem pedũ ſuorum, quoq; pio nã gerat Iudicare ſuperiores q̃ ſit periculoſum.

E oportet ablui. Et licet hoc etiam ita veritatẽ habeat ſecundum literã, dñs tamen dixit, & intelligi voluit ſpiritualiter. Qui lotus eſt in baptiſmo, non indiget, niſi vt pedes lauet. Per caput hominis, intelligitur intentio & voluntas: per manus, operatio: per pedes vero, affectus & motus ſenſualitatis intelligũtur, qui dum in hoc mũdi puluere gradiuntur, ex toto mundi eſſe non poſſunt. Licet ergo apoſtoli, quãtum ad cõuerſationem, intentionem, & opera, erant mundi: tamẽ quamdiu audiunt, tractantq; terrena, non potuit fieri, quin deſideria haberent, ſiue affectiones terrenas, à quibus habebãt mundari: quomodo dicebat magnus Apoſtolus raptus ad tertium cœlum (Paulum dico): Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Item: Scio, quod non habitat in carne mea bonum. Item: Non quod volo, hoc ago, ſed quod nolo, hoc facio. Habebat ergo, id eſt, ſentiebat, Apoſtolus adhuc terrenas, vel peccati aliquas concupiſcentias. Nolebat concupiſcere, & tamen concupiſcebat. Ergo habebat adhuc puluꝛis aliquid in terra, licet alias mundus eſſet. Sed quid ipſe dicebat? Nihil damnationis eſt his, q̃ ſunt in Chriſto Ieſu, hoc eſt, qui ſentiunt concupiſcentias, ſed non conſentiunt. [Et vos mundi eſtis, ſed non omnes. Sciebat enim qui traditurus erat eũ.] Duo ſunt quę mundant à peccato, eleemoſyna, & charitas. De eleemoſyna ſcriptum eſt: Date eleemoſynam, & oĩa munda ſunt vobis. De ſecũdo: Charitas operit multitudinẽ peccatoꝝ. Neutrum illoꝝ habebat Iudas, ſed cõtraria. Nõ eleemoſynę largitionẽ, quia fur erat, nec charitatẽ, qa proditor erat. Ergo non erat mundus. Habemus aũt ex illo articulo, quantũ pro nunc ſuffi cit dicere, duo documenta. Primum exemplum, ſiue documentum, eſt maxime humilitatis, ſubiectionis fraternæ, & charitatis obſequioſæ. [Poſtquã ergo] dñs oĩm, [lauiſſet pedes,] etiam proditoris, terſiſſet, & oſculatus eſſet, [reſumpſit veſtimenta ſua,] & aſcendit ad locum vbi prius cœnauerat. [Et cum recubuiſſet iterum, dixit: Scitis, quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter & domine, & benedicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros, dominus & magiſter, quãto magis & vos debetis alter alterius lauare pedes.] Si ergo dñs veſter ſum, p̃ceptum meũ hoc ſeruate. Si magiſter ſum, doctrinã hanc meã cuſtodite. Ego nõ ſolũ hoc feci ob pedũ corporalium emundationem, ſed propter humilitatis eruditionẽ. Nec ſolum in lauãdis pedibus hãc legẽ vobis ſtatuo, ſed volo vt in omnibus attendatis exemplum meę humilitatis, & diſcatis, quomodo debeatis vos vobis inuicem inferiores facere, & humiliter & charitatiue ſeruire. Aliud documentum eſt, quod dominus diſcipulos mũdos eſſe voluit, etiã à puluere pedum ante ſumptionem corporis & ſanguinis ſui. Per q̃d indicauit, quantam munditiam requirat à nobis, & quantam diligentiam adhibere, & nos præparare debemus, vt pura conſcientia ad hoc venerabile ſacramentum recipiendum, accedamus.

Roman. 7 — Ibidem. — Ibidem. — Roma. 8 — Duo quę nã ſint q̃ mundẽt à peccatis. Lucę 12 1. Petr. 4 Prouer. 10 — Humilitas — Lotionis pedũ diſcipulorũ ratio quæ. — Quãta cũ puritate accedendũ ad ſacramẽti ſumptionem.

IESVS CORPORIS ET SANguinis ſui ſacramentum inſtituit.

Articulus V.

Matth. 26 Luc. 22 1. Cor. 11

C Oenantibus autem illis,] ſcilicet Ieſu cũ diſcipulis ſuis, hoc eſt, cœnã agni typici conſummãtibus & p̃ficientibus, [accepit Ieſus panẽ,] non fermentatũ [& eleuatis oculis] ad patrẽ gratias agẽs, pro veteribus terminatis, & nouis inchoãdis, [bñdixit, ac fregit,] ſcilicet poſt conſecrationẽ, [deditq; diſcipulis ſuis, dicẽs: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meũ, q̃d pro vobis tradet. Similiter] accipiẽs [& calicem, & itẽ gratias agẽs, bñdixit & dedit illis, dicẽs: Accipite & bibite ex eo oẽs. Hic eſt ſanguis meus, q̃ pro vobis effundetur.] Iſtis verbis ſacramẽtum hoc inſtituit, & tacite Teſtamenti veteris cæremonias deſtituit, quia ſignũ & figura ſunt inania alicuius venturi, quando iam præſens oſtenditur & habetur, q̃d figurabatur. Iſtis verbis iam dictis, ſcilicet, hoc eſt corpus meũ, &c̃. Et, hic eſt ſanguis meus, &c̃. mutauit dñs panẽ in carnẽ, & vinũ in ſanguinẽ ſuũ. Et creditur tunc illis verbis dediſſe efficaciam & virtutẽ in poſterũ, vt cum proferuntur eadem à ſacerdote ſup debitam materiam & cũ intentione conſecrandi, fiat tranſſubſtantiatio. Sequitur, & dicit: [Hoc facite in meam commemoratiõem.] Hic dedit apoſtolis poteſtatem, & ſucceſſoribus eorum, celebrandi hoc ſacramentũ & frequentandi. Significauit etiam cauſam inſtitutiõis, ſ. in ſui memoriã. Et ideo admonemur memores eſſe ſemp cũ magna gratiaꝝ actione, & deuotiſſima huius celeberrimi ſacramen

Charitas Chriſti in hoc ſacramẽto ſtu.

cramenti veneratione, maxime charitatis, & dignationis diuinæ, q̃ nobiſcũ voluit permanere, & p̃manebit vſq; ad cõſummationẽ ſeculi tã verus p̃fectus, & in nullo minor, quã eſt cum beatis in cœlo: nec aliqua differẽtia in eo eſt maioritatis, vel minoritatis, niſi q̃ beati vident eũ fulgentẽ in ſua propria ſpecie ſicuti eſt: nos ẏo ſub aliena ſpecie latentẽ, eundẽ tamen Deũ, qui in cœlo, & q̃ in ſacramẽto eſt. Ecce ille voluit nobiſcum manere, cũ p̃ctõribus ingratis, cõtemptoribus, trãſgreſſoribus, ſuũ nomen blaſphemãtibus, & tantam irreuerentiam ſibi facientibus, & indigne ſcienter eum ſumentibus. Quod maior cõtumelia eſt, q̃d ponitur in immundam conſcientiã, quam ſi poneretur in cloacam, cęteris paribus.

Matth. 28

IESVS TRADITOREM SVum charitatiue corripuit. Art. VI.

G Ioan. 13 — Q Vum aũt hæc], i. ſupiora in lotione pedũ, & inſtitutiõe ſacramenti, [Ieſus dixiſſet, turbatus eſt ſpũ.] Quare? Sup lapſu, picuIo, & dãnatione ſui diſcipuli, q̃ in tã deteſtabile crimen ceciderat venditionis, videlicet innocẽtis ſanguinis magiſtri ſui, pro quo magis dolebat magiſter pius & miſericors, cõpatiens illius infœlicitati, q̃ pro ſeipſo morituro. Et qa ſtuduit eũ ante per beneficia & ſigna familiaritatis & affabilitatis emendare, ſ. lauãdo eius pedes & oſculãdo, & (vt q̃dam doctor dicit, vt credo Auguſtin.) lachrymãdo tunc, & cibando illũ corpore & ſanguine ſuo: nec p̃fecit, qa cor illius induruerat: adhibet nunc etiã verba irrep̃henſionis, palam oſtendẽdo ſe noſſe p̃ctm̃ eius, ſub gn̄alibus tamẽ verbis, & tacito eius noĩe, ne alĩ eũ notarent. Vnde [dixit dñs: Amen amẽ dico vobis, vnus ex vobis me tradet.] Audiẽtes hæc diſcipuli, turbati ſunt, & vnus inſpexit alterꝝ, nõ audentes comedere: Quilibet formidabat p̃ conſcientia ſua: qa licet nihil mali ſibi conſciĩ eſſent alĩ diſcipuli p̃ter Iudam, tamẽ credebant magiſ ẏbis magiſtri ſui, q̃ proprię cõſcientiæ. Sciebant enim neceſſe eſſe verum & fiendum indubitãter, q̃ dñs veritas ipſa dicebat. Vnde quilibet eoꝝ [dicebat: Nunquid ego ſum dñe? Ait illis Ieſus: Qui intingit mecũ manum in paropſide, hic me tradet.] Ex hoc nondum clare intellexerunt, quia minores diſcipuli comedebãt in alia menſa, & ſoli apoſtoli cum Ieſu, ex vna ſcutella. Ideo ſolũ intellexerunt, q̃ non ex minoribus diſcipulis, ſed ex apoſtolis aliqs traditurus erat dñm. Subiunxit dñs: [Væ homini illi, p̃ quẽ filius hominis tradetur. Bonũ eſſet ei, ſi natus nõ fuiſſet homo ille] Apoſtolis igitur interrogãtibus q̃libet p̃ ſe, quis eſſet, cõpulſus fuit etiam Iudas interrogare, vt nõ notaretur, & dicere: [Nunquid ego ſum Rabbi? Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.] Credendũ eſt dñm hæc dixiſſe ſilenter, vt alĩ nõ audirent. Petrus aũt zeloſus pro dño, cupiebat ſcire, q̃s eſſet. Innuit ergo [diſcipulo, qui recubuit ſuper pectus Ieſu] id eſt, Ioanni, vt interrogaret dominũ. [Interrogat igitur dñm Ioãnes, dicẽs: Dñe quis eſt] q̃ tradet te. Ieſus reuelat illi tãq̃ familiari, & q̃ ſcripturus erat Euangeliũ, [dicens: Cui intinctũ panẽ porrexero, hic me tradet. Et cũ intinxiſſet panem, dedit Iudę Simonis Iſcharioti. Et dixit Ieſus: Qd̃ facis, fac citius.] Hoc nõ dixit imperãdo, ſed oſtendendo, q̃a ſponte, & cũ magna ſiti ac deſiderio expectabat ſuã paſſiõem, quam cupiebat accelerari p̃pter redemptionẽ noſtram, & liberatiõem patrũ ex limbo. [Cũ ergo buccellam Ieſus Iudę tradidiſſet, poſt buccellam introiuit in eum Satanas,] hoc eſt, ampliorem poteſtatem & dñationem in eo accepit, qa per malam volũtatem Iudas ſe magis illi ſubiecit, [& exiuit continuo,] ad quærendam cohortem, quæ caperet Ieſum.

Matt. 26

Auguſtin.

H Ex iſto articulo multa habemus documenta: Primum, q̃ debemus ſpiritualiter triſtari de alterius, ſcilicet proximi noſtri caſu in p̃ctm̃, ſicut Chriſtus turbatus eſt propter lapſum Iudæ. Secũdum, quod debemus oĩbus modis conari, q̃d reſurgat & emendetur, qui cecidit, monendo, orãdo pro eo, rep̃hendẽdo, alĩſq; modis. Et licet hoc ad omnes, maxime tñ ſpectat ad prælatos, qui ſunt paſtores animarum. Vnde dñs Ieſus præbuit ſe exemplũ, quadruplici via tentans Iudam reuocare: Primo beneficijs, vt emolliretur, ſ. lauando ei pedes, & dando ei corpus ſuũ, & ſanguinem. Non enim excluſit eum à generali communione, propter occultum p̃ctm̃: ſicut etiam nulli ſacerdoti licet negare petenti ſacramentũ in publico, licet ſciat eũ eſſe in mortali p̃ctõ occulto, & indigne ſumpturum. Secundo, dñs voluit Iudam retrahere pudore: Vnde dixit in generali: Vnus veſtrũ me tradet. Tertio, timore: Vnde cõminatus eſt, ei dicens: Vę homini illi,

Deſtendue vti ſit proximorum lapſus in peccata.

Iudã tradi torẽ vti Chriſtus ſtuduerit quadrifariam corrigere.

per quẽ filius hominis tradetur. Quarto, affectus oſtẽſione,& blanda allocutione, quum dixit reuertenti,& oſculo prodenti ſe: Amice,ad quid veniſtiſ? Ex hoc debent diſcere prẽlati,quod non vno tantum modo,aut via,ſed qualitercunq; poſſunt,tentare debent & conari,vt reuocetur,qui declinat ad perditionem. Tertium documentũ eſt,quod occulta peccata non ſunt reuelanda, ſicut dominus non reuelauit peccatum Iudæ diſcipulis, niſi Ioanni ſub miſſa voce, qui ſcripturus erat hoc Euangelium, & tenuit in ſecreto, nec reuelauit Petro interroganti. Et de hoc ſatis pro nunc. [Cum autem exiſſet]Iudas à cœtu,&conuentu ſanctorum diſcipulorum, quorum Abbas erat dominus Ieſus, ſcribit Euangeliſta, quod [erat nox.] Et hoc bene conueniebat filio tenebrarum,vt ambularet in tenebris exterioribus, qui plenus erat interioribus. Incipiente igitur,& accedente nocte, & nos volumus hic terminare veſperam, id eſt, ea quæ dominus geſſit circa tempus veſpertinum: & quæ ſequũtur annumerare volumus cõpletorio.

Matth. 26 Prælati quãto ſtudio reuocare debeant oue errantem.

Ioan. 13

Ioan. 12

Completorium Primum hic incipit,habens articulos ſeptem.

IESVS DISCIPVLIS PRAEdicauit Arti. VI.

I

VUm Iudas exiſſet, incepit Ieſus dulciſſimum ſermonem totum plenũ igne dilectionis,& melle dulcedinis, in quo conſolatus eſt diſcipulos, quaſi vltimum vale cum illis loquens,&admonens,vt non triſtarentur de illius paſſione,quæ iam inſtabat,nec turbarentur de ſua perſequutione euentura. Hunc ſermonem ſolus Ioannes ſcripſit, quia ſuper pectus domini recubuit,ex quo niſi pauciſſima tangam, cæteris omiſſis propter paſſionem: Dixit ergo Ieſus diſcipulis ſuis. [Filioli, adhuc modicũ vobiſcum ſum.] Ecce nominat eos filiolos,ex teneritudine,& dulcedine amoris, quia in ſeparatione amicorum,amor plus ſolito ferueſcit, & corda eorum magis liqueſcunt erga ſe mutuo. [Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicẽ,ſicut dilexi vos. In hoc cognoſcent omnes, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Nõ turbetur cor veſtrum,] propter ea quæ videbitis me paſſurũ,[neq; formidet,]ſcilicet ea quæ vos eſtis paſſuri.

Ioan. 13

Ibidem.

Filiolos cur Chriſtus apoſtolos vocet.

Ioan. 14

[Si diligitis me,mandata mea ſeruate. Qui habet mandata mea,& ſeruat ea,ille eſt,qui diligit me. Qui autem diligit me,diligetur à patre meo,& ego diligam eum,& manifeſtabo ei meipſum. Non relinquam vos orphanos: Veniam ad vos.] Deinde præmonuit eos ad patientiam. [Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret. Quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, ꝓpterea odit vos mundus. Me mẽtote ſermonis mei,quẽ ego dixi vobis: Nõ eſt ſeruus maior dño ſuo. Si me pſecuti ſunt,& vos pſequẽtur. Si ſermonẽ meũ ſeruauerũt,& veſtrũ ſeruabũt. Abſq; ſynagogis faciẽt vos,ſed venit hora,vt omis qui interficit vos,arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Sed ꝙ hæc locutus ſum vobis,triſtitia impleuit cor veſtrũ. Amẽ amẽ dico vobis: plorabitis & flebitis vos,mundus aũt gaudebit,vos autẽ contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Hæc locutus ſum vobis],i,ad hunc finem, [vt pacem in me habeatis].i.non quæratis eam in mundo,quia ibi nihil niſi tribulationem habebitis: ſed in tribulatiõe veſtra quæratis pacem in me. [In mũdo pſſuram habebitis: ſed confidite ego vici mũdum.]

Ioan. 15 Ioan. 15

Ioan. 16]

Poſt hæc ſubleuatis oculis in cœlum, orauit pro ſe,dehinc pro diſcipulis,&vltimo pro omnibus ꝙ crediturí erant in eum. Oportet nos hęc relinquere,quia tam multa ſunt & copioſa ad explanandũ, vt ſi his vellemus immorari,non ſufficeret tempus ad paſſionem,vel incipiendam. Sunt etiam ſpecialia documenta tot ibi, vt vix tribus verbis prolatis,doctrina dulciſſima inueniatur. In generali tamẽ pro toto ſermone hoc poſſumus accipere documentũ,ꝙd triſtes & tentati,ſunt ſemper ſermonibus conſolatorijs & dulcibus fouendi, ꝙa ſufficit eis propria triſtitia, quæ non eſt exaggeranda, ſed lenienda.

Ioann

Triſtes quibus modis ſint lenidi.

IESVS EXIVIT AD MONtem Oliuarum. Art. VIII.

K

IEymno dicto],i.gratijs,&laude Deo patri exhibitis,[Egreſſus eſt Ieſus ſcdm conſuetudinẽ in montẽ Oliuaꝝ] ꝙa conſueuit hac via trãſire in Bethaniã: & ꝙa ſæpe pernoctauit in mõte cauſa oratiõis inhorto ꝙdã,ad quẽ etiã mõ exiuit,vt .ſ. Iudas poſſit eum repire in tali loco ſibi optime noto,& à turbis ſeparato,vbi poſſit capi ſine tumultu populi: In quo oſtendit,quã voluntarie pati voluit dñs. [Secuti ſunt autẽ eũ diſcipuli eius. Ibi dixit Ieſus ad eos: Oẽs vos ſcãdalũ patiemini in me in hac nocte. Scriptũ eſt enim: Percutiã paſtorẽ & diſpergent oues gregis.] Petrus hæc audẽis,[dixit: Et ſi oẽs ſcãdalizati in te fuerint,ego nunquã ſcandalizabor. Similiter & oẽs dixerunt.] Dominus reſpondit Petro: [Antequã gallus cantet bis,ter me negabis. Petrus dixit: Et ſi oportuerit me mori tecum,ego te nõ negabo,Ego paratus ſum tecum ire in carcerẽ,& in mortẽ.] Petrus dixit hæc ex corde, & ita ſibi ꝓ tũc videbat: ſed poſt aliter euenit. Ipſe nimis prẽſumebat de ſeipſo,ꝙa nondum expertus erat propriam fragilitatem,ideo ꝓmiſit eum dñs cadere poſtea, vt diſceret ꝙd eſſet. Habemus hic bonum documentũ,vt ad patiendũ, ſiue laborandum, ſiue operandum offeramus nos ſpõtaneos pro honore Dei,ſicut dñs fecit: ſed tamen cum humilitate,vt non cõfidamus in nobis ipſis,ſed in ſola miſeratione & cõfortatione diuina,ne prẽſumentes cadamus,ſicut cecidit Petrus.

Zacha. 13

Quantacũ humilitate reſignare & offerenos Deo ad ipſius in nobis pficiendum beneplacitum debeamus

Matth. 26 Mar. 14 Lucę 22

IESVS COEPIT CONTRIſtari & mœſtus eſſe. Artic. IX

L

DVm peruenirſet]dñs[ad locũ] vbi traditorem ſuũ volebat expectare,[dixit]octo[diſcipulis ſuis]in primo ingreſſu horti, [Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Orate, ne intretis in tentationem,] id eſt, ne capiamini à tẽtatione. [Et aſſumptis Petro,& Iacobo,& Ioanne:]illi fuerunt cum eo in monte,qñ corã eis transfiguratus eſt & viderunt claritatẽ eius: & ideo merito admittebant videre infirmitatẽ paſſionis eius,etiã erant ei cæteris familiares. [Cœpit cõtriſtari & mæſtus eſſe, pauere & tædere. In dño Ieſu fuerunt etiam naturales paſſiones,tñ ſine peccato,ſcilicet timor,triſtitia,fames,ſitis: ſed differenter à nobis, ꝙa tales communiter in nobis prẽueniunt rationem & voluntatẽ,nec ſubijciuntur rationi vel voluntati,vt poſſimus habere,qñ volumus,vel nõ habere, quãdo nolumus In Chriſto vero ſequebant rationem & voluntatẽ. Vnde non triſtabat niſi volens,nõ eſuriebat niſi volens: volẽs timebat, volẽs gaudebat & ita de alijs. Et ideo non dicit Euangeliſta, contriſtatus eſt, ſed cœpit cotriſtari. Sequitur [Et ait illis: Triſtis eſt anima mea,vſque ad mortem,] id eſt, tanta,quantam viuens poteſt ſuſtinere. Non mirũ. Propter multa enim triſtabat dominus,quæ iã in vnũ conueniebant,& pñſſimũ cor eius grauiter affligebant: Primũ fuit,peccatoꝝ multitudo. Contriſtabat enim ꝓ peccatis totius mũdi. Ego ſi non niſi vnũ peccatũ mortale commiſiſſem, deberẽ infinitam triſtitiam habere,ꝙa infinitũ bonũ offendi,id eſt,Deum. Quantã tũc triſtitiam debeo habere,ſi forte centies milies Deum offendi mortaliter? Certum eſt ꝙd infinitã triſtitiam non poſſum habere,ſed ſi tantam habeo, quæ meæ poſſibilitati cõpetit,reliquum ſuppleuit dñs Ieſus ſua triſtitia. Cum ergo tot peccata fiunt ꝙtidie in vna ciuitate,in vna prouincia, in toto Mũdo,quot in anno,quot in mille annis,ꝙt in annis ab Adam vſque ad finẽ Mundi, quã doquidem iam circa ſeptem milia annoꝝ fluxerunt ab origine Mundi, & quot adhuc reſtent, Deus ſcit. Pro peccatis totius Mundi doluit dominus Ieſus & pro ſingulis,quia in ſpeculo ſuæ diuinitatis ſingula vidit facta & futura. Secundo doluit ꝓpter ingratitudinem Iudaici populi,quibus tot ſingularia beneficia contulit præ gentibus totius mundi,& adeo duri & ingrati,vt ꝓ gratiaꝝ actione ipſum parabant interficere. Tertio, ꝓ perditiõe Iudæ. Adeo nobilis eſt vna aĩa,vt totus mũdus deberet dolere & plorare,qñ vna aĩa dãnat. Præligendũ eſſet,vt totus mũdus deſineret, quã vna aĩa piret. Si nos debemus tñ dolere ꝓ pditione & damnatione vnius aĩæ, quantũ putatis doluit ille,cuius oẽs ſunt aĩæ, q oẽs creauit, ꝓ omnibus ſanguinẽ ſuũ fundere diſpoſuit. Quarto, ꝓ multitudine dãnandoꝝ. Iam dixi, ꝙd doluit ꝓ Iudæ dãnatione. Si ꝓ vna aĩa tñ doluit, quantum ꝓ innumerabilibus, ꝙbus ſciuit paſſionẽ tantã, charitatemq; tantã non ꝓfuturam ex eorum culpa? & ſuũ laborẽ & dolorẽ in illis ꝓdi ac fruſtrari? Quantã hominũ multitudinem præſciuit, qui paſſionis ſuæ oblituri, nec vnq̃ dicunt: Gratias tibi Deus, quia pro me paſſus es. Imo quam multos ſciuit, qui etiam per paſſionem & crucem eius iuraturi & blaſphematuri erant. Triſtabatur de ſcandalo, & diſperſione diſcipulorum ſuorum. Triſtabatur etiam naturaliter maxime de morte ſibi imminente, & ineffabilibus tormentis ac pœnis: quæ tamen ſecundum ratio-

Matth. 26

Passiones naturales quales fuerint in Christo.

Christus vtꝝ ꝓpter multas cauſas fuerit triſtis vſque ad mortem.

I.

II.

III.

Animarũ nobilitas & precio ſitas quanta

IIII.

nem & voluntatem rationalem defideranter ſuſcepit: ſecundũ ſenſualitatẽ tñ, qa verus homo fuit, expauit mortem. Hic cõ ſolamur, vt ſi in aduerſitatibus noſtris ſub repſit nobis triſtitia & puſillanimitas, & libenter eſſemus liberati ab infirmitate vel paſſione, non debemus propterea deſperare, vel exiſtimare nos alienos à Chriſto, dũ tñ ſecundum rationem & voluntatem ſumus reſignati in beneplacitum diuinũ, vt nihil velimus ſecundũ rationem & cõſenſum voluntatis, quod ſit contra Deũ, ſed facimus de neceſſitate virtutem, vt ſenſualitate etiam murmurante amplectamur domini voluntatem in eo, q̃d citra voluntatem domini eſſet moleſtum. Monemur ex hoc quoq; articulo, etiã triſtari ꝑ qbus eſt dñs conſtriſtatus, maxime pro nobis ipſis, ꝑ peccatis noſtris ꝓpriis & alienis, quę cauſa fuerunt triſtitię dñi & totius paſſionis. Itẽ triſtari debemus iã ꝓpter ingratitudinem noſtram, tam multis beneficijs à Deo receptis. Item, vt triſtitia noſtra Deo ſit accepta & nobis proficua, debemus venire triſtitię dñi Ieſu, & ſic illi offerre, & huius articuli memoriam repræſentare.

In aduerſitatibus & triſtitia cõſtitutis qd facto op⁹ ſit.

Triſtãdũ qbus modis ſalubriter nobis ſit.

I.

II.

III.

IESVS AD PATREM ORAuit. Articulus X.

M Vm dñs triſtitiam ſuã diſcipulis reuelaſſet, voluit nobis exemplum dare, inſtruendo nos, quid facere debeamus in triſtitijs & anguſtijs noſtris: Quid fecit? ſe parauit ſe etiã ab illis tribus diſcipulis ad orationem iturus, quaſi cum illis non potuiſſet orare. Vnde [dixit illis: Suſtinete hic & vigilate mecum. Et ꝓgreſſis ab eis paſillum, quantum eſt iactus lapidis,] & poſitis pedibus [procidit in faciẽ ſuam. i. ſuper terrã, orans & dicẽs: Mi pater, ſi poſſibile eſt, trãſeat à me calix iſte]. i. trãſfer hunc calicem à me: Si ita inquã poſſibile eſt, vt nihilominus redẽptio generis humani fiat p alium modũ. [Veruntamen non ficut ego volo, ſed ſicut tu.] Anguſtia mortis & paſſio non placebat Chriſto, de per ſe, & ſimiliter, loquendo ſecundum humanum affectum, voluiſſet non pati. Conditionaliter vero, qa pater volebat, & humani generis ſaluatio hoc reqrebat, libẽter mortẽ ſuſtinebat, Et dicebat. Nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Notate hic in Chriſto duas volũtates: Vnã, q̃ ſecũdũ humanũ affectũ voluiſſet nõ mori, aliã, q̃ voluit patri obedire & nos redimere. Primã calcauit: Secundã ſtatuit & ꝓtulit, qñ dixit: Nõ volo, ſicut ego volo: Sed volo ſicut tu vis. Sic etiam ſancti Martyres libẽtet mortui ſunt ꝑ Chriſto ꝓpter amorẽ eius: tñ ſecundũ naturã & ſenſum carnis nõ delectabat eos mori: Voluiſſent eñ potius nõ mori. Sed qa hanc voluntatẽ non moriendi Deo ſubiecerunt, ſuperauerũt: et quod naturallter fugiebãt, propter Deũ elegerũt: ideo maxime meruerũt. Ex quo patet, quod timor mortis, vel affectus naturalis viuendi, quem tñ Chriſto ſubiecerunt nõ nocuit eis, ſed multũ ꝓfuit: qa occaſio fuit ſeipſum vincendi. Si enim delectabile illis fuiſſet mori, ſecundũ ſenſum carnis, ſicut eſt comedere, quid meruiſſent? Ita poteſtis etiã applicare ad Chriſtum. Habemus hic doctrinam, vt tempore tentationis, tribulationis, anguſtię, & in omni aduerſitate ſeu triſtitia, recurramus ad orationẽ. Quia oratio eſt ſicut clipeus, cõtra oĩa aduerſa. Et dñs ꝑmittit nos ſæpe incidere aduerſitates & tentatiões, vt diſcamus fugere, & ab iſtis exterioribus nos recolligere, & conuertere ad Deum. Qualis aũt oratio noſtra debet eſſe, diſcimus ex eodem exemplo Chriſti: Primo ſolitaria, qa talis eſt purior & qetior, quando ſcilicet homo ſequeſtratus eſt ab omni hoie impediẽte ſe: Hoc Chriſtus fecit ad inſtructionem noſtram, licet alias nõ indigebat: quia non poterat impediri eius oratio. Secundo, humilis: Ideo Chriſtus in faciẽ humi ꝓſtratus, orauit. Tertio, deuota & feruens. Hoc oſtendit Chriſtus, qñ dicit: Mi pater. Quarto, recta: vt voluntatẽ ſuã orãs reſignet, & nihil velit, niſi q̃d placeat Deo, ſicut Chriſtus fecit. Quinto, charitatiua. i. cum dilectiõe proximi, ſicut Chriſtus ter ſurrexit ab oratiõe, & viſitauit diſcipulos, ſollicitudinem gerens pro illis. Sexto, perſeuerans, ſicut Chriſtus ter eandem orationem orauit, rediens à diſcipulis.

Martyres ſancti qui ex voluntate pro Chriſto mortui ſunt.

Ad oratiõẽ q̃ nos recurrendum.

Oratio nra. exẽplo Chriſti oratiõis qui fieri debeat.

I.

II.

III.

IIII. V.

VI.

IESVS DISCIPVLOS VISItauit. Articulus. XI.

N Vm dominus Ieſus in oratione conſiſteret, recordatus ſuorum diſcipulorum, quantumcumque ad patrem pro ſeipſo intentus, intermiſit orationem & curã habuit ſuorum diſcipulorum. Cum ergo ſurrexiſſet ab oratione [& veniſſet ad eos, inuenit eos dormientes. Et dicit Petro] (qui

Matt. 26

Lucę 22

Voluntates duas fuiſſe in Chriſto.

Matt. 26

Matt. 26 qui ſe putabat fortiorem alijs, qui dixerat: Si oẽs fuerint ſcandalizati &c̃ [ſic: Symon dormis?] vbi ẽ nũc pollicitatio tua, vbi fortitudo tua? [Non potuiſti vna hora vigilare mecũ?] quõ ires ꝑ me in carcerẽ & mortem? Deinde dicit ad oẽs. [Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ. Spiritus quidẽ ꝓmptus eſt, caro aũt infirma. Et iterꝫ ſecundo abijt & orauit eundẽ ſermonẽ, dicens: Pater mi, ſi non poteſt tranſire calix iſte, niſi bibam illũ, fiat voluntas tua. Et venit iterum] ad diſcipulos ſuos, [& inuenit eos dormientes. Erant eñ oculi eorꝫ grauati. Et relictis illis, iterꝫ abijt & orauit eundem ſermonem, dicens] vt ſupra. Docemur hic, quantam dilectionem debemus habere & curã ꝑ fratribus tentatis, qñ Chriſtus in re tam ſeria ter ab oratiõe ceſſauit, reſpiciens ad diſcipulos: & hoc maxime requiritur à prælatis.

Cura quã ta habenda & dilectio, erga frarres tẽtatos.

IESVS EST AB ANGELO confortatus. Articu. XII.

O Vm dñs Ieſus tertio rediſſet ad orationẽ, [Apparuit ei angelus de cœlo confortans eũ] Talis confortatio angeli fuit, quam aſſiſtentia: ſicut amicus amicum, vel etiã ſeruus dñm ſuum, ſua ꝑſentia nititur conſolari. Et ſi forte aliqua verba conſolatoria dixit, hoc fuit ex humilitate dñi Ieſu, q̃ non refugit etiã conſolari à ſeruo. Legitur alias, qñ in deſerto fuit tentatus à diabolo & eſurijt, acceſſerunt angeli & miniſtrabant ei. Illic ergo angelus miniſtrat, hic cõfortat. Quid ergo per hoc intelligit, niſi duæ naturæ in Chriſto? Quod angelus miniſtrat Chriſto, ad diuinam naturam referendum eſt, quod confortat, humanæ naturæ attribuendum eſt. Habemus hic documentum: Quod eñ Chriſtus orans voluit confortari ab angelo, nõ ideo voluit, quaſi egeret: ſed voluit, vt diſceremus in tribulationibus noſtris refugium & auxilium quærere à Deo per orationẽ humilem, cum reſignatione ꝓpriæ voluntatis. Et ſi dñs nõ exaudit nos ſecundum hoc q̃d petimus (qa forte non expediret nobis) ipſe exaudiet nos ad ſalutẽ noſtrã, ſicut ipſe nouit, & ſicut etiã nos in principio dominicæ orationis illi commendamus: ſi tñ recte oramus, dicentes: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Et nihilominus mittit occulte cõſolationẽ aliquã ſpiritualẽ in oratiõe (ſi tñ, vt dixi ꝑueremus in oratiõe, & fidutialiter ei cõmittimus cauſam noſtrã, & nos) q̃ fortiores erimus ad ſuſtinendũ, laborãdũ, vel reſiſtẽdum, ſecundum quod accidit tentatio.

Matt. 4 Marci 1 Lucæ 4

Chriſti cõfortatiõe quid doceamur.

In tribulatione conſtitutis qd congruat agere.

IESVS SANGVINEVM SVdorem ſudauit. Artic. XIII.

P Vũ dñs Ieſus tertio ad orationem rediſſet & cõfortatus eſſet ab angelo, [factus in agonia ꝓlixius orabat.] Agon, eſt certamẽ cõtra mortẽ, vel mortis anxietas: Vel poteſt dici reluctatio ſenſualitatis & rationis. Iſte agon ꝓueniebat ex hoc, q̃d ſenſualitas in ſua infirmitate relicta, ꝓmittebat agere & pati ſecũdũ q̃d ei ꝓpriũ erat: q̃ valde horrebat mortẽ & inſtantẽ pœnã cũ magna anxietate, ſicut naturę ꝓpriũ eſt. Rationalis vero voluntas, ſecundũ q̃d ſibi ꝓpriũ eſt, feruentiſſime mortẽ ꝑ ſalute humana deſiderabat: Vñ cauſabat agon, ſiue colluctatio, ita vt ex feruore orãdi; ex appẽhenſione imminẽtis piculi, & vehementi anxietate ſenſualitatis inflãmabat cor & corpus, vt aptis poris efflueret ſudor ſanguineus & rubecũdus. Iſte ſanguis fuit naturalis, & verus ſanguis: ſed effuſio, ſiue ſudatio eius, fuit ſupnaturalis & inſueta. Per iſtã ſudationẽ, ſicut dicit Bernardus, Chriſtus quaſi dicit fleuiſſe, ex oĩbus membris.

Ex iſto articulo docemur, quantũ attenti & feruẽtes debemus eſſe in orationibus noſtris: qñ dñs Ieſus attentus adeo fuit, vt ſanguineũ ſudaret ſudorẽ. Et qa nos in oratione ſanguineũ ſudorẽ nõ emittimus, ſaltẽ ꝑ ſanguine lachrymas emittamus. Placẽt eñ Deo, maxime in recordatione ſuæ paſſiõis lachrymæ effuſæ. Vñ cuidã ſanctæ perſonæ, & vt creditꝫ Mechtildi, dominus reuelauit, dicens: Dico tibi, q̃d ſi quis recordatione paſſionis meæ lachrymas fuderit cum deuotione, tam gratanter ſuſcipere eas volo, ac ſi ipſe ꝑ me fit paſſus. Surgens aũt Ieſus, iterum venit ad diſcipulos ſuos, & compatiens eorum infirmitati [dixit: Dormite nunc, & requieſcite.] Et ipſe interim ꝑ eis & corã eis vigilabat & eos cuſtodiebat, ſicut pater filiolos, ſicut paſtor ouiculas. Vere bonus & pius eſt, & ſuos in finem vſque dilexit. Hic iam terminatur eompletorium, & dormire quis deuote poteſt cum diſcipulis ſub cuſtodia domini.

Lucæ 22

Agonia Chriſti vñ ortum habuerit.

Sãguis ſudoris Chriſtivnde & q̃lis. Bernard.

Attẽtio & feruor quantus habendus in orationibus.

Lachrymæ compaſſionis quantum Chriſto placeant.

MA-

Matutinæ hic incipiunt, habentes articulos XVIII.

IESVS INIMICIS SVIS OBuiam proceſſit. Articu. XIIII.

A

CVm diſcipuli ad aliquã morã dormiſſent, licet paruam, dñs Ieſus præſentiens aduentum Iudæ, & eorum, q̃ ſe capturi erant, ne diſcipuli dormientes ex improuiſo illorum aggreſſu, ſiue incurſu turbarentur, excitauit, & præmonuit illos dicens: [Sufficit,] ſcilicet q̃d dormiſtis. [Ecce venit hora, vt tradatur filius hoĩs in manus peccatorũ. Surgite eamus] illis obuiã. Hoc dixit ad tres: deinde iuit etiã ad alios octo, qui longius regeſcebant, ſuſcitans eos, [& dicens: Ecce qui me tradet, ppe eſt. Et adhuc eo loquente, ecce turba multa cũ gladijs & fuſtibus miſſi à Principibus ſacerdotũ, & Scribis, & Senioribus populi. Et q̃ vocabatur Iudas vnus ex duodecim, antecedebat eos. Dederat aũt traditor eis ſignũ dicens: Quẽcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eũ & ducite caute]. i. ne labaſ vobis ex manibus, vel rapiaſ ab amicis [Ieſus aũt ſciẽs oĩa, q̃ vẽtura erãt, ſup eũ, pceſſit eis obuiam, & dixit eis, Quem q̃ritis? Reſponderunt. Ieſum Nazarenum.] Ecce non potuerunt Ieſum, non ſolum non cape, verũ etiam nec cognoſcere, vt diſceremus, quia ſponte ſe Ieſus tradidit in mortem. [Dicit eis ergo Ieſus: Ego ſum. Vt ergo dixit Ieſus, ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.] Ecce oſtendit ſe eis, & non poſſunt eum tangere: imo nec ferre vim duoꝝ verboꝝ. Ecce duo ỽba Chriſti, q̃bus ſe indicauit ſcilicet, Ego ſum, tam potentia fuere, vt totũ illũ exercitum proſtrarent in terram, & etiam ludam: Quid factũ eſſet, ſi voluiſſet ſe vindicare, vel illis prohibere? Si ita terribilia ſunt ỽba Chriſti, nec ferãda ab impijs, qñ ſe dedit in mortem. i. voluit capi, iudicari, & occidi, quam grauiter audiẽda ſunt verba eius, & quã formidanda, qñ veniet iudicare, & malos vindicare? Quõ fierent illa verba: Ite maledicti in ignem æternum, q̃ paratus eſt diabolo & angelis eius? Cum autem ſurrexiſſent à terra, [interrogauit eos iterꝝ: Quem quæritis? Et iterum reſponderũt ei: Ieſum Nazarenum,] Tunc dedit illis Ieſus licẽtiam agnoſcendi & capiendi ſe dicens. [Dixi vobis, q̃a ego ſum. Si ergo me q̃ritis, ſinite hos abire]. i. concedo vobis poteſtatẽ ſuper me, ſed nõ ſup diſcipulos meos: q̃a nõdum tẽpus eſt vt morianſ. Ecce ſignũ charitatis: ſe dedit ad patiendum, tñ ne q̃d diſcipulis mali fieret, phibuit. Diſcamus ex hoc articulo patientiam, & bonam voluntatẽ habere ad patiendum oĩa, q̃ dñs ſup nos pmittit, & non fugiamus, vbi agnoſcimus voluntatẽ dñi: q̃a q̃ fugiemus, etiãſi fugere volumus? Vbi nõ eſt dñs Deus? vbi non eſt tentatio? Pax noſtra non conſiſtit in non ſentiendo aduerſitates, ſed patiẽter tolerãdo. Pax noſtra non ſtat ab extra, ſed in corde noſtro. Si noſipſos vincimus, tunc oẽs inimicos noſtros ſupauimus. Non eñ habemus maiorem inimicũ, q̃ poſſit nobis nocere, quã pprium cor noſtrum, ppriamq; voluntatẽ. Ille poteſt nobis nocere, cætera oĩa, etiã totus Mundus non poteſt nobis nocere, ſi tãtumm̃ cor rectum habuerimus ad Deũ, & voluntatẽ conformẽ cum ipſius voluntate. Idcirco vigilandum eſt ſemp, tentatio ſemp expectanda, ſemp pugnandum contra peccata, ſemp tolerãda aduerſa: q̃a etſi vna recedit tentatio, immediate ſequiſ alia. Aliã pacẽ nõ habemus, niſi in Deo: q̃a ſicut ante dixi, imo ego non dixi, ſed nũciaui, q̃d Chriſtus dixit diſcipulis in cœna: In Mundo pſſuram habebitis, ſed pacem habeatis in me. Si pax eſſet non ſentire aduerſa, nullas pati contumelias, inimicitias &c̃. tunc nullus ſanctorũ, nec Chriſtus pacẽ habuiſſet. Sed non eſt ita. Quõ eſt tunc? Sicut iã dixi, vt pacẽ habeamus cũ Deo, & in Deo in corde noſtro, in volũtate noſtra, & foris patienter ſuſtineamus aduerſa & non ſolum foris, ſed etiam intus timores, tentationes, pugnas, quibus repugnandum eſt.

Mar. 14 Matt. 26 — Lucæ 22 — Ioan. 18 — Matt. 26 Marci 14 Lucæ 22 — Ioan. 18 — Patientia voluntas quæ pax dei diſcernos deus reco hos articulo Pax no ſtrain vere cõ ſiſtit.

IESVS OSCVLO TRADItus eſt. Artic. XV

B

CVm Ieſus inimicis ſuis, vt pdixi, licẽtiam ſe capiẽdi dediſſet, [Iudas cõfeſtim accedẽs ad Ieſum dixit: Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eũ.] Dñs Ieſus p conſuetudine habuit veniẽtes ad ſe diſcipulos dũ obſuerãt oſculo recipe. Cẽterꝝ videte hunc nequam quãta infidelitate obcæcatus fuerat, q̃d credidit dñm latere ſuã neq̃tiã. Veniebat eñ cũ armatis, & pceẽds ad dñm, oſculabaſ eũ: exhibẽs falſum ſignũ pacis & charitatis, q̃ ſi ipſe nihil mali haberet in corde, nec pti neret ad turbam armatã, ſed caſualiter ſic ante hortũ cõueniſſent, & hac ſimulatiõe putabat ſe illudere dño, & decipere illũ, vt nõ poſſet dolũ eius & malitiam aduertere. Oh q̃re nõ meminit, q̃ties dñs Ieſus cogitatiões cordiũ Iudæis, Scribis & Phariſæis manifeſtauit: q̃d ipſe eſt inſpector cordium, & nihil poteſt illi eſſe occultũ. Dñs Ieſus humiliter inclinauit ſe ad eũ, & dulciter dedit ei oſculũ, & benigniter affatus eſt eũ, dicens: [Amice ad q̃d veniſti? Iuda oſculo filiũ hominis tradis?] Nõ putes peccatum tuum me latere. Ego noui quare veniſti, ego ſcio quid eſt in corde tuo. Si adhuc pœnitere volueris fili mi, recipiã te ad pœnitentiã, & peccati tui nõ recordabor, & lauabo te ſanguine meo, quẽ tu vendidiſti.

Matth. 9 Marci 2. Luc. 5. 6. 11 — Matt. 26 Lucæ 22 — Charitate quanta Chriſtus vſus eſt erga Iudam proditorem.

Chariſſimi filij, audita tanta manſuetudine pijſſimi Ieſu, magni dñi, creatoris Mũdi ſup nequiſſimo traditore, qs non emolliatur in corde ſuo erga ſuum (ſi quem habet) inimicũ? Quis non recipiet hic documentum? quis non videt exemplum, quõ oporteat iniurias obliuiſci, offenſam dimittere, & inimicum ſuũ magis velle lenitate & charitatis officio placare, quam ſe mali retributiõe, vel verboꝝ aſperitate vindicare? Habemus hic bonũ exemplũ dilectionis inimicoꝝ. Cogitate q̃d nos faceremus, ſi pditorem noſtrũ haberemus ante nos in ipſo actu & exercitio pditionis ſuæ, & poteſtatẽ haberemus in illũ ſicut Chriſtus. Quid faceremus? In fruſta vtiq; decerperemus. Et q̃d Chriſtus fecit, iã audiſtis. Oſculatus eſt eũ, & dulciter eũ allocutus eſt,

Iniquos dilẽdi exẽplũ pmagnificum in Chriſto

IESVS HOSTEM SVVM curauit. Articu. XVI.

C

DOmino Ieſu p oſculũ tradito, [vidẽtes hi q̃ circa ipſum erant, quod futurũ erat]. i. q̃d vellẽt irruere in Ieſum, interrogauerũt Ieſum, [dicentes, Dñe ſi pcutimus in gladio?] Petrus zelo accenſus, non potuit expectare reſponſum: [ſed eduxit gladium, & percuſſit pontificis ſeruum, cui nomen erat Malchus,] & maiori furore ſe ingeſſit ad apprehendẽdum Ieſum: [& amputauit auriculã eius dexterã] Sed dñs Ieſus increpauit Petrum, & mandauit [vt gladium reduceret in vaginam, q̃a q̃i gladium accipit]: cui nõ eſt cõmiſſus, ſed ſua authoritate accipit vel vtitur, dignus eſt vt gladio pereat [Calicẽ (inquit) quem dedit mihi pater, nõ vis vt bibã illũ? An putas, q̃d nõ poſſum rogare patrẽ meũ, & exhibebit mihi pluſq̃ duodecim legiões angelorum?] Nõ ergo opus haberẽ duodecĩ apoſtolis, ſi vel lẽ pugnare, aut me defẽdere. Legio cõtinet ſex milia, ſexcenta ſexaginta ſex. [Et cum tetigiſſet auriculã eius,] ſcilicet Malchi. [ſanauit eũ.] Iſte Malchus crudeliorẽ & minatiorẽ ſe oſtenderat cõtra Ieſum, ſed dñs Ieſus p malo (vt cõſueuerat) retribuit bonum. Et q̃d miꝝ? De fonte aliud nõ fluit, niſi q̃ plenus eſt. Et ipſe Chriſtus fõs eſt, et origo totius bonitatis, nec aliud fluit niſi pietas, charitas, miſericordia, benignitas & cęt. Ipſe ſeruauit q̃d ante docuit, ſcilicet: Benefacite his q̃ oderũt vos. Et Apoſtolus eius Paulus. Noli (inq̃t) vinci à malo, ſed vince in bono malum. Item: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illũ: Si ſitit, potũ dailli. Hoc eñ faciens, carbones ignis congrues ſup caput eius. Hæc faciamus & nos, q̃a hæc eſt doctrina quã habemus ex hoc articulo.

Matth. 22 Marci 14 Ioan. 18 — Malchi crudelitas in Ieſum quãta fuerit. Manſuetudinẽ Chriſti inuitandam erga hoſtes noſtros. Matt. 5 Rom. 12

IESVS VOLENS CAPTVS eſt. Articu. XVII.

D

IN illa hora (vt dicit Euãgeliſta) dixit Ieſus ad turbã & ad magiſtratus, & ſeniores populi & ad principes ſacerdotum], quãuis iſti non venerant in propria pſona, tñ Euangeliſta ſic refert, vt oſtendat illoꝝ volũtate & iuſſu hoc geſtum eſſe: quia ſeruos ſuos miſerant. Ad quos dicit Ieſus. [Tanq̃ ad latronẽ exiſtis cum gladijs & fuſtibus comprehendere me, cum quotidie fuerim vobiſcum in templo, & nõ extendiſtis manus in me.] Quaſi dicat: Ergo nec mõ poſſetis [Sed hæc eſt hora veſtra vobis cõceſſa, & poteſtas tenebraꝝ.] i. diaboli, q̃ vos cõcitat & iueſtigat. [Tũc cohors & tribunus] q̃ eis pẽrat, [manus iniecerũt in Ieſum & tenuerunt eũ.] O quã duri filices, q̃ vidẽtes tantã dñi potentiã in ſui pſtratiõe nõ ſunt aĩo moti: vidẽtes tantã charitatẽ & beneficentiã in curatiõe Malchi, nõ ſunt ædificati: audiẽtes tantã benignitatẽ in ipſius allocutiõe, nõ ſunt emoliti, ſed peiores effecti, ſic oĩbus impijs, quãto magis cõdeſcẽdit, quãtoq; plus indulgeſ, tãto amplius indurant. Cogitate nũc quõ in ipſum irruunt. Nullus eſt qui non velit aliquam ſingularem contumeliam facere. Nullus eſt, qui nolit ſe de proſtratione ſui, in ipſo vindicare. Oẽs clamãt, oẽs ſęquiunt. Alius trahit ſupra, alius ĩfra, alius pcutit, alius trudit alius illudit, alius maledicit: & miſerabiliter atq;

Lucæ 22 — Matt. 26 Lucæ 22 — Caprio Ieſu quã fuerit crudelisſima.

atq; crudeliter tractant dñm, veluti agnum mansuetissimum, cui euellitur lana. Ex captiuitate Christi, monemur captiuare nos in obsequiũ eius, si volumus essegrati. Captiuemus ergo oẽs sensus nostros, i. re frenemus eos ab illicitis. Captiuemus oculos, ne videamus illicita, vel puocantia ad concupiscentias luxuriæ, gulæ vel auaritiæ. Ita captiuauerunt sensus suos quædã sanctę virgines, vt etiam præter manus vel pedes nudam propriam carnẽ in corpore, nunquam videre voluerint ob amorem castitatis. Captiuemus aures, vt non audiamus rumores seculares, qui semp fere maculant conscientiã, & gignunt vanas cogitationes. Non audiamus detractiones, verba impudica, quia dicit Apostolus: Corrũpunt bonos mores, colloquia mala. Captiuemus manus ab illicito tactu. Captiuemus totam voluntatem nostram, sub voluntate superioris nostri in voluntatẽ Dei. Captiuemus totum corpus nostrũ, in seruitutem Dei.

Captiuare vti debeamus sensus nostros.

Oculos.

Aures.

1.Cor.15

Manus. Voluntatẽ.

Corpus.

IESVS VOLENS FVIT LIgatus. Articu. XVIII.

E

POstquã Iesum mitissimũ agnũ rabidi canes comphenderũt, & cõtumelijs & verberibus repleuerunt, quãtum voluerunt: [ligauerunt eũ]. Non oẽs capti ligabant, sed qui maioribus criminibus erant obnoxij & mortis rei, & talem æstimabant, vel æstimari volebant dñm Iesum. Compatiamini pijssimo Iesu, habeatisq; viscera miseratiõis sup eo. Ecce in cuius potestate, in cuius manu sunt omnia, & nisi ipse teneat, nihil in mundo subsistit, pmittit se ligari & tractari ab illis, qbus dat viuere & esse, qui ante ipsum sunt puluis & cinis. Discamus ex hoc articulo nos ligare scilicet oẽs sensus nostros, corpus nostrũ, animũ nostrũ omnesq; vires & passiones ipsius ad seruiendum Deo, vt propositũ nostrũ bonum sit, stabile & firmũ, & non inueniamur ita incõstantes. Habeamus oĩa mẽbra nostra ligata, vt nihil loquamur, nihil faciamus q̃ Deus offendat, aut pximus lędatur. Multi nostrũ indigerent ligari in lingua: Nos sumus nimis prompti & incõtinentes ad loquendũ, qcquid nobis in buccam venerit. Patres nostri posuerũt vinculũ pro lingua, scilicet silentium: & si rũpit hoc, reficiat cũ virga. Sed nil curamus. Habeamus aliud melius vinculũ, timorẽ Dei, qui est certe optimũ vinculum cõtra omnia peccata. Quando etiam cogitamus hunc articulum, rogemus vt dñs Iesus nos à vinculis peccatoꝝ liberet, & vinculis charitatis insolubiliter liget.

Ligari quinã soliti fuerint rei,

Esaiæ 4

Ligare in nobis mystice q̃nam debeamus

Lingua à quibus liganda sit.

Vinculo quonam lingua liganda,

IESVS FVIT DERELICTVS à suis discipulis. Articul. XIX.

F

EVm discipuli vidissent crudelitatẽ hostiũ, mansuetudinemq; Magistri sui, q̃d pmitteret se adeo indigne & pœnose tractari sine aliqua resistẽtia vel contradictione, [relicto eo oẽs fugerũt.] Cogitate, quãto dolore cor Iesu torquebat, cũ filij sui, discipuli sui, fratres sui, ita eũ relinquentes, fugiebant, quibus chariores nõ habebat (matre excepta) in hoc mundo. Vnde etiam p beatum Iob pro speciali dolore conquestus est, quod per istos dies causa tantũ est: Fratres mei se elõgauerũt à me, & noti mei quasi alieni recesserũt à me. Pensate tristiti am discipulorꝝ fugientiũ, sicut orphani sine patre: nescientes quo deberent ire: quia dulcissimus Magister auferebatur ab eis.

Iob 19

Habemus aũt hic primo documentũ, vt videamus ne fugiamus à dño. Ille fugit, q̃ propter aliquod temporale commodũ, vel tẽtationem aliquam relinqt iustitiam, aut veritatem. Et generaliter in omni peccato mortali, fugit à Deo. Secundo consolamur, si forte in necessitatibus nostris deserimur ab amicis, q̃s putabamus fideliores, quia & Christo hoc factum est.

Fugere mystice quinã dicuntur à Christo.

IESVS DVCTVS EST AD Annam. Artic. XX

G

IN hoc articulo cõsiderare habetis, quibus contumelijs, verberibus, iniurijs, clamore, armorum strepitu & clangore mansuetissimum agnum trahebant & impellebãt, q̃n captũ & ligatũ. [eum duxerũt ad Annã. [Fuit autẽ hæc ductio violenta, ignominiosa & dolorosa. Violenta q̃a tractu & verberibus. Licet em̃ dñs sponte ictu & verberibus. Licet em̃ dñs sponte ictu & verberibus. Licet em̃ dñs sponte ict

niã petere,& fratrẽ recõciliare. Ecce dñs & creator Mũdi pcussus à seruo gregario, & prior studet illũ placare, siue pacare. Nos in terdũ, qñ cõtumeliã pximo fecimus, nõ solũ nõ petimus ĩdulgẽtiã, sed etiã gloriamur ꝙd illũ cõfudimus, ꝙd bene expediuimus: Et hoc valde malũ est: qa quoties qs gaudet de peccato facto, etiãsi nõ iterat opus, iterat tñ culpã & reatũ toties, ꝙties illi peccatũ placet ex cõsensu ratiõis. Habemus etiã documentũ hic, ꝙd iniuriantibus nobis possumus ostendere eox peccatũ, & rephẽdere, sed nõ ex ira vel impatiẽtia. Quia qñ est ira in corde, tũc p illo tpe neminẽ debemus corripe: Correpto eñ fraterna ex charitate debet pcedere, nõ ex furore vel passione. Debemus tam leniter, dulciter, et humiliter loq inimico vel irato, vtyba nostra cor ipsius emolliãt, & irã extinguant, nõ aũt magis accendãt. Tertiũ documẽtum habemus hic, ꝙd verba Euãgelij non sunt semp intelligẽda & seruãda ad literã, sicut yba sonant alioqui in isto facto ipse met Christus non fecisset, ꝙd docuit, vel non seruasset Euangeliũ. Quid est hoc? Ipse pdicauerat, & iusserat: Si qs pcusserit et in viã maxillam, pbe ei & alteram. Ecce ipsemet pcussus est, & tũ non pbuit alterã, sed magis pcussorem corripuit. Num trãsgressus, vel puaricatus est suam doctrinã? Minime. Ipse fecit quæ docuit. Ista verba de pbendo aliã maxillam, & alia multa similia in Euangelio nõ sic intelligẽda sunt, quod oporteat ea seruari semp, secundum effectum & exhibitionẽ exteriorẽ: vt verba sonant, sed secudum pparationem animi, vt paratũ habeat animũ talia ferre, vel agere, si requirat. Sensus ergo iste talis est. Si qs te pcusserit ad vnã maxillam, i. si qs tibi iniuriam fecerit, tam patiẽter ferto, vt etiam paratus sis æquanimiter maiora sustinere, si inferant. Et sic fecit hoc in loco etiam Christus, patienter sustinuit alapham in maxilla, & paratus fuit etiam aliam pati, si pcussus fuisset, paratus fuit maiora sustinere, sicut & fecit, qa nõ longe post, totũ corpus flagellis & verberibus exposuit. Et ideo sacra scriptura non semp est intelligẽda in sensu quẽ facit, sed in sensu in q̃ fit. Vñ aliqs posset facere secundũ yba Euangelij, & tũ non seruaret mandatũ Euangelij: Verbi gratia. Aliqs pcussus ad vnã maxillam posset secundũ yba Euangelij etiã aliã porrigere, & tñ tacitus in corde ira ex candescere, & de vindicta occulta cogitare. Ille pfecto non seruaret pceptum Euangelij, qa non habet patientiam veram, sed tantum simulatam respicere ad intentionẽ præcipientis.

Corripere nos cõtumelia afficientes q̃mõ & qñ debeam⁹.

Verba sanctæ scripturæ non semp ad literam accipienda vel intelligenda.

Matth.5 Maxillam vnam percutienti pbẽdam esse & alteram, quõ intelligendum.

Parat⁹ vt sit semper noster animus maiora sufferendi.

Sensus sacræ scripturæ q̃ modo capienda.

IESVS FVIT DVCTVS AD Caipham. Articul. XXIII.

K

Nnas non diu tenuit dñm Iesum in domo sua, qa ad illum nõ spectabat principaliter examinare Iesum. [Ideo misit eũ ligatum ad Caipham] q erat dolosior iudex: sicut ex vi vocabuli patet. Nam Caiphas interptat sagax, vel inuestigator, & ipse sagaciter, & subdole valde interrogauit Iesum, si posset capere eũ in sermone, vt patebit. [At illi, comphendentes Iesum eumq; tenẽtes, duxerunt eũ ad Caipham Principem sacerdotũ, vbi oẽs Sacerdotes, Scribæ, & seniores conuenerant.] Accipiunt inq̃ eũ veluti rabidi canes, & impetuose ducunt ad Caipham. Pontifices Iudæorum non habebant iudiciũ sanguinis, sed examinabant causas, & tunc reũ & causam eius psentabant Iudici psidi. i. vicario Imperatoris. Et ideo forte duxerunt Iesum ad vtrunq; pontificem, vt coram vtroque dãnatus, magis diffamaretur, & crederet reus à Pilato. Nam etiam Annas damnauit eũ, i. iudicauit reũ mortis, ex hoc quod misit illũ ligatũ ad Caipham. Habemus hic exemplum magnæ humilitatis & patientiæ, quod dignat duci de Iudice ad Iudicẽ veluti esset malefactor vel magus. Hoc exemplũ pstitit, & pstabit adhuc sanctis Martyribus consolationẽ & confidentiã, vt non timeant duci ante reges, & pfides, & tyrannos ppter nomẽ dñi: sicut dñs eorũ ductus est p illis, & p nobis oĩbus. Nõ dum eñ cõpletus est numerus Martyrũ, sed erunt adhuc multi, q occidendi sunt in fine seculi, in vltima persecutione, tempore scilicet Antichristi propter fidem.

Ioan.18

Caiphas qd interpretatur. Matt.26 Mar.14 Luc.22

Humilitas & patientia Christi quanta ex hoc articulo appetat. Matth.26

IESVS FVIT TER NEGATVS à discipulo. Articu. XXIIII.

L

Egimus ex Euãgelistis, Petrũ ter dñm negasse: Sed vbi tres illas negationes pfecerit dicendum est pro concordia Euangelistæ, qd semel vel bis fecerit eas in domo Annæ: reliquas in domo Caiphæ: hoc scilicet modo: Cum dñs Iesus captus fuerat in horto, & discipulis fugientibus Petrus & Ioannes q cæteris feruentiores erãt, reuersi sunt, sequentes eũ à longe, vt videret qd futux esset de dilecto Magistro suo. Cũ ergo Iesus introductus esset in domũ Annæ, [Ioãnes introiuit cũ eo in atrium pontificis, qa erat notus pontifici. Petrus aũt ad ostium foris stabat. Exiuit ergo Ioãnes, & dixit hostiariæ, & introduxit Petrũ. Dixit ergo ancilla hostiaria Petro: Nunqd & tu ex discipulis es hominis istius? Respõdit Petrus: Nõ sum. Et: O mulier, nõ sum: non noui illum: nescio qd dicis.] O Petre, magna est fragilitas tua, vbi nũc sunt yba quæ dixeras, te paratum esse ire in carcerẽ, & mortem cũ Magistro tuo. Ecce vna muliercula, ecce ancilla vna & hostiaria interrogat, & nõ audes confiteri: quid faceres, si milites & armati te apprehenderẽt? [Stabant aũt serui & ministri calefaciẽtes se ad prunas, quia frigus erat. Stabat aũt Petrus in medio eox, calefaciens se.] Timens ergo Petrus ne agnosceretur exiuit. [Et cum vidisset eũ alia ancilla, dixit: Et hic cum Iesu Nazareno erat. Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex illis es? Petrus cœpit iurare, ꝙd non nouisset hoĩem. Et statim gallus cantauit] Creditur hoc factũ esse in domo Annæ [Et post pusillum, quasi interuallo vnius horæ] scilicet interim, ꝙd dñs ductus est ad Caipham, & Petrus fuerat secutus, [& iterum stabat cum ministris calefaciẽs se. Dixerunt ergo ei: Vere tu ex illis es,] scilicet discipulis Iesu [Nam & Galilæus es, & loquela tua te manifestum facit. Et cognatus illius, cui abscidit Petrus auriculã, dixit: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Et iterum cœpit Petrus se etiam anathematizare, qa non noui hoĩem, quem dicitis.] Ecce quõ Petrus continuando peccatũ, augmentauit etiã peccati grauitatem. Primo simpliciter negauit: Secundo negat cum iuramento: Tertio cum iuramẽto negat, & cum sui maledictione. Cũ ergo ter negasset, [continuo gallus,] scilicet secunda vice, [cantauit, Et conuersus dñs,] scilicet ad misericordiam. [respexit Petrum,] scilicet oculo miserationis, & illuminationis. [Et recordatus est Petrus ybi Iesu, ꝙd dixit: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare,] ꝙd tam dilectũ dñm negasset &c. dicat ex Itinerario Clementis, quõ fugit in galli cantum. Habemus hic plura documenta. Primũ, vt non cõfidamus in nobis ipsis, sed timeamus: cum princeps oĩm Apostolox & caput fideliũ, tam grauiter, & tam faciliter cecidit. Ergo caueamus à supbia & psumptione, qua fit, vt nos dñs derelinq̃t, vt discamus qd sumus ex nobis, & qd possumus, certe nihil: sed siue nõ peccare, siue benefacere à Deo est, cum consensu arbitrij nostri. Secundum, vt discamus ꝙd societas multum promouet hoĩem siue ad bonum, siue malum. Nã quãdiu fuit Petrus in cœtu Apostolox, nõ negauit Christum, sed qñ venit in cœtũ curialiũ, ibi negauit. Adhuc ita est, vt boni efficiant mali in curijs principũ. Nã cũ electo, electus eris, & cum puerso puerteris. Tertium, vt si quis ceciderit in peccatũ, pœniteat & doleat, nec disperet, sed sumat exẽplũ spei & pœnitentiæ in Petro resurgente, cui post lapsum & resurrectionem emendato, commissa est tota Ecclesia. Sed diceret qs: Quare dñs tm Apostolum pmisit cadere, supper quẽ fundaturus erat totam Ecclesiam? Dicendum, quod Petrus pficiendus erat toti Ecclesiæ. Vt ergo nõ esset nimis durus, vel incredulus & indiscretus, sed sciret compati & misericordiã habere cum infirmis & impfectis, voluit dñs, vt hoc discceret suo proprio exemplo, vt in seipso experiret in firmitatem propriam, & inde disceret, quõ tolerare & curare deberet alienam.

Ioan.18

Matth.26 Mar.14 Luc.22

Matt.26

Ioan.18

Matt.26 Mar.14

Matth.26 Mar.14

Negatio Petri quã grauissimum fuerit peccatum.

Societas siue ad bonũ, siue ad malum qd valeat.

Psal.17 Desperare neminem debere de quocunq; peccatore

Petr⁹ cur promissus sit cadere innegationem.

IESVS FALSA CONTRA se testimonia pertulit. Arti. XXV.

M

Rsentatus (vt pdictum est) dominus Iesus in domũ Caiphę, vbi congregati fuerant Principes, & Scribæ, & Seniores populi in consilio, stetit in medio eox, sicut agnus inter lupos. Nã, [Principes sacerdotum, & oẽ consilium q̃rebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent. Et non inuenerunt, etiam cum multi falsi testes accessissent. Et conuenientia testimonia non erunt.] Magna laus est dño Iesu, ꝙd etiã inimici eius nihil falsum comporere potuerunt, ꝙd speciem haberet mali, eo ꝙd in cunctis tã innocenter & prudẽter se habuit. [Nouissime autẽ duo falsi testes venerunt, & falsum testimonium ferebant aduersus eũ, dicentes: Quin nos audiuimus eum dicentem: Possum destruere templum hoc Dei manufactũ, & in triduo aliud nõ manufactũ, reędificare.] Per hoc voluerũt pbare, ꝙd fecisset se Deũ, vel sibi potẽtiam diuinã attribuisset, qa hoĩ puro nõ fuisset possibile. [Et nõ erat cãue-

Matt.26 Mar.14

Ioan.a

niens teſtimoniũ eo⁊]qa mutauerãt ỽba, & ſenſum. Dñs Ieſus nec eadẽ ỽba, nec in eodẽ ſenſu locutus eſt, q̃ illi ꝓpoſuerunt.

Ioan.2 Templum diſſoluendum vti Chriſtus ſeipſum ꝓdixerit.

Nam Chriſtus hoc dicebat, de templo ſui corporis. Illi vero intelligebant de tẽplo materiali Salomõis. Secũdo etiã calumniant in ipſis ỽbis, dũ q̃dam addũt, & quędã mutant. Saluator eñ dixit, non ꝓcipiẽdo, ſed ꝓdicendo: Soluite templũ hoc. i. ſoluetis. Ipſi aiunt: Ego diſſoluã templũ hoc manufactũ. Vos inq̃t, Soluite, nõ ego. Quia illicitũ eſt, vt ipſi nobis inferamus mortẽ. Deinde illi vertũt: Et poſt triduũ, aliud nõ manufactũ ędificabo, vt ꝓprie de tẽplo Iudaico dixiſſe videret. Dñs aũt vt oſtẽderet ſe de ſpirituali tẽplo ſui corporis locutũ, nõ dixit, ædificabo, ſed excitabo illud.

Mendaciũ omne quãto ſtudio ſit fugiendum.

In hoc articulo primo edocemur execrari nos debere omne mendaciũ, omnemque dolum & ſimulationẽ. Nã q̃unq; hæc ſectant, veritatem negant, & Deo reſiſtũt. Secundo monemur iniquaꝝ accuſationũ eſſe patientes. Nunq̃ eñ prorſus iniqua eſt noſtri accuſatio. Si eñ in eo quo accuſamur, non deliquimus, in alio q̃ nemo nos accuſat, Deo peccauimus. Nunquã igitur innocentes ſumus, quãuis hoc ipſi ignoremus. Chriſtus vero innocens fuit totus in omnibus. Ideo abſq; grandi iniuria, abſq; blaſphemia, leuiſſimi cuiuſuis peccati non potuit accuſari. Tertio, debemus ſumme falſum teſtimoniũ vitare, eo, quod falſum teſtimonium proferens, multis fiat obnoxius. Primo ſcilicet Deo, quia contra veritatem loquitur. Deinde Iudici, quem mentiendo fallit. Tertio innocenti, quem mẽtiendo impedit aut lædit. Quarto ſibiꝝſi, quia os quod mentitur occidit animam. Quinto exigitur ab eo reſtitutio & ſatisfactio, quæ tamen perraro fit.

Accuſationes iniquę quõnã animo ferendæ.

Teſtimonium falſi in q̃bus malis fiat obnoxius

Sapien.1

IESVS INIQVE BLAſphemiæ accuſatur. Articulus XXVI.

N Matt.26 Mar.14 Lucæ 22

ET exurgẽs ſummus Sacerdos in medium, interrogauit Ieſum, dicens: Nihil reſpondes ad ea, quę iſti aduerſum te teſtificantur, & quæ obiciuntur tibi ab his?] Teſtimoniꝝs cum nullis poſſet Caiphas criminandi locum inuenire ad aliam ſe fraudem verſipellis iſte conuertit. Sciebat nanque omnia falſa eſſe teſtimonia quæ fuerant adducta, quibus nil fidere poſſet: & ſuperbia ſimul ac ira exagitatus, ſurgit & ad loquendum prouocare Ieſum contendit, callide occaſionem quærens, vt ipſum in multorum præſentia in ſermone caperet, aut quippiam inueniret, vnde eum accuſaret. [Ieſus autem tacebat, & nihil reſpondit.] Quare tacebat? quia mẽdacia ſola & incongrua teſtimonia producebant, indigna prorſus ad quæ reſponderetur. Sciebat præterea calumniandi eos duntaxat quærere oportunitatẽ: et quicqd dixiſſet, paratos ad ſubuertẽdũ. Atq; ideo occaſionem eis ꝓſtare noluit calumniandi maiorẽ. Docere quoq; nos voluit, dum ab importunis accuſamur hoĩbus mendaciter, dumq; reſpõdendo nihil ꝓficimus, niſi q̃d tunc grauius irritant aduerſarij, ſuſtinere debemus atq; tacendo pati. Hoc mõ cũ nihil adhuc, licet à Põtifice admonitus, Ieſus reſpõderet, iratus Põtifex q̃d nil audiſſet accuſatione dignum, exurgens in medium, qa furor illũ de ſede expulerat, ſtãs in faciem Chriſti, ait illi: [Adiuro te per Deũ viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei viui benedicti.] Non deſiderio veritatis inueſtigãdæ, dñm Caiphas adiurat, ſed vt locũ inueniat cõtumeliæ, audiatque vñ Chriſtũ queat accuſare. Ideo tãta vrget Chriſtũ autoritate diuini noĩs, cui Chriſtus ſi nõ reuerentiã daret reſpondendo, argueret eũ rebellẽ, ſupbũ ac Deo cõtumelioſum: ſi reſponderet, q̃d nõ dubitabat reſponſuꝝ, blaſphemiæ illi crimẽ imponeret. Hæc verſutia Iudæoꝝ ſemp fuit, Ieſum ancipitibus laqueis quæſtionibuſq; dolo ſis circumuenire, vnde illum ſperabant ſe nõ poſſe extricare. Dñs igit Ieſus, licet Caiphæ verſutam nõ ignoraret malitiã, ne diuini nominis paruipẽdere videretur autoritatẽ. [Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti, quia ego ſum.] Ego hoc de me non iacto, ſed tu dixiſti quomodo eſt, quia ſcilicet ego ſum. Ne tamen diuinam tantum me putes contemni naturam, audi & humanam: [Verum tamen dico vobis,] non tibi o Caipha ſoli, ſed omnibus: [Amodo videbitis filiũ hominis ſedentẽ à dextris virtutis Dei.] Amodo videbitis, hoc eſt, nõ iã ſtatim poſt hæc verba, ſed poſt hoc tẽpus in fine Mũdi videbitis filium hominis ſedentem in ęquali poteſtate ac Maieſtate Dei patris. Videbitis autem eum, [& veniẽtem in nubibus cœli,] hoc eſt, ad iudicandum viuos & mortuos. [Tũc Princeps ſacerdotũ ſcidit veſtimenta ſua dicens: Blaſphemauit] Iudæ-

Matth.26 Mar.14

Matth.16

Iudæoꝝ erat conſuetudo, ſi quippiam ſibi vehementer inimicũ audirent, & vnde veheměter triſtarent, ſcindere veſtimẽta ſua: quẽadmodũ dũ blaſphemiã audirẽt, quaſi grauiter cõtriſtati ob ſermonis indignitatem, ac Dei contemptũ, ſcindebãt veſtimẽta ſua. Hoc mõ Caiphas ſimulator & hypocrita peſſimus, q̃ſi læſum ſe adeo vehementer ꝓpter verba Chriſti, quẽ blaſphemũ iudicabat, fingebat: vt veſtimẽta ſcinderet, clamãs: Blaſphemauit. [Quid adhuc egemus teſtibus?] Vide quoque iteꝝ, quomodo hic Caiphas neſciens prophetat. Nã ſacerdotale veſtimentum ſcindẽs, qd aliud iudicat, quam quod legis velamentum? Et dixit: Quid adhuc egemus teſtibus? ꝑ nihilo laboramus. Quod quærimus, ecce iam palam audiſtis. Miſer tu, & licet princeps, nequam tamen: tu bis blaſphemas, q Chriſto Dei filio detrahis, & negas quod Dei eſt, qui (licet ilia tibi rumpantur) vere Deus eſt, & imponis eidem, quod niſi peſſimorum eſt nebulonum: crimen blaſphemiæ. In hoc præſenti articulo iubemur iram refrenare, ne foras ꝓ verba aut facta erumpat. Nam ira viri, iuſtitiam Dei (iuxta diuina eloqa) nõ operat. Igitur dãdus eſt locus iræ, vt nõ ꝓximos noſtros ꝓ furorẽ aut ĩpatiẽtiã irritemus aut ſcãdalizemus. Solet præterea plus ædificare alios verba iniurioſa patienter perlata, quam ſuperba noſtri ipſorum excuſatio aut iuſtificatio: quorum alterum patientiæ, alterum ſuperbiæ & impatientiæ iudiciũ eſt. Credo etiam, niſi Caiphas ira ac furore repletus fuiſſet, in vocem nõ erupiſſet.

Veſtimenta ſcinendi Iudæis mos vnde

Veſtimentorũ Caiphę ſciſſio myſtice quid.

Ira quãto ſit ſtudio refrenanda.

Iacob.1 Verba iniurioſa quam patienti animo ferenda ſint.

IESVS VT REVS MORTIS, damnatur. Articu. XXVII.

O Matth. 26 Mar.14

ECce nunc audiſtis blaſphemiã. Quid vobis videtur? Qui reſpõdentes omnes, condemnauerunt eũ & dixerunt: Reus eſt mortis.] Cum Pontifex dñm iudicaſſet vt blaſphemũ, blaſphemus ipſe peſſimus, alios interrogat, q intererãt cõcilio: Quid vobis videt? At illi reſpõdẽtes, dixerũt: Reus eſt mortis. Vide quã puerſum iudicium. Ipſi accuſatores, ipſi teſtes, ipſi ſunt iudices, ipſi abſque ordine vllo iuris mox proferunt ſententiam mortis. Cogitate filij, quanto mœrore Chriſti potuit cor tunc vulnerari, quando innocens morti adiudicabatur, & pro blaſphemo habebatur. Si vel ſceleratis ac impijs hominibus, qui propter facinora ſua morti obnoxij ſunt, graue & moleſtũ eſt audire, ſe damnari reos mortis, quid arbitramini Ieſus Dei filius benedictus ſenſerit, quando nil morti dignum egerit? Et hoc quoque hic attende, quia omnes clamauerunt nullo excepto. Quam dolendum eſt, ne vnum qui dem in tanta inuentum multitudine, qui iniuſtitiam argueret, innocentiam tutaretur, iniquis reclamaret, pro Chriſto loqueretur. Heu quam multi adhuc ſunt noſtro tempore, à quibus dominus IESVS in ſuis mẽbris iudicatur, & reus mortis proclamatur, dum illi iniquitatis & ſceleris arguuntur, à quibus iniquitas omnis longe abeſt, nempe ad Deum toto ex corde conuerſi, præterea iudicio mortis feritur, dum innocentes ad mortem rapiuntur & expetuntur. Diſcamus hic non formidare iudicia humana, ſed hoc cauere, ne in iudicio rei inueniamur diuino. Quid enim nobis iudicia poſſunt nocere humana? Si innocentes, ſi bene nobis conſcij fuerimus, ſi nec nos conſcientia de aliquo peccato reprehenderit, quis nobis nocere poterit? Quid mirum, ſi de nobis inique ſentiant homines ſi nos iudicent, ſi detrahant, qui pleni ſumus peccatis? Ecce innocentiſſimus, & qui ſpeculum eſt ſine macula, in quem non cadit peccatum, & blaſphemus, & perinde ac reus mortis damnatur. Quandocunque igitur de nobis male ſentitur, quando iudicamur inique, quando nobis detrahitur perperam, recurramus ad conſcientiæ teſtimonium. Et ſi verum eſt quod dicitur, quid ægre ferimus? Iraſcamur igitur nobis malum operantibus, non malum de nobis quod fecimus, dicentibus. Porro ſi falſum eſt, quod dicitur, gratias agamus domino Deo, qui nos cuſtodiuit ab eo, quod perperam de nobis dicitur: admoneamurque quam ſint alia item multa, quorum iuſte accuſaremur, nobis & Deo cognita. Ea itaque quę patimur, vel in vna re innocentes deputemus ad alia illa centum milia, in quibus nemo nos accuſat, quamuis non innocentes, ſed reos. Nihil igitur conſultius, quam omnes linguas, & infirmas & nequam & maledicas, ſuſtinere: quia nemini poſſunt nocere, neminem malum efficere. Semel dixi: Si totus alicui detraheret Mundus, & de aliquo male, ſiue ex errore, ſiue maleuolentia ſen-

Dãnatio hæc quantum ani

mam Chriſti afflixerit.

Chriſtus in ſuis membris inique condemnari.

Iudicia hominũ q̃ nõ timenda.

Sapien.1

Quando de nobis ſentiẽ vel iudicatur male qd agendum.

Linguas oĩs maledicas nec vni innocenti poſſe nocere.

tiret, ſi alioqui innocens eſſet, non poſſet mille te facere linguis malum: Imo dico citius ipſum meliorem redderet, ſi omnia clipeo patiẽtiæ exciperet, & reum omniũ malorũ totius mũdi corã Deo ſe pclamaret & omnia ppter ſua ſibi accedere fateretur peccata.

IESVS FACIE CONSPVItur. Articul. XXVIII.

P Matth. 26 Mar. 14.

ET viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædẽtes eũ: & cœperũt qdam cõſpuere eũ, & expuerũt in faciẽ eius.] Poſtquã Principes Ieſum morti eſſe obnoxiũ dãnauerant, miniſtri dominis ſuis placere geſtiẽtes ſup innocentiſſimo Ieſu, non aliter, atque lupi feroces ſup agno mãſuetiſſimo, irruerũt: adeo, vt qcqd in eũ qſq; excogitare poterat, faceret. Primo itaq; viri, q tenebant eũ, illudebãt ei, tãquã fatuo & mortis reo, & expuerũt in faciẽ eius, non ſputo tenui ac nudo tm̃, ſed phlegmate putentiſſimo Chriſti faciem tenerum polluebãt: Facies Chriſti qualibus ſputis deformata fuerit in domo Caiphæ. Ita em̃ ſordibus faciem eius elegantiſſimã ac gratioſam impleuerãt, vt nõ aliter atq; leproſus appareret. Quo impleri cœpit illud Eſaiæ: Nõ eſt ei ſpecies, neq; decor. Vidimus eũ, & non erat ei aſpectus. Et nos reputauimus eũ quaſi leproſum, & pcuſſum à Deo, & humiliatũ. Spuere alicui in faciẽ, apud ludæos maximus erat comtemptus. Quapropter quem vehementer vilem çſtimabant atque ignominioſum, in huius faciem expuebant. Et notandum quod Euãgeliſta non ſimpliciter dicit ſpuebant, ſed expuebant, quaſi execrando ſpuebant, & quod verifimile eſt, ex imo pectore putentia extraxerunt phlegmatata, & in faciem dñi iniecerunt. Nec vnus tm̃, ſed plurimi. Confidera neminem adeo eſſe ſtupidum, q aliena non horreat phlegmata: quoꝝ ſi tanta copia (quõ Chriſto) eius faciei iniꝛceret, vt pene ſuffocari poſſet, qd moleſtiæ ſuſtineret ille? O quanta eſt, hoꝝ ingratitudo peſſima, Chriſti faciẽ adeo indigne tractantium, pro qua eoꝝ patres tantore clamantes oſtendenda. Oſtende (inquiunt) nobis domine faciem tuã & ſalui erimus. Hæc facies plena eſt gratiarum, plena decoris & elegantiç, hæc cunctis deſiderata eſt gentibus: vtpote ſalutifica, amabilis, vitam dans & ſalutem omnibus. Fuit autem hæc ſputio vehementer Chriſto grauis, vtpote qui tenerrimam nobiliſſimamque habebat complexionem, cuiuſmodi nonnũquam homo aliquis habuit. Porro q̃ aliqd eſt tenerius ac nobilius, tanto etiam facilius ac grauius læditur. Quiſq; ex hoc loco pro ſui informatione obſeruare debet vt non in faciem dñi Dei ſui ſpuat. Spuit nanque, quiſquis ſacram Euchariſtiam indignus præſumit ſuſcipere. Sumit autem indignus, quicunque ſcienter cum peccato mortali corpus dñi ſumpturus accedit, Sumit em̃ polluto oreq cũ fœtẽte & ingrata cõſcientia ſumit, vt ſunt os, q in peccato mortali vitam degunt, aut qui de peccato mortali non pœnitent, aut occaſiones peccandi non pro virili vitant. Hi inquã oẽs, ſi ad Chriſti corpus ſumendum vadunt, Chriſto in faciem ſpuũt. Spuit item in faciem Chriſto, qui ſordidis cogitationibus conſcientiam ſuam, quam Deus inhabitare cupit, polluit. (In hac em̃ Dei facies & imago relucet) aut q̃ platos ſuos Dei Vicarios contemnit, & ei in faciẽ reſiſtit, aut q ſacræ ſcripturæ verba & monita deridet. Prælati namq; & p̃dicatores ſunt veluti os & vultus dñi, qa ẏba Chriſti enunciãt. Vnde qui eis reſiſtit, Chriſto reſiſtit, cuius illi vicem gerunt.

Cõſputio hęcce quã fuerit Chriſto grauis.

Spuere alicui in faciem qd.

Pſal. 84 Eſther. 10

Eſaiæ 53

Spuere in Chriſti faciem myſtice qui dicantur.

Rom. 10

IESVS ALAPIS IN FACIem cęſus eſt. Articu. XXIX.

Q Mar. 14 Matt. 26

MIniſtri autẽ alapis eũ cędebãt, & alĳ palmas in faciem eius dederũt, & pcutiebãt faciẽ eius,] Palmas dare extenſas manus, ſeu alapas in faciem alicuius dare. Grauis eſt autem eiuſmodi pœna, quandoquidem omnes ſenſus ſunt in facie hominis, maxime Chriſto, qui nobiliſſimæ tenerrimæque (quæ facillime lædebatur) fuit complexionis. Maior igitur eſt dolor cædi in faciem, quam cædi in collum aut humeros. Vnde veriſimile eſt, Chriſti faciem (ob maximam eius teneritudinem & verbeꝝ violentiam) non potuiſſe cædi abſq; cruenta effluxione ſanguinis ex naribus & ore. Iudæi enim quærebant Chriſtum replere doloribus. De hac iniuria Propheta in Chriſti pſona loquit, dicẽs: Faciẽ meam nõ auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Certum eſt quoque, multo plures, quam Euangeliſtæ ſcripſerunt, Chriſto irrogatas eſſe contumelias. Nam Euangeliſtarum non fuit inſtitutum, omnia

Palmas in faciem alicui dare quid.

Eſaiæ 50

oẽnia ſcribere quę ad cõpaſſionẽ, deuotionẽve aliquid iuuiſſent audientiũ, ſed hiſtoriã tradere cõmunem, ſine circumſtantiaꝝ varietate expreſſa. Quare quiq; Chriſti deuoti amatores apud ſemetipſos cogitare merito deberẽt, nõ ſuffeciſſe his deſperatis hominibus, tantũ verberaſſe Chriſto in faciẽ, quinimo crudeliſſime, conuitĳs, contumelĳs, iniurĳs, flagellis etiam & duris verberibus, pœnis inſuper & exquiſitiſſimis cruciatibus Chriſtum Ieſum affeciſſe. Quippe qui nulla (ita eos diabolo patre ipſorum agitãte) erga dominum compaſſione, nulla miſericordia moti, oẽm cordis ſui inexplebilem nocendi ſitim in eum euomebant. Verum maior erat dñi noſtri patiẽtia, q̃ ipſorum inſania. Potuiſſet nãq; vno eos momento, pro hac illata iniuria, interemiſſe, ſi voluiſſet, ſed Dei patiẽtia eorũ expectabat pœnitentiã, qui non occidere, ſed viuificare, non damnare, ſed ſaluare venerat. Illi autem quid? Chriſti hac nimia patientia, mãſuetudine, & benignitate grauiter abuſi ſunt, & vnde debuiſſent cõpungi, inde indurati ſunt magis. Quid hic docemur? Non cædere in faciem Chriſti.

Quædam alia Chriſto hic illata fuerint.

Faciem Chriſti qnã myſtice cædãt.

In prælatos nſos quinam peccemus.

Interrogas forte q cędant. Audi. Hi cędũt, qui vt in ſupiori articulo cõmemoratũ eſt in faciẽ Chriſti ſpuũt, q Chriſti vicarĳs, q ſuis p̃latis (hi em̃ ſunt in corpore Chriſti myſtico capita, erga alia inferiora mẽbra, hoc eſt, erga ſubditos ſuos) in faciẽ obſiſtũt, q eos cõfutare, atq; ignominia moliũtur afficere, aut cõtumelĳs exacerbare. Cuiuſmodi ſũt, q abſq; rubore, abſq; timore, abſq; reuerẽtia p̃latos ſuos corripiũt, illis obloquunt, eoꝝ [illegible] onant cõmentitĳs qbuſdã ẏbis, aut ſiniſtris iudicĳs, ſuſpitionibuſq; famã denigrare, & in hoc p̃terea gloriant quaſi bñ egerint, dicẽtes: Quã bñ confutaui p̃latum meũ. Ego illi ſilentium impoſui, nec audebat vltra mihi reſpõdere vllũ verbũ: hoc & hoc mõ expediui eũ. O miſer qd dicis? Attẽde qd tibi regius dicat Pſalmiſta: Quid gloriaris in malitia, q potẽs es in iniqtate? Audi qd tibi dñs loquatur: Quõd vni, inquit, ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, ſiue bonũ, ſiue malũ id fuerit. Hoc eſt, ita volo remunerare ſi bonũ, aut vindicare ſi malũ eſt, ac ſi mihi feciſſetis. Si hoc de minimis dixit, quãto magis hoc de maiorib. & ſupioribus noſtris abipſo nobis cõſtitutis, intelligendũ eſt? qbus obediẽtiã & reuerentiã (teſte ſcriptura) debemus? Iis em̃ à Chriſto dictum eſt: Qui vos audit, me audit: & q vos ſpernit, me ſpernit. Ipſi q̃q; ſunt dĳ noſtri in terra, quomodo ſcriptum eſt: Dĳs nõ detrahes, & principi populi tui non maledices. Poſtremo hoc obſeruãdum erit nobis, vt nobis iniuriam inferentibus non irafcamur, non maledicamus, non nos more quorundam vindicemus, ſed Chriſti exemplo inimicis noſtris nos beneuolos, benignos, ac affabiles exhibeamus. Nam cũ maledicereꝝ, nõ maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Ita & nos quoq; tanq̃ Dei miniſtri & veritatis ſectatores faciamus. Si enim oẽnia de manu domini acciperemus, retineremus vtiq; pacẽ noſtram impertur batam ſemper cum oẽnibus, nec homines nos poſſe lædere arbitraremur.

Obedientiã & reuerentiã vti debeamus ſuperioribus nr̃is.

Luc. 10

Exod. 22

1. Petr. 2

IESVS VELATVR, ET COlaphis cæditur. Arti. XXX.

R Marc. 14 Luc. 22

ET velauerunt faciem eius, & colaphis eum cæciderunt, & interrogauerunt, dicentes: Propheti za nobis Chriſte: Quis eſt q te percuſſit?] Primo hic venit nobis conſideranda ludçoꝝ miſerãda cęcitas, q̃d Chriſti faciem velant, quã Patres eoꝝ tantope in limbo videre deſiderarãt, clamãtes: Oſten de nobis dñe faciẽ tuã & ſalui erimus. Itẽ: Veni & oſtende nobis faciem tuam, qui ſedes ſuper Cherubin, appare, &c̃. Ecce poſt multa annorum curricula venit, & faciem ſuam gratioſiſſimam ludæis oſtendit. At illi ſceleratiſſimi, ac omni iniquitate pleni, male regem gloriæ tractarunt, faciemq; eius velarunt, nõ vt ille eoꝝ ſcelera non videret, ſed quia ipſi cæcutientes, nec in Moſi poterant faciem intendere, quanto minus in Chriſtum? in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei ſunt abſconditi, & omnis plenitudo gratiç habitat corporaliter. Immũditia em̃ eoꝝ, auaritia, ambitio, & inuidia eos excęcauerant: quare dulciſſimę faciei gratiã, neq; optabãt, neq; ſentire poterant, & vt quidã opinãtur ſecretiores Dei amici ideo operuerant, ne aliqñ moti commiſeratione, ab eius vexatione deſiſterent. Itaque cum eſſet ita Chriſtus Ieſus vili, ac ſordido quodam linteo tectus, alĳ in collum, alĳ in genas, alĳ in caput Chriſti percutiũt, dicẽtes: Prophetiza nobis Chriſte: quis eſt, q te pcuſſit? Propheta, inquit, magnus es tu, & cordiũ tibi ſecreta patent, dic: Quis te pcuſſerit? cum oẽs pcuſſiſſent.

Exod. 34 2. Cor. 3

Col. 2

Velatiõis Chriſti cauſę quæ.

Pſal. 79

Ibidem.

Nam si hoc nescis, haudquaquam prophe ta es. Huiusmodi ludibriis in Christū per totam noctem sęuiebant. Attēde hic Christi ineffabilem patientiā, expende hic Christi dignitatem, potentiam, sapientiam, altitudinē ac maiestatē, in cuius manu cœlum subsistit & terra, sine q̄ nulla habet creatura perseuerantiam. Hic tamē talis & tātus, illudi sibi permittit ab hominibus vilissimis, pessimisque nebulonibus. Nunquid non mirum est, quod ignis de cœlo non venerit, & perdiderit hosce crudelissimes latrones? Veruntamen qui zelo mouemur sęuero in hos nequam pessimos, videamus ne illis deteriora faciamus. Contemptu enim atque irreuerentia dominum in faciem cædimus, cordis immunditia vultum eius conspuimus, temeritate quoque ac delinquendi impudentia oculos eius velamus: quia frontosi in eius conspectu, ac si non videret nos, peccare non erubescimus. Sequitur: Et colaphis eum cæciderunt. Ex quibus verbis, non solum pœna, aut læsio pensanda sunt, sed ipsa quoq; iniuria ac contumelia indigne dño Iesu irrogata. Fatuis nanq; huiusmodi fiebant percussiones. Illusio igitur diuinæ fit maiestati, quę tā ignominiose, vt fatuus tractatur. Hinc asserunt quidā dñm Iesum in hac nocte quadragesies pcussum. Iudæorum vero, q cōgregati fuerāt in domo Caiphæ, iudicantiū Christū, dicūt fuisse numerum LXXVII. & hi oēs conspirauerant in necē Saluatoris nostri Iesu Christi. Hic p̄sens locus pulchrū nobis pponit documētum, ne.s. Dei velemus oculos. Sed q velant inquis? Ausculta: Qui absq; ꝥecundia delinquūt, q Dei timorē amiserūt, Dei reuerentiā abiecerūt, quibus deniq; & apud hoīes frons facta est meretricis, vt nesciant erubescere. Hi cum sint impudentes, & absq; honestate, libere & sæpenumero ad maiorem sui damnationem impune peccant: atque ideo Deo, quasi non videret, aut non curaret, peccatis illudunt, quando tamen scriptum est: Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Iterū: Scrutās corda & renes Deus. Vbiq; igitur & oñi tempore Deum reuereamur: & etiam soli, propter diuinā præsentiam, honestatem obseruemus. Attendamus faciem Christi, vbiq; nos videntem, & cogitationes nostras, imo non solū cogitationes, sed intentiones etiā, atq; intentionum medullas intuentē, penetrātem, atq; discutientem. Est tamen impudentia nihilominus singulare vitium, hominem dehonestians, superbū & frontosum reddens. Item hic discant puellæ, adolescentes, mulieresque velare se, & ea quæ ad amorem alliciunt carnalem, abscondere, non auro, aut p̄ciosis lapidibus ornato incedere capite, non facie colorata, non oculis lasciuientibus & vagabundis, sed ad terram vsq; demissis, atq; in omnibus pudicitiam ostendere moribus ac vestimentis. Postremo Christum colaphis cædere prohibemur. Cædunt autem colaphis, quicunq; verbis Christum cōfitentur, factis negant: q sancta verba loquuntur, pia prædicant: qui deuotos se in publico simulāt, & in occulto prauis insistunt operibus, sunt hypocritę: hi blandiuntur Christo in faciem, à tergo cædunt.

Quā indignissima Christus hoc in articulo pertulerit.

Quoties hac nocte fuerit Iesus percussus.

Velare Christi oculos mystice q dicantur. Hierem. 2.

Psal. 93

Psal. 7

Impudentia q̄ sit vitiū detestandum.

Mulieres ex hoc loco vtiliter admonentur.

Titum 1. Colaphis q mystice Christum cædant.

IESVS FERT MVLTA.

Articulus XXXI.

POstquā dñs noster Iesus Christus (vt supra tractauimus) facie esset cōsputus, colaphis & alaphis cęsus, cōtumelia acgrauiq; iniuria affectus, sordido ac fœtido linteo opertus, non destiterunt furiosi illiac rabidi canes adhuc dominū glorię nouis quibusdam atq; occultis affligere pœnis, & modis. Nam referente Euangelista, [& alia multa blasphemantes, dicebant in eum.] Nec solum dicebant, verum actu probabant. Quæ Exp[illegible] non legimus. Sed vide ne eiusmod[illegible]nt verecunda, vt Euangelistæ quoque scribere erubuerint. Dicit enim B. Hieronymus, nunquam plene oīa, quæ in hac nocte passus est Christus, ante extremum iudicij diem, manifestari. Verisimile est enim multo plura Christum, atque verecūdiora passum, quam ea quæ scripta sunt, cuiusmodi Prophetę nō nulla insinuarunt ad nostram instructionem & ædificationem: vt est: Corpus meū dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Vnde quidā eliciunt, genas Christi ex petulantissima Iudæorum vesania vnguibus laceratas, & vellicatas, barbam sanctissimam extractam, capillos capitis euulsos, corpus suum tenerrimum atque elegantissimū pedibus ac calcibus cōculcatū, atq; hoc modo ignominiosissime regē gloriæ

Hieron.

Esaiæ 50

Nocte illa tenebrosa quænam Christus pertulerit.

gloriæ, & dñm angelorū, per totam noctē vsq; mane fuisse tractatū. Expenderāt q̄ppe hāc noctē in pœnis, in opprobriis, & in blasphemiis, nec his vllo poterāt modo satiari: Vno clamāte, q̄ Samaritanus esset, q̄ dęmoniū haberet, q̄d nisi in virtute Beelzebub nō eiiceret dęmonia: Altero, quod insanus, quod vorax, quod amicus publicanorum esset: Tertio, quod illiteratus, & fabri filius, quod legis transgressor, quod vini potator, & multa huiusmodi blasphemiæ genera, innocentissimo domino iniuste & falso obiecerunt. Nunc igitur & nos, & quotquot Iesum diligitis, eamus cum interno dolore visum, quantis in angustijs, & afflictionibus dulcis Iesus, cœli gaudium tum erat, & aliquam illi compassionem impendamus. Cuius cor sibi à lachrymis temperet, dominum ac saluatorem suum tam misere affligi videns? O speciosus forma præ filijs hominum, quam modo deformis est? vt speculum claritatis æternæ, cuius pulchritudinem elementa mirantur, obductum est & deturpatum, vt nulla illi species, neq; decor remanserit. Vnde & Propheta exclamat, dicens: Vidimus eum, & non erat ei species. Et nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Adeo nanq; sacra Christi facies plagis intumuerat, sanguine obducta, phlegmatibus repleta, vnguium laceratiōe dissecta, vt nemini rectius posset illuminatus iste Propheta illam comparari, quā lęprosо. Quis obsecro est, qui non horreat faciem lęprosi? Inde cōiice, qualiter Christus apparuerit. Sūt præterea, qui hosce occultos attendentes Christi cruciatus, eos offerunt summa cum deuotione, & cordis mœrore Deo patri, pro suis occultis & ignotis peccatis, quod per quam gratum illi esse, dubium non est.

Ioan. 8
Ioan. 10
Lucæ 11

Ioan. 7
Matth. 9
Marc. 6
Ioan. 9
Matth. 11

Psal. 44

Sapien. 8

Esaiæ 53

Facies Christi q̄ b⁹ affecta fuerit.

Opprobria quinā mystice Christo irrogentur.

Porro quod ad nos attinet, hoc obseruemus, ne nos Christum à nouo cruciemus, ne opprobria à Iudæis perfidis illata renouemus: quod fit, dū illi ingrati sumus pro tanto amore, quo tanta opprobria pro nobis sustinere dignatus est, dum illius mandata, consilia & monita contemnentes, sponte ac deliberata voluntate in pctā ruimus, nec de his ex corde pœnitentes consuetudinem malam facimus: & ex consuetudine mala, peccandi mortem introducimus in animam. Mors autē animæ, gehennæ nos facit obnoxios, à qua nos liberet Christus Iesus dominus noster.

Hora Prima hic incipit, continēs in se articulos quinq;.

IESVS FVIT PILATO PRAEsentatus. Arti. XXXII.

XXVI. Matth. 27 Marc. 15 Lucæ 22

MAne autem facto, & vt factus dies est, conuenerunt oēs principes Iudęorum, & seniores plebis, & cōcilium inierunt aduersus Iesum, vt eum morti traderent.] In nocte in primo concilio, in quo non omnes præsentes fuerant, damnauerāt rcum esse mortis: inde seniores & principes iuerant dormitum vsq; manc, relinquentes Iesum inter ministros pessimos illudendum. Sed mane omnibus prę sentibus concilium in euntes, tractabant, quomodo eum Pilato præsentarent, & in quo accusarent eum, vt perducerent eū à vita ad mortem. [Duxerunt ergo eum in cō cilium suum dicētes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi. Si aūt & interrogauero, nō respōdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hoīs sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autē omnes: Tu ergo filius Dei es? Qui ait: Vos dicitis, qa ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi em̄ audiuimus ex ore eius. Et surgens oīs multitudo eorum cum vniuerso concilio, vincientes Iesum vinctū duxerūt illū, & tradiderunt eū Pontio Pilato præsidi.] Hęc ductio Iesu erat prædictis grauior, qa ducebatur ad p̄sidem gentilē, cui concessa erat plena potestas interficiēdi. Ducebatur autem tanquā pessimus latro, iudicatus ad mortem, vinctis manibus post tergum (sicut multi scribunt) licet consuetudo habeat pectoꝝ, vt pingāt q̄d manus ligatas habeat añ se. Habuit etiā in collo longā cathenā, quā vix poterat portare. Discamus hic miram patientiam & obedientiā Christi. Ipse permittit se duci, & vadit quo volunt, de iudice ad iudicem. Habeamus etiam ex hoc articulo memoriale, quomodo prępa remur ad aduētum districti iudicis nostri, & cogitemus quid possimus respondere pro obiectis. Habebimus enim multos accusatores, q comitabūtur nos, & clamabūt ante iudicem: diabolum, cui obediuimus: Deum, cuius præcepta contempsimus: angelū, cuius directionē & instructionē recepimus:

A

Matth. 26 Marc. 14

Matth. 27 Marci 15 Lucæ 23

Ductio hęc qualis quāq; fuerit pœnosissima.

Patientia & obedientia Christi quanta ex hoc articulo clarescat.

Accusatores nostri ante tribunal quinā erunt.

pimus, propriam conſcientiam, cuius remorſum & offenſam non audiuimus, vel non curauimus.

IESVS FVIT INIQVE ACCVſatus. Articulus XXXIII.

B Ioan.18

ADducũt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem mane. At ipſi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, ſed vt manducarẽt Paſcha.] O quã iuſti, o quam conſcientioſi fuerunt iſti hypocritę. Faciebant ſibi conſcientiam, q̃d polluerentur, ſi intrarẽt domũ, vbi ſuper ſanguinẽ iudicabatur, & q̃d ipſi ſanguinis innocẽtis effuſionẽ procurabãt, hoc nõ fuit illicitũ. [Pilatus ergo exiuit ad eos foras, & dixit eis: Quã accuſationẽ affertis aduerſus hominem iſtum? Reſponderunt, & dixerunt ei: Si nõ eſſet hic malefactor, nõ tradidiſſemus eum tibi.] Hoc dicebãt, volentes Pilatum terrere, & ſe generalibus accuſationis verbis abſoluere, qa ſingulares nõ habebant: ſperantes, quod Pilatus his eſſet contentus. Quaſi dicerent: Quid neceſſe eſt, vt interroges? Sufficit hoc pro accuſatione illius, quod tradimus eum tibi. Non eſt in conſcientia noſtra, innocentem pręſentare iudici. [Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundum legẽ veſtrã eum iudicate,] ſi non eſt neceſſe vlterius interrogare. Si debeo vobis ſine illius diſcuſſione, vel examinatione credere, tũc iudicate vos eũ. Non indigetis me. [Dixerunt ergo Iudęi: Nobis nõ licet interficere quenquam, vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus.

Lucæ 23 Cœperũt autem accuſare eum] in tribus, quæ magis videbantur eſſe contra imperatorem, cuius vicarius erat Pilatus ſup hãc prouinciam Iudææ, [dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentem gentẽ noſtrã, & prohibentẽ tributa dari Cæſari, & dicentem ſe

Matth. 27 Ioan. 18 Chriſtum regẽ eſſe. Introiuit ergo iterum Pilatus in prætorium] à turba, vt liberius poſſet loqui cũ Ieſu, [& vocauit Ieſum] ad ſe. [Ieſus autem ſtetit ante præſidem, & interrogauit eum pręſes, dicens ei: Tu es rex Iudæorum?] De tertia accuſatione interrogauit, qa de prima nõ curauit, & ſecũdam falſam eſſe ſciuit. [Rñdit ei Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?] quaſi diceret: Suſpicaris hoc, qa vidiſti aliq̃d in me, q̃ videar me ſublimare, vel extollere in regẽ? an quia alij dicũt talia de me?

[Rñdit Pilatus: Nunq̃d Iudęus ego ſum?] vt ſciã qs futurus ſit rex Iudęorũ. [Gẽs tua & põtifices tui tradiderũt te mihi:] Nõ eſt fine cauſa [Quid feciſti? Reſpõdit Ieſus: Regnum meũ nõ eſt de hoc mundo,] & ideo nihil eſt cõtra Imperatorẽ, q̃ princeps mũdi eſt, [Si regnum meum eſſet ex hoc mundo], hoc eſt, ſi tẽporalis, vel mundanus rex eſſem, [miniſtri mei decertarẽt vtiq; p me, vt nõ traderer Iudæis. Nũc aũt regnũ meũ nõ eſt hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu?] ſi aliud regnũ habes q̃ huius mũdi? [Reſpondit ei Ieſus: Tu dicis, qa rex ſum ego. Ego ad hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundũ, vt teſtimonium perhibeã veritati: Omnis q̃ eſt ex veritate, audit vocẽ meã. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas?] Interrogauit de veritate, ſed reſpõſum nõ accepit, vel qa nõ meruit audire, vel qa ſtatim exiuit ad Iudęos foras, q̃ impatienter expectabãt, timẽtes ne Ieſus ſe excuſaret, & Pilatus illum dimitteret. [Et cũ hoc dixiſſet, iterũ exiuit Pilatus ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullã inuenio cauſam in hoc hoĩe. At illi inualeſcebãt, & accuſabãt eum in multis, dicẽtes: Cõmouit populum docẽs p vniuerſam Iudæam, incipiẽs à Galilęa vſq; huc.] Hæc verba qa difficultatẽ nõ habent, ideo tranſeundum ad alia. Habemus hic documentum, quõ quærelas & accuſationes alioꝝ magis tacẽdo & tolerãdo debemus ſupare, quã importune excuſando, defendẽdo, vel refellẽdo. Si aũt falſum improperaret nobis, & q̃d eſſet ſcãdaloſum, poſſumus & debemus excuſare, vel rationẽ reddere. Alias de paruis defectibus ſe multũ excuſare, & ſe mundum oſtentare, magis (vt fere ſemp euenit) ad ſuperbiã, q̃ ad conſcientiæ ſerenitatem ſpectat. Et audientes plus ſcãdalizantur de ſuperbia noſtra, vel impatientia, qua nos excuſamus, quam ſi eſſent ſcandalizati, ſi tacuiſſemus, & crederent nos reos. Plus inquã ædificantur homines de humilitate & patientia noſtra quibus aliorum accuſationes toleramus, quam de ſuperba excuſatione. Plus ædificantur de humili pœnitentia, quam de ſuperba iuſtitia, ſiue innocentia.

Acculan & injurias calumniaſque paſſi, q̃d agere debeamus

Excuſare ſeſe ſemp cuius vitã iudicũ ſit

IESVS FVIT MISSVS AD Herodem. Artic. XXXIIII.

C Lucæ 23

AVdiens aũt Pilatus, q̃d Ieſus Galilæus eſſet de poteſtate Herodis] q̃ erat rex ſuper Galilæam, gauiſus fuit q̃d per talẽ occaſionem

nẽ liberaretur ipſe à iudicio ſanguinis ſuper innocente: & ideo [miſit Ieſum ad Herodem, quia etiã illo tẽpore Hieroſolymis erat.] Penſate, q̃ furore & crudelitate recipiunt Ieſum, vindicantes ſe in eo, & eo amplius ſęuientes in eum, quo minus voluntatem ſuam apud Pilatum obtinuerunt. [Herodes autem viſo Ieſu, gauiſus eſt valde: Erat enim ex multo tempore cupiẽs videre eũ, [non ex deuotione, ſed ex curioſitate: non vt ſuæ ſaluti prouideret, ſed vt vanitati & nouitate, cuius ſtudioſiſſimus erat, faceret ſatis. Curioſus nanq; & vanus animus, non niſi vanitatibus huius vaniſſimi Mundi oblectatur. Heu quãti & hoc noſtro ſunt miſerando ſeculo, qui oñe ſuum, non niſi mœriſſimo vanitatis ſtudio, tempus infructuoſe nimis expẽdunt, quorum nec oculi viſu, nec aures ſacintur auditu. Hi reuera non de verorum Dei ſeruorum ſunt numero, q̃bus ſumma cura incumbit, vt oñi loco & tẽpore, verbo & facto, dñi Dei ſui honorẽ promoueant, ac tẽporis diligentem, iuxta Chriſti monita & concilia, rationem habeant, verum de ſocietate huius Herodis, qui videre, audireq; cupiebat Ieſum, nõ vt eius verbis fidẽ adhiberet, aut ex monitis eius vitã ſuam corrigeret, [ſed eo quod multa audierat de eo, & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri,] & hoc totum non religioſi ac pij, verũ diſſoluti, ac curioſiſſimi animi iudicium erat. Quis enim neſcit, hoc tempus non fuiſſe miraculorum, aut ſignorum, quando omnia non ſolum Chriſti facta, verumetiam verba, ac geſtus ſiniſtre interpretarentur? Aut forte Chriſtum latuit, quod Herodes quæſiuit? Quid vero quæſiuerit, p certo neſcitur, niſi forte, an ille fuerit iſte puer Ieſus, quem pater ſuus quærebat perdere, vel an ipſe ſit verus Meſſias, in lege promiſſus: an deniq; vera ſit fama, quam de ipſius audierat miraculis, ſi tq; ipſe is, de q̃ Ioãnes prophetauit. [Interrogabat autem illum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat] Optimo, imo diuino hoc exiſtimandum eſt factum concilio, quod Ieſus nil Herodi reſponderit. Quare? Nam non ambiebat, imo deuitabat Herodis fauorem Ieſus, ne fortaſſe, ſi aliquod miraculum in eius conſpectu feciſſet, aut lenibus ei ſermonibus reſpondiſſet, abſolutum eum ab omni querimonia Iudæorum dimiſiſſet. Quod vtique Ieſus non voluit, qui

Cur Ieſum videre cuperet Herodes.

Seruis Dei veris, quę cura maxime ſit habenda.

Herodes q̃d interrogauerit Chriſtum Matth. 2 Deut. 18

Matth. 3 Ioan. 1 Lucæ 23

Reſponſum cur nõ dederit Ieſus Herodi.

venerat adimplere voluntatem patris ſui, non ſuam: Innuens per hoc, contra Dei voluntatem, non eſſe quærendam, nec gloriam hominum, nec fauorem principum. [Stabant autem Principes ſacerdotum, & Scribæ, conſtanter accuſantes eum.] Eadem quippe pertinacia, & animi obſtinatione, qua pauloante Ieſum apud Pilatum accuſauerant, iam denuo apud Herodem accuſant, non timentes peruerſe agere cõtra Deum, nec iniquiſſimis accuſatiõibus, & iudicijs Dei Virtutem & Sapientiã (contra omnem iuſtitiam & æquitatem) lædere, & inhonorare. Quod vtiq; impietas ac crudelitas maxima eſt. Porro Ieſum nullũ ſignum pro ſui liberatione faciente, magis eum cõtemptui habuerunt. Hic pulchrum nobis exemplum derelinquendi, ac abnegandi noſipſos proponitur inſtar Chriſti Ieſu, q̃ adeo nude, pure, & integre ſe ſub patris ſui cœleſtis, etiam horum nephariorum hominum voluntate ſubmiſit, & reliquit, vt nihil oñino iuris ſibiꝑſi ſuper ſe ſeruaret. Nam cum à Iudice ad Iudicẽ duceretur, multisq; falſis criminibus accuſaretur, nuſquã legitur aliquid reſpõdiſſe, quo impatientiæ notaretur: ſed magis omnia pro noſtri redemptione, ac patris ſui cœleſtis honore pertulit, quæcunque iniq illi latrones ex diaboli inſtinctu ipſi irrogarẽt. Ita & quemlibet Chriſti miniſtrum oportet eſſe propria voluntate, propriaq; electiõe nudatũ & deſtitutũ, ac ſi nunq̃ quid ſit, velle, perſpectũ habuiſſet, patiaturq; ſe mitti ab vno ad alium, à ſummo ad infimum, vltro citroq;, foras & intro, ſitq; ſemper ſponte obediens, & ſubditus, quãlibet moleſtum & aſperum ſenſui vel iudicio ſuo ſit, quod illi imponatur.

Abnegationis noſtriꝑſonæ, hic nobis præſerri exemplũ.

Voluntates ꝓpria nudare ſe vtl quiſque debeat.

IESVS SPERNITVR AB HEROde, & exercitu ſuo. Arti. XXXV.

D Lucæ 23

PReuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo. [Videns vero ſuperbiſſimus Herodes Ieſum, neq; ſignum vllum facere, neque reſponſum aliquod edere, turbatus, ſpreuit eum, & deriſit cũ exercitu ſuo, à q̃bus dñs Ieſus cõtumelias & ꝓbra multa ꝑpeſſus eſt. Indicauit proinde ipſemet Herodes p hãc irriſionẽ, quale de Chriſto in occulto iudicium ferret, nẽpe q̃d eſſet merito ab omnibus deſpiciendus tanquã ſtultus & inſanus, qui ſuæ ſalutis eſſet immemor,

mor,nec oblatã acceptaret ſuæ liberatiõis occaſionem. Vnde furioſi illi lictores magis ira & odio accenſi,cœperunt acrius in Ieſum inuehi,nouiſque pœnis &cruciatibus affligere, neque aliquem ſuæ veſaniæ modum ponere:& hoc vel maxime, ſuggerẽte ipſis patre ipſorum diabolo, cuius miniſterium adimplere ſatagebant. At-

Humilitatẽ & patientiãChriſti ineffabilem hic diſce.

tendamus quæſo hic, Chriſti ineffabilem humilitatem,& patientiam,vt contumelias haſce omnes patiẽtiſſime, ac humilime ſuſtinuerit, nec de hiſce omnibus iniurijs alicui,præterquam patri ſuo cœleſti,cuius adimplere voluntatem ſitiebat, cõqueſtus ſit:quandoquidem omnes, iuuenes & ſenes, puſilli & magni, diuites & pauperes, in eum pro libitu ſuo inſurgerẽt,pœnaſq; illi ſemper augerent, & renouarent. Quis enim capere poterit, quanta crux,quanta deniq; afflictio in corde Ieſu fuerit, quando perpẽdit horum impiorum hominum nimiam ingratitudinem,animorumq; obſtinationem, quodque ex mera inuidia,& amaro zelo, tantummodo hæc mala in ipſum cogitarent? Præterea dolorem auxit non minimum,quod adeo animo deliberato,& integro voluntatis cõſenſu diabolo conſentirent, neq; vlla ſana concilia admitterent,per quę diaboli machinationes & inſidiæ diſſipatæ, tandem ipſi ad agnitionem veritatis pertingiſſent.Sed ſicut dici plerunq; ſolet: Difficile eſt canem veterem aſſueſcere loris:Ita nec hi obſtinati & excæcati Iudæi,quamuis plurima à Chriſto beneficia eſſent conſequuti, adhuc tamen non poterant malitiam ſuam inueteratam,imo nolebant potius,relinquere.

Superbia, vanaque gloria quãto ſtudio contẽnenda.

Hic monemur, pro noſtri informatione,pro virili ſuperbiam calcare, vanã gloriam ab hominibus non quærere, ſed exemplo Chriſti humilitati ſtudere, noſtri ipſorum aſpernationem appetere, nec aliorum contemptum & ludibria, ſi qua nobis inferantur,timere: vtq; per hæc efficiamur veri imitatores Chriſti Ieſu,qui omni honore & gloria huius fallaciſſimi mundi contempta, ſuſtinuit crucem & ignominiam maximam.

IESVS AB HERODE SPRE-tus,ad Pilatum remittitur.

Arti.XXXVI.

E

HErodes autem,quum nullum miraculum vel verbum à Chriſto obtinere poſſet,ſpreuit illũ, vt dictum eſt,cum exercitu ſuo.[Et illuſit eum indutum veſte alba,& remiſit ad Pilatum.] Veſtis iſta,qua Ieſum indutum legimus,ſtultorum & fatuorum fuiſſe indumenti genus quidam referunt,ideoq; voluiſſe Herodes videtur Ieſum hac indui, quaſi nil inter fatuum & dominum Ieſũ intereſſet,ſed mentita eſt plane iniquitas ſibi. Non enim huius Mundi Sapientiã acceperat Benedictus Ieſus,verum eã quæ ex Deo eſt,quæ ipſe erat,quam coram vano & curioſo Herode, more mundanorũ hominum oſtentaret. Sic cæca ſunt iudicia impiorum hominum,vt ſecundum faciem iudicent,& eos damnent, quos merito ſeruare deberent,eoſq; ſeruent,quos iuſte punire æquum eſſet.At cum iam ſua iniqua deſideria in dominum Ieſum expleſſet Herodes,ſatisq; irriſiſſet cum exercitu, Ad Pilatum remiſit.Hoc in loco Herodes in necem domini videtur cõſenſiſſe. Nam ſuæ ditionis hominem innocentem debuit abſoluere, non alteri iudicandum remittere. Denuo hic creuit Iudæorum ferocitas,& Ieſu patientia,eo,quod non ſicut optauerãt apud Herodem res ipſis ceſſerat. Tunc demum iram, quam in corde habebant,omnẽ euomebant in Ieſum,& quod pauloante in occulto latuit, iam foras in publicum prodit. Videre eſt hic, O amatores Chriſti Ieſu fideles,ſpectaculum miſerandum,& oñi lachrymarum fonte plangẽdum,quod nulli moti miſericordia,aut humanitate,tam dire ac crudeliter, hi rabidi canes Chriſtum Ieſum tractauerint,ac omnis obliti pudoris tam valido clamore à conſpectu Herodis contemptum, & vili penſum rapuerint,multaq; iniuria affectũ Pilato rurſus præſentauerint.Sed quis intellectus capiet,quæ opprobria, quę ſcommata, quas deriſiones in hac proceſſione dominus noſter pertulerit? Tu autem o anima deuota, acerbo cum dolore Ieſum ſponſum tuum,cœli gaudium, patris ſapientiam,regem gloriæ,tam turpiter, tamq; fœde confuſum, & conſpurcatum attende,vt iam non ſit ſpeciem hominis habẽs, ſed abiectus ỳmiculus:nec ſolũ vt ſceleratus,& reus morti adiudicatus,ſed etiã (vti ſupra dictum eſt) inſtar deliri in veſte ſtulti deriſus ab omnibus.Quis ergo tam ferreo erit pectore,quem hæc non emolliãt? Pudeat nunc vos o ſuperbi homines, qui erecta ceruice, ſuperbia tumidi inceditis.

Eru-

Herodis diuina morti loco cõſenſit.

Quę quãq; in ista proceſſione Chriſti pulcri.

Eſaiæ 53

Eſaiæ 5 Erubeſcite qui ſapientes eſtis in oculis veſtris,& extollimini vltra id quod eſtis,ſtercus,cinis,eſca vermiũ,& vaſa teſtea, plena omni immunditia. En dñs vniuerſoꝝ, in

Col.2 quo oẽs theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcõditi ſunt,vti inſipiens deridetur,& vos ipſis quoq; brutis animãtibus irrationabiliores,quæ p ſua cõditione laudãt Deũ creatorem ſuũ,ſapiẽtes &ſancti ab hoĩbus haberi vultis.Si q̃ndam angelis in cœlo peccantibus, propter ſuperbiã nõ pepercit,ar

Eſaiæ 14 2.Petri 2 bitramini, q̃d vobis parcet? Neutiquã. Magna eñ ira Dei imminet pctõribus, & his qui duro corde ſunt, nec gratiã in tempore gratiæ quærũt. Quocirca dũ vos Iudex

Ioel.2 Ezech.18 ſuſtinet,reuertimini ad cor, & cõuertetur vnuſquiſq; à via ſua peſſima, & agat pœnitentiã.Hæc nanq; via eſt,qua gloriã deperditam in Paradiſo, recuperare poſſumus, & Deũ quem peccãdo offendimus, nobis recõciliare.Nec patiamini obſecro pro magna ſalute veſtra,vt quis vos ab hac via impediat, non hoĩm ſocietas, nõ amicorum familiaritas,non cõmoda vitæ p̃ſentis,nõ fallacia huius mũdi gaudia,non cuiuſcunque rei ſolatium,ne forte ab æterna hæreditate,quę nobis in cœlis promiſſa eſt,ex-

Familiaritas hominum quãtum homini impo nat. cludamini.Hoĩm eñ familiaritas,quæ arte quadam humana,&ſtudio placendi parta eſt,ſæpenumero iuſtitię Dei derogat,& Deo Opt.Max.nos inimicos facit.[Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſo die.Nam antea inimici erant adinuicem.] Fortaſſe,q̃d aliquos Pilatus, qui de Herodis poteſtate erant,iudicauerat,& inde Herodis indignationem incurrerat. Sed iam videns Pilatus opportunitatẽ ſe habere reconciliandi ſibi Herodẽ, ſi Ieſum ad eũ iudicandũ mitteret,eo,qꝰ Herodes magno tenebatur deſiderio videndi Ieſum,& ꝓbandi num vera eſſent,quæ de ipſo hoĩm opinio ferebat,cum concilio & Iudæoꝝ poteſtate ad Herodẽ eum miſit.Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus.Sic modo q̃s nulla potuit,aut virtus, aut iuſtitia reconciliare,conſenſus in Chriſti perſecutione concordat. Hinc ſumme cauendũ nobis eſt,

Amicitiã hoĩm quã periculoſe aliqui venentur. ne cuiuſquã nobis amicitiam cõciliemus, per quam Dei familiaritatẽ &fauorẽ amittamus.Multo eñ melius eſt,vt oẽs homines nos odiãt, q̃ Deum offendamus. Hic q̃q; docemur oẽm mundi gloriam fugere, nullius amicitiã,nec parentũ,nec amicoꝝ, Dei amicitiæ anteponere,opprobria & cõtumelias libenter pro gloria Dei appetere, & magis gaudere in tribulatione &noſtri ipſoꝝ aſpernatione,q̃ in honoris exhibitione.Ita enim magiſter & legifer noſter ſuos docet.Mundus gaudebit,vos aũt contriſtabimini.Sed ait: Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.Multoq; melius eſt ire in domum luctus,quam in domum cõuiuij. Hic finitur Prima.

Ioan.16

Hora Tertia hic incipit,quę habet Articulos VIII.

IESVS VT LATRONE VIlior reprobatur. Arti.XXXVII.

F

POſtq̃ ad Pilatũ dñs Ieſus rediit, aduertit Pilatus q̃d dñm Herodes dãnare noluerit,eãobrẽ,q̃d ipſi Herodi magis fatuus, quã morti reus videretur.Tunc &ipſe ſimiliter cœpit laborare,q̃ Ieſum innocentẽ de manibus ludæoꝝ eriperet,& illæſum abire ſineret,ſimul ludæoꝝ animo reuoluẽs conſuetudinem, q̃d inſtãte feſto Paſchæ, vnũ vinctum,aut damnãdum ad mortẽ,quem cunq; vellent petere, ſibi conceſſum eſſet, nec huic etiã petitioni poſſe quenq̃ licite reſiſtere:& hoc,ob memoriã ſuæ liberatiõis ex Aegypto.Tunc Pilatus ad Iudæos,vt ſecũdum morẽ ſuum peterent vnum ex vinctis,Chriſtum(quẽ ſciebat ex inuidia ſibi oblatum,innocentem)vel Barraban,latronem ſeditioſum,homicidã,& Iudæis exoſum:ſperãs citius Chriſtum, q̃ talem latronem petendum. [Pilatus ergo cõuocatis, Principibus ſacerdotum,magiſtratibus et plebe ait:Obtuliſtis mihi hominem hunc quaſi auertẽtem populũ].ſ. ab obedientia regni[Et ecce ego corã vobis interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto,ex his,in qbus eum accuſatis.Sed neq; Herodes,] qui tamen *inſidiatus fuit eidem,ante eius captiuitatem.*[Nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignũ morte actũ eſt ei. Emendatum ergo illũ dimittam.] Quaſi diceret: Cum cauſam mortis nõ habeat homo iſte,nec innocens iniuſte occidi debet: emẽdabo illum,hoc eſt,verberibus,&plãgis affligã,vt &vos pacati ſitis,& ille humiliatus,nõ attentet amplius prouocare vos. Ad hæc aũt obſiſtebant vehemẽter Iudæi, accuſationes aggrauantes,vt ſequitur:[Et cum accuſaretur à Principibus ſacerdotũ, & Senioribus,nihil reſpondit.]Neq; enim tempus tunc erat defendendi ſe,ſed patien

Exod.12

Lucæ 23

Matt.27

T di,pa-

di,patientiæq; nobis exẽplum relinquẽdi,
Esaiæ 53 Esaia atteſtãte: Tanq̃ agnus corã tondẽte
se obmuteſcet,& nõ aperiet os ſuũ.[Tunc
Marci 15 dicit illi Pilatus:Nõ reſpõdes quicq̃? Non
audis, quãta aduerſum te dicũt teſtimõia?
Vide in quãtis te accuſant]q̃ſi dicat:Quid
taces, q̃ tanta ſapientia p̃ditus crederis, vt
nullus tibi cõparari queat? Quare te nõ ex
cuſas,cũ &ipſa innocentia tua p̃ſtet tibi au
ſum & fiduciã reſpõdendi? Cur ea quæ te-
ſtificantur aduerſum te,nõ refellis? [Ieſus
aũt amplius nõ reſpõdit ei ad vllũ ῥbum,
ita vt miraretur Pilatus p̃ſes vehemẽter]qa
fine vlla controuerſia vnico ſe verbo excu
ſaſſet, aut leuiſſimo nutu ex manibus ho-
ſtium ſuoῤ ſe exemiſſet,modo id placuiſ-
Ioan.15 ſet patri ſuo cœleſti. Sed q̃ venerat nõ ſuã
facere voluntatẽ,veῤ patris ſui, maluit ho
ſtium odium,&malitiã tacendo,q̃ reſpon
dendo declinare. Per hoc docẽs nos, qua
ratiõe agere debeamus,cũ iniuſte ac inno-
center ab inimicis in iudiciũ rapiamur.
Tunc alia demũ via(vt ſupra dixi) Pilatus
aggreſſus eſt Ieſum liberare, cõparans eũ
cũ viliſſimo,ac ſceleratiſſimo latrone.[Per
Matt.27 diem aũt feſtum ſolennem cõſueuerat pr̃
Marc.15 ſes dimittere populo vnum vinctum, quẽ
Lucæ.23 voluiſſent.Habebat aũt tunc vnum vinctũ
Ioan.18 inſignem,q̃ dicebatur Barrabas.Erat autẽ
Barrabas latro,q̃ cum ſeditioſis vinctus ẽ-
rat:& erat ꝓpter ſeditionem quandam fa-
ctam in ciuitate,& homicidiũ,q̃d in ſediti
marc.15 one fecerat,miſſus in carcerem.Et cum aſ-
matth. 27 cendiſſet turba,cœpit rogare ſicut ſemper
Ioan.18 faciebat illis.Congregatis ergo illis, dixit
Pilatus:Eſt cõſuetudo vobis,vt vnũ dimit
marc.15 tã vobis in Paſcha.Quẽ vultis vobis dimit
tã de duobus? Barrabã,an Ieſum, q̃ dicitur
Chriſtus? Sciebat em̃, q̃d per inuidiã tradi
diſſent eũ ſummi ſacerdotes.]O Pilate,q̃d
agis,q̃d moliris? Nunq̃d cõparãdus eſt Sal
uator cũ latrone? vita cum morte? Ieſus no
ſter cũ tuo homicida? Sed in hoc excuſo te.
Scio em̃,q̃a bona intẽtione facis, vt eo citi
us Ieſum noſtrũ de manibus ludæoῤ eri-
pias,& cui nõ dignant parcere ꝓpter inno
centiã,vel ſaltem ꝓpter latronis vilitatẽ,&
malitiã parcãt.Sed nihil efficis.Decretũ eſt
em̃ apud eos,vt moriat Ieſus,&vitę doneť
Barrabas.O ſcelus.O impietas.Quẽ vultis
vobis dimitti o p̃fidi ludæi? Barrabã ne ho
micidã,an Ieſum regẽ veſtrum? [Principes
matth. 27 aũt ſacerdotũ, &ſeniores cõcitauerunt tur
Lucæ 23 bã,& p̃ſuaſerunt populis,vt peterent Bar-
Ioan.18 rabã: Ieſum ῥo pderent. Exclamauit autẽ
ſimul vniuerſa turba,dicẽs:Tolle hũc &di
mitte nobis Barrabã]Nolebãt eum noĩare
p̃ inuidia,ſed dicunt:Tolle hunc,ſ. Ieſum.
Quid eſt Ieſum? Saluatorẽ. Tolle hũc filiũ
virginis,filiũ Dei, q̃ infirmos noſtros cu-
rauit,dæmonia ab obſeſſis fugauit,mortu
os noſtros ſuſcitauit,regnum cœloῤ p̃di-
cauit,vt crucifigatur.Barrabã ῥo, q̃ viuen
tes occidit,ſeditionem excitauit,dimitte li
beῤ.Obone Ieſu,q̃ exoſum habẽt te ludæi.
Veni ad nos,& mane nobiſcum dñe. O
fratres nõ dubitetis cor Ieſu vehemẽter af
flictum, cum tantã ingratitudinẽ populi,
& odiũ videret cõtra ſe,cum cerneret ſe vi-
lioꝛẽ &abiectioꝛẽ latrone haberi. [Iteῤ au
tem locutus eſt p̃ſes Pilatus ad ludæos,]la
borans ꝓ Ieſu,&[volẽs dimittere eum.Sed
illi iteῤ clamabãt,&ſucclamabãt dicentes:
Crucifige,crucifige eum.Ille aũt tertio di-
xit:Quid em̃ mali iſte fecit? Ego nullã mor
tis inuenio in eo cauſam. Corripiam ergo
eum,]ſi forte cõtra legis cæremonias deli
quit,[& dimittam.] Bene incipiebat Pila-
tus,ſi conſtans manſiſſet. O fratres mei, q̃d docemur in hoc articulo, niſi vt ꝓfun-
diſſima humilitate ſupbiam noſtrã depri-
mamus? Erubeſcimus locũ inferioꝛẽ,eru-
beſcimus inter paupes annumerari,erube-
ſcimus cũ deſpectis, aut paruis ſociari. Vo
lumus inter magnos reputari, honorari,p̃
ferri. Ecce creator noſter,deus noſter,patiť
ſe nõ mõ pctõri,ſed latroni cõparari,& vt
homicida inferioꝛẽ,iniq̃oremq; reĵci. O ſi
hunc articulum cordibus noſtris inprime
remus,nõ foret nobis adeo amaῤ deſpici,
vel nõ reputari. Nihil tale adhuc de nobis
dictum eſt,nihil clamatum,licet peſſimi ſu
mus pctõres,& oĩ oppbrio digni,q̃le con
tra dñm ab oĩ culpa innocentẽ. Scẽdo di
ſcimus hic,quid inuidia facit,quõ mentes
hoĩm exc̃cat,iudicium rõnis ꝓturbat. Vi-
dete ſi nõ etiam modo mali,quantumlibet
ſctõs,quantumlibet iuſtos, ſi peccata eoῤ
ceperint corripere,ꝓſequuntur,& q̃q; oc
cidere nituntť. Quõ iſti q̃q; corã ſuo iudi-
ce, clamãt cõtra bonũ & vtilẽ p̃latũ(q̃a eo
rum prauis voluntatibus & moribus reſi-
ſtit) crucifigat,hoc eſt,abſoluat. Et ſi dicat,
Quid mali fecit? nõ inuenimus cauſam ab
ſolutionis,reclamant:Abſoluat:& p̃ficere
volunt ſibi vnum Barrabam,i.eligunt ſibi
vnum ſcdm affectiones ſuas, qui forſitan
aĩas eoῤ magis occidere nouit, q̃ viuifica-
re. Si-

Humilitẽ quam & noſtri contẽptum nẽ hic de-ſcere nos oportet.

Inuidia quãnã ma la in hoĩs efficiat.

re.Simili modo fit in aliꝭ caſibus:quia vbi
inuidia, ibi cæcitas. Tertio, monemur
Chriſtum p̃ oĩbus eligere, p̃ oĩbus diligere,charioꝛẽ oĩbus æſtimare. Et tñ in oĩ pec
cato mortali viliorẽ æſtimamus Chriſtũ,
Deum noſtrũ, ea re ꝓpter quã peccamus,
ſit cibus in pctõ gulę,vel fractione ieiunij,
ſit inhoneſta mulier in peccato luxurię. O
quanta iniuria,o quantus contemptus eſt
Chriſto præferre turpiſſimum concubi-
tum. Et ſic de aliꝭ.

Electus ex oĩbus, & dilectꝰ quam debeat nobis fore Chriſtus Deus noſter.

IESVS NVDATVR VESTI-
bus.ſ,ad flagellandum. Art. XXXVIII.

G Pllatus autem videns Iudęoῤ ob
ſtinatã iram contra dñm,& du-
rum æſtimans innocẽtem cruci
figere,cogitauit ad placãdos Iu
dæos Chriſtum punire, vt ſic caſtigato &
atflicto compaſſi vitã dimitterent. Et ideo
Ioan.19 fecit Ieſum à militibus[ap̃hendi,& veſti-
bus ad flagellandũ nudari.]Stabat em̃ ad-
Lucæ 23 huc mãſuetiſſimus agnus, vt remiſſus fue-
rat veſte ludibrioſa amictus. Hęc denuda-
tio nõ paruę cõtumelię,nec mediocris fuit
iniuriæ,affligẽs ῥecundum cor pudiciſſi-
mi Ieſu. Licet em̃ non de infecta illa radice
Gene.3 Adæ natus ſit dñs, de qua erubeſcibilis fa
cta eſt nuditas noſtra, vt habeť in Geneſi,
poſt pctm̃,abſcondente ſe primo parente,
& dicente: Vocem tuã dñe audiui,&timui,
eo q̃d nudus eſſem, & abſcondi me: Quia
Nudatio Ieſu q̃ fue rit ille pœ noſiſſima, & grauiſ ſima. tamen naturã noſtram,&infirmitates no-
ſtras (vt dixi)abſq; pctõ tamen ſuſcepit,de
nudari erubuit,&tanto amplius aliꝭ pudi
cis virginibus(ſicut de Agnete,Barbara,&
quibuſdã aliꝭ legimus,quæ magis timue-
runt, & doluerunt nudari,q̃ mori) quãto
ſua pudicitia incõparabilis fuit oĩbus vir-
ginibus. Docemur hic nuditatem, tam
Nuditas duplex q̃ cujuis eſſe debeat fu gienda. corporalem,q̃ ſpũalem erubeſcere. Pudici
em̃ eſt animi,non ſolum ab aliꝭ nolle nu-
dum ſe videri, ſed etiã ne propriã quidem
nuditatem velle conſpicere. Inde eſt quod
apud antiquos monachos,& adhuc in or-
dine noſtro abſtinemus à balneis. Spũalis
nuditas eſt veſte carere bonę cõuerſatiõis,
&à bonoῤ opeῤ tegumento eſſe alienum.

IESVS FLAGELLIS CAE-
ditur. Art. XXXIX.

H Vdatum dñm veſtimẽtis, ad co
Ioan.19 lumnamq; magnã ligatum,fe-
cit Pilatus crudeliſſime à militi
bus binis & binis ſibi mutuo
ſuccedentibus,[flagellis cædi.] Poſſet hic
articulus in duos diuidi: q̃a complectitur
ligationem, & flagellationem. Primo em̃
Ligatio Ieſu ad colũ nam, q̃ fuerit pœno ſa & iniu rioſa. fuit dño non ſolum iniurioſum,ſed etiam
pœnoſum ligari ad columnã. Iniurioſum,
quia tanq̃ magum, vel tanq̃ impotentem,
quem vincula tenerent, & q̃ ſoluere ſe ne-
quiret,dñm æſtimabãt. Pœnoſum fuit, q̃a
in oĩbus quæ circa dñm agebant, ſtudioſe
quærebant,nec quicq̃ hoῤ ꝓtermittebant,
quo dñm affligerẽt. Secundo in eodem
Flagella tio Ieſu,q̃ fuerit pœ noſiſſima. articulo conſiderare nos cõuenit flagella-
tionem dñi nimis fuiſſe afflictiuã. Fuit em̃
dñs cæſus(ſcdm aliꝭ doctores) virgis,fla
gellis,&vncis ferreis.i.ſcorpionibus,&nõ
ad breuem moram,ſed à duobus, vel qua-
tuor militibus robuſtis vſq; ad ſui fatiga-
tionẽ,& ſubinde aliꝭ ſuccedentibus:adeo
vt corpus eius nobiliſſimũ &tenerrimum,
non ſolum cæſum,ſed vulneratum eſſet &
laceratum adeo,vt non eſſet à plãta pedis,
vſq; ad verticem capitis in eo vlla ſanitas,ſi
Esaiæ 53 cut ſcriptum eſt de eo p Eſaiam: Diſciplina
pacis noſtræ ſup eum, & liuore eius ſanati
ſumus. Diſciplina,inquam,quam nos acci
pere pro pctis noſtris debueramus,& ſup-
portati ſumus,caſtigauit eum pater cœle-
ſtis caſtigatiõe crudeli, vt nos paci illi quæ
Ibidem. debebat eſſe inter nos &ipſum,reſtitueret.
Ideo dicitur: Diſciplina pacis noſtræ.ſ.ce-
cidit,ſup eum. Et,ſcdm Pſalm. quæ non ra
Pſal.68 puit, exoluit. O grauis diſciplina. Penſate
peccata noſtra quanta ſint, ꝓ q̃bus filium
Dei tantam oportuit ſumere diſciplinam.
Vbi ſunt qui diſciplinam cũ cauda vulpi-
na volunt accipere, non cũ cauda equina,
vel hericino clauo,pelle hericij veſtito?
Habemus hic magnã documẽtum patien-
tiæ,conſiderantes quam humiliter &prõ-
pte flagella Dei ſubire pro pctis ꝓpriis nos
Flagella Dei q̃ libẽ ter,patien ter'q; ſubi re debea mus. cõuenit, nec murmurare,cũ dñs, qui pctã
noſtra vindicare debuit,p nobis flagellať,
magnũq; ſit amoris diuini indiciũ in hac
vita flagellari,&dño ſuo ſeruũ conforma-
Apoc.3 ri,ſicut ipſe in Apocal. teſtatur: Ego quos
amo, arguo,& caſtigo. Si tu habes cleno-
diũ pulchrum,aut dilectum,nõ finis illud
inquinari,ſed mox vt pollutum fuerit,aut
macula ſup id ceciderit lauas,limas,tergis,
&c̃. Sic etiam facit dñs: Purgat em̃ & mun
dos eſſe vult q̃s diligit. Item magnæ ſapien
Orare Deum hic ꝓ flagellis diuinitcor rectionis quantę ſit ſapientię. tiæ eſt orare Deũ,vt in p̃ſenti tempore, dũ
ſumus in curia miſericordiæ, nos ꝓ pctis
noſtris flagellet, flagellatisq; manum ſu-
ſtentet,ne deficiamus, aut in impatiẽtiam

cadamus,& non ſeruet nobis malorũ noſtrorum retributionem in futurum, ad curiam ſcilicet iuſtitiæ, vbi exigetur à nobis vſq; ad minimum quadrantem. Sic rogauit Mauritius Imperator,vt habetur in ſpeculo Vincentij.

IESVS INDVTVS PVRPVRA ſpinis coronatur. Art. XL.

I

Ioan.19 Matth. 27 Marci 15 Lucæ 23

LAgellato domino, & per totũ corpus vulnerato, cruentatoq;, milites ſuggeſſerũt Pilato, vt qa regem ſe nominauerat,ſicut rex coronaretur. [Cõgregata ergo vniuerſa cohorte]ad triſte ſpectaculũ,[milites Præfidis ſuſcipientes Ieſum, duxerũt eum intro in atrium prętorij,exuentes eũ, acceperunt clamidem coccineam,] quaſi pro purpura regali, [circundederunt ei,& induerunt eum purpura. Et plectentes coronã de ſpinis,] rigidiſſimis marinis, quę etiam calceos penetrant, [impoſuerunt capiti eius,]pro diademate regali,ſecundum Hieronymum. Caput eius denſitate ſpinarum,vſq; ad cerebrum cõfixum fuit, ita vt ſanguis ex capite extractus,frontẽ,genas, & collũ perfunderet.Hoc faciebãt aũt milites,vel ad placẽdum Iudæis, vel ſpe acquirendæ pecuniæ, ſi durius tractarent dñm. Si vobis vna ſpina digito vel pedi imprimeretur,quanta pœna, quãtus ſequeretur clamor?Cogitate inde,quid acerbitatis & pœnę dominus ſuſtinuit: ſpinis opertus ſicut pileo in capite. Vt autem derifioni nil deeſſet,[poſuerunt in dextra eius arundinem] pro ſceptro regali, volentes per hoc ſignificare inanitatem regni, & poteſtatis eius. Poteſt articulus iſte in tres diuidi, ſcilicet pro eo, quod purpura indutus, ſpinis coronatus, & arundine deriſorie fuit honoratus. Oportet nos fratres purpura, id eſt,veſte charitatis amictos eſſe,vt ſpinæ tẽtationum,&tribulationum fiant nobis in coronam. Tunc autem fiẽt nobis in coronam,quando aduerſitas patienter toleratur,& quicquid nos contra Deum trahit, vel allicit, repellitur & ſuperatur. Quotquot enim homo ſpinas tentationum in hac vita tolerat & ſuperat,tot gemmas pretioſas ad coronam ſuam comparat.Oportet tẽtationes tolerare & ſuperare, hoc eſt, oportet tolerare,& non tolerare. Oportet tolerare,quod tentamur, licet non debeamus deſiderare, nec occaſionem dare, propter periculum.Oportet, inquam,tolerare quod impugnamur, id eſt, non murmurare, non deſperare, & hoc eſt patientiæ,& oportet non tolerare,id eſt,non conſentire,ad hoc, quod contra Deum tentamur, ſed reſiſtere & ſupare. Verbi gratia:Oportet ſuſtinere, id eſt, non murmurare contra Deum, ſi luxuria nos impugnat, licet omni modo teneamur occaſiones huius tentationis vitare. Non tamen oportet ita tolerare, vt non reſiſtamus, fugiamus occaſiones. Ad vincendum autem requiritur,vt manu conſiderationis tangamus arundineum baculum, id eſt, virtutis noſtræ vacuitatem,imbecillitatem,& nihilei tatem,quatenus non in nobis, ſed in domino confidamus. Quia qui in ſe confidit,qui non ſe arundinem recognoſcit,periculoſe pugnat: quia nil reſtat ei, niſi vt vincatur. O quot,qui aliquid videbantur eſſe,confidentes in ſe, & præſumentes, in profundum ceciderunt, quando alij grauiſſimis tentationibus inuoluti, & implicati,in ſola Dei virtute & bonitate firmiter ſperantes,& de ſua virtute diffidentes, euaſerunt, & virtutum lumina facti ſunt.

Hierony.

Coronatio Ieſu q̃ pœnoſiſſima fuerit.

Purpura charitatis nos oportere veſtiri.

Spinę aduerſitatũ quãdo nobis fiant in coronam.

Tentationes quõ oporteat tolerare, & non tolerare.

Tentationes quid ferendæ ſint.

IESVS CORONATVS MVLtipliciter illuditur. Art. XLI.

K

QVia Iudæi accuſauerant Chriſtum, quod falſo ſe Deum, ſeu Dei filium dixiſſet, & temerarie Chriſtum,id eſt,regem ludæorum nominaſſet, ideo milites (non à militia nobilitatis,vel generoſitate ſanguinis,ſed potius à malitia,crudelitate,& à militando ſic dicti ſtipendiarij,carnifices,operarij iniquitatis, quibus nil pro pecunia acquirenda videretur iniuſtum)dupliciter irriſerunt.[Et genuflexo ante eum,illudebant, & cœperunt ſalutare eum.] Salutabant eum deriſorie, vt regem, [dicentes: Aue rex Iudæorum.] Adorabantq; illum genibus flexis,vt Deum.Sed quo animo, ſtatim indicarunt.Nam inter huiuſcemodi honorationes illuſorias,[conſpuerunt in faciem eius. Et dabant ei alapas. Acceperuntq; arundinem,] quæ inſtar baculi rigida erat, [& percutiebant caput eius.] Continentur hic plures articuli in vno. Nam ſalutatio deriſoria,Adoratio, Conſpuitio,Alaphizatio,Capitis cum arundine percuſſio, quæ vno ſimul hic articulo connectuntur, in quinq; diuidi poſſunt, dum vel tempus ſuppetit, vel ſuggerit deuotio

Milites ſic dicuntur.

Matth.27 Marc.15 Lucæ 23

Ioan.19

Articulos plures hic comprehendi.

uotio. O fratres,non oporteret hic leuiter tranſire, tantam domini & creatoris iniuriam,quam à viliſſimis nequam tolerat, à creaturis indigniſſimis. Siquidem ipſe Deus, & cui ſoli debetur omnis honor & gloria.Ipſe verus rex, & dominus cœli & terræ,creator vniuerſorum,diſtributor omnium:fine cuius nutu, non ſolum nihil poſſidere,ſed nec viuere, nec eẽ poſſumus. Hic alaphis cæditur, hic conſpuitur, huic ſpinæ arundine percuſſæ,capiti intruduntur,impelluntur q; vſq; ad cerebrum.O fratres,cogitate dolorem ſuper dolorem,cogitate patientiam ſuper patientiam. Si canem vel catellum tanta videremus pati,cõcuteretur cor noſtrum compaſſione.Chriſtus patitur,& nõ compatimur? Deus pro nobis patitur, & ridenti ore, ſiccis oculis præteribimus? Ante etiam legimus dominum conſputum & alaphizatum:ſed id factum fuit in domo Caiphæ à Iudæis: hoc autem factum eſt in domo Pilati à militibus,ad placendum tamen Iudæis. Monemur ex his dominum non deriſorie adorare vel ſalutare. Tũc deridemus eum adorantes,quando ab extra magnam deuotionem,aut humiliationem oſtẽdimus, & intus aridi,acedioſi,ſuperbi inuenimur.Inclinamus profunde corpus,ſed cor manet erectum.Os loquitur cum Deo,& cor noſtrum auerſum eſt ab eo, & conuerſum ad mundana. Rogamus Deum, vt intendat orationi noſtræ,&nos ipſimet non attendimus. Petimus multa, & ipſi phantaſijs implicati, neſcimus quid petimus. Quomodo ipſe exaudiet nos, quãdo nos ipſos non audimus. Nonne eſſet deriſio loqui cum rege pro ardua cauſa, aut aliquid petere magnum ab eo, & interim vertere ei dorſum,& ludere cũ catto? Nonne diceret rex:Si non magis ſerio eſt tibi petitio tua, quare illudis mihi? Sic etiam Deo illudimus,loquentes cum eo,petentes non parua,aut modica,ſcilicet,regnum cœlorum, & interim ludimus cum cattis,id eſt, cum cogitationibus & rebus imaginatis, vertẽdo ei dorſum cordis noſtri.Si vero tempore orationis,genuflexionis,proſtrationis, adorationis, etiam impuris cogitationibus delectamur, aut peccandi voluntatem concipimus,quaſi Deum ſalutamus, & interim in faciẽ eius expuimus,aut alaphas damus.

1.Tim.1

Quanta quamq; indigna & pœnoſa hic Chriſtus pertulit.

Matt.26 Marc.14

Derideri Chriſtũ à nobis qd myſtice.

Illudere Deo myſtice qui dicantur.

Cõſpuere Deũ, illiſq; alaphas dare quinã myſtice dicant.

IESVS ILLVSVS, VIDENdus producitur. Art. XLII.

L

VM milites nequam omnem ſuæ crudelitatis vim in Chriſtum exercuiſſẽt,flagellatum, & ſic miſerabiliter illuſum,& afflictum,produxit Pilatus foras ad Iudæos,vt vel ſic Iudęorum eius paſſionem & humilitatem videntium, furor mitigaretur.Vnde ſancti Euangeliſtę conſequenter dicunt:[Et poſtquam illuſerũt ei,exijt iterũ Pilatus foras,& dixit eis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis,quia in eo nullã cauſam inuenio.] Sciebat enim Pilatus, quod ludibria eius libenter videbant, ſperans poſt tantam eius afflictionem &ignominiam,ipſum de ſuſceptione regni non ſuſpectum haberi,nec vltra eius ſanguinem ſitiri. Dixit ergo ad illos,vt iam dictum eſt. Ecce adduco eũ vobis foras, vt cognoſcatis,quia nullã inuenio in eo cauſam.Emendatum ergo eum, dimittam. Ecce quid ſequitur miſerabile. [Exiuit ergo Ieſus, portans ſpineam coronam,& purpureum veſtimentum,]cũ ſceptro arundineo. Mirum quod Ieſus p̃ vulnerum dolore,& paſſionis labore,ſtare vel ambulare potuit.[Dixit ergo Pilatus: Ecce homo.]O lamentabile ſpectaculum:Ecce homo. Quaſi dicat. Ita tractatus eſt, vt ſpeciem hominis amiſerit.Vnde etiam Eſaias prædixit in ſpiritu paſſionem eius præcognoſcens: Vidimus eum non habẽtem ſpeciem neq; decorem,vnde nec reputauimus eum. Vidimus eũ quaſi percuſſum, & humiliatum à Deo,vt virorum nouiſſimũ & læproſum,&c̃. Et idcirco mirum eſt, q̃d aliquid de cætero timetis. Habemus hic iterum documentum,non in veſtibus gloriari,aut noſipſos oſtentare,quia Chriſtus illuſus in veſtibus eſt. Maxime autem hoc ſpectat ad religioſos,quorum habitus deſpectus & humilis eſt, & quaſi illuſorius hominibus mũdanis. Vnde etiam ſunt raſi,&coronam portant paruam in memoriam coronæ ſpineæ Chriſti. Videte tamen, qualis abuſio, inſtrumẽtis humilitatis vti ad ſuperbiam:quæ illis inſtituta ſunt & ordinata ad humiliationem ipſorum,in illis ſuperbire. Si fatuus quęreret fatuitatis cappam de panno ſerico,quid opus eſt, diceretis fatuo tali,panno ſerico? Sufficit ei ad demonſtrandam hominibus ſuam fatuitatem pannus lineus,aut laneus. Nam ſericum filino præfert,fatuus non eſt. Sic monachus

Ioan.19

Eſaiæ 53

Habitus monachorũ cur ſit deſpectus & humilis

Corona in capite religioſorũ qd myſtice.

Veſtes q̃les monachi ferre debeant.

nachus talia veſtimenta portare debet,qui bus ſe monachum ſignificet,id eſt,ex quibus appareat, quod ſit contemptor ſeculi. Sine cura ſui viuat,nihil temporale diligat nihil de his quæ admirari ſolet mundus, diſcernat,vel appetat. Quanto ergo vilio rem,abiectiorem, & groſſiorem habet veſtem, tanto magis & melius hoc ſignificant,quod eſſe debent. Vnde & ſtatuta noſtra præ cæteris omnibus religioſis aiunt nos ad attritionem,paupertatem & vilitatem veſtium,& cætera huiuſmodi aſtringi. Si ergo quis pulchritudinem veſtium concupiſcit,& delectatur,quærit:pulchritudinem dico,id eſt, curioſitatem, nobilitatem in panno teneritudinem, &c̃. (nam munditia veſtium non reprehẽſibilis, ſed laudabilis eſt,& in veſte hiſpida etiam ſeruari poteſt) delicatus eſt, mundanus eſt, monachus non eſt, cõtemptor ſeculi non eſt,&apud ſapientes homines, ſicut irreligioſus contemnitur, & monſtrum reputatur,qui vult, velut is, qui ſeculum cõtemp ſit,& ſemetipſum haberi,& tamen facto oſtendit ſe non eſſe,quod vult videri.

Religioſum Virtũ quænã oſtendant.

IESVS CRVCIFIGI POSTVlatur. Artº XLIII.

Ioan.19

QVm ergo pontifices & miniſtri,]ſic [Ieſum] flagellis laceratum,vulneribus plenum,ſanguine cruentatum,veſtibus illuſum [vidiſſent,]nulla miſeratione moti, maiori inuidia exarſerunt, magnis vocibus[clamantes: Crucifige,crucifige eum.] Non paruum dolorem, aut mœrorem fecit Chriſto, ſic miſerabiliter afflictum coram inimicis ſuis deriſoribus oſtendi,qui pœnas eius inſatiabiliter æſtuabant. Fuit autem clamor eorum validus. Vnde qui

Luce 23

dam Euangeliſtarum dicit: Inualeſcebant voces eorum. O bona Maria, quouſque de te tacebimus? Quid fuit in corde tuo,quando à longe tales voces in altum ferri,& filium,non ſolum ad mortem, ſed ad ignominioſiſſimam mortem audiebas exquiri? Fuit autem hora tertia, quãdo ſic

Marc.15

Iudæi clamauerunt. Vnde & Marcus ſcribit,hora tertia dominũ crucifixum, cum

Ioan.19

tamen milites ſexta hora crucifixerũt dominum, ſecundum alios: per hoc intelligi volens,hoc feciſſe Iudęos hora tertia linguis,quod milites fecerũt ſexta manibus. Imo Iudæi magis crucifixerunt & occiderunt linguis, quam illi manibus: quia niſi clamaſſent, non fuiſſet crucifixus dominus, vt ex præcedentibus & ſequentibus patet. Audiens clamores eorum[Pilatus,] quaſi indignatus, [dicit eis: Accipite eum vos,& crucifigite. Ego enim non inuenio in eo cauſam.] Non dixit hæc verba concedendo eis facultatem,ſed execrando,vel improperando eis eorum malitiã,qui contra innocentem clamabant. Tunc Iudæi ad aliam accuſationem ſe conuertunt, [dicentes: Nos legem habemus,& ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.] In lege habebatur de blaſphæmo occidendo. Sed Chriſtus confitendo ſe Dei filium,non blaſphęmauit,ſed veritatem dixit. [Quum autem Pilatus hũc audiſſet ſermonem,magis timuit,] ſcilicet illum occidere filium Dei. Facilius ei perſuaderi poterat, vt crederet Deum, vel Dei filium, qa multos deos gentiles credunt. [Et ideo iterum ingreſſus in prætorium,] vt ſolus cũ ſolo loqueretur,& examinando,[eum interrogat: Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum ei non dedit.] Sæpius ad interrogata tacuiſſe legitur dominus in ſua paſſione, ne vel paſſionem ſuam impediret, vel quia reſponſione non erant digni, vel non capaces. [Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te,,& poteſtatem habeo dimittere te?] O Pilate hæc verba tibi deſecant collum,quia ſententiam contra teipſum tuliſti. Si poteſtatem habes dimittendi, ſicut etiam habes: ergo,quem ſciebas innocentem, non morti adiudicare, ſed dimittere debuiſti impunitum. [Reſpondit ei Ieſus: Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datũ eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi,] ſcilicet Iudas ex auaritia,& Iudęi ex inuidia,[maius peccatum habet. Et exinde Pilatus quærebat,] id eſt, omnino ſe talem exhibuit,[dimittere eũ,] vltra exempla & documenta generalia patientiæ,& humilitatis Chriſti, quæ in omnibus articulis relucent,non habemus hic ſpecialia, niſi vt diſcamus refrænare lingras noſtras,& cauere à detrectationis vitio,quia quicquid inde male ſequitur, cuius occaſionem detrahendo dedimus, rei erimus. Sicut Iudæi dicuntur crucifixiſſe dominum,& rei ſunt,non quia manibus, ſed quia linguis id procurauerunt.

Ibidem

Leuit.24

Ioan.10

Tacere cur volu rit, interrogatus.

Lingua à detrectationequãto ſtudio coercenda.

IESVS AD TRIBVNAL IVdicis eſt adductus. Artic. XLIIII.

Dum

Ioan.19

NVm Pilatum[Iudæi] cernerẽt oĩno quærere liberationem Ieſu,quantum poterant oppoſuerunt ſe,reclamantes,& clamabant dicentes: Si huncdimittis, non es amicus Cæſaris. Oĩs eñ qui ſe regẽ facit, contradicit Cæſari. Pilatus aũt cum audiſſet hos ſermones,]& minas Iudæorũ de Cęſaris indignatione, timuit de ſe conqueri vel ſuſpectus apud illum haberi ab officio que deponi. [Adduxit Ieſum foras, & ſedit p tribunali in loco qui dicitur Licoſtratos, Hebraicæ autem Gabbatha] Ante diſceptando & perqrendo cuncta audierat, nunc formam iudicis ſeruans, ſedit p tribunali, ſtatuens ante ſe Ieſum. Cogitate boni fratres, cogitate manſuetudinem domini, humilitatem oĩpotentis. Licet in manu ſua habeat cœlum & terram,& oĩa quę in eis ſunt: tñ ante iudicẽ gentilem permiſit ſe ſtatui,& iudicari velut malefactor,& mortis reus. Dum aũt hæc fierent. [Erat paraſceue Paſcæ homo tertia & quaſi ſexta quæ apud nos eſt meridies. [Et ſedente Pilato pro tribunali, miſit ad eũ vxor ſua, dicens:

Matth. 27

Nihil tibi & iuſto illi,[Non intromittas te de illius morte. [Multa enim ſum paſſa per viſum hodie propter illum.] Diabolus videns vltra quam humanum eſſe ſolet, patientiam Chriſti perpendit, quod forte ipſe Chriſtus eſſet, qui humanum genus eſſet redempturus. Vnde pœnitere cœpit, quod Iudæus in illius necem inſtigaſſet. Cupiensq; illius mortem, quam ante parauerat, impedire ad Pilati acceſcit vxorem per varias ſoniorum deluſiones eam terrens, vt à Chriſti dãnatione mariti animum reuocaret. Sperabat enim facile liberationem noſtram impedire p malierem, p quã damnationem ante intulerat. Ecce qcquid diabolus per ſe non poteſt, p mulieres exequitur. Fugiamus mulieres: fugiamus mõſtra diaboli. Sint mulieres honeſtæ quantumcunq; ſint, vel religioſæ, nihilominus fugiendæ: quia p illas quando que plus tentat diabolus, dum eaꝝ familia ritus incautius admittit, quaſi ſanctaꝝ, de qbus nulla mali oriat tentatio. Nã in honeſtas cito contemnimus & fugimus: honeſtas ỹo q̃ſi ſub ſpecie ſpiritualis amoris, vel q̃ſi ſorores amare volumus: O, o, caro eſt ibi, Spiritu qdã incipiũt dicit Apoſtolus, & carne cõſummãt. Et ſi qñq; corporis nõ amittunt caſtitatẽ, tñ cor vulneratũ eſt, adeo

Diabolus vt per mulierem Chriſti mortẽ impedire conatus ſit.

Gen.3 Per mulieres q̃nã diabolus

Nota deci pulas diaboli p etiã honeſtas mulieres. Gal.3

q̃ ad breue tẽpus nõ poſſunt abinuicẽ abeſſe. Hoc nõ eſt ſignũ ſpiritualis ſed carnalis amoris, qa diuinus amor non carnis p̃ ſentiã req̃rit in dilecto, niſi in quãtũ ad informationẽ alicuius neceſſitas vrgeret. Sed redeamus ad Chriſtum, Ipſe ſtabat ante p̃ſidem tacens ſicut agnus, q̃ corã tondẽte ſe obmuteſcit, nec apit os ſuũ. [Dixit ergo ad [Iudæos Pilatus] de Ieſu ſic humiliter ſtante[. Ecce rex veſter[quẽ adeo timetis. Cõfuſio eſt vobis talem ſic flagellatum & male tractatum, timere. [Illi autem clamabant. Tolle, tolle, ſcilicet eum à conſpectu noſtro, quia grauius nobis eſt ad videndũ, [Crucifige eum. dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam?] hoc eſt vobis ignominiæ [Reſponderunt pontifices: Non habemus regem niſi Cæſarem.] Hic renunciauerunt Iudæi, & abdicauerunt à ſe omnem libertatem, & perpetue ſeruituti ſe imperatoris ſubiecerũt. Documentũ habemus ex hoc articulo, ſicut Chriſtus ꝓpter peccata noſtra iudicari, & ante tribunal ſiſti voluit, Sic magis noſipſos debemus iudicare, & tribunal in mente noſtra ſtatuere, facta cogitationes, verba & affectus noſtros ibi diſcutere, examinare punire & cauere, vnde apoſtolus. Si noſipſos iudicaremus non vtique iudicaremur.

Eſaiæ 53

Sap.2

Tribuat cõtra nos ipſos ſtatuerre, iudiciũ quæ ferre vti debeam⁹

Hora ſexta hic incipit, habens Articulos. XLIIII IESVS AD MORTEM DAMnatus eſt. Arti. XLV.

VIdẽs aũt Pilatus, qa] p Chriſto liberãdo [nihil pficeret, ſed magis tumultus fieret,] & rebellionis crimen contra Cæſarẽ ſibi impingerent [Accepta aq̃, lauit manus ſuas coram omni populo] quaſi in ſignũ innocentiæ. Non fuit innocẽs, qa iuſtũ dãnare nõ debuit. Potius eñ omnẽ honorẽ amittere & exiliũ, aut mortẽ ſuſtinere debuit, quam contra conſcientiam, iuſtum & innocentem morte damnare. Lauando ergo manus [dixit Pilatus. Innocẽs ego ſum à ſanguine iuſti huius. Vos videritis. Et reſponde ns vniuerſus populus dixit: Sanguis eius ſuper nos & ſnp filios noſtros] ſ. vindicetur. Tunc Pilatus ferens ſententiam [volẽs populo ſatisfacere, adiudicauit fieri petitionem eoꝝ. Dimiſit aũt illis Barrabã, quẽ petebãt Ieſum tradidit voluntati

XXVII. A

Matth. 27 Marc. 15

eorũ,vt crucifigeretur. O triſtis ſententia quã dñs humiliter accepit ſine vlla coutra dictione,demiſſo capite ac ſi oĩm reus eſſet malor. O quantus luctus pĩſſimæ matris eius & amicor flentium ſup iniqua ſẽtentia, ſup morte innocentis dñi chariſſimi magiſtri,qa(vt credit) ſignũ dabat ꝙ ſententia damnatus foret,& ſtatim educẽdus ad mortẽ.Et hoc forte p p̃conẽ vel tubam,vel cornu,vel buccinẽ fiebat ſicut mõ pulſat campana.Magna aũt e contrario erat lætitia Iudeor,q̃d deſideriũ ſuum obtinuiſſent,& de Chriſto ſe (q oĩa bona illis & beneficia contulerat)vindicare poterant. Monemur hic cogitare & penſare in quanta mala homines ambitio præcipitat & excæcat.Ecce quanta pctã hoĩes faciunt,vt honores aut officia acqrant, vel ne amittant.Iſte Pilatus multũ laborauit p liberatione dñi quẽ cognouit iuſtum eſſe. Ver qñ mirabant ei de abſolutione ſua p- pter offenſam Cæſaris,contra conſcientiã conſenſit iniqtati damnando iuſtis. Docemur etiam hic, non multũ curare p Deo vel iuſtitia ſuſtinendo iniqua hominum iudicia,vel quod male de nobis ſentiant qñ Chriſtus talia ſuſtinuit.Debemus tamẽ facere,quantũ in nobis eſt, & non dare occaſionem hominibus male de nobis iudicandi,& in nos peccandi ne etiam p hoc peccatis eor dediſſe occaſionem inueniamur.Sed cum facimus quod debemus, & etiam informati de innocentia vel bona intentione noſtra alĩ adhuc ſcandalizentur,murmurant, iudicant & contemnunt,peccatum eorum ſuper illos venit, & nos de patientia coronabimur, quia non tenemur omnibus placere, nec debemus appetere,niſi quantum p pace & charitate exigit. Vnde Apoſtolus: Si hominibus placerem.id eſt,placere quærerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem.

Dãnatio Ieſu quõ publicata fuerit.

Ambitio in quanta mali animo ferenda.

Pro iuſtitia quæq; lubẽti animo ferenda.

Gal.1

IESVS SVIS REINDVTVS veſtibus crucem baiulauit. Articulus. XLVI.

B

Ioan.19 Matth. 27 Marci 15

COndemnatũ dñm ad mortẽ, milites ſuſcepunt & clamide et purpura exuerunt & induerũt eũ ſuis veſtimentis.Ita dñi facies alaphis cæſa cõſputa, ſanguine cruẽtata fuit,vt ppria ſpecie deſtituta,faciliter agnoſci nõ poſſet. Idcirco veſtibus prioris eum reindui fecerunt Iudæi,vt abomnibus agnoſceret,ad confundendũ eũ. Cogitate hic quam humiliter benignus dñs coram omnibus ſe purpura exuit,& nudus ac vulneribus plenus, ſtans ante oculos deriſorum contumelioſorum tortorumq;,tunica ſua ſe induit.Interim datum eſt ſignum,vt ante dixi, & per totam ciuitatem mox rumor percrebuit,quod dãnatus eſſet Ieſus,& iam iamq; educendus. Colligit vndiq; populus,cuius tunc maxima multitudo ad diem feſtum, non ſolũ Iudæorum,ſed & Gentilium confluxerat expectans,& videre geſtiens dominum.Interim peſſima verba ſparguntur contra famam boni Ieſu,ſicut fieri ſolet contradamnatum,vbi oẽs quærunt cauſam damnationis, & Iudæi ſtudioſe quicqd excogitare poterant ad infamandum dominum,non omittebãt,& ſuam inuidiam zelo falſo colorandam,non omittebant. Quæ omnia Chriſtus,qui etiam occulta cordium intuetur.nouerat. Audientes aũt hæc etiam pauci amici,maxime pĩſſima mater eius dolo roſiſſima,ſecabantur cordibus de tanta iniuria dulciſſimi magiſtri ac filĩ Dei. Producitur interea manſuetiſſimus agnus baiulans ſuper dorſum ſuum, maximam & leuiſſimam crucem vt inquiunt Euangeliſtæ:Et [& eduxerunt eum & crucifixerunt illum,]quam crucem impoſuerunt, quam nemo alius, præſertim Iudæorum tangere voluit,vt maledictam.Fecerunt autem et hoc ad infamandum dñm ꝓcurantibus Iudæis, vt duo latrones ſimul cum Chriſto educerentur interficiendi, vt ipſe quaſi eorum ſocius crederetur fuiſſe in ſcelere, quibus iunctus eſt in eductione, Denique vt latronibus ſceleratior æſtimaretur,impoſuerunt domino ſuam portare crucem,& non latronibus, ac ſi cum latronibus domino mors non ſufficeret infligenda,ſcilicet baiulatione crucis ſingulari,ſingularis culpa in eo puniretur. Habemus hoc loco exemplum admirandæ & ſtupendæ patientiæ.Quid reſtat nobis,niſi vt ſequamur illum, patiamurque cum illo.Sequamur illum per imitationem virtuoſę conuerſationis, ſicut monet Ioannes in epiſtola: Qui dicit ſe Chriſti eſſe debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Patiamur etiam cum illo, quicquid ipſe ſuper nos vel malitia hominum, vel diaboli procurante, vel aliter quaſi

Infamia Chriſti totamq; uitata.

Latrones duo cum Chriſto educti ſunt.

Ioan.18 Ioan.1 Chriſtum crucem ferentem vtile quis videbimus.

litercunq; venire permiſerit,patienter ferẽtes.Oĩa non ſecus,quã de manu eius ſuſcipiamus, ad oẽ beneplacitũ eius ſemp refigurati.Ad hanc crucem inuitat nos dñs dicens: Quicunq; vult poſt me venire,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam & ſequat me.Hæc aũt crux ſecundũ Auguſt. quã poſt Chriſtum ferre debemus, nõ lignum patibuli eſt,ſed vitæ iuſte virtutiſq; propoſitum.Tota igit vita hominis Chriſtiani,ſi ſecundum Euãgelium viuat,crux eſt,atque Martyrum, quia confiſtit vel in ſui afflictione & mortificatione, vel in alienor & iniuriarum ppeſſione.Vnde & Apoſtolus:Quicunq; volunt, inqt, pie viuere in Chriſto,pſecutionem patientur.Et S.Gregorius,ferre contumelias, odientẽ ſe diligere, Martyriũ(hoc eſt crux) eſt in occulta cogitatione.Religioſi tñ ſingulariter crucem profeſſionis ſuæ ieiunia, abſtinẽtias, vigilias,diſciplinas,pauptatẽ, obedientiã,caſtitatem,&c.deuote & hilariter portare debẽt,nõ in angaria.i.coacti et metu pœnę,ſicut Simon portauit poſt Ieſum,vt iam ſequitur.

Lucæ 9

Auguſt.

Vitia tota Chriſtiani hominis vt ſit quædã cõtinua crux. Tim.3

Gregor.

IESVS IN CALVARIAM crucifigendus educitur. Arti. XLVII.

Ioan.19 C

TBaiulans ſibi crucẽ, exiuit in eũ, q dicit Caluariæ,locũ: Hebraice Golgatha.] Cũ igitur dorſum ſuũ ſauciatũ dulciſſimus Ieſus cruci ſuppoſuiſſet, qui p̃ labore,fatigatione & viriũ exhauſtione ex p̃cedentibus paſſionibus & pœnis etiam liber ire vix poterat,curuus & dep̃ſſus ſub cruce incedebat.Nam trabs crucis humeris impoſita,inæqualis aut nodoſa (qa nõ curauerant eam dolare vel curioſe parare propter feſtinationem(ꝓpter inexceſſum Chriſti tractũ impulſum &c. hinc indeagitata(qa poſterior eius pars in terra trahebat adminus aliquanto tempore) vulnera priſtina quæ in flagellatione ſuſtinuerat multa inter ſcapulas in vnum vulnus conquaſſauit.O quantum dolorẽ dñs Ieſus ſuſtinuit in iſto itinere,Sæpe in pœnis & laboribus multis ambulauit,ſed tale iter nũ quã fecit.Vñ & deficientibus viribus, vlterius incedere non valebat. Nihilominus impĩ canes ꝓcutiebãt eũ malleis, trahebãt funibus vel cathena(ſicut à qbusdã ſcribit, quã impoſuerũt collo)trudebãt hincinde, & ad ꝓcedendũ feſtinanter vrgebant. Credendũ eſt inter has erũnas ſæpius ſub cruce corruiſſe,qa veſtis longa erat, & manibus crucẽ tenebat.Calcãdo igit veſtẽ,& ipſis trahẽtibus, hinc indeq; impellẽtibus, iuuare ſe non poterat:ſed in faciem cadebat(vt aliq ſcribunt)ex naribus & ore cruenta,i.ſanguinem emittens. Impĩſſimi tñ canes nullam faciebant illi miſericordiam, nulla cõpaſſione mouebant,ſed qcquid ex cogitare poterant iniurioſum, faciebant. [Exeũtes aũt,cum ducerent illum,inuenerunt, & apprehenderũt hoĩem quendam Cyrenenſem,noĩe Simonem venientẽ de villa patrem Alexandri & Rufi.Hunc angariauerunt,vt tolleret crucem eius.Et im poſuerũt illi crucem portare poſt Ieſum.] Hoc non compaſſionis affectu,ſed crudelitatis aĩo faciebant,ſitientes mortem & ſanguinem eius,vt citius ad interfectionis p- uenirent locum.[Sequebat aũt illum turba multa populi & mulierum,quæ plangebant & lamentabant eũ.Omnes em finem eius videre cupiebant, eo ꝙd fama eius per vniuerſam terram exierat: & ꝓpterea hæc ignominia magis cor Ieſu penetrabat.Spõte tñ hæc oĩa elegit.Varĩ aũt affectus erãt & ſtudia eũ ſequentiũ. Alĩ ridebant, alĩ gaudebant,alĩ deridebant,alĩ impropera bant & conuiciebant. Alĩ lapides & lutũ in eum p̃iciebant.Alĩ autem occulti amici,occulte dolebant:ſed ꝓpter Iudæor me tum non ſe manifeſtare audebant. Mulieres tñ,quæ ſe continere minus poterant de uote plãgebant & flebant.Inter quas nulli dubiũ,erat mat er ſua mœſtiſſima. O qd cogitare aut dicere poterat, videns filium ſuum adeo derelictum,adeo afflictum, vt vix agnoſcere poſſet. Ipſa ſola perfecte nouit,& penſauit laborem & dolorem eius:& dñs Ieſus etiam contra nouit dolorem & mœſtitiam matris. Vnde [ad oẽs] ſimul(inter paſſiones ſuas)[conuerſus ait. [Nolite filiæ Hieruſalem flere ſup me,id ẽ, ſuper mortem meam [ſed ſuper vos ipſas flete,& ſuper filios veſtros, hoc eſt, ſuper peccata veſtra, quæ mihi occaſio- ſunt patiendi.Quoniã ecce dies venient in quibus dicent:Beatæ ſteriles & ventres, q non genuerũt,& vbera quæ non lactauerunt.]hoc p̃dixit de obſidione & deſtructione Hieruſalem in vltionẽ mortis Chriſti,tẽpore Titi & Veſpeſiani, qñ tanta fames fuit in ciuitate,vt matres proprios filios cõmederẽt.Et hoc cõplebit magis ante diẽ extremũ.[Tũc icipiẽt diceremõtibus cadi-

Corruiſſe Chriſtum ſub cruce ſæpius.

Crucis baiulatio q̃ fuerit; Chriſto doloroſiſſima.

Studia ſe pientium chriſtum poſt lucẽ ſuam tuiſſe diuerſam. Mariam ſequutam Chriſtum baiulantẽ crucem ſuam.

cadite ſup nos,& collibus,cooperite nos. Quia ſi in viri diligno].i.in me[hęc faciũt in arido].i.in pctõribus[qd fiet]hoc eſt,ſi ego q arbor ſum ſctã & lignum fructifer, tanta patior,quanta patient pctõres, q ligna ſunt arida,& ad nihil apta, niſi ad cõburendum? Ecce chariſſimi fratres, pſtitit nobis hic pijſſimus dñs maximum exẽplum obedientiæ,manſuetudinis & patiẽtiæ.Videtis quõ non ſolũ patri obediens fuit vſq; ad mortem,ſed etiam tortoribus crudeliſſimis,imitibus canibus obediuit, pmittens ſe duci & reduci de iudice ad iudicem,de loco ad locũ,de pœna ad pœnã, de paſſione ad paſſionẽ,nunq renitens, nũ quam contradicens,cũ tñ vno nutu potuiſſet terræ mandare,vt oẽs ſimul in momẽto ſuos abſorbuiſſet inimicos. In omni ergo moleſtia,in omni grauamine, in omni tentatione ſimus memores,qd p nobis Deus noſter ſuſtinuit,& dulcorabitur omne, quod alias eſſet moleſtum.

Qualium virtutum nobis hic Chriſtus pſtiterit exemplar.

In oĩ moleſtia qd nobis agendum ſit.

IESVS EXPOLIATVR SVIS veſtibus.Arti.XLVIII.

D Matt. 27 Mar. 15 Lucę 23

EVm tandem inter multos gemitus,inter multas pœnas veniſſet dñs Ieſus[ad montem q vocat Caluariæ]q̃ſi fatigato ex itinere[dederunt ei vinũ myrrhatũ bibere cũ felle mixtũ]Bonũ vinũ aromaticũ q̃d datũ erat à bonis matronis Chriſto (ſicuti ſemp ſolebat morte puniendis dari) ebiberunt nequã peſſimi, & vinũ acetoſum cum felle dño ppinauerunt.[Et cũ guſtaſſet noluit bibere,& non accepit.]Deinde expoliauerunt eum veſtimẽtis laneis: quæ dum vulneribus cruẽtis agglutinata erãt, violenter abſtraxerunt, & oĩa vulnera renouauerunt,cuius renouationis grauior erat dolor,quã primæ inflictionis. Stabat que Ieſus ſic nudo & lacero corpore,& cruentis vulneribus,& roſeo pfundebat ſanguine.Cogitate vos verecundiam domini nudi ſic ſtantis,coram oĩ multitudine plebis.Cogitate quõ tunica integra p caput extrahebatur ſuper coronam, quæ mota voluebatur & impingebatur,& nouis doloribus dominum indefinenter afficiebat. Aut, ſi forſitan depoſita fuit ei de capite, vſque dum extraherctur veſtis, nihilominus in depoſitione & reimpoſitione, denuo(vbi antiquis noua infligebantur vulnera)immenſus & indicibilis dolor excitabatur.Scribit à q̃buſdã: dum dñs Ieſus ſic nudus ſtaret,Maria mater eius,ſciẽs eius verecundiam,& cognoſcens beneplacitum,quod factura erat, retro acceſſit,& peplo cinxit eum circa pudenda. Notate hic paupertatem domini Ieſu, quod omnibus expoliatus, totus ab omnibus quæ mundi ſunt,alienus,nudus voluit crucifigi,vt nobis exemplum relinqueret voluntariæ paupertatis.O fratres & filij,quæ eſt paupertas noſtra?vt nil nobis deſit. Volumus oĩa habere,non ſolum quibus indigemus,& q̃ ſunt ad neceſſitatem,ſed quæcũque concupiſcimus,& q̃ ſunt ad curioſitatem,ſupfluitatem,& oculoꝝ voluptatem. Sed hoc nõ eſt Chriſtũ imitari. Nõ oportet nos eſſe nudos:tñ multa nobis ſubtrahere poſſumus,in q̃bus nihil eſt, niſi cõcupiſcentia, & immortificatus amor. Verbi gratia:Alius vult habere coclear de argento vel de ſtanno,non eſt neceſſitas,qa multi etiam reges ſatis comedũt e ligno.Alius de tali nobiliori ligno &c̃. Quod totũ nihil eſt,niſi curioſum. Alius mappam vel mantile de tali vel tali panno, floribus texto.Et hoc ſtultitia eſt, ſufficit em̃ qualiscumq; pannus p tergendis manibus. Alius cambire vult cultrum ob hoc dũtaxat, quia concupiſcit alium,qui manubriũ vel capulum habet de ſandalio vel buxo.Stultitia ecce qualis.Quid vtilitatis,ſi ſãdalicum eſt,&c̃.Oportet in talibus frangere nos,& relinquere propter Chriſtum.

Chriſtus diratę texiſſe.

Nuditas & paupertas Chriſti in effabilis qd nos hic inſtruant.

Curioſitas & ſupfluitas terũ qui nutriantur.

IESVS IN CRVCE EXTENditur.Arti.XLIX.

E

PArata cruce, & nudato dño dorſotenus truſerũt eũ ſuper crucẽ expandentẽq; brachia, manus & crura ſup crucem, dũ foramina nimis diſtarent,extenderũt eum ita atrociter, vt omnia membra eius potuiſſent numerari. Reuelatum eſt cuidam deuotæ perſonæ ſcire cupienti, quæ maior pœna fuiſſet domini in eius paſſione & dictum eſt illi, quod in hac extenſione:& tam gratum fore domino, ſi in paſſionis,id eſt,extenſionis eius memoriam vnum Pater noſter diceret, ac ſi omnia mẽbra eius vnguento ſuauiſſimo deliniret.

Extenſio Chriſti in cruce quã fuerit pœnoſiſſima.

Documentum habemus hic vt p gratiarum actione,ſicut omnia membra noſtra exhibuimus ad offenſam Dei & ſeruitium diaboli,& ſicut omnibus mẽbris occaſionẽ paſſiõi Chriſti dedimus (qa ſi nõ peccaſſemus,nõ opus illi fuiſſet pati p nobis(ita oĩa membra noſtra offerre & extendere debemus in obſequm Chriſti.Ad hoc hortans Apoſtolus:Obſecro,inqt,vos,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentẽ, ſanctã, Deo placentem,rationabile obſequm veſtr.i.cum diſcretione,ſiue deſtructiõe corporis.Vñ & Ioẽs Caſſianus in collationibus patr docet, vt religioſę pſonæ membroꝝ ſuoꝝ primitias Deo offerant, hoc ẽ, anteq̃ ad aliq̃ extendant manus, os, pedes, primum illis Deum laudent geniculando, pſternendo,manus & oculos in cœlum leuando,corpus ieiunijs,vigilijs, caſtitate afficiendo.Hoc eſt contra pigros, q non libenter ſurgunt de lecto. Cogitate de lecto Chriſti,quomodo iacet non molliter.

Membra noſtra ſeruiſq; cẽs vti Deo ob ſequio impẽdere debeamus.

Rom.12

Ioan. Caſ

IESVS CRVCIFIGITVR AR.L

F Matt. 27 Mar. 15 Eſaiæ. 53 Crucifixio Ieſu q̃ modo contigerit.

IEſus extendendo crucifigit. i.crucifigendo extendit,quẽadmodum Euangeliſtę ſubſequenter inſinuãt dicendo:[Ibi crucifixerunt eum. Tunc cũ eo crucifigunt hinc & hinc duos latrones, vnũ à dextris,& alium à ſiniſtris: medium autem Ieſum.Et impleta eſt ſcriptura,q̃ dicit: Et cum iniqs deputatus eſt.]Cogitate quantũ doloris ſuſtinuit Ieſus,dum claui (vt q̃dã ſentiunt)obtuſi p palmas manuum & pedum,vbi nerui colliguntur,violenter impellebant,adeo,vt ſecum cutem & carnes ad foramina traherent:& manibus & pedibus circa clauoꝝ loca intumeſcentibus p eodem tpe ſanguis effluere geſtiens,exire nõ poterat,donec cum cruce Ieſus eleuaret, & hunc laxatis membris vulneribusq; ampliatis,q̃ſi q̃tuor flumina decurrentia, crucem & terrã rigabãt.Monemur ex hoc articulo,cruci affigere carnem noſtrã cũ vitijs & cõcupiſcentijs,clauis.ſ.pceptoꝝ iuſtitiæ,vt nunq̃ recedamus à Chriſto.Vñ & Apoſtolus dicit:Chriſto cõfixus ſũ cruci. Et S.Aug.orat, ſe clauo charitatis cõfigi, & affigi cruci inſeparabiliter.Dauid etiam nominat timorem clauum,orans: Confige inquit,timore tuo carnes meas.

Cruci myſtice qui quõ affigãtur. Gal.5 Gal. 6

Auguſtin Pſal.118

IESVS PRO CRVCIFIXOribus orauit. Articul.LI.

G

1.Pet.2

INter oẽs q̃s ſuſtinuit iniurias pijſſimus Ieſus, inter oẽsq; pœnas ad inimicos iniunctã tenuit charitatẽ p malis reddens bona.Cũ em̃ malediceret,nõ maledixit, cum torqueret,nõ ſe vindicauit:ſed tortoribus ſuis cordialiſſime cõpatiens,etiã apud patrem excuſauit orans,p eis[acdicens:Pater dimitte illis qa neſciunt,qd faciunt.[O q̃ lis mia.O pietatis abyſſum.Membra extẽdunt,rumpunt nerui, iuncturæ & compages ſoluunt,manus & pedes clauis fodiuntur,blaſphemiæ irrogant:& oĩm adhuc iniuriaꝝ immemor, q̃ſi nullos ſentiret dolores,ac ſi alius torqueret,clamauit: Pater dimitte illis.Quid diſcere poſſumus hic nobilius,qd videre magis eximium,qd imitari magis fructuoſum,quam vt inimicis noſtris cõpatiamur?qa ſe magis lædunt, quã nos:imo nobis ſi volumus,ad patientię coronam pficiũt.Oremuſq; p eis,non detrahendo,aut malum reddendo vindicemus nos:ſed excuſando,benefaciendo, nos humiliando vincamus & emolliamus maliti am eoꝝ vel iram, vt ſimus filij Dei (ſicut Chriſtus ꝓbo pdicauit,& exemplo ſemp monſtrauit) q ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

Lucę 23 Verbum Chriſti primũ in cruce quã fuerit charitatis & miſeri cordiæ.

Erga inimicos ſuos quõ q̃ſ que ſe habere debeat.

Pſal.7

Matth.5 Lucæ 6

IESVS IN CRVCE LEVAtur.Articul.LII.

H

CRucifixum dñm,& ſicut cordam extenſum magnis clamoribus & tumultu in aera cum cruce eleuarũt,vt ab oĩbus poſſet videri,ab omnibus ſubſannari. Scribit autem à quibuſdam,crucem foueæ, ſeu foramini parato ſic immiſſam,vt in altum leuaretur,& incidere violenter,& impetuoſe permitteretur:ob hocq; omnibus membris crucifixi domini concuſſis,omnibus vulneribus & pœnis renouatis, & amplia tis vulneribus & pœnis renouatis, & ampliatis ſanguinem copioſius profluxiſſe.

Cogitare cõuenit hic quantũ dolorem dño intulit crucipendentia talis, dũ tota moles corporis tribus duntaxat clauis ſuſtentaretur,& ſine refrigerio, ſine doloris interpolatione, ſine requie dñs eſſet.Nam ſi manibus parcere voluiſſet, pedes tanto maiorem ferebant dolorem, quanto vni durius clauo inniti oportuiſſet.Si pedibus releuamen præſtare voluiſſet,manus tanto acriori diſtendebantur dolore, quæ totam corporis molem duobus clauis hærentes,portabant. Nec etiam capiti vllam poterat præſtare requiem ſpinis obſito, quocunque ſe vertebat,quocunque reclinabat ſpinæ motæ acrius pungebant.Itaque nullum refrigerium, ſed continuus cruciatus domino fuit. Accipiamus hic occaſio

Pendentia Ieſu in cruce quã fuerit ineffabiliter pœnoſa.

Leuari cũ Christo in cruce quõ mystice debeamus.

occasionẽ rogandi dñm, & toto posse ad hoc nitamur,vt à terra.i.à terrenis actibus cũ Christo leuemur,vt tota cogitatio nostra,affectio,locutio,amor & conuersatio sit in cruce :imo in Christo,vt in vulneribus eius habitemus,q̃si alienati à corpore, & mundo mortui nihil sciamus,nisi Deũ, nisi in quãtũ corporalis necessitas, obediẽtia vel fraterna charitas,mandant.

IESVS INTER LATRONES medius ponitur.Arti. LIII.

I

CRucifixerunt aũt cũ dño Iesu etiã duos alios latrones, vnũ à dextris,& aliũ à sinistris : vt iã ante dictũ est,mediũ aũt Iesum]cupientes p hæc dñi innocentiã infamare,vt ꝗa mortis causam nõ habebat, ex hocsaltẽ spectaculo,malis peior iudicaret, & his ꝗbus iunctus erat in supplicio, socius fuisse crederet,& magister facinoris: & ideo in medio quasi capitaneus & princeps latronũ crucifixus est.[Et impleta est scriptura,quæ dicit:Et cum iniqs deputatus est]Docemur aũt hic patientiã habere, si ꝗd contra famã nostrã q̃nque machinantur mali hoies,exẽplo Christi. O quã longe fuit ipse à facto,cuius tñ infamiã sustinuit.Nos tñ nunquam à culpa immunes iniuriam sustinemus,ꝗa etsi hanc, quã sustinemus infamiã aut iniuriam,non ex ea, quæ nobis iniuste imponit, culpa meruimus,tñ vel alia digne incidimus:ideo nunquam sumus omnino innocentes.

Esaiæ 53 Famæ nostræ lesionem quõ cum Iesu patienter feramus.

IESVS TITVLO FVIT SIgnatus.Articul.LIIII.

K

MOs fuit Ramanis, damnatoꝝ causam sup crucẽ scribere,vt legerẽt p̃tereuntes. Hoc tñ forsitã nõ oĩbus fiebat, sed malefactoribus insignibus.Vñ & sup crucẽ dñi Iesu titulũ,causam crucifixionis continentẽ poni petierunt,& obtinuerunt Iudæi,& nõ sup latronũ cũ eo crucifixorum, in omnibus quærentes infamari innocentissimũ dñm.[Scripsit aũt & titulũ Pilatus & posuit sup crucẽ.Erat aũt scriptũ:Hic est Iesus Nazarenus rex Iudæoꝝ. Hunc ergo titulum legerunt multi Iudæorum:ꝗa prope ciuitatẽ erat locus,vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptũ Hæbraice, Græce & Latinæ.]Scripsit ergo,inqt Euangelista,Pilatus,sed non sicut ipsi volebant titulũ,& sup crucẽ dñi Iesu poni fecit. Iesus de Nazareth rex Iudæoꝝ. Iudæi legentes hunc titulum,ad sui confusionẽ iudicabant scriptũ,(vt scilicet crucifixus esset,ꝗa erat rex Iudęoꝝ)ideo corrigere tentabant. Dicebant ergo Pilato Põtifices Iudæoꝝ, [Noli scribere,Rex Iudæorum].i.quod sit rex Iudæoꝝ,vel ideo crucifixus sit,quia sit rex Iudæoꝝ, ꝗa hoc esset ei aliqualis honor,& nobis confusio:Sed,scribe,[ꝗa ipse dixit,rex sum Iudęorum,]id est,ꝗa se exhibuit regni inuasorem,& temerarie, cũ nõ sit,regẽ se noĩauit:ideo vt tyrannus crucifixus sit.Pilatus autem licet tituli mysterium nesciret,nec veritatem intelligeret, tñ Deo sic ordinante,& in corde nesciẽtis disponente,mutare noluit, [Respondit Pilatus,Quod scripsi,scripsi,]id est,hoc ratum & fixum manebit,quia veꝝ est,per hoc notat diuinitus fuisse procuratum,vt talis titulus super caput eius poneretur, vt p hoc Iudæi agnoscerent,quod nec occidẽdo facere potuerunt vt eũ regem non haberent. Vnde iste titulus immutabilis fuit,non ꝗa Pilatus scripsit,sed ꝗa dñs ipsemet dixit. Rex sum Iudæoꝝ.[Et stabat populus expectans.]Documentum hic habemus, vt quãtumcumque à Diabolo visibiliter vel inuisibiliter impugnamur,hunc titulũ ei opponamus:ꝗ eneruat vires eius,& ipsum pmaxime fugat,vt habeat ex certis reuelationibus.Item hic discimus, q̃d nõ est cõsilium contra Deũ, non est sapientia contra dñm:ꝗa licet multa facerent Iudæi, & ꝗcquid possent,tentarent,vt non rex Iudæorũ,vel Christus diceret: dñs Iesus: tñ vellent,nollent etiã à gentibus & à iudice cõfitebatur,& scribebat rex Iudæoꝝ,sicut verum fuit.Itẽ hic discimus,Si q̃nque veritas impugnatur,& opprimit ad tẽpus,tñ nouissime & finaliter præualet & clarescit.

Tituli crucis Christi virtꝰ quãta sit.

Prouer.21 Consiliũ diuinum per neminem posse labefactari.

IESV VESTIMENTA PARtiuntur. Articul.LV.

L

MIlites ergo cũ crucifixissent eũ, acceperunt,& diuiserunt vestimenta eius,sortem mittẽtes sup eis,ꝗs ꝗd tolleret. Et fecerũt quatuor partes: vnicuiꝝ militi partẽ. Est ergo verboꝝ sensus,quod quũ milites crucifixissent dñm, diuiserunt inter se vestimenta eius,facientes quatuor partes, cuilibet suam partem.Et tunicam,quam non diuiserunt,sed miserunt pro ea sortem, cuius esset futura: [quia inconsutilis erat.] more pauperum in Palestina,& ad modũ chirotecarum, vel birrretoꝝ, vel ciliciꝝ opere

Matt.27 Mar.15 Lucæ 23 Ioan.19

opere textili & reticulato facta. Hãc fecit Maria mater eius in infantia eius, quæ cũ eo creuit:[& desup cõtexta p totũ].i.ab extra de panno aliq̃ p totum aliqd fuit appositũ,ad eã magis fortificandã, & cõseruandã.Dicit hoc loco D.Ioan.Chrysost. Euãgelista occulte vestis vilitatẽ insinuat.In Palestina em̃ erat q̃ddam genus vestiũ ppter paupes,ex multis pannis cõtextũ,quasi vnus pãnus sup aliũ.[Dixerunt ergo]scilicet milites[ad inuicem:Nonne fundamus eam,s.sortiamur de illa,cuius sit,vt impleretur scriptura,& q̃d dictũ est p Prophetã,dicentẽ:Diuiserunt vestimenta mea sibi, & sup vestem meã miserũt sortẽ. Et milites q̃dem hæc fecerunt:Et sedentes seruabant eũ.] Documentum habemus hic vt seruemus concordiam,vnitatem,vt idipsum velimus oẽs,& non sint in nobis scismata.Nã tunica dñi incõsutilis vnitatẽ Ecclesiæ seu cuiuscũq; sanctæ cõgregatiõis significat.Ille ergo tunicã dñi scindit, q̃ dissentiões facit,discordias seminat.

Psal:21

1.Cor.1 Tunica Christi in consutilis quid mystice signet.

IESVS A PRAETEREVNTIbus& Scribis est illusus.Arti.LVI.

M

PRætereũtes autem, blasphemabant eũ,mouẽtes capita sua,& dicentes:Vach,ꝗ destruis templũ Dei, & in triduo illud reædificas, Saluũ fac teipsum. Si filius Dei es descende nunc de cruce.Similiter &Principes sacerdotũ deridebãt illũ,illudẽtes ad alterutrũ cũ Scribis &Senioribus,&dicebãt: Alios saluũ fecit, seipsum nõ potest saluũ facere:Si rex Israel est,descẽdat nũc de cruce vt videamus,& credamus ei.Se saluũ faciat, si hic est Christus Dei electus. Confidit in deo,liberet eũ nunc,si vult:Dixit em̃ ꝗa filius Dei sum.Illudebant aũt ei & milites,dicentes:Si tu es rex Iudeoꝝ, saluum te fac.]Fraudulẽter,vt dicit Hieronymus, erant Iudæoꝝ p̃dictæ p̃missiones,dicentium:descẽdat de cruce,&c̃.Maiora em̃ miracula fecerat:ꝗa plus est mortuos de sepulchro resurgere,quã viuũ de cruce descẽdere.Christus aũt mortuos plures suscitauit,& ipsemet de sepulchro tertia die resurrexit,nec adhuc crediderũt ei. Potestis hic cogitare,q̃ iniuriosum sit vel cuilibet morituro,vel ad mortẽ dãnato illudere:q̃nto magis innocẽti,& q̃ maxime Christo filio Dei.Cogitate quã doloroſum & vulneratiuũ sit infirmo vel patiẽti,sibi in doloribus nõ credi,vel nõ cõpati,(hoc em̃ q̃nq; doloribus corporalibus plus affligit)ꝗuã tomagis,si in doloribus etiã se cõsideret despici,vel iniuriari,vel derideri?Maxime ẏo si ab his fit,q̃ꝝ causa,vel p ꝗbus calamitatẽ vel dolorẽ sustinet. Ad ꝓpositũ: Christus filius Dei inocẽs in se,ab his subsannabat, blasphemabat,&c̃.quibus corpus & aĩam dederat,&q̃s seruabat,pascebat, eorũq; in firmos curauit,p̃dicauit,docuit,p pctis eorũ,& p salute eoꝝ patiebat,p errore ipsoꝝ & cæcitate patrẽ pauloãte rogauerat,& ad huc illudũt & subsannãt, p̃sequẽtes eũ lingua & manibus. Monemur hic ppter obtrectãtiũ,vel deridẽtiũ linguas,à cruce pœnitẽtiæ bonorũq; operum p̃ nõ recedere,& ab oĩ ope bono incepto nõ desistere,sicut Christus nõ descẽdit,sed ad mortẽ vsq; in cruce p̃seuerauit.

Matth.27 Marc.15 Lucæ 23 Ioan.19

Lucæ 23 Ioan.19

Hieron.

Matth.27 Marc.15

Lucæ 23 Ioan.19

Morituro vel infirmo nõ credere, sed magis illi iniuriari

quãsit grauissimum.

Ioan.19 Lucæ 23

A cruce pœnitẽtię bonorũq; operum p̃ pter aliorum malitiam non descendendum.

IESVS AB ALTERO LATRone blasphematꝰ est,ab altero cõfessꝰ.Ar.57

N

IDipsum aũt & latrões,ꝗ crucifixi erãt cũ eo,ip̃perabãt,& cõuiciabãt ei.Vnus aũt ex his,ꝗ pendebat,latrõibus,blasphemabat eũ dicẽs:Si tu es Christus,saluũ fac temetipsum,& nos,]&c̃.Dũ em̃ Scribæ & alij,vt p̃cedẽti articulo cõmemorauimus,dño illusissẽt blasphemãtes,blasphemauit etiã & inister,ꝗ cũ eo pẽdebat,latro,dicẽs ad Iesũ: Si tu es Christus saluũ fac teipsum & nos. Hoc ip̃periũ grauius fuit p̃cedẽtibus, ꝗa à vilissima,scelerata&dãnata p̃sona,videlicet à latrõe,mox p̃ suis sceleribus morituro. [Respõdẽs aũt alter latro increpauit eũ, dicẽs:Neq; tu times Deũ,eo ꝙ in eadẽ dãnatiõe sis.Et nos qdẽ iuste:Nã digna factis recipimus.Hic ẏo nil maligessit.Et cõuersus dicebat ad Iesum:Memẽto mei dñe, dũ veneris in regnũ tuũ. Et dixit illi Iesus.] Hic scdm̃ ẏbũ p̃tulit dñs in cruce. [Amẽ dico tibi:hodie mecũ eris in Paradiso.]O quanta liberalitas,quãta benignitas dñi Iesu ad vnũ ẏbum tãto latrõi pepcit, & plus q̃ petiuit,donauit.Instruimur hic bonã cõfidẽtiã habere in Deũ,& ĩ nullo pectõ de eius misericordia desp̃are,si mõ peccasse dolemus & pctã,pctõrumq; occasiões vitare p̃ponimus.Itẽ instruimur hic,iniuriã Dei & cõtẽptũ nunq̃ sustinere,sed q̃ ad possumus reniti exemplo dextri latronis qui aduersus finistrum blasphemantem se oppositi.

Impropium latronis quam fuerit Christograue.

Verbum 2. Christi in cruce q̃ te fuerit benignitatis.

Desperãdũ vti nõ sit de vllo peccato.

Iniuriam Dei nunq̃ animo patienti ferẽdum.

IESVS MATREM DISCIpulo suo commendauit.Articu.LVIII.

O

STabat aũt iuxta crucẽ Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ,

Ioan.19

& Maria Magdalena, &c.]Cum Iesus pendens in cruce vidisset matrẽ suã stantẽ sub cruce, matrẽ singularẽ, & p̃ cæteris matribus etiã naturaliter plus filiũ diligentẽ, eo ꝙd ei, qcqd de natura nostra habuit, ipsa sola sine viro eidẽ donauit: Sed & spiritualiter magis amãtem, qa mater Dei, & charitate plenissima fuit. Cũ ergo hanc vidisset Iesus, cõmota sunt oĩa viscera eius sup matre dilectissima, fidelissima & cõpatientissima, cuius aĩam & maternũ cor gladius cõpassionis trãsuerberauit. Cõpatiebat em̃ cõpatienti sibi. Sciebat nanq; ipse angusti as materni cordis. Nouerat etiã dolorẽ omnẽ eius, & ꝙ dolores, ꝙs in sua parturitiõe nõ senserat, nunc germinabant in eius passione. Vñ & ipse geminũ passus est dolorẽ: suũ videlicet & maternũ. i. crucis & matris [Dixit]ergo, cũ eã vidisset, [& discipulũ, quẽ diligebat,]matri innuens cum capite de discipulo. [Mulier ecce filius tuus.]Nõ dixit mater, nisi blãdius loquereť, cor eius p̃ amoris & doloris vehementia scindereť. [Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua.] Et in hoc ẏbo consolationẽ habemus nõ modicã, qa nõ solũ Ioanni, sed & cuilibet nostr̃ in ꝑsona loẽs dictũ est de Maria: Ecce mater tua. S. Maria deꝑhensa es, nõ potes te negare matrẽ. Habebis nos, proteges nos, iuuabis nos, & merito tuo saluabis nos. [Et ex illa hora accepit eã discipulus in sua] O fratres, clamemus ad eã ꝗtidie: Monstra te esse matrẽ. Sed ꝑh dolor, ipsa reclamare potest: Mõstra te esse filiũ. Ipsa qdẽ se mõstrat semp esse matrẽ, sed nos opibus nostris abnegamus eius noseſſe filios.

Compassionis dolorosissimæ beatissimæ Mariæ erga crucifixũ filium causa quę.

Compassiõis Christi erga matrẽ causa quæ.

Mulierem cur Christus vocarit matrẽ. Verbum Christi 3. in cruce quãtę dulcedinis & cõsolationis.

IESVM SOL OBSCVRATVS confitetur. Arti. LIX.

P Rucifixo igit̃ dño [à sexta hora] ꝙ nobiscũ est à duodecima [vsq; ad horã nonam] ꝙ est apud nos tertia pest meridiẽ [facẽtæ sunt tenebræ] nõ naturales, sed miraculoſę. [sup vniuersam terrã: &] contra cõ suetudinem naturalis cursus [obscuratus est sol] cupiens attestari suo creatori, & ꝙsi compatiens, noluit lumen in passionem eius p̃bere. Discimus hic quantã nos compassionem ei debemus impendere, qñ tantam irrationabilia ei exhibuerunt.

Matth. 27 Mar. 15

Compassionẽ quãtam exhibere Christo oportęat.

Hora nona hic incipit, continens in se Articul. VI.

IESVS DERELICTVM SE clamauit. Arti. LX.

A Matt. 27 Mar. 15

T circa horã nonã] resentibus in Christo semp doloribus, & ipse nullã inuenies cõsolationem, nec locũ ꝙ caput spinosum reclinaret. Cũ etiam sensualitas nullam consolationẽ, aut refrigeriũ accipet à diuinitate, & humanitate sic in sua naturali infirmitate relicta, suspensaq; oĩ gaudio redundantia à supiori rationis portione in sensualitatem [clamauit Iesus] ad patrẽ (voce magna dicens: Eli, Eli, lamasabitani? hoc est: Deus meꝰ, Deus meꝰ, vt qd dereliqsti me. Nõ est itelligẽdũ ꝙ diuinitas humanitatẽ deseruerit, vel ab ea separata fuerit. Deũ em̃, quẽ invocabat, semp secũ habebat, qa nunq̃ desinebat esse Deus, siue aĩa cõiuncta corpori esset, siue separata. Sed loqt̃ hic humanitas, vt suꝑpœnę ostẽderet magnitudinẽ. Ita em̃ grauiter dolebat, ac si nõ Dei filius, sed inimicus esset. Et ideo penitus videbat derelictus, nullũ iuuamen recipiẽs ab eo. Multi qppe Martyres, multa & ardua sustinuerũt: oĩbus tñ aliqd consolationis, & refrigeriũ aliq̃d ministrabat, vt possent tolerare. Et in qbusdam adeo abũdabat diuina cõsolatio, vt ĩmania tormẽta ꝑ nihilo ducerẽt, & nõ in pœnis, sed in delicijs esse viderent. Christũ ẏo pater cœlestis totaliter dolori subiecerat, vt doleret quãtũ dolere poterat, non leuius sentiẽs, ꝑpter hoc, ꝙd Deus erat. Indicauit aũt p hũc clamorẽ, maximã sui doloris acerbitatẽ, & multitudinẽ. Patiebat nãq; exteriusĩ toto corpore, ĩ oĩbus mẽbris ex oĩ parte sensuũ, ex oĩ genere tormẽtoꝝ. Intus ẏo ꝑpter maternã cõpassiõẽ, q̃ oẽs Christi dolores ĩ se trãsformauerat, & cũcta, q̃ filius patiebat ab extra in carne, ipsa patiebat in mente. Quæ cõpassio erat excedẽs oĩm Martyrũ sustinentiã. Itẽ ꝑpter discipulorũ lapsum, q oẽs à fide exciderant. Propter Iudæorũ item excęcationem, et obstinationẽ: ꝑpter etiã sui p̃ciosissimi sanguinis & passionis frustrationem, siue ꝑditionem in tã multis & ingratis ꝙd excedebat oẽm dolorẽ. Propter hæc oĩa Christus ineffabiliter patiebat. Hæc aũt ẏba Christi p̃dicta non fuerũt q̃rulationis, sed orationis ẏba. Vñ & hic nos erudimur, in tribulationibus derelicti ad Deũ confugere, & oĩ humano solatio destituti, auxiliũ diuinũ q̃rere, p humilem orationem, & firm̃am confidentiã. Et si etiam sensibiliter auxiliũ non ꝑcipimus di-

Psal. 21

Verbo 4. Christus humanam sui in cruce mostrarit derelictionẽ in pœnis.

Martyrũ consolatio in pœnis vnde fuerit.

Christus in quibus patiebatur pœnis in cruce.

Mariæ cõpassio erga Christum quanta fuerit.

Confusitus in afflictione & desolatione humanę consolationis qd agendum

mus diuinum, longanimiter expectare, & dñi Iesu derelictionem cogitare. Nũq̃ tñ nos deserit, sperãtes in se, tametsi dissimulare ad exercitationẽ nostrã, videat: nec aliqñ non audit. Nam etsi, ꝙd petimus, non eo quo petimus, tamen congruentiori modo, vel idem vel aliud melius tribuet.

Iudith. 13

IESVS SITIENS ACETO potatur. Arti. LXI.

B matt. 27 mar. 15

V m, vt in p̃cedẽti articulo cõmemoratũ est, clamasset Iesus Eli, &c. [qdam de circũstantibus illic] non intelligẽtes vocem [dicebant: Ecce Heliã vocat iste] Putabant em̃, ꝙd Heliam ꝑ sui liberatiõe invocaret. [postea sciens Iesus, qa iam oĩa consummata sunt, dixit, Sitio]: Sitiebat Iesus. i. maxime ęstuabat desiderio salutis nostrę. Sitiebat. i. desiderabat, vt nos fontẽ viuum cœlestis gratiæ sitiremus. Et quam q̃ ista sitis spiritualiter intelligatur de ingenti amore & desiderio, q̃ habuit ad saluãdos nos: vere tñ etiam corporaliter sitiebat Christus maxime. Nã ꝑpter sanguinis effluctionem nimiã, & humoꝝ exciccationem ex p̃cedentibus pœnis, totus aruit. Vñ siti aspima fatigatus, dixit: Sitio: [Vas ergo positũ erat aceto plenum. Et milites accedentes, & spongiam plenam aceto hysopo circumponentes, acetum obtulerunt ori eius. Et continuo currens vnus ex eis, acceptã spõgiam, impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere, dicẽs: Sinite: Videamus si veniat Helias ad deponendum eũ.] Obiter hic notãdũ venit, ꝙd bis potatus fuit Christus in sua passione. Primo, secundum Matthæũ & Marcũ, hora sexta, ante quã. s. crucifigereť, qñ dabant ei myrrhatũ vinum cum felle mixtum bibere. De q̃ secundum Matthæũ, gustauit, sed bibere noluit. Scdõ, iuxta oẽs Euangelistas, hora nona, qñ pependit in cruce, cum dederũt ei ex vase pleno aceto, in arundinis calamocũ spongia acetum hysopo circumponentes ad bibendũ: ꝙd, scdm̃ Ioannẽ, accepit: & statim subiunxit. Consummatũ est. Hanc duplicẽ potationem, multi dñicam passionem tractantes, inaduertenter tangunt q̃si vnã, non bene considerantes sacrã historiã passionis. Ecce filij charissimi, quõ potẽtissimus cœli & terræ creator, cuius sunt oĩa, & à q̃ oĩa, tanta pauptate moriť, vt nec guttã aquę habeat. Ecce misericordissimus, p salute totius mũdi patiens, nõ tantã misericordiã conseqũ, vt potũ aquæ qs ei porrigat: sed acetũ felleũ, vt & siti non careat, & tñ gustũ illi amaricet. Volebant impijssimi filij diaboli ex vno duplicare tormentũ. Sitiebat, audiunt, & refrigerare ipsum nolunt, sed potus amaritudine, quem sumere neqret, affligere: Ideo acetũ & fel ꝓpinant. Sciens aũt Iesus ꝙd ꝓpinareť sibi, cũ vitare oĩno potuisset. i. nõ gustasse, tũ & ipse nihil nimiũ sibi existimãs, qd ꝑ nostra salute, & nostri amore faceret, amaritudinis poculũ itanõ recusauit, vt gustaret, q̃d sufficiebat ad gustũ cruciandũ, & non acciꝑet. i. non traĩceret, hoc est, ne fitim extingueret. (Potuisset em̃ vel amaro poculo fitim extinxisse) sed vtrumq; voluit. s. & fitim tolerare, & amaritudinem gustui inferre. O fratres filij̃q; charissimi, hæc est vltima cœna, quã dñs de hoc mũdo transiens, accepit. Simus huius memores, q̃tiescunq; gula nos tentat, q̃tiescũq; abstinentia onerosa videť, q̃tiescũq; ieiuniũ grauare videť. Reuocemus tunc ad mentem fel & acetũ, ꝙd dñs gustauit, & aliud ꝑ siti sua nõ habuit, & delicatum cibum & potum horrebimus. Quõ nõ erubescendum est nobis, qa ori nostro ac linguæ nostræ nihil negare volumus? Quærimus aut paramus qcqd sensualitas cõcupiscit delicatum vel inordinatum, cum dñs noster in cruce ꝑ nobis moriens ieiunat: & maxime sitiens, fel & acetum ꝑ sua vltima valedictiõe gustauit. Est ne æquũ, vt ipse ꝑ nobis ploret, & nos rideamus: vt ipse in cruce tribus clauis sustenteť vndiq; vulneratus, sine vlla reqe alicuius membri, & nos dormire velimus, et delectatiões q̃rere vsq; ad facietatẽ? Ipse fel gustat & acetum, nõ habens guttã aq̃ in siti sua, & nos tã studiose q̃rimus, ꝙd bene sapiat, & bibimus ad genaꝝ vsq; coloratiõnẽ? Bibimus, ꝙd alij sobrij̃ nos odore ꝑcipiunt anteq̃ vident. Oh nõ sumus huius regis milites, q in cruce mortuus est. Ifti aũt, .s. delicati & bibuli non sunt, de qbus dicit Apostolus: Qui carnem suam cum concupiscentijs crucifixerunt: de q̃ꝝ pauptate, abstinẽtia, & patiẽtia, sẽsuum mortificatiõe in libris legimus, oculis ẏo vt videamus, nescio vbi q̃rere debemus. Et de his satis.

Matth. 27 Mar. 15 Luc. 23

Ioan. 19 Christum bis potatũ in sua passione. Matt. 27 Mar. 15

Ioan. 19

Paupertas Christi in cruce quãta fuerit.

Acetũ & felle cur Christus potatus fuerit.

Cœnã suã vltimam quamsum ꝑfecit Christus amarissimam.

Ex cœna vltima Christi amarissima qd discendum.

Gal. 5

IESVS CONSVMMATVM est, clamauit. Arti. LXII.

C Vm omnia in Christo completa essent, quæ de ipso scripta erãt in lege, Prophetis & Psalmis, & nihil reftaret, nisi

Ioan. 19

mori [cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est.] Dicendo aũt hæc ẏba, intelligit Christus oẽs p̃cedentes passiones & pœnas, in spiritu q̃si advnã summã collegisse, & Deo patri obtulisse p̃ humani generis salute. Ita etiã nos debemus in fine orationũ nostrarꝝ, & operꝝ nostrorꝝ bonorꝝ, oĩa simul. s. intentionem, studiũ, laborẽ, & opus, & c̃. oĩa Deo offerre. Cui vt magis placeant, in vniõe operꝝ & meritorum Christi debemus illi præsentare, vt edocta est sancta Mechtildis à domino.

Verbo suo 6. in cruce gd Christus indicarit.

Intẽtio nostrorũ operũ exercitiorum quõ spectanda.

IESVS CLAMORE VALIDO expirauit. Arti. LXIII.

D Iesus quõ se dispoluerit ad mortem

DVm dñs Iesus oĩa ꝑpter q̃ venerat, consummasset, & iniunctã sibi à patre obedientiã pfecisset, appꝑpinquãs morti, & venis iã ex sanguinis effusione exhaustis, viribus corporis vndiq; deficientibus, cœpit oculos languescentes deprimere, & facie pallescere. Et qa in sua potestate habebat ponẽdi aĩam suã, nec q̃q̃ ei tollere poterat, sed qñ ipse volebat ponebat: cũ adesset hora, quam ab initio p̃fixerat, caput suum versus matrẽ modice inclinauit, quasi vltimũ aue vel vale ei impendẽs, & doloribus plenus, inq; angustijs mortis cõstitutus, hoc signo matri, ac si corpus suũ laceratum, & tã crudeliter vndiq; pfossum ac dissipatum, commendaret, innuit: versusq; erigens se, patriq; se cõmendans, [& clamãs voce magna,] valido clamore, [dixit: Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ. Et hæc dicens, rursus inclinato capite emisit spiritum & expirauit.]

Ioan. 19

Verbum Christi 7. in cruce q̃ ꝛe fuerit.

PATER NOSTER.

ECce charissimi filij, totã passionis dñicæ seriẽ vsq; ad hũc articulũ audistis, quõ dñs noster Iesus Christus post multos labores, multas fatigatiões, multas passiones, multas pœnas, multa oppbria, multa vulnera, multa itinera pacta, post crucẽ denicq; & oẽm pœne sanguins sui effusionẽ, cũ sibi placebat, aduocãs mortẽ, clamore validissimo, tradidit spiritũ. Adeo aũt validus fuit clamor iste, vt ad infernũ vsq; auditus cœlũ & terrã tremere fecerit. Vñ nõ naturalẽ sed miraculosã. i. nõ oĩbus cõmunẽ, sed Christo ꝑpriã cõstat fuisse vocẽ, hãc qa hõ lõga passiõe afflictus oĩbusq; viribus destitutus, & morti ex talibus cruciatibus vicinus, naturaliter aĩa egrediente, nõ sic posset clamare, sed id factũ est hic sola diuina, quæ in Christo erat, ẏtute. Admonemur aũt hic primo, vt studeamus cõmori Christo. i. mori mũdo, vitijs & pctis. i. nõ ꝑmittamus ea in nobis viuere, si cũ Christo volumus viuere. Secũdo discе hic qsqs Christianus es, mori, dũ viuis. Ecce ẽm tibi de morte cogitandum est, dũ sanus es. Curãdũ tibi est, ne inueniat in te ꝑpter q̃d mori formides. Si ẽm mori formidas, teipsum interroga. Scrutare, qd in te sit, quare mori formides. Si amor alicuius rei, q̃ Deus nõ est, vel aliud in causa est, quare mori metuis, illam abijcias à te, teq; liberꝝ facito à causa huius timoris: & in hunc statum mentis te ipsum constitue, q̃ nõ formides mori. Tertio, iã in vita, dum sanus es, sæpius p̃medi tare mortẽ, ne mors vnq̃ inopinata tibi aduenire possit, qn semp inuenearis paratus. Nunq̃ in eo statu pseueres, nunq̃ dormire p̃sumas in eo statu q̃ nõ audeas mori. Dũ sanus es Deum inuoca, ꝑ sana feliciq; morte Deum ora, offerẽs eidẽ passionẽ suã pro pctis tuis, & p̃cipue illius p̃cio fissimã, grauissimamq; mortẽ, vt cũ ad illam horam, qua exeundum est, veneris, assuetus fis doctusq; ad Deum te conuertere, Deuminuo care teq; illi in eius manus offerre.

Mortis formido vnde veniat.

Ioan. 19

Patere q̃ quisq; se debeat ad mortem.

IESV MORTEM CREATVRæ irrationabiles plangunt. Artic. LXIIII.

E Matth. 27 Marci 15 Lucæ 23 Ioan. 19

MOrtuo Christo, apparuerunt multa miracula, testãtia diuinitatẽ, & iniustã Christi occasionẽ. Nã, [ecce velũ tẽpli scissum est mediũ in duas partes à summo vsq; deorsũ, petræ scisse sũt: Terra mota est, & monumẽta apta sunt. Et multa sctõꝝ corpora q̃ dormierãt, surrexerñt. Et exeũtes de monumẽtis, post resurrectionẽ eius venerunt in sanctã ciuitatẽ, & apparuerũt multis. Cẽturio aũt, & q̃ cum eo erant, custodiẽtes Iesum, viso terrę motu, & his q̃ fiebant, & qa sic clamans, expirasset, timuerunt valde dicẽtes: Vere hic hõ filius Dei: & iustus erat. Et oĩs turba eoꝝ, q̃ aderant ad spectaculũ istud, & videbant q̃ fiebant, pcutiẽtes pectora sua, reuertebant. Stabant aũt noti eius à lõge. Et erant ibi mulieres, q̃ sequutę eum erant à Galilæa ministrãtes ei, de lõge hæc aspicientes: Inter qs erant Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salomæ & mater filioꝝ Zebedęi & aliæ multæ mulieres, quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam. Hæc oĩa debent

Vti quisq; Christo moriẽti cõpati & cõmori debeant.

debent nobis esse ad timorẽ, compunctionẽ, & ad cõpassionem qa nos oĩm malorꝝ horꝝ rei, & causa sumus, qa vt S. Bernardus dicit, q̃ Christo compatit, qui ad clamorẽ eius non mouet, durior est petra, terra obscurior, sepulchro fœtidior.

IESV LATVS MVCRONE trãsfixum est. Articulus LXV.

F Ioan. 19

QVia parasceue erat]. i. sexta feria ante magnũ sabbatũ, q̃d solẽnissimum festũ erat ludæorũ, [vt nõ remanerẽt in cruce corpora sabbato (erat ẽm magnus dies ille sabbati rogauerũt Iudæi Pilatũ vt eorꝝ] scilicet crucifixorꝝ, qa adhuc viuebãt aliq, scilicet latrones [crura frangerent] ne euadere possent [&] de cruce [tolle rẽtũr] quia ꝑ hibitũ erat eis in lege, suspensos in ligno ꝑmanere vsq; mane. s. alterius diei, ne polluerẽt terra. Et vt hoc seruarẽt, cõscientiosi erãt illi hypocritæ sicut circa minima: circa magna vero cæci erant. s. q̃d iustum & Dei filium occidissent, non considerabant [Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius q̃ crucifixus erat cũ eo. Ad Iesum aũt cum venissent, vt viderũt eum iã mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & cõtinuo exiuit sanguis, & aq̃.] Naturalis hic sanguis & verus, & aq̃ vera fuerũt: sed effluxio nõ fuit naturalis (qa sanguis congelat statim post mortem) sed miraculosa, licet autem Iesus huius vulneris non sentiret dolorem, ꝑtulit tñ ignominiam & iniuriam. Ipse quidem vulnus in corpore sed beata Maria vulneris dolorem accepit in mente. Et q̃ vidit, testimonium ꝑhibuit, & verũ est testimonium eius. Et ille scit qa vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt ẽm hæc, vt scriptura impleret. Os non comminuetis ex eo. Et itez alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Hoc autẽ Crristi vulnus adeo fuit magnum, vt post Christi resurrectionem Thomas Apostolus manum imposuerit. Quod aũt sanguis & aqua effluxerunt, significat duo sacra Eucharistiæ, s. & baptismatis, ꝑ idem vulnus, sicut per ostiũ vitæ nobis emanasse. Recepit autẽ Christus hac ꝑfossione atque lateris suis aptione, & grande & profundum vulnum. Et apud deuotissimos q̃s que pro constanti habet cor Christi lancea militis tetigisse, ac vulnerasse. Voluit enim Christus in maximæ suæ charitatis iudiciũ suum nobis cor aperire, vt cuncta quæ passus pro nobis fuerat, ex huius cordis amore intelligeremus ꝑdesse. Visis igitur doloribus Iesu externis, corporalibus & afflictiuis, postremo voluit, vt misericordissimi, fidelissimi amantissimiq; cordis sui perspiceremus & amorem, q̃ ad vniuersa se quæcunq; pro nobis egit, quæcũque pro nobis passus est, quæcunq; denique nobis est largitus, impulerat. Noluit ꝑterea nobis cor suum apire, vt in tentatione refugium, in mœstitia solatium in ꝑsecutione protectio, in aduersitate securitas, vt ignorantibus instructio, amantibus suauitas atq; (vt simul oĩa dicam) quibuscunque introeuntibus in illud saluberrimum cordis vulnus gaudium, salus, æternaq; esset fœlicitas. Iste autem miles fertur longinus fuisse, habuisseq; debilem visum seu in oculis dolorem: guttam quo que dominici sanguinis vnam de latere Christi fluentis, ad eius forte pueniſſe oculos, qua fuerit sanatus. Hic conersus postea, fidelium factus oſt episcopus. Hoc ergo vulnus porta est paradisi, ianua vitæ, fons gratiæ. Illic debet esse habitaculum animæ nostrę, munitio nostra & salus nostra. In oĩ tentatione, antequam præliari incipiamus, illuc fugiamus, & inde pugnemus, quia extra hoc vnlnus nullam victoriam sperare debemus, & tentatores & inimici non audent castrum illud inuadere. Item hic monemur vt indesinenter corda nostra rogemus lancea charitatis ꝑfodi amore diuino vulnerari vt pœnitẽtię et amoris lachrymę nobis iugiter fluant. Quandoquidẽ iam, quantum diuina gratia adiuuante potui, passionem dñi nostri Iesu Christi in sexaginta quinq; articulos distinctam, quemadmodum in huius tractatus prefatione quoque præfatus sum vtcunque explicauerim: restent tamen aliquot articuli, qui à deuotis hominibus solent historiæ passionis dominicæ annumerari: vtpote tres pro vesperis secundis: Item duo pro secundo Completorio, sicque integro supputantur articuli septuaginta, quos in multorum gratiam huic loco adjcere necessarium duxi.

Cor suum curr Christus trãsfixi gi voluerit.

Miles hic quis fuerit, quoq; ꝺ ccitatem ierit liberatus.

Vulneris huius fructus quis esse debeat.

Lancia charitatis vt corda nostra transfigat.

Exod. 12 Zach. 12 Luc. 24 Ioan. 20 Sacramenta q̃nã ex fluxerint ex latere Christi.

Cor Christi hac ꝑfossiõe fuisse transfossũ

Vesperæ secundæ hic incipiunt, quæ habent Articulos III.

IESVS DEPONITVR DE cruce Arti.LXVI,

G
Mar.27
Mar.15
Luc.23
Ioan.19

POst hæc aũt vt inquiũt Euangelistæ)cum iam sero factum esset,quia parasceue erat, q̃d est ante sabbatum,Ecce venit quidam homo dives ab Arimathia ciuitate Iudeæ,nomine Ioseph, nobilis decurio, vir bonus & iustus:qui & ipse discipulus erat, Iesu,(occultus tamen propter metum Iudæorum(& expectans regnum Dei.]Magna commẽdatio viri huius.Iustum enim & virtutibus decoratum decuit esse,qui omnis boni initium & fontem,manibus suis contrectare deberet.Vnde Beda inquit. Magnæ q̃dem Ioseph iste dignitatis apud sæculum,sed maioris apud Deũ meriti fuisse laudat:vt & per iustitiam meritorũ sepeliendo corpore dominico dignus foret, et per nobilitatem potentiæ sæcularis, idem corpus accipere posset.[Hic non consenserat concilio & actibus eorũ, & audaciter accessit ad Pilatum,& petijt, vt tolleret corpus Iesu.]Secundum leges Imperiales,nõ poterant deponi de cruce aut sepeliri corpora damnatorum. Hic Ioseph quamuis esset discipulus Iesu, ante mortem tamen eius non audebant publice confiteri eum,ne extra synagogam eijceretur. Dederant em̃ Iudæi mandatum vt si quis confiteretur Christum,extra synagogam fieret.At contẽpto nunc illorum mandato,Ioseph morte & sanguine Christi confortatus, nihil timuit, sed palam ad Pilatum accedens, corpus Iesu de cruce deponere petit:& quod petijt sine aliqua difficultate obtinuit.[Pilatus autem mirabatur,si iam obijsset.]tam cito.Ex hoc loco conijcitur multa à milititus in Iesum fuisse tentata,quæ non iubente Pilato,sed Iudæis procurantibus, & milites pecunia corrumpentibus, Christo inflicta sunt. Nam si Pilatus sciuisset quanta sustinuisset Christus, nequaquam miraretur, tam cito obijsse Christum:imo potius miraretur quomodo tam diu viuere potuisset.Putant enim quidam,nequaquam voluntati Pilati factum, vt Christus clauis cruci affligeretur,sed funibus pro mitigatione legis voluerit eum ligno alligari. Sequitur.[Et accerso Centurione,interrogauit eum,si iam moriturus esset.Et cum cognouisset à Centurione,permisit Pilatus,& donauit corpus,& iussit reddi Ioseph, tum propter petentis reuerentiam, (quia vir dives & iustus erat)tum propter Christi innocentiam sibi notam,quia plurima in morte eius facta miracula audierat. Huius ergo viri imitemur deuotionem, imitemur fidem,imitemur & reuerentiam, quã sacro corpori Iesu exhibuit, vt sicut ipse dignus inuentus est Christi corpus de cruce deponere,ita & nos digne Christum de sacro altari deponere,hoc est, suscipere mereamur.Perinde em̃, imo & plus est Christi corpus sustinere de ara altaris,quã de ara crucis.Nam ille accepit eum in brachijs & manibus, sed isti accipiunt eum in ore & cordibus. Deinde magno cum timore ac reuerentia Christum de cruce deponere debemus cum hoc sancto viro Ioseph, ac sacra & Christi vulnera maximo cũ dolore cordis contrectare, cogitantes propter nostra scelera & grauissima peccata hęc illi iniuste inflicta,& grauius infligenda,si,quod absit, nostram prauam vitam non corrigamus.Nam quamdiu peccator in peccatis perseuerat, Christum in cruce distentum dilaniat & crucifigit, eo quod peccata nostra in causa sunt, quod Christus crucifixus est.At mox vbi per pœnitentiam ad Deum conuertitur, ipsum de cruce soluit & deponit, & inter brachia sua recepit,sicut fecit Ioseph, qui in deponendo,Iesum de cruce inter brachia sua, eum complexabatur. Huiusmodi nanque peccatori conuerso paratus est Deus omnem indulgere offensam,nec vnquam sua illi improperabit peccata modo non ad vomitum(vt quorundam heu ingratorum moris est)reuertatur. Quod si fecerit,dubium non est,quin maiorem sibi in iusto Dei iudicio acquirat damnationem. Docemur postremo in hoc articulo,ne quorundam impiorum ac maleuolorum hominum suasionibus falsis de cruce pœnitentiæ semel pro laude Dei assumpta,descendamus, sed laborem rigoremque disciplinæ,ac mortificationem veteris hominis sustinere, donec aut post mortem naturalem à Deo,aut post spiritualem,puta iam emortui Mundo, & nobis ipsis,aliorum iudicio et manibus,hoc est,Dei amicorum,deponamur.

Corpus Christi q̃ nã de cruce mystice deponatur.

Vulnera Christi q̃ mystice vocentur.

Prou. 24. Petri. 4

Luc.23
Ioan.19

Ioan.19
Ioan.20

Mar.15

Crucifigi q̃nã nõ voluerit Pilatus Christum

ISVS SYNDONE INVOLuitur.Articul.LXVII

Con-

H
Marc.15

COncesso autem iam sacro Iesu corpore[Ioseph,] properauit festinus ad locum crucifixionis,secum portans necessaria, ad deponendum dñm, instrumenta,[& mercatus syndonem,venit,& tulit corpus Iesu. Et deponens eum, accepto corpore,inuoluit depositũ illud in syndone munda.]Syndon ista fuit pãnus lineus, candens & mundus,& designat Christi innocentiam,& lilioſam castitatem,ac puritatẽ,vt qui rubricatus fuerat sanguine passionis, candidaretur syndone innocentissimæ castitatis. [Venit autem & Nicodemus,qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes,quasi libras centum.]Iste Nicodemus sicut & Ioseph,occultus erat domini Iesu ante passionem discipulus,nec audebat se, propter metum Iudęorum,manifestare,ne extra synagogam expelleretur. Verum, qui nõ audebat confiteri viuentem, nunc nõ solum cõfitetur, sed obsequium etiam præstabat defuncto. Est quidem hæc laudabilis viri confessio,& omnibus modis commẽdanda,sed adhuc magnũ quid ipsi defuisse videtur.Quid est hoc?Vera de Christi resurrectione fides. Nam attulit secum myrrhã & aloen:quasi corpus eius muniri indigeret à putredine,cum tamen de eo scriptum sit:Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.Hoc vnguento Iudæis mos erat corpora defunctorum sepelire,quia hanc habet virtutem,vt vermes à corporibus arceat,nec ea corrumpi sua amaritudine finat.Hinc est,quod putabat Christi corpus hac vnctione custodiri oportere,ne in cineres redigeretur. [Acceperunt ergo corpus Iesu,scilicet de cruce. Ante omnia tamen adorantes Christum, maximamq; illi exhibentes reuerentiam ac venerationem,vt vero Deo. Deinde Mariam vt veram Dei matrem alloquuntur, & ex ordine causa sui aduentus exponunt.Tunc illa cognita quod ad deponẽdum dilectum filium suũ veniissent,quasi ex grauissimo somno euigilãs,reuixit spiritus eius,& blande ac dulciter alloquuta est eos,benedictionem eis dans, & quodcunq; poterat auxilium, & concilium impendebat eis,donec Christo de cruce deposito,in suũ eum gremium reciperet,& pro voto suo omnia ipsius sanguine rubricata vulnera oscularetur. Magdalena autẽ secus pedes dñi sui sedebat, vbi quõdam gratiam inuenerat,plorans, ac alta ducens suspiria.Sequitur:[& ligauerũt illud in linteis, cum aromatibus, sicut est mos Iudæis sepelire,] ne.f.(vt dixi)putresceret. Hoc in loco magno nobis studio agendũ est,ne immũdi corã oculis dñi appareamus,nec cõscientia immũda Christum glorię recipiamus,nec vacui,hoc est, veraꝝ virtutũ expertes à Christo inueniamur,admoniti huius deuotissimi viri Nicodemi exemplo, qui in mundissima syndone,Christi corpus inuoluit, condens illud cum aromatibus myrrhæ & aloes. Vnde si digne voluerimus Christum recipere,necessarium nobis fuerit præ omnibus, cordis puritati studere. Felix nãq; talis est anima,quę se incorruptã ac puram domino Deo suo seruat.

Mariç Magdalenæ erga Christi corpus pietas.

Syndone munda Christus quinã mystice inuoluatur.

Ioan.19
Matt.27

Syndon quid mystice figuret.

Ioan.19
Ioan.)

Pſal.15
Act.2

Ioan.19

Mariç virginis erga corpus Christi deuotio quanta.

Gene.45

Luc.7

IESVS A MATRE ET AMIcis suis plangitur. Art. LXVIII.

HIc modo considera,q̃ flebile fuerit videre Christũ gloriæ de cruce deponi,clauos durissimos ex sacris manibus &pedibus extrahi syndone more mortaliũ sacꝝ corpus suum inuolui.Deiñ meditare,q̃ flebilis mox sit exortus pijssimæ matris, piaꝝ mulierꝝ, cęterorũq; dñi Iesu amicorꝝ ibi p̃sentium, planctus,intuentiũ Christi corpus adeo factũ indecorꝝ,adeo vulneribus sauciatũ, adeo liuidũ & cruore oblitum, vt hominis nullam haberet speciem.Quem planctum Propheta lõge ante intuens, ait: In illa die erit planctus magnus in Hierusalem.Quis quæso non plangeret, quis à lachrymis se contineret,tam triste ac lugubre contuens spectaculum?Pia nanque mater suum natum in gremio tenẽs consolari super morte eius non poterat, tamque vbertim lachrymas fundebat, vt ipsa quoque sacrata vulnera filij sui perfundere &rigare videretur. Et credo si coram eam intuitus esses, putasses haud dubie, quod eius caro cum spiritu in lachrymas resoluta fuisset. Et quod magis mirandum,lapis quoq; in quo corpus eius positum erat, lachrymis madebat,& in perpetuam rei memoriam, adhuc lachrymæ in eo apparere dicuntur, qui lapis in ingressu sancti sepulchri esse memoratur. Et quamuis nulla lingua, lamentationes, planctus, & fletus, quos beatissima Dei genitrix virgo Maria super corpus filij sui fecerit enarrare sufficiat: hoc tamen certo certius tenendum,

Zacha. 12

Mater Christi q̃s lachrymas fudebit ad ipsius corpus depositũ de cruce.

Planctꝰ B. Mariæ q̃les fuerint

nihil eam quicquam inhoneſtum, indecorum, aut irratiõabile admiſiſſe, quia dolor eius non ad rationem ſuperiorem pertingebat. Magdalena vero pedes dñi quos aliavice lachrymis cõpunctionis rigauerat, tunc multo amplius vndis lachrymarũ cõpaſſionis largiter lauit. Aſpiciebat ipſa pedes ſic vulneratos ac pforatos, deficcatos & ſanguinolẽtos, & flebat amariſſime, ita vt pene p̃ dolore deficere videretur. Similiter & cæteri, qui ibi aderant vehementer flebant. Sed quid mirum ſi hoĩes fleuerint, quando nec illi cœleſtes ſpiritus ſuas poterant continere lachrymas. Ait nanq; Auguſtinus: O quis Angelorum, vel Archangelorum, ibi non fleuiſſet? Ibi contra naturam autor naturæ immortalis Deus, mortuus homo iacebat. Videbant Chriſti corpus ſic male tractatũ ab impijs, ſic laceratũ iacere: Mariam totam cruentatam ſic amariſſime flere, & nullo modo ſuas poterant lachrymas refrenare. Sicut enim poſſibile fuit per aſſumptũ hominem mori, ſic poſſibile fuit angelos bonos in morte dñi ſui dolere. Plange ergo & tu q̃ſquis es, qui Chriſti veſtigia ſeq; deſideras, & clama cũ S. Bernardo: O bone Ieſu, quam dulciter, cum hominibus conuerſatus es, quam magna & abundantiſſima eis largitus es: quã dura & aſpera pro eis paſſus es, dura verba, duriora verbera, duriſſima crucis tormenta. Et penitius ſi in Saluatorem tuũ intendere volueris, nullum in eo membrum inuenies, q̃d non ſingularem quendam dolorem & afflictionem ſenſerit. Vide quid in q̃libet ſenſu, quid in qualibet parte corporis ſuſtinuerit. In capite ſpinas, in auribus opprobria, in oculis fletum, in ore fel & acetum, in facie alaphas & ſputa, in collo colaphos, in naribus fœtorem, in manibus & pedibus clauos duriſſimos, in dorſo flagella, in pectore lanceam. Iam ad te redi, & cogita quam viciſſitudinem amoris dilecto domino Deo tuo rependas, qui tanta paſſus eſt pro te. Et certe ſi nequeas ſanguinem amore ipſius fundere, vel ſaltẽ vicia tua in te occide, prauis deſideriis reſiſte, & mẽbra tua, ne eis abutaris, coarce, & ſufficiet illi. Ex hiſce paucis plura collige.

Luc. 7

Angelorũ fletus ad exequias Chriſti. Auguſtin.

Bernard⁹

Chriſtus in quibus paſſus ſit.

Cõpaſſio q̃lis Chriſto in nobis placeat.

Completorium ſecundum hic incipit, continens in ſe articulos ll.

IESVS A VIRIS SANCTIS ſepelitur. Art. LXIX.

QVum nox appropinquaret, nec plãctus ille propter inſtãs ſabbatum longius durare poſſet, & quia ſerotinũ tempus erat, quo mulieribus, potiſſimum aũt verecundiæ virginis, congruebat non diutius extra ciuitatem manere, dominũ Ieſum aromatibus conditum, ſyndone inuoluent, atque à matris oculis lachrymantis abſcondũt. Quod cum pia mater videret, aliter fieri non poſſe, dulciter eum deoſculãs, oñe obſequium quod ei poſſibile erat, impẽdebat corpori filij ſui, & ſummo honore illud viri illi venerabiles, Ioſeph, ſcilicet, & Nicodemus, accipientes, portauerunt ad monumentum: dña tenente caput, Magdalena pedes, & cæteris corpus geſtantibus. [Erat autẽ in loco, vbi crucifixus eſt Ieſus hortus, & in horto monumentũ nouũ ipſius Ioſeph, q̃d erat exciſum de petra, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.] Non magno caret myſterio, ſecundũ Hieronymum, quod Chriſtus in monumento exciſo in petra conditus fuit. Nam ſi ex multis lapidibus fuiſſet ædificatũ, ſuffoſſis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. Si etiã ſepulchrum fuiſſet in terra, inquit D. Auguſtinus, dicere poterant perfidi Iudei: Suffoderunt terram, & furati ſunt eũ. Q̃d autẽ in alieno ſepulchro ponitur, pauperatem Chriſti nobis commendat. Vnde S. ait Anſelmus: Pauper ita fuit Chriſtus, vt non in ſua, ſed in aliena domo naſceretur: & viuens in hoc mundo, non haberet vbi caput ſuum reclinaret: nec moriens, vnde nuditatem ſuam tegeret: nec mortuus, vnde inuolueretur: nec ſepulchrũ, aut locum, vbi poneretur. [Ibi ergo propter Paraſceuen Iudęorũ, qa iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum,] mille milibus angelorũ ſanctorum exequias decantantibus, qui omnes, vt S. Auguſtinus ait, ad ſepulchrũ dñi ſui cõuenerant. Illi cantabant laudes, Maria aũt dabat gemitus & ſuſpiria cordis. [Et aduoluit Ioſeph lapidem, ſaxũ magnũ, ad oſtiũ monumenti, & abijt,] ne iſte locus beſtijs eſſet peruius, aut aliquis veniens poſſet occulte rapere corpus Chriſti, quia per illud oſtium, erat ad ſepulchrum ingreſſus. In quo patet virtus reſurgentis, quam nõ poterat retinere magnus lapis. Et tollitur omnis in reſurrectione eius ſuſpicio: quia nec ab aliquo potuit fieri violentia, furtum, aut fictio.

[Et

Ioan. 19
Matth. 27
Marc. 15
Luc. 23

Auguſtin.

Anſelmus Luc. 1

Matth. 9

Ioan. 19

Auguſtin.

Matth. 27
Marc. 15

Luc. 23
Exodi 20

Matth. 27
Marc. 15
Luc. 23

[Et dies erat Paraſceues, & ſabbatum illuceſcebat.] Ideo quantum poterant ſepulturam domini accelerabant, quia in ſabbato tale quid facere non licebat. Sequitur: [Erant autem ibi Maria Magdalena, & Maria Ioſeph, & altera Maria, & ſubſequutæ mulieres, quæ cum ipſo venerant de Galilæa, ſedentes contra ſepulchrũ,] hoc eſt, non longe à ſepulchro, e regione ſepulchri, [& aſpiciebant, & viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius.] Hoc deuotiſſimæ mulieres hæ ex ardenti fecerunt amore, prẽterea, qa breui intendebant reuerti ad vnguendum corpus domini, ideo obſeruabant, qualiter aptius poſſent introire ſepulchrum.

Sepeliẽdi myſtice Chriſtum modus q̃ tuplex.

Ergo vt & tu, quicunq; deſiderio flagras dñm Deum tuum in corde tuo ſepeliendi, digne ſepelias, multa tibi neceſſaria ſunt. Primum eſt, vt ante etiam dixi, mũditia & puritas cordis, & corporis, q̃d ſignatur per ſyndonem mundã, in qua inuoluere te eũ oportet, qa myſterium eius clauſum & occultum eſt. Secundũ, vngues eum cum aromatibus, per feruẽtem deuotionem, recordando iugiter ipſius amariſſimã paſſionẽ. Tertium, vt ponas eũ in monumento nouo, hoc eſt, corde tuo, per gratiã Ieſu Chriſti innouatum, & ab oĩ vetuſtate pctĩ purgatum. Quartum, vt diligenter monumentum claudas, ne. ſ. ingrediatur pctm̃. Nam ſi pctm̃ ingrediatur, Chriſtus egreditur. Et ſi Chriſtus te deſerat, plane miſer & miſerabilis es. Et niſi reſipueris, ac per pœnitentiam Chriſtum reuocaueris, ſalus tua periclitabitur, & tuipſe in magnã deduceris calamitatem.

IESV SEPVLTO MVLIERES vna cum matre Ieſu in Hieruſalem reuertuntur. Art. LXX.

L

POſt dñi Ieſu ſepulturã, eius mater à Ioanne eſt monita, iuxta piam catholicãq; plurimorum ſanctorũ patrũ ſentẽtiam, quatenus propter noctem inſtantẽ cũ aliijs mulieribus in ciuitatem reuerteret. Tunc illa, vt verã nobis obedientiæ formã monſtraret, Ioanni monenti conſenſit, & quõ melius poterat, primo tamẽ ad monumẽtum genua flexit, ipſumq; amplexãdo bñdixit, & cum abeũtibus abibat. Nam cruciata gemitibus, fatigata doloribus, afflicta plorabitibus vix quibat ſtare pedibus. [Et reuertẽtes], ſ. mulieres in Hieruſalem, [parauerũt aromata & vnguenta] iſto adhuc veſperi ſextæ feriæ, quamdiu ſecundum legem licuit operari. Vnde elicitur, q̃d in iſtis mulieribus fides fuerit, de Chriſti reſurrectione permodica. [Et ſabbato quidẽ filuerunt ſecundum mãdatum,] hoc eſt, ab omni exteriori opere quieuerunt, iuxta legis p̃ceptũ. Illicitũ q̃ppe erat quicq̃ ſabbato manibus operari, dño dicente: Memento vt diẽ ſabbati ſanctifices. Item q̃: Nihil operis facietis in eo. Intrãtibus deinde illis ciuitatem, multi videntes matrẽ filio orbatã, moti pietate ſuper illius dolore ad luctũ conuertebant amarũ, & concurrunt vndiq; bonæ ac honeſtæ matronæ & virgines, comitantes cum ea per viam, conſolantes eam, vt melius poterant. Vndiq; fit ploratus magnus, & fletus, quia dolor eius multos faciebat dolere. Inde eſt, vt quot q̃t eã plorãtem cernerẽt, & ipſi plorarẽt. Cum tali ergo planctu pia mater vſq; ad domum Ioannis deducta eſt, cui appropinquãti, humiliter ſe eis pijs mulieribus inclinans, gratias egit, & dimiſit eas. Ioannes aũt memor verborũ dñi ſub cruce: Ecce mater tua, &c. eã in ſua cuſtodia retinuit, & plus q̃ propriã matrẽ dilexit: omnem illi humanitatem & beneuolentiam exhibens, & dubia ſi qua habebat de Chriſti incarnatione & paſſione, ei exponẽs, ſuperq; his informari deſiderãs.

Exodi 20
Leuit. 23

Ioan. 19

Cõpatiendũ quare nus ſit Chriſti matri.

Nunc ergo quid reſtat, niſi vt nos p̃ſſi mæ matri ita affectæ, ita mœrenti, ita grauiter laboranti (vt veri filij) compatiamur. Si autem quis non compatitur, reuera non eſt viuens gratiæ filius, ſed abortiuum inſenſibile, ac mortuũ, & indignus plane, qui lac gratiæ ex maternis eius ſugat vberibus. Vtinam & nos vere peccata noſtra defleremus, & ab omnibus operibus mortuis reſurgeremus, vt poſſemus cum Chriſto reſurgere, & in nouitate vitæ ambulare. Attamen cũ hæc ipſa Paſſio, quam Deo donante iam expoſuimus ſecũdum ſeptem horas canonicas diſtincta ſit, pro legentium maiori vtilitate ac perfectu, placuit ſuper horis ſingulis quaſdam breues meditatiões adjcere, ex qbus liquido amorẽ dñi noſtri erga nos cognoſcere valeamus. Cum itaq; primo nocte ſurrexeris, ob reuerentiã illius amoris, q̃ Chriſtus ſe vinctũ tradidit in manus malorũ hoĩm, & ex hoc obediẽs factus patri ſuo vſq; ad mortẽ, diſpone in corde tuo obedire te vel le ad oĩa, quę tibi ab eo, aut vicarijs eius in iun-

Roma. 6

Paſſio dñi ca quõ ſub horis canonicis ruminãda

Philip. 2

Luc. 23

iunguut. Hora prima, ob reuerentiã humilitatis, qua corã indigno iudice, velut agnus mãsuetissimus stetit, subijcias te omi creaturę ꝓpter ipm, & ad q̃libet vilia, & indigna fis opa paratus. Hora tertia, ob amorẽ, q̃ contẽni cõspui, & opprobrijs varijs se affici passus est, teipm cõtemne, vilipẽde, & opprobria libenter sustine. Hora sexta, crucifiges tibi mundũ, teq; mũdo, cogitãs qualiter dñs Deus tuus oĩm creator, pro amore tui crucifixus sit. Hora nona, more re mundo, & oĩ creaturæ, videlicet, vt amara mors dñi Dei tui, adeo in corde tuo dulcescat, quatenus quicqd Deo minus est, tibi insipidum fiat. Hora vesperaꝛ, dñs Deus tuus de cruce fuit depositus, & tu recole cũ gaudio, qualiter post mortẽ, & oẽs labores tuos felici requie reqesces in sinu eius. Ad Cõpletoriũ, memor fis vnionis illius, qua spũs vnus cũ ipso effectus, ipso in summa lætitia perfrueris: Quæ vnio hic in via incipit ꝓ voluntatis tuæ, & ipsius concordiam in oĩbus tã aduersis, q̃ prosperis, & in futuro cõplebitur, ꝓ ęternã gloriã in cœlis, vbi vnus eris cũ ipso Christo, sicut ipse cũ patre & spũ sc̃tõ vnus, ỹus, ac indiuiduus Deus est, nunc & in æterna secula, Amen.

1.Petri 2

SERMO DE PRAECIPVIS effectibus, virtutibusque in passione Christi nobis exhibitis.

XXIX A

CHristus passus est ꝓ nobis, vobis relinquẽs exẽplũ, vt seqũmini vestigia eius. I. Pet. II. Charissimi fratres, ac filij, licet tota vita innocẽtissima dñi nostri Iesu Christi, sit purissimũ, & lucidissimũ speculũ bñ, virtuoseq; viuendi, tamẽ passio eius est, quasi summa, & registrũ oĩm virtutũ. In ipsa eñ relucet pfectio oĩm virtutũ. Nam quicqd dñs ꝓ totam vitam suam docuit, & opatus est, hoc in passione sua summarie, cõpendiose, & pfectissime mõstrauit, & nobis in exemplũ reliquit. Nam sicut S. Augustin. testatur, nõ solum quicqd boni gessit Christus in terris, sed & quicqd mali sustinuit, totũ disciplina moꝛ fuit. Reliquit ergo nobis exemplũ. Sed quale dicis exẽplum? Exemplũ humilitatis, pauptatis, patientię, mititatis, obediẽtiæ, pietatis, largitatis, charitatis & similiũ. Videamus ergo nũc primo de pauptate, quam dñs Iesus in natiuitate sua cõsecrauit, & ꝓ totã vitam suã familiarissimam sibi fecit, quõ eam in passione seruauit. Non tñ hic loq̃r de pauptate inuita, vel quæ ex sola necessitate accidit, sed de volũtaria & affectata pauptate, cũ effectu penuriam sentiente, quę vocat alio noĩe pauperas spũs. Hãc Christus ab infantia tenuit, sicut dicit Apost. Egenus factus est ꝓpter nos, cũ diues esset. Et S. Ambros. Recordare oẽm vitam saluatoris, à partu virginis, vsq; ad patibulũ crucis: & nõ inuenies nisi stigmata pauptatis. Sed omittamus ꝓ nũc paupertatẽ, quam elegit in natiuitate. Taceamus, q̃d non habuit locũ vbi nasceret, nisi vile stabulum, & arctum p̃sepium, cum tamen esset dñs & creator oĩm. Prætereamus deniq;, quõ per totam vitam esurijt, & sitiuit, & de eleemosyna fideliũ vixit, nõ habens agrũ, nec domũ, nec hospitium ꝓprium: sed nec mater eius, nec apostoli, qa oĩa reliq̃rant. Hãc solũ pauptatẽ cõmemoremus, q̃ post dñicam Palmaꝛ. i. in hebdomada passionis suæ, in monumentum reliquit. Ecce in die Palmaꝛ cũ susceptus fuerat cũ magno honore, ꝓ totum diẽ p̃dicauit in tẽplo vsq; ad vesperaꝛ, de sero circunspectis oĩbus, sicut Euangel. testat, & glosa supplet, si aliqs vellet eũ inuitare ad hospitandum, cum nemo eẽt q eum reciperet, ieiunus & fatigatus redijt in Bethaniã. Videte q̃d nõ solum nõ habuit ꝓprium hospitium, sed nec alienum, nec panẽ in tanta necessitate. Similiter accidit ei in feria 2. & 3. q̃ mane veniẽs in ciuitatẽ, ꝓ totum diẽ p̃dicabat, & vespe adhuc ieiunus redijt in Bethaniã. Sed notate vlterius: Dum scdm ritum legalem Pascha volebat celebrare, nonum instituturus sacramẽtum, nõ habuit domum vel agnum, aut cętera necessaria ꝓ tanta solẽnitate, sed misit duos discipulos ad quendã amicum suum q̃ p̃parauit. Ipse quidẽ potuisset habere, si voluisset ꝓ seipm. Vnde enim alij habent, nisi ab illo? Sed qui alijs prouidet, ipse voluit pauper & mendicus esse, ad cõmendandam pauptatem.

matth. 8 — Lucæ 9

Matth. 27 Marc. 15 Ioan. 19 Lucæ 23

Apoca. 19

Iob 1

Thren. 3

Matth. 27 Ioan. 19

Matth. 9

C

Pauptatis solo titulo quinà piculose abundent

matth. 26 Marci 14 Lucæ 22

B

Pauptas in Christi passiõe in septem relucet. Matt. 26 Ioan. 18 marc. 15 Matth. 27

Deniq; in passione eius, dum erat nudus affixus in cruce, nunquid nõ pauptatẽ exhibuit? Nonne pauptas eius relucet maxime in septem? Primo, in nullius nõ solum pecuniæ, sed cuiuscunq; rei possessione, in tantum paup, vt si minima re se potuisset liberare, & vitã suã redimere à morte, nõ habuisset. Secundo, in amicoꝝ amissione, qa non fuit qui pro ipso apud iudicem staret, aut pro eo loqueretur. Tertio, in vestium nudatione, quia non habuit, q̃ carnem suam operiret. Quarto, in terræ subtractiõe, quia

quia in cruce fixus, non habuit de ea. s. terra tñ, vbi pedem figeret. Quinto, in cibi & potus sublatione, qa ꝓter acetum & fel, nõ habuit q̃d comederet, aut biberet. Imo cõmunissimum quod omnibus superabundat hominibus, nõ habuit. Quid fuit hoc? Qd in maxima siti sua nõ habuit vel modicum aquæ, vt refrigeraret linguã suam. Sexto, tam paup fuit, q̃d cum penderet in durissimo lecto. s. in cruce, non habuit locum quo caput suum reclinaret. Vñ ipsemet dixit: Vulpes foueas habent, & aues nidos, filius autem hoĩs nõ habet, vbi caput suum reclinet. Septimo, pauper fuit à membroꝝ libertate, quia nullum membrũ habuit liberaꝝ, quo se posset iuuare, nisi linguã aceto & felle ad vltimum etiam impeditã. Consideratis nũc, q̃d penes quem est oĩm rerum affluẽtia, quãtum ad dñium, qa ipse est rex regum, & dñs dñantium, dñs & creator omnium, apud illum est & oĩm rerum extrema penuria, quantũ ad possessionem & vsum, & sicut nudus egressus est de vtero matris in mundũ, ita nudus regreditur de mundo, nihil terrenum, aut tẽporale prorsus retinens, nihil habens. Vñ in Threnis dicit: Recordare pauptatis meæ. Sicut autẽ in vita dilexit paupertatẽ, ita etiã post mortem seruauit. Nã in alterius linteo inuolutus, & in alieno fuit recõditus sepulchro. Quare? qa propriũ non habuit. Aduertitis mõ (ni fallor) Christum facto, etiã si verbo tacuisset, pauperes p̃dicasse beatos, qñ paupertatem ꝓ oĩbus mundi diuitijs sic elegit, sic dilexit, sic vsq; in finem in seipso seruauit, qñ matrem suam apostolos, & oẽs amicos suos sola paupertate dotauit in vita, & post mortẽ nihil hæreditatis præter pauptatem reliquit. Quid ad hæc nos dicemus, q sub pauptatis titulo abũdamus? Vę nobis, nõ dico ꝓ diuitijs, sed etiam ꝓ paupertate nostra, q virtutis nomẽ quærimus & paupertatis nolumus sentire laborẽ. Delicata est nimis pauptas nostra, q sic esse volumus pauperes, vt nullum sentiamus defectum. Nec solum cupimus quæ sunt ad vitæ necessitatẽ, sed etiã quę ad curiositatẽ, vtinam mẽtiar, si dixero, voluptatẽ. Quicqd videmus, vel audimus, concupiscimus. Ad hoc aspiramus, laboramus, quęrimus, habere volumus, & ꝓcuramus. Quare hoc? Quia temporalia nondũ perfecte relinquimus, eo q̃d amorẽ eoꝝ adhuc in cordibus nostris circũferimus. Affectu visibiliũ ita stringimur & ligamur, q̃d ad ea bona, quę supra nos sunt, aspirare neqmus. O charitas fimi, q̃ tolerabilis est pauptas nostra. Quid minus habemus, q̃ hi, qui viuunt in ꝓprietate, rerumq; abundãtia? Nunquid nõ tam bene & sufficienter oĩa vitę necessaria habemus, sicut & ditissimi huius seculi? Nunqd nõ quietius & sine cura nostra viuimus, q̃ hi, qui toto tempore vitę suę curis & solicitudinibus anxiant? Non simus ergo ingrati, & vtinã nõ simus ingrati. Vtamur necessarijs tanq̃ nõ vtentes. i. ꝓ sola necessitate, nõ ex desiderio, nec ꝓ delectatiõe. Sustentemur creaturarũ vsu, nõ ligemur affectu, semꝑ cum gratiarũ actione paucis cõtenti, & sine murmuratiõe. Secunda virtus quã Christus docuit in passione, fuit humilitas. Humilitatem eius qs enarrabit? Etem cũ in forma Dei esset, vt inqt Apost. ad Philip. nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo: sed semetipm exinaniuit formã serui accipiens, in similitudine hoĩm factus, & habitu inuentus vt hõ. Humiliauit semetipm, factus obediens vsq; ad mortem, mortem aũt crucis. Humiliauit & exinaniuit se metipm vsq; ad incarnatiõem, vsq; ad mortalitatis humanæ participationem, vsq; ad diaboli tentationem, vsq; ad populi derisionem, vsq; ad sputa & vincula, alapas & flagella. Et hoc si parum est, aliqd de gñe mortis eius addendum est, non cuiuscunq;, sed crucis, quę ignominiosior est. Non dicam mõ de humilitate eius in natiuitate, q̃d noluit in palatio, sed in stabulo nasci, q̃d voluit ante ora iumẽtorum poni, pannis inuolui, vt pctõr circũcidi, vt pctõr & seruus in templo redimi, tantaq; fuit eius humilitas, q̃d ante bouem & asinum in natiuitate sua voluit in p̃sepio reclinari: sed maior fuit, q̃ in cruce inter duos latrones voluit eleuari. Nec de humillima eius conuersatione dicam. Quis eñ illam satis explicaret? Sufficiat hoc pro humilitatis testimonio, quod hanc virtutem quasi singularem nobis cõmendauit, & se in exemplum posuit, dum diceret: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Modo de humilitate eius duntaxit, quam in passione demonstrauit, dicamus. Quõ placet vobis illa humilitas? Cum eñ sciret (vt dicit Ioannes) q̃ pater ei dedisset oĩa in manus, & q̃ à Deo exiuit, & ad Deum vadit. i. cum se sciret, quis & qualis, & quantus esset, non potentiam, sed humilitatem exhibuit. Quam? Deposuit ve-

1. Cor. 7 1. Timo. 4

D

Humilitas Christi quanta. Philip. 2

Humiliatio Christi quãta, & in qbus splenduerit.

Lucę 2

Ibidem.

Matth. 11 Humilitatẽ in passione sua, quantã exhibuerit Iesus. Ioan. 13

ſtimenta ſua linteo ſe præcinxit, curuauit genua ſua ante pedes diſcipulorꝫ, imo etiã & primo ante pedes crudeliſſimi traditoris ſui, volens eũ humilitate ſua placare, lauit pedes eius & ſingulorꝫ, exterſit & oſculatus eſt. O tremenda maieſtas, o ſtupenda humilitas: Quis poterit ſatis te admirari? Vere dñe Ieſu ſic eſt, vt dixiſti: Quia nõ veniſti miniſtrari, ſed miniſtrare. Et quod in medio es diſcipulorꝫ, nõ ſicut qui recũbit, ſed qui miniſtrat. Sed procedamus vlterius. Egreditur in hortũ & orat. Videte quã humiliter orat, procidit in faciẽ, nõ contẽtus flexus genibus orare. Exhinc videte cõditiones paſſionis ſuæ, quas elegit. Accuſationes falciſſimas cõtra ſe audiens, humiliter tacuit, cũ in poteſtate ſua foret ſic, vel ſic mori, derifiones, opprobria, ſubſannationes diſſimulauit, locũ paſſionis elegit deſpectiſſimũ, ſcilicet in monte Caluariæ, vbi cadauera mortuorꝫ iacebãt: genus mortis ignominioſiſſimũ, ſcilicet crucis, quæ ita abiecta erat, quod nemo Iudeorꝫ volebat tangere tanꝯ maledictam. Cõſortium deſpectiſſimũ, quia in medio latronũ: qa pati inter bonos & honeſtos haberet aliquid alleuiationis, eo quod ſolus nõ pateretur, & innocentia eius teſtaretur ex conſortio bonorꝫ. Chriſtus vero elegit cũ latronibus crucifigi, & tanꝯ princeps in medio eorũ. Deniq; ppoſitus à Pilato Iudæis cũ alio latrone omnibus exoſo, ipſe voluit illũ latronẽ tanꝯ iuſtiorẽ ſe dimitti. Se vero tanꝯ iniquũ reprobari & damnari: licet enim omnia Iudæi illi opprobria ingererent innocenti ex inuidia & malitia, tamẽ nihil potuiſſẽt prꝛualere cõtra cũ, niſi ipſemet voluiſſet ſuſcipere. Ex eo tñ nihil ipſi fuerũt excuſati, quia dñs voluit pati: quia volũtas dñi Ieſu nõ impoſuit illis neceſſitatẽ crucifigẽdi. Alia intentio fuit illorꝫ, qua Chriſtum voluerũt occidere, alia intentio Chriſti, quare voluit occidi. Sed redeamus ad dñi humilitatẽ. Nihil abiectionis fuit, quod illi impñſſimi in dñm non exercuerũt, nihil cõtumeliarꝫ & opprobrij, qd nõ irrogarent, nihilq; tã vile & deſpectũ, qd humilitas eius, ſcilicet Chriſti Ieſu, pati nõ affectaret. Hanc eius humilitatẽ plus admirabimini, ſi cõſideretis, quis ipſe eſt, q ſic ſe humiliauit, quanta maieſtas, quanta ſublimitas, ſummus, ꝛternus, infinitus, immẽſus, omnipotẽs & glorioſus Deus. Ratione enim vnionis verbi cum humanitate in vnitate perſonæ, quicqd paſſionis & vilitatis irrogatum fuit humanitati, dicit etiã ſuſtinuiſſe diuinitas, licet ſecundũ ſe impaſſibilis ſit ipſa diuinitas. Et ideo qd tanta maieſtas, tanta ſublimitas, cui cœlũ & terra ſe inclinãt, voluit tã vilia, tot indigna, tantaq; ludibria pati, vilificari, cõculcari & tam miſerabiliter tractari, ita vt ſpeciẽ ſuam etiam amitteret, ineffabilis & ſtupendę fuit humilitatis. Quod præuiderat Eſaias, dicẽs: Nõ eſt ei ſpecies neq; decor, & vidimus eum, & nõ erat aſpectus, & deſideruimus eum deſpectum & nouiſſimũ virorum, virum dolorꝫ & ſcientẽ infirmitatẽ, & quaſi abſcõditus vultus eius, & deſpectus: vnde nec reputauimus eum. Et reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum. Hanc eius humilitatẽ conſiderans deuotus Bern. exclamat: O humilẽ & ſublimẽ, o altiſſimum & nouiſſimum, o opprobrium hominum & gloriã angelorum. Nemo ſublimior & nemo deſpectior. Eſto vilis quantum poteris, nunq̃ Chriſto vilior eris. Ipſe ſiquidẽ rex regum & dñs dominantium fuit viliſſimo precio venalis expoſitus, à viliſſimo populo viliſſima paſſus, in viliſſimo loco crucifixus, & viliſſimo crucis ſupplicio traditus, & inter latrones poſitus, cum iniqs & viliſſimis hominibus deputatus, & modo viliſſimo eſt tractatus. Etem̃ tanꝯ malefactor bonus dñs capitur: tanꝯ furioſus, manſuetus, vinculis cõſtringitur, tanꝯ peſtifer ſaluator accuſatur & arguitur, & tãꝯ fatuus Dei ſapientia irridetur, tanꝯ homicida vita hominum morti damnatur, tanꝯ leproſus & immundus mundator criminum extra mœnia eiꝯcitur, tanꝯ latro crucifigitur, tanꝯ flagitioſiſſimus confutandus ab omnibus, & intuendus ab oĩbus nudatur, & cõfuſiõe indutus ab omnibus fuſtigatur, & tanꝯ vermis viliſſimus ſummus dñs cõſpuitur, abiꝯcit, occiditur & cõculcat: Hæc Bernardus. Peſtremo, accedit ad ipſius humilitatẽ, qd in illo feſto Paſchali, qñ omnis populus Iudæorꝫ gaudebat, & in aſpectu tantæ multitudinis collectæ ex omnibus terris & quæ conuenerat ad diem feſtũ, voluit tanꝯ peſſimus latro iudicari, q erat innocens & agnus ſine macula, opprobrioſiſſima quoq; morte diffamari, de q̃ ante tam magna fama fuerat, qd ſurrexiſſet nouus prꝛpheta in populo, vt vere impleretur in eo qd dixerat p Dauid in Pfal.

Matth. 26 Lucæ 22

Matth. 27

Ibidem.

Deuter. 21 Galat. 3

Matth. 27 Marc. 15 Matth. 27

E

Humilitas Ieſu quõ cõſideranda.

Eſaias

Bernard.

Apoc. 6

Luc. 23

Matth. 27 Marc. 14

Pſal. 21

F

Patientia Chriſti eximia.

1 Petri 2

Eſaiæ 53

Thren. 3

Eſaiæ 50

Matth. 26 Marc. 14 Lucæ 22. & 23

Ioan. 19

Ibidem.

in Pfal. Ego aũt ſum vermis & nõ homo, opprobriũ hoĩm & abiectio plebis. Oñes videtes me, deriſerũt me, locuti ſunt labijs, & mouerunt caput. Tertia virtus eſt illa eximia patiẽtia, quã per totam paſſionẽ ſuam nobis in exemplum exhibuit, quod inter tot verba dura, duriora verbera, duriſſimaq; tormenta cũ malediceretur, nõ maledicebat, cũ pateretur, non cõminabatur: tradebat autem ſe iudicanti iniuſte. Sed ſicut Eſaias prædixit, dicẽs: Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus corã tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuũ, non ſe defendit, non ſe vindicauit, non ſe excuſauit. Sed quid fecit? Dicat Hieremias: Dabit percutiẽti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. Dicat & ipſe Chriſtus per Eſaiam: Corpus meum dedi percutiẽtibus, & genas meas vellẽtibus. Faciem meam non auerti ab increpãtibus & cõſpuentibus in me. Hanc eius patientiã melius caperetis, ſi dolorem paſſionis eius cognoſceretis, ſi agnoſcere & penſare poſſetis, quam afflicti uos, pœnoſos, diros, varioſq; ſuſtinuerit cruciatus. Percurrite paſſionis eius ſeriem, quot ictus, qt verbera ſuſtinuit in captione, quoties truſus, impulſus, tractus à iudice ad iudicem ductus, cæſus, cõſputus, colaphizatus. Legitur in reuelationibus ſanctorum, quod in captione Chriſtus fuit percuſſus ſuper os ſuum XXX. vicibus, & poſtea ſine numero. Itẽ proiecerũt eum in terram ſepties, alapas ſuſtinuit C. & II. colaphos C. & XX. cõſpuitiones LXXIII. Item, quantum putatis ipſum dolorem ſuſtinuiſſe in ſui flagellatione, qñ totum corpus eius tenerrimum fuit virgis, flagris & ſcorpionibus ſiue cathenulis aduncis diutiſſime cæſum, ita vt nulla pars corporis remaneret illæſa: quando non ſolũ cutis vulnerabatur & patefiebat, ſed etiã caro dilacerabatur. Item, in coronę impreſſione, quãdo aculei per verticem vſq; ad cerebrũ pertingebãt. Si vos in pede, vel in manu, non poſſetis modico tempore ſpinam vnam tolerare, quid fieret, ſi multas haberetis in capite? Quid anxietatis putatis ipſum habuiſſe, qñ baiulauit crucẽ ſuam ſupra dorſum vulneratum in flagellatione? & ipſe ita exhauſtus viribus fuit in paſſionibus per totam noctem, quod mirum fuit ei vnũ paſſum pedis potuiſſe locare. Legitur in reuelationibus deuotorꝫ, Chriſtum quinqes cecidiſſe ſub cruce, & crucem ſuper eum. Item, quando fuit nudatus ad crucifigendum, & veſtis lanea fuit ex vulneribus extracta, quibus impacta fuerat, & ſic omnis dolor priſtinus grauius renouabatur, quã fuerat ante in flagellatione. Item quid putatis eum doloris habuiſſe, quando præcipitatus fuit ſuper crucem, & perforata vna manu, & cruci affixa clauo groſſo & obtuſo, trahente ſecum in foramen carnem, cutem, & neruos, dum aleram ad foramen nimis diſtans funibus traxerunt, & ſimiliter pedes deorſum? Sicq; totum corpus eius in pellis modum diſtenderunt, membrorꝫ iuncturam diſſoluerunt, compages & neruos, oſſaq; diſtraxerunt, vt oĩa membra eius poſſent dinumerari, ſicut prædixerat Dauid in perſona eius: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Si oſſa, quanto magis membra? Item, quando eum ſic extenſum erexerunt cum cruce, & ipſe ſic pependit cum tota mole corporis in tribus duntaxat clauis per tres horas in cruce qd ſuſtinuit? O quo modo mouet vos hoc? Certe ſi hoc nõ mouet vos ad compaſſionẽ, eſtis duriores lapide. Si hoc ſpectaculũ flebile non excutit vobis lachrymas, tunc exaruiſtis. Cũ itaq; dñs tales cruciatus ferret, quid fecit? Nunquid vindicauit ſe? Minime. Sed nonne potuit totam machinam mundi in puluerem redigere? vtiq;. Sed noluit. Et mirum eſt, quod non fecit pro tanta contumelia & iniuria ſibi creatori omnium à ſuis perfidiſſimis, viliſſimiſque vermiculis illata. Sed nunqd in tanta pœna murmurauit? Quid dixit? Pater ignoſce illis, quia neſciunt qd faciunt. O nouam melodiam, o nouum & dulcem inauditum patiẽtiæ ſonum, quam noua illa corda ſuper citharam crucis extenſa perſonuit. Ecce chariſſimi, videte admirabilem patientiam, quæ tanto maior eſt, quanto maiora & difficiliora ſunt, quæ patitur. Dolor autem quem Chriſtus in paſſione ſua habuit, maximus dolorum omnium fuit in hac vita, ſi omnia comportarent, quæ paſſi ſunt martyres ſancti (quã quam grauia paſſi ſint) non poſſet tamen omnis dolor eorum cõparari dolori Chriſti. Magnitudo aũt huius doloris ex multis cauſabatur. Primo, qa debuit ſatisfacere pro omnibus miſerijs & defectibus huius vitæ, quos homo per pctm̃ incidit, & hominem inde liberare ac ſanare. Item, debuit ſatisfacere pro peccatis totius mũ-

Pſalm. 21

Luc. 23

G

Dolorum Chriſti magnitudo ex multis cauſabatur.

di,quia pater imposuit illi omnia peccata, quæ facta sunt & fiũt,& futura sunt,à primo homine vsq; ad nouissimum hominẽ, & hęc peccata puniuit supra dorsum eius, hoc est,tantum pœnam & dolorem illi imposuit,quãtum sciuit deberi pro vnoquoque peccato. Cogitate nunc quot peccata fiunt in vna ciuitate, solũ in vna die. Quot fiunt tunc in vno regno? quot fiunt in toto mundo? q̃t aũt fiunt & facta sunt,& fiẽt ab initio mundi,vsq; in finem, quis nouit cogitare? &tamen Deus nouit in pondere, Sapien.11 numero,& mensura: hæc omnia posuit pater super filium,& filius sponte suscepit super se,& vnumquodq; soluit, hoc est, pro vnoquoq; peccato tantum dolorem & pœnam sustinuit, quantũ pater siue diuina iustitia taxauit. Quanta autẽ pœna fuerit infligenda pro peccato mortali in hac vita, Deus solus scit. Et post hanc vitam si peccatum remanet mortale,certum est, q̃d debetur ei pœna ęterna. Pro singulis igit peccatis Christus satisfecit, licet non omnes percipiunt illũ fructũ passionis. Et hoc nõ est ex defectu passionis Christi, nec ex insufficientia satisfactionis Christi,sed ex propria illoꝝ culpa. Et quamuis Christus potuisset sufficienter satisfeciſſe pro peccatis totius mundi, etiam si nisi vnam guttam sanguinis effudisset,ratiõe nobilitatis suę, id est,ratiõe diuinæ naturæ humanitati in vnitate personæ vnitæ,tamẽ noluit vti hac potestate,id est, noluit humanũ genus redimere potentia, sed iustitia: nec attendit quantum virtutis & valoris haberet passio sua ex diuinitate sibi vnita,sed quantus dolor sufficeret æque secundum iustitiam cõmensurando pro populi iniquitate. Et hęc ratio fuit, quare non solum contentus fuit dolore, qui extrinsecus sibi ab inimicis inferebatur,sed etiam per seipsum auxit,id est,assumpsit,quę augerẽt passionem eius, vt quasi in statera fieret sufficiẽtissima persolutio,& æquiparatio passionis suæ contra peccata singulorum. Sequitur ergo, q̃d ex q̃ pater imposuit ei peccata totius mundi & singulorum,imposuit ei etiam dolores & pœnas debitas, quas singuli pro peccatis suis deberent tolerare. Vnde Esaias bene dicit: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, Esaiæ 53 attritus est propter scelera nostra. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit, scilicet per diuersa pcta. Et dominus posuit in eo omnium iniquitatem nostrum. Pro quãto igitur pluribus peccatis habuit satisfacere,tanto maiores dolores oportebat eũ (secundum q̃d voluit) sustinere. Secundo, dolor Christi fuit maximus ratiõe complexionis nobilissimæ & tenerrimæ, dolorisq; percepti bilissimæ: quia habuit corpus formatum à spiritu sancto ex nobilioribus & purissimis guttis sanguineis de corde virginis Mariæ,& ideo quanto nobilius fuit corpus,& in tactu viuacius cæteris, tanto etiã maiorẽ accepit dolorẽ, quoties fuit lęsum.

H

Tertium, q̃d Christi dolorem reddebat maiorem, fuit q̃ passus fuit gñaliter & specialiter in singulis membris, vnde verificatũ est in eo illud Esaiæ: A plãta pedis vsque ad verticẽ capitis nõ remãsit in eo sanitas. In toto em̃ corpore suo fuit ita plagis, liuoribus & vulneribus affectus & obtectus, q̃ non remansit in eo nec vna portiuncula illęsa, quantũ acus pungere posset, sed oñia erant vulnerata, percussa, conquassata, &c. Esaiæ 1

Vulneri Christi numerus.

Legitur reuelatum, Christi vulnera fuisse quinq; milia, quadringenta, & septuaginta quinq;. Vnde q quotidie XV. Pater noster legeret, post annũ completum q̃dlibet vulnus salutasset vnũ Pater noster. De hac passione singulorum membrorũ dicit deuotus Bernardus: Caput angelicis tremendum, spiritibus densitate spinarum pungitur, facies pulchra præ filijs hominum sputis ludęorum deturpatur, oculi lucidiores sole caligantur in morte, aures quæ in cœlo audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus, os quod docet angelos, felle & aceto potatur, pedes quorum scabellum adoratur, cruci clauo affiguntur, manus quæ formauerunt cœlos, sunt in cruce extensæ, & clauis affixæ, corpus verberatur lancea latus eius perforatur. Et qd plura? Non remanſit in eo, nisi lingua, vt pro peccatoribus exoraret, & vt matrem discipulo commendaret. Passus itaque fuit Christus in omnibus membris, præcipue quoque in membris maxime sensibilibus, sicut in manibus & pedibus, in quibus est magna neruorum abundantia, in quibus maxime viget sensus tactus. Quartum, quod aggrauauit passionẽ, fuit, quod ipsi tam innocenti sine macula, & sine demerito, tamq; nobili, & tam digno inferebantur tã vilia, à personis vilissimis, in vilissimo loco, sicut dixi supra de humilitate. Bernard. Psalm. 44 Eccle. 13 Psal. 91

Quintum, quod in passione sua fuit derelictus ab omnibus, ab apostolis, qa fugerãt: ab amicis, quia non audebant eum cõfiteri: imo dubitabant, videntes eũ tam opprobriosa pati, & tam viliter mori, quia etsi alii qui compatiebantur ei, & adstabant vt mater sola fidelis, tñ non poterant eũ iuuare. Fuit etiam derelictus à patre. Quod sic intelligitur, qa in nullo humanitas fuit confortata in passione, nec adiuta ad leuius patiendũ, nec minorẽ pœnam ratiõe diuinitatis sensit, sicut legitur de martyribus, qui tantũ sæpe fuerunt abintra cõsolati, q̃ exteriores pœnas non attenderunt, vel vt delectabiles acceperunt. Sic non fuit in Christo, qa fuit infirmitas humanæ naturæ sibi relicta ad patiendũ, qa nõ habuit alleuiantẽ consolationẽ defluentẽ à torrente diuinitatis, sed habuit aliã confortationẽ quãdam, seu virtutẽ à diuinitate sibi vnita, quę nõ minuebat dolorẽ, sed potius augebat. Quã? q̃d habuit virtutẽ non moriendi, sed perseuerandi in tormentis: q̃ potuit sæpe dolorem mortis sentire, & tamẽ (quamdiu voluit) viuere, Hęc virtus confortatiua nõ fecit eum dolorem minus sentire, sed prolixiorẽ, alioq̃n fuisset mortuus in tãtis pœnis, anteq̃ venisset ad crucẽ. Non enim fuisset possibile puro homini tanta pati, & ideo clamat ad patrẽ: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Sextũ, q̃d præter dolores, qui sibi ab extra inferebantur, habuit dolores, tristitias, & anxietates internas non leuiores. Quantas putatis eũ habuisse in mente tristitias & dolores tempore passionis exhibitę, qñ ita anxiatus fuit ante passionẽ in horto, quãdo adhuc nullus hostiũ fuit p̃sens, q̃ sudorẽ sudauit sanguineũ ex sola imaginatione passionis futurę? Hęc aũt anxietas & dolor cordis eius causabatur ex multis. Primo, propter ingratitudinem ludæoꝝ, quos pro populo peculiari elegerat, & multa beneficia contulerat, & de eorum stirpe carnem assumpserat, quod in illis tanta ingratitudo, & tantum scelus inueniretur, quod dominũ & creatorẽ suum occiderent, Et multo amplius propter ingratitudinẽ futuroꝝ Christianorum, pro quibus singulariſſime patiebatur, q̃ tam paucos sciuit futuros, qui talia beneficia retractarent, & sibi gratias agerẽt. Tristabatur maxime ppter fruſtrationẽ suæ passionis, qa cum esset excellentissimum, sufficientissimũ, & superabũdantissimũ preciũ pro mille mundis (si essent) tamen ex toto mundo tam paucos sciuit futuros, q̃ fructũ suæ passionis perciperẽt: sed tantus labor, tantus dolor, tantusq; amor fieret inanis, & vacuus ex defectu illorũ. Hic dolor consideratiõnis humanę ingratitudinis, paucitatis saluandoꝝ, & multitudinis damnãdoꝝ, fuit sibi maior, q̃ dolor flagellationis, vel mortis cruciatus. Sumite exemplũ: Aliquis emit agrum, & per totum annum colit multo labore. Et quãdo tempus est, vt metat fructum, præuenit inimicus, & incendit agrũ, vel tẽpestas consumit, & ipse priuatur fructu, maior fit ipsi dolor de fruſtratione laboris, q̃ de labore, id est, plus affligit eum, q̃d totum laborem expendit fruſtra & in nihilũ, q̃ labor de se fatigauerat. Sic Christus magis dolebat, q̃ fruſtra & sine fructu patiebatur, p tam multis, q̃ quod patiebatur. Non enim auro vel argento, aut cæteris corruptibilibus redemit nos, sed suo p̃cioso sanguine ineſtimabiliter digno. Vñ dicit Bernard. vel secundum alios Philippus Cãcellarius Parisiẽſis in persona Christi: O homo, vide quæ pro te patior. Non est dolor, sicut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas, quibus afficior, vide clauos, q̃bus confodior, vide lanceã, qua trãsfigor. Et cum sit tantus dolor exterior, extat interius plãctus grauior, cum te tam ingratum experior. Et iteꝝ Bernardus in quodã sermone: O homo, nonne satis p te vulneratus sum? Nũquid pro iniquitate tua afflictus sum? cur addis afflictionẽ afflicto? Magis grauant me vulnera tui peccati, q̃ vulnera corporis mei. Deniq; dñs maxime doluit propter disperſionem discipulorum, propter scandalum & dubitationem amicoꝝ. Item propter passiones & tribulationes electorum, & martyrum futurorum pro nomine suo. Maximum vero dolorem habuit pro desolatone & mœrore dulcissimæ matris sibi fidelissimę adstantis & compatientis. Maria etem̃ sola fidelis in charitate, & fide pseuerans immobilis atq; pfecta, maiorem dolorẽ in anima sua habuit post Christum oĩbus hominibus. Nã dolor eius & cõpassio erga filiũ ex multis cõditionibus augebatur. Primo, qa mulier. Mulieres em̃ molliores & magis compassiuę sunt, q̃ viri. Quãto magis illa mulier, quæ est mater pietatis & misericordiæ, clementior & misseri-

Ingratitudo humana quantũ cor Iesu affixerit.

Philipp⁹ Parisiẽſis.

Bernard⁹.

I

K

Lucæ 22

Dolores Christi interni ex multis causãrur. Deut. 7.14 & 26

Cõpassionis dolor in Maria ex multis augebat.

misericordior, etiã erga ingratos pctōres, q̃ cæteræ erga filios suos. Multo ergo magis cōpassa est pprio filio. Secūdo, quia vnigeniti mater erat. Illũ solũ habebat filium, & nullum alium, in q̃ posset cōsolari.

Tertio, augebat cōpassionem p̃sentia, qa omnia videbat q̃ ille patiebatur: & ideo quicqd Christus patiebat in corpore, hoc Maria patiebatur in mẽte. Vñ dicit S. Hieron. Hieron. Quot læsiones in corpore Christi, tot vulnera in corde matris. Quot claui pforantes, q̃t ictus percutiētes & carnẽ rumpentes, tot sagittæ per oculos intrantes, & totum cor & animã virginis vulnerantes.

Quarto, qa immensum amorẽ habebat erga eum. Secundũ em̃ doctores, ipsa plus dilexit Christum, q̃ oēs creaturæ simul, tũ quia mater eius erat, & ille amor etiã naturalis erga filium suum maior erat, q̃ cæterarum matrũ erga filios suos. Quare? quia cæterorum parentũ amor erga filios vel filium est diuisus in patrem & matrem, eo quod de vtroq; nata sit proles. Marię vero virginis solius secũdum carnem fuit filius Iesus. Ipsa sola vestierat eum carne, & ideo sola habebat amorẽ patris & matris. Item quia cognouit eum innocentem (q̃ pcm̃ nõ fecit, nec est inuẽtus dolus in ore eius) 1 Petri 2 summe sapientem, bonum, pulchrũ, & secundum corporalem ætatem iuuenẽ: quæ omnia maiorem excitant cōpassionis dolorem. Quanto em̃ plus dilexit, tanto magis p eo doluit, q̃ deberet ille vnicus suus à se auferri tam vili & cōtemptibili morte. Itẽ cognouit eũ filiũ Dei. Sciebat em̃ illũ ex se fine libidine, & sine viro conceptũ, & sine dolore genitũ, sciebat quantas gratias ab eo recepit, & ideo dilexit eũ plus, q̃ oēs alię creaturę, non solum tanq̃ suum filium corporalem, sed etiam creatorem. Et compassa est ei, quod tanta maiestas, tã vilia, & Ioan. 19 tam acerba sustineret. Cognouit enim plene passionis eius grauitatem aggrauantes occasiones Item augebatur eius dolor, quia non poterat eum in vltimis necessitatibus & anxietatibus iuuare, in nullo poterat eum consolari, vel reuelare, vel saltẽ attingere, ita vt cruciato maxima siti, & clamanti non potuerit haustum aquæ porrigere, & hoc fuit immensus cruciatus virginali cordi eius. Hanc compassionem eius sciens Iesus in cruce, æque multum doluit pro matre, sicut pro seipso, vel plus. Sic ecõtrario mater sciens Iesum sibi compatientem, etiam amplius pro eo cor ipsius secabatur. Et sic alterutrum aspiciebant, alterutrum vulnerabant, alterutrum passiones sibi communicabant, & neuter alterum iuuare poterãt: non ex defectu potẽtiæ Christi, sed ex volũtate. Voluit em̃ sibi matrem adstare, non ad consolationẽ, sed ad maiorem dolorẽ, quia (vt prædixi) non erat cõtentus bonus Iesus his, quæ inimici sibi licet crudelissime inferebant, sed étiam ipsemet propriam passionẽ maxime augmentabat ad pleniorem satisfactionem, vt secundum iustitiam solueret singula pcta ab initio mundi vsq; ad finem, & pro pœnis inferni, quæ debẽtur vnicuiq; mortali peccato, satisfaceret. Ex quibus omnibus nũc potestis cõsidere aliqualiter, q̃ magnus fuerit dolor Christi ab intra & extra, q̃d nulla pœna in hac vita potest eius passioni cõparari. Dico notanter, quod in hac vita, qa non sustinuit pœnas inferni, quę sunt maiores: & ideo potuit dicere illud Threnor. O vos oēs, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis dolori meo. Thren. 1

Quanto ergo maior fuit dolor Christi, tãto eximior patientia eius probatur, q̃ tam æquanimiter cuncta sustinuit. L

Quarta virtus, quã Christus in passione sua nobis in exemplũ exhibuit, est illa ineffabilis mansuetudo, siue mititas, quam semper tenuit erga nequissimos & impios persecutores suos. Hæc enim mititas, seu mansuetudo, quæ facit hoiem nõ solũ patienter ferre, quæ sibi inferuntur, sed etiam inferẽtes & odientes se diligere, & æquanimiter portare hæc est virtus, quæ mitigat iram, quæ reddit hoiem lenã & dulcẽ. Hanc Christus maxime ostendit in passione sua, qa nihil aspex̃, nihil turbulentum, nihil dux̃ inter quascunq; iniurias tortoribus suis respondit: sed potius (cũ vno nutu potuisset oēs in nihilum redigere) pro illis, sicut scitis, orauit. Hãc maxime demõstrauit in traditore suo, cuius scelus licet bene sciret, tamẽ non vitauit ip̃m, non priuauit apostolatu, nec dispẽsatoris officio, sed signa charitatis & bñficia, nõ solũ sicut cęteris, sed plus quã alijs impẽdit. Vnde ante alios discipulos primo ei pedes lauit, nõ sine lachrymis dedit ei corpus & sanguinẽ suũ, & in ipso momẽto signoq; iniquę traditiõis eius p̃buit illi osculũ, dicẽs: Amice, ad qd venisti? quasi diceret: Charissime fili, licet pcm̃ tum sit magnum, tamẽ si paratus fueris pœnitere

Mansuetudo Christi in sua passione.

Lucæ 9

nitere & redire ad me, libentissime tibi indulgebo, seruabo te amicum vt ante, nihil tibi improperabo, oīs iniuriæ non recordabor amplius. O charissimi fratres, vtinã ipse daret nobis imitari huius virtutis exẽplũ, & à se discere, sicut monuit, qa mitis est & humilis corde, vt nõ cito inflammaremur ad irã propter leuẽ etiam aurã vnius verbi. O quã lõge abest nobis vera mãsuetudo. Quinta virtus est obediẽtia, qua tã sponte ad oīa, quæ sustinẽda erãt, semet ipsum obtulit, ita vt alio loco diceret: Meus cibus est, vt faciã voluntatẽ patris mei, qui in cœlis est. Et vt Apostolus dicit: Factus est patri obediens vsque ad mortem. Et ne parũ videret vsq; ad mortem, subiũxit, ad mortem crucis. i. mortẽ viliss̃imã, cõtemptibiliss̃imã & maledictã. Ipsius insup obedientia notatur, q̃ cum potuisset effugere, noluit, qn potius elegit tempus & locũ opportunũ, vbi potuisset capi. i. in horto, vbi solus esset sine turbis, sicut ipsius desiderabãt inimici. Itẽ qa processit suis inimicis obuiã, & cũ non cognoscerẽt ipsum obtulit se. Non ergo inuoluntarie, sed cũ summo desiderio sustinuit passionẽ propter humani generis redemptionẽ. Vñ dixit: Baptismo habeo baptizari, & quõ coarctor, quousque perficiatur? Et post cœnã in montem Oliueti, cum ex præconsideratione imaginaria instantis passionis & horrore mortis, quã sensualitas naturaliter timebat, patrem oraret, & totus sudaret sanguinem, tñ sponte se resignauit, dicẽs: Nõ mea pater, sed tua volũtas fiat. Sexta virtus est pietas & compassio. Huius virtutis magnum exemplũ præbuit, qui plenus est pietate & misericordia. Nunqd non grandis pietatis fuit indicium, q̃d ipse tristis circa instantem passionem discipulos suos tã longo consolatus est sermone? & cum iam auellendus erat ab eis, tam dulciter & prolixe prædicauit eis, quasi satiari non posse videretur cum eis loquendo. An nõ pietas quod in oratione positus seriosissima, & anxietatis agone orationẽ discõtinuãs seu interrumpens discipulos mœstos ter dignatus est visitare, excitans illos & monẽs ad orandum, ne malæ aliquid tentationis in absentia eius corda illox̃ deiȷceret? & cũ tandem videret prę timore & tristitia illos non posse vigilare, indulsit illis somnum, & stans & vigilans super illos, custodiebat eos. Nonne pietas fuit, quod Malchũ, cius auriculam Petrus amputauerat, eo q̃ præ cęteris furiosus se ad capiendũ Iesum ingesserat, ptinus sanauit? q̃d proditorem osculatur, tentans, si posset malitiam cordis eius charitate emollire? Deniq; q̃d Petrũ se negantem respexit, & ad fletũ pœnitentię amarissimum commouit? Quod item portans crucẽ. & p̃ dolore & fatigatione vix spm̃ trahere sufficiens inter sæuientiũ manus & vbere, plãgentes se deuotas mulieres respexit, & cõsolatus ẽ? Quod immanissimos in sui sup crucẽ extensiõe dolores pferens, p crucifixoribus suis nõ solũ orauit, sed etiã excusauit dicẽs: qa nescirent, qd facerẽt? Deniq;, q̃ latroni veniã petenti & regnũ pmisit? Quod insup matrem tã pie cõmendauit, & nos matri sub noīe Ioannis, plus solicitus (vt semp solebat) p nobis, quam pro se? Hanc pietatem voluit etiam nobis demonstrare in figura siue in dispositione corporis sui in cruce, ne despemus ad eũ accedere, eo q̃ mortis eius causa extitimus. Habet em̃ hæc dispositio corporis sui formã pietatis. Vñ Bernardus: Quis non rapiat vd spẽ & fiduciã impetrandæ salutis, dũ eius in cruce consideratorporis dispositiõem, videlicet caput inclinatũ ad osculandũ, brachia extensa ad amplexandum, manus aptas ad largiendũ latus aptum ad diligendum, p edes clauis affixos ad nobiscum commanendũ, totiusque corporis extensionem ad se totũ nobis impendendum. Septima virtus est, VII. summa largitas, qa oīa sua, suos & se totã exhibuit nobis, & p nobis expẽdit. Dedit em̃ se nobis in socium, in fratrem, in amicum, in cibũ, in p̃cium & in pmium. Vnde canitur in hymno: Se nascens dedit sociũ, conuescens in edulium, se moriẽs in p̃ciũ, se regnans dat in p̃mium. Vñ Bern. Totus expensus est agnus in vsus nostros. Vide nunc quanta in passione sua & cruce de se & de suis fecit xenia largitatis. Etenim corpus dedit crucifixoribus, dorsum flagellatoribus, faciem cædentibus & conspuentibus, genas percutientibus, barbam vellentibus, cor redire volentibus, vestes dedit lusoribus, sanguinẽ reis, sudorẽ infirmis fontem lateris immũdis, lachrymas pditis, discipulo matrem, Simoni Cyrenæo crucem, paradisum latroni, animam patri, vitam morti. Et alius quidam deuotus dicit: Vere largus est ille dispensator qui carnem suã dedit in cibum, & sanguinem in

Matt. 11
Obediẽtia Christi Ioan. 4 Phil. 2
Ibidem.
Lucæ 22
Luc. 12
Luc. 22
Marc. 14 Lucæ 22
Matt. 26 Mar. 14 Ibidem. Ibidem
Lucæ 22
Bernard.
Esaiæ 53 Esaiæ 50
Ioan. 19 Lucæ 23 mar. 14 Ioan. 19 mar. 15 Lucæ 23 Matt. 27

potum animam in precium, vulnera in remedium, brachia in refugium, crucem in clypeũ, cor in amoris indicium, aquam in balneum, ſudorem in medicamentũ, clauos in ſalſamentum, ſpineam coronam in ornamentum, verba in documentum, vitã & mortem vtrumq; in exemplum. Hi ſunt duodecim fructus ligni vitæ, & duodecim panes in menſa propoſitionis. Ecce chariſſimi, totum ſe dedit nobis, nihil ſibi reſeruans tantũ vt ſint q̃ velint recipere. Quam putatis diſtricte exiget à nobis, ſi hæc tam præcioſa dona, vel neglexerimus, vel contẽpſerimus. Octaua virtus eſt immenſa charitas, q̃ mater eſt & regina omniũ virtutũ. Hæc ipſum plene & poteſtatiue poſſedit, ex cuius inæſtimabili fornace pgrediens zelus ardentiſſimus animarũ, ipſum de cœlis eduxit, in hoc exilium humanũ adduxit, tuniculam noſtræ carnis & mortalitatis pauptatẽ extremã induxit, cũ peccatoribus cõuerſari fecit, tanq̃ medicũ cũ infirmis, pro nobis ieiunare, vigilare, & in orationibus pnoctare, p̃dicando diſcurrere, fatigari, eſurire, ſitire, frigora & caumata ſuſtinere, contumelias, blaſphemias, opprobria, ludibria, contradictiones in verbis, inſidias mortis, & tentationes in factis Tandem & ipſius mortis ſupplicium ſuſtinere, & pro nobis animam ſuã ponere, & à ſacratiſſimo corpore ſuo ſeparari. Vñ ait Ioãnes: In hoc cognouimus charitatẽ Dei in nobis, qm̃ ille pro nobis animam ſuam poſuit. Maiorem aũt hac dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis p amicis ſuis. Reuera dulciſſime Ieſu tu maiorem habuiſti, qui tuam beariſſimã animam pro inimicis actualiter nequiſſima voluntate perſequentibus poſuiſti, pro te deridentibus, blaſphemantibus, & crucifigentibus exorafti: & plus iniquitatibus eorũ, quam tibi ipſi compatiens, longe plus de ipſorum ingratitudine & damnatione, quam de paſſionis tuæ ſupplicio doluiſti. Chariſſimi fratres, nunquã legit dominus fleuiſſe ſup doloribus ſuis, contemptu ſui aut ſuper iniurias: ſæpius tñ fleuiſſe inuenitur ſup nobis, fundẽs lachrymas cõpaſſionis & gemitus charitatis. De hac charitate dicit Bernardus: Neſciui quod tã tũ me diligeret Deus. Ampliusmihi vilis eſſe nõ debeo, q Deũ p me crucifigi & mori cõſpicio: qui tantum ei placui, vt p memori eligeret, ne me pderet. Huius aũt charitatis magnitudinem ſi vultis ſcire, perpendite & conſiderate, quis ſit ipſe, q diligit: qualis ſint, quos diligit. Ecce ipſe immenſus infinitus, æternus, omnipotens, ſummus Deus, qui omnia ſcit, omnia poteſt, nullius eget, dignatur cogitare, curam habere, & diligere infinities plusquam pater vel mater carnalis filium. Quos pauperes, infirmos, vermiculos terræ, peſſimos, ingratiſſimos, obduratos peccatores, contẽnentes ſe & ſua p̃cepta. Hi ſumus nos & cæteri, quibus quando dicit, faciatis hoc: ſine timore vel eius reuerentia faciunt contrarium, qui non ſunt digni, vt morſellũ panis accipiant ab eo. Hos diligit, non ſolũ paſcens & cuſtodiens, ſed & mortem ſuſtinens pro peccatis eorum in ſe commiſſis, & quæ potius debebat vindicare & punire quam noſtri miſereri. Et reuera ipſe vindicauit peccata noſtra, ipſe ſufficienter puniuit, ſed non in nobis. Vbi tunc? Super ſemetipſum, vt nobis parceret. Et hoc chariſſimi eſt charitas, q̃d ipſe voluit debita noſtra exoluere: non ſolum ſufficiẽter, id eſt, quantum congruebat, ſed ſuperabundanter, quantum placebat immenſæ eius erga nos charitati. Suffeciſſet etenim ad redemptionem noſtram vnica gutta ſanguinis eius pro nobis fuſa. Sed nõ ſufficere ſibi videbatur, ad ſatiandam in ſe, & monſtrandam nobis ſuam dilectionem, niſi totum effunderet ſanguinem, quem habebat, vt non reſeruaret ſibi vnicã guttam. Legitur reuelatum & habetur etiam in Alano de rupe, quod ſi quis quotidie C. Pat. noſter, & tot Aue Maria legeret, & hoc cõtinuaret per XV. annos, tunc ſalutaſſet vnamquamlibet guttam dominici ſanguinis vno Pater noſter & Aue Maria. De hac charitate dicit S. Bernardus: Conſidera filium virginis deturpatum ſputis, liuidum plagis, confixum clauis. Attende cœli rectorem ſtantem in cruce, pallidũ morte, deformem carne. Ne pertranſeas dominum angelorum, virum percuſſum à Deo & humiliatum, virum quaſi leproſum, & omnibus detrimentis expoſitum. Conſidera apud eum copioſam redemptionem. Et vere copioſam, qa p quinq; partes corporis eius, vnde ſanguis emanauit, cũ tamẽ ad redemptionem totius orbis vna gutta ſanguinis ſufficeret. Sed ideo data eſt gratis copioſa, vt virtus gratitudinis in beneficio redundãte clareſceret. Et hoc egit, vt tibi oſtẽderet, quãtum te diligeret, q nõ aliter, q̃ ſic moriẽdo à morte te voluit liberare. Præterea, ſicut idẽ S. Bernar. dicit: Extenſione brachiorũ & membrorũ oſtendit, q̃ tantũ nos dilexit, quantũ diligere potuit (cuius dilectionis formã puer paruulus, dũ fari incipit, interrogatus ab aliq̃ quantũ eũ diligat: poſitq̃ reſpondit plura, ad vltimũ extẽſis brachijs & manibus, quãtum poteſt, & inclinato capite in modũ crucifixi, dicit: Tm̃ vos diligo) quaſi diceret: Totum me expono amori veſtro, & exhibeo vobis q̃quid ſum, q̃q̃d poſſum. Tantũ vos diligo, q̃ exprimere nequeo verbo, ideo q̃d indicibile eſt, exprimo ſigno.

Poſtremo, ad ſuæ charitatis oſtenſionẽ voluit ſibi latus pforari & apiri cor, vt videamus vnde pcederent hæc tã mira indicia charitatis: & quod ab extra non potuit oſtendere tantã charitatẽ, quantam ab intra habebat. Fecit eñ ſicut amicus loqui ſolet ad amicũ. Qui cũ affectum dilectiõis & benuolentiæ, quẽ habet erga illũ, ipſi cupit, innoteſcere, dicit: O vtinam videretis cor meũ, ſ. quantum vos diligã & faueã. Sic fecit Chriſtus, oſtendendo nobis cor ſuum

Ecce chariſſimi mei, hæ ſunt octo virtutes, quas nobis in paſſione ſua dominus in exemplum reliquit. Quarum ſeptem etiam per ſeptem verba docuit in cruce viuens: & octauam etiam inueniemus. Nam primo cum oraret pro crucifixoribus, & q̃s potuiſſet viuos facere abſorberi à terra in infernum, non vindicauit cẽde eos, ſed apud patrẽ excuſauit, qd aliud quã manſuetudinis, & mititatis p̃buit exẽplũ, vt nõ indignemur cõtra iniuriãtes nos, ſed magis oremus p eis: Itẽ cũ latroni in vltimo vitæ pœnitenti & petenti ſui reminiſci. ſtatim regni ſui promitteret conſortium, nonne largus fuit? Nam quã cito latro dicebat: Dñe memento mei, dñs reſpondit: Amẽ dico tibi, quia hodie mecũ eris in Paradiſo. Quantæ deinde pietatis exemplum mõſtrauit, qñ in tantis anguſtijs paſſionũ p̃ſus tã diligentẽ habuit ſuæ matris curam, quam ſub cruce videbat ſibi tam fideliter aſſiſtentẽ, & vſq; ad mortẽ ſibi cõdolentẽ? vñ cõmendauit eã diſcipulo Ioanni dicẽs: Mulier ecce filius tuus. Deinde diſcipulũ, & nos oẽs in pſona diſcipuli cõmendat matri, dicẽs: Ecce mater tua. Sed nõ debet vos mouere q̃ nominat eã mulierẽ potius q̃ matrẽ, qa hoc fecit nõ ex duritia cordis, ſed ad parcẽdũ doloribus matris Si eñ blãdius fuiſſet ei locutus nominãdo eã matrẽ, crepuiſſet cor eius p̃ dolore. Patientiã vero maximã indicauit magnitudo doloris eius, q̃s dolores in iſto verbo ſatis patefecit, dũ ad patrẽ clamauit, Eli, Eli. &c̃ Quod verbũ ante etiã expoſui, qa nõ intelligit, q̃d diuinitas ſit ab humanitate ſeparata, ſed quia nullum refrigerium, nullam pœnarũ alleuiationẽ p̃ſtitit patienti. Paucas nimia & miſeranda patuit in hoc verbo, cũ diceret: Sitio. Quia in tãta ſiti, quam patiebat (quia p effuſionẽ ſanguinis & humorum exaruerat) acerrime, nõ habuit modicum aquæ: ſed acetũ propinauerũt ei, q̃d tñ cũ guſtaſſet, noluit bibere, vt, ſ. linguam guſtando amaricaret, & tñ ſitim non extingueret, & ſic inde pœnã ſibi ſp̃te duplicauit. Obediẽtiã teſtatus eſt in verbo cõſequẽte, cũ dixit: Conſummatũ eſt. i. ego oĩa cõpleui, quæ ſcripta ſunt de me, & quæ mihi pater iniunxit, vſq; ad mortem. Humiliati vero poſſumus applicare vltimũ verbum, quod opprobrium crucis inter duos latrones ſuſtinens, & patri ſe humiliter commẽdans, lachrymabiliter & valde clamauit: Pater in manus tuas commẽdo ſpiritũ meum. Et ſic ignominioſiſſima morte expirauit. Poſtremo charitatẽ magis ſigno voluit demonſtrare, quam verbo, quia ineffabilis erat. Signum eius ante dixi, quia pmiſit ſibi cor pfoſſo latere aperiri, ac ſi diceret: Ecce omnem ſanguinem in cæteris membris effudi, & nunc fundo q̃d ſuperat. ſ, ſanguinẽ & aquã, oĩa mẽbra p vobis laceranda dedi, & animã inſup in mortem dedi. Quid reſtat, niſi vt cor meum, quo vos dilexi, aperiatur, vt non ſolum ad me accedatis ad crucem, ſed etiam per illud vulnus quaſi per oſtium in cor meum introeatis.

Cæterum, nolo vt putetis Chriſtum ſolum has virtutes exhibuiſſe, quas enumeraui, ſed omnes perfectiſſime in omnibus & ſingulis actibus. Quanta ibi fuit iuſtitia, quauta miſericordia? (vt de reliquis omnibus taceam ob temporis breuitatem) quod potius quam peccatũ dimitteret impunitũ, tanta voluit pati, q̃ audiſtis: & potius, q̃ nos damnaret, ipſemet voluit p nobis pati. Maior etem̃ fuerit mĩa, ſcdm̃ S. Thomã, p quã voluit noſtri miſereri p nobis ſatisfaciẽdo, q̃ ſimpliciter dimittẽdo. Vñ poteſtis notare mĩæ & charitatis eius exemplum. Si eſſet rex aliquis magnus

Apo. 22 Exod. 25 Leui. 24

O Charitas Chriſti in menſa

Matt. 4 Lucæ 9 Ioan. 4 Matt. 4. 21 Ioan. 19

Luc. 1 Luc. 2 Matth. 20 Mar. 10 1. Ioan. 3

Ioan. 15

Lucæ 19 Ioan. 31

Bernard.

Charitas Chriſti magnitudo quã conſiderãda

Sanguinis guttas q̃ fuderit Chriſtus.

Bernar.

Ioan. 19

Latus cur ſibi pforari voluerit Chriſtus.

Ibidem.

Ioan. 19

Q Nota ſeptẽ virtutes in ſeptem verbis Chriſti. Lucæ 23

Ibidem.

Matt. 27 Mar. 15 Lucæ 23 Matt. 27

Ioan. 19

R Exemplũ miſericordiæ & charitatis Dei erga nos. Thomas.

gnus vnicum habens filiũ, inter ſeruos vero ſuos haberet vnum, qui cõmitteret crimen.ſ.læſæ maieſtatis.ſ.q̃d vellet dñm ſuũ in mortem tradere, vel interficere, vel aliquid tale morte dignum perpetraret: quapropter rex confeſtim ſeruum carceri mãciparet (ſicut iuſtitiæ lex iuberet) interficiendum, licet alias ſeruum diligeret, & doleret, quod in tale periculum, mortisq; damnationem cecidiſſet. Si tunc vnigenitus regis compatiens calamitati ſerui, rogaret patrem pro ſeruo, vt parceret vel dimitteret ei peccatum & pœnam mortis, quam meruerat, reſponderetq; pater ſe velle, vt ſeruari poſſit ſeruus in vita: ſed hoc iuſte fieri non poſſe, quia lex iuberet tale peccatum morte expiari, filius autem replicaret dicens: Ecce pater ego offero me tibi ad ſatisfaciẽdum pro ſeruo, ego volo ire in carcerem & mori pro ſeruo, tm̃ ſeruus maneat in vita: pater vero diceret: Bene, fiat, ego puniam peccatũ ſerui ſup te filio meo, & ſeruus liberabitur. Ecce qualis charitas, qualis miſericordia, tam patris quam filij erga ſeruũ, quis ſufficit enarrare? Tanta eſt, quod non poteſt quis admirari ſatis. Et multo maior quam ſi ſeruus gratis fuiſſet libaratus, quia iam non ſolum eſt ſeruatus à morte, ſed etiam emptus per mortem filij regis. Qm̃ille ſeruus poteſt regratiari regi vel filio? Quicunq; audierit talem amorem regis erga ſeruum, diceret eũ factũ inſanum præ amore, quod daret filium pro ſeruo. Et quiſqs videret innocentem filiũ regis mori ex charitate pro ſeruo, nonne lugeret maxime & fleret ſup eũ? Ecce ſic eſt etiam, & multo amplius in propoſito. Deus propter nimiã charitatem ſuam qua dilexit nos, proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ. Et filius dedit, in mortem animam ſuam, & cũ ſceleratis reputatus eſt. Et tm̃ quaſi nemo eſt qui cum dolore & cõpunctione talem charitatẽ retractet: q̃ Deo deuote gratias agat, & beneficiũ eius immẽſum recognoſcat, qve patienti p ſe filio compatiat. Quãtum putatis ille ſeruus (de q̃ prædixi) regẽ offenderet, & quanta pœna dignus foret, qui poſtquam ſic eſſet à morte liberatus p vnigenitum regis, ſi beneficium hoc parui pendat, aut ſi dño ſuo iterum infidelis exiſtat. Nam ſic ingratus dominum & mandata eius cõtemnit. Ecce hoc nos facimus quotidie poſt tantam charitatem nobis exhibitam, dominum Deum noſtrum ita cernicioſa præſumptione offendimus & contemnibus, ſine quo ad momentum nõ poſſimus viuere, & tm̃ non vlciſcitur ſe de nobis, ſed quotidie expectat pœnitentiã noſtram, paratus nos recipere ſemp, quando cunq; deſideramus, paratus etiam eſſet mori (ſi neceſſe foret) quotieſcũq; expediret, iterũ pro nobis. O quanta eſt miſericordia Dei ſuper peccatores etiam ingratos & induratos, & quos nunquam conuertendos nouerit, q̃ ſuſtinet, & omnibus benefacit, etiam contẽptus & iniuriatus. Nos autem chariſſimi ſimus grati Deo, vel nũc incipiamus. Meditemur quotidie quilibet iuxta ſuam vocationem & paſſibilitatem, paſſionẽ eius, quia nihil eſt, quod facere poſſumus, quod Deo magis placeat & noſtræ ſaluti profectuique plus expediat, quam paſſionem Chriſti meditari, quia tempore etiam paſſionis eius fuit vnus de maioribus doloribus, quod ſciuit paſſionem ſuam negligendam, id eſt, non recogitandam ab his, pro quibus patiebatur. Sed forte aliqui dicunt ſe neſcire vel non poſſe meditari. Applicetis voluntatem ad hoc ſtudium & incipiatis: Dominus Ieſus iuuabit vos, ſi non ſtatim ſentiretis deuotionem, nihilo minus perſeueretis, quia velle eſſe deuotum & ſtudere ad hoc, ſæpe maioris eſt meriti, quam eſſe. Si tamẽ ſunt adeo ſimplices aliqui, offerant Pater noſter, quæ ex debito legunt vel alia in articulos ſcilicet in anguſtiam, & in captiuitatẽ, accuſationem falſam, conſputionem, &c. & petant virtutes, quæ in tali articulo relucent à domino Ieſu ſibi dari. Vel ſaltem accipiant figuram paſſionis ante ſe, id eſt, crucifixum, & penſent quid in quolibet membro paſſus ſit. Huic membro ſiue illi dolori offerant vnum vel plura Pater noſter pro gratiarum actione. Quodſi fecerimus, ſentiemus quotidianum profectum in gratia Dei & virtutibus, & poſt finem paſſionis noſtræ, id eſt, poſt finem miſerę vitę noſtrę, perueniemus ad requiem æternę gloriæ. Quam mihi & vobis omnibus concedat Ieſus Chriſtus dñs noſter, q̃ cũ patre et ſancto ſpiritu viuit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Ephe.3

Iſai.53

S Meditatio paſſionis Chriſti q̃d fructus conferat.

PARTIS PRIMAE HVIVS primi Tomi, quæ vocatur pars Hyemalis. Finis.

In-

I.

IN SANCTISSIMA SOLENNITATE RESVRRECTIONIS DOmini noſtri Ieſu Chriſti, epiſtola beati Pauli apoſtoli, prima ad Corinthios quinto.

I EXPVRGATE vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaq; epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A NTer Corinthios delictũ deteſtabile ab vno magno peccatore fuerat admiſſum, de q̃ Paulus Corinthios, qa illum non corripuerunt, obiurgat, exiſtimans hanc peccãdi impunitam licentiam alijs fore in ſcandalum, quo facilius peccarent. Error nanq; aut delictum vnius non raro vniuerſæ nocet communitati, Quæ enim eſt illa bonitas, aut miſericordia, vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Ante hanc itaq; lectionem apoſtolus Paulus dxerat: Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpat? Sequitur igitur nunc: Expurgate vetus fermentum, & ex congregatione veſtra, eum qui grauiter deliquit, cĩcite. Separate eum, antequam ex vna oue morbida grex totus corrumpatur. Vocat illum vetus fermentum, quia poſtquam ad gratiam baptiſmi conuerſus fuerat, & in ſanctam vitæ nouitatem regeneratus, iam demum ad prioris vitæ vetuſtatem, perinde ac canis ad vomitum reuerſus eſt. Expurgate præterea ex vobiſipſis prauitatem antiquam, ac vobis ſolitam, quæ eſt ad peccandum pronitas, concupiſcentia inueterata atq; corruptio, vt ſitis noua cõſperſio. Conſperſio, ſeu azyma fere idem ſunt, puta farina per aquã in maſſam, abſq; fermento conglutinata. Hanc eſſe nos vult conſperſionem, id eſt, congregationem mundam, donis gratiarum, & irrigatione ſpiritus ſancti conglutinatam. Vt ſitis, inquit, noua conſperſio, ſicut eſtis azymi, abſq; fermento corruptionis iampridem facti per baptiſmum, q̃ vetus homo veſter mortuus eſt, ac Chriſto conſepultus. Etem̃ Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Olim Iudęis lex Moſaica agnum iubebat Paſchalem comedere in memoriam ſuæ liberationis de captiuitate, ſeruituteq; Aegypti, quo noſtra figurabatur redemptio. Siquidem agnus Dei ille verus, qui tollit peccata mundi, qui etiam de ſeipſo per Hieremiã dicit: Ego quaſi agnus qui portatur ad victimam, in cruce pro nobis immolatus eſt, qui eſt Paſcha quoq; noſtrum, per quem tranſimus à vitijs ad virtutem, de veteri mala cõuerſatione ad nouitatem vitę deq; exilio huius peregrinationis ad patriam. Quomodo igitur Iudæis lex iubebat agnum, ſeu typicum ſuum Paſcha comedere cum azymis panibus, i. abſq; fermento, ita nos Paſcha noſtrũ, id eſt, corpus Chriſti abſq; fermento peccati comedere neceſſe eſt. Propterea enim ſequitur: Itaq; epulemur in altari ſacramento corporis Chriſti alendi, non in fermento veteri iniquitatum noſtrarum, neque in fermento malitię, qua ex certa ſcientia, aut dedita opera peccatur, aut nequitiæ, qua fraudulenta ſimulatione, ac circumuentione proximus læditur, ſed in azymis epulemur ſynceritatis & veritatis, hoc eſt, in puritate, ſanctimonia, ac integritate vitæ. Vult itaque nos ab omni vetuſtate peccati, qua ante baptiſmum tenebamur captiui, ab omni quoque vitiorum corruptione fore, permanereque liberos, ac mundos, multo magis quam eos eſſe neceſſe eſt, qui phaſe domini legale celebrabant.

Ioan.1

Hiere.11

Exodi 12

2.Petr.2

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem Solennitatis Paſchæ, Marci vltimo.

B

Lucæ 24

SExus deuotior hic, vt crebro alibi nobis commendabilis prædicatur. Siquidem apostolicis viris domi residentibus, piæ ac deuotæ quædam mulieres ad domini

Mulieri-b⁹ cur apparuerit Christus.

sepulchrum profectæ sunt: idq; hodie prima luce, & valde mane. Longa enim erat illis expectatio, atq; molesta vehementer amantibus. Et quia ardentius cæteris amabant, ideo præ alijs quoq; Christum & ante alios, inueniebãt. Multũ em̃ refert quo amore, quo modo, quo desiderio, quo deniq; studio quæratur Christus. Oẽs quidẽ quærimus, sed nõ æque q̃rimus oẽs. Nam si vos oẽs & vestrum singulos quosq; interrogarem: Quid hic facitis, aut quẽ queritis, & quare hic estis? quid aliud mihi responderetis, quam Iesum quærimus crucifixum? Neq; enim in hac sancta festiuitate quempiam nobiscum ingredi templũ puto, qui non quęrat dñm Iesum. Quærimus aũt saluatorẽ in ea forma, & in eo schemate quo redemit & saluauit nos, hoc est, crucifixum, spinis coronatum, flagellis laceratum, non habentem speciẽ neq; decorem. Sic filij quotidie si quæriris, bene quęritis. Sed dicitur vobis: Surrexit, nõ est hic. Nõ prohibetur vobis, ne ita quæratis Iesum, sed vt sciatis eũ etiam à morte resurrexisse, hoc est, sciatis eum non solum passum propter delicta vestra, sed resurrexisse etiã propter iustificationem vestram. Surrexit, nõ est hic, qui pro vobis passus est, qui vos sua passione redemit, qui suo vos sanguine lauit. Hodie resurrexit à morte rediuiuus, & non est post hac vt ante erat, mortalis, passibilis, aut potens dolere. Huius resurrectionis hodie nobis est festiuus dies, sicut præteritis diebus passionis. Sed audiamus Euangelium.

Ioan. 20

Matth. 28

Matth. 27 Esaiæ 53

Matth. 28 Marc. 16 Roma. 4

Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.

Lucæ 24

Cum sanctæ mulieres, quæ fuerãt cum beata Maria iuxta crucem & sepulturam domini, obseruassent diligenter locum sepulturæ dominicæ, vidissent q̃q; dominicũ corpus aromatibus conditum, cogitabant secum tractantes quõ ipsæ quoq; suę exercerent deuotionis officium in demortui corpus, pia quidem hac & deuota sollicitudine, etsi minus iusta ac fideli, metuentes ne putresceret in sepulchro iacens. Putabant enim, etsi fortasse diuinitas in eo fuisset viuente, illam tamen ab eodem recessisse in cruce, ipsumq; reliquisse morientẽ. Quod Christum quoq; (vt ipsi intellexerant) in cruce putabant cõquestum, quando dixerat: Deus meus, Deus meus, vt qd dereliquisti me? Quare eum vt hominẽ tantum æstimabant mortuum, cuius volebãt vngere, ne in cinerem redigeretur mortuũ corpus: quamuis illum iam semel scirẽt vctum per viros timentes Deum. Sed nihil amanti existimatur factum, q̃d ipse non fecerit. Quapropter his sanctis mulieribus tametsi scirent vnctum à Nicodemo & Ioseph dominum, non erat satis factum, nisi sua quoq; fuissent vsæ deuotiõe. Atq; ideo cum in sabbato magno nihil auderẽt emere propter celebritatem, in fine tamen diei, hoc est, in vespere ipsius sabbati, quo terminabatur solennitas, quę inceperat vespere præcedente diem sabbati. In secundo itaq; vespere, quando iam transiret sabbatum, & licebat aliquid operari, emerũt mulieres illæ sanctæ aromata, vt venientes vngerent Iesum. Tempus enim deuotioni earum nimis fiebat prolixum. In fine itaque diei sabbati præparabant se, & summo mane exibant, cum iam adhuc tenebrę essent, hoc est, in aurora, aut diluculo, cũ partim tenebræ, partim lux se diffunderet, ita vt tunc circa monumentum essent oriente sole, portantes secum aromata sua. Non satis commendare possum deuotissimas has mulieres, inter quas præcipua & vnica fidelissimaq; Christi fuit amatrix ac discipula Magdalena, quãdoquidem viris apostolicis silentibus & pene desperantibus, hæ non quiescunt, nec ab amore deficiũt, sed impendere obsequia sua voluerunt mortuo, quæ libenter & suauius fortasse impẽdissent viuo. Habet hic sexus misericordiæ & pietatis plus, quam est inuenire in viris. Quare non infipienter dicit Sapiens: Multi homines misericordes: virum autem fidelem quis inueniet? Dilexerãt quidẽ mulieres hæ sanctissimæ Christum in vita, sed nihil de amore eius amiserunt eo morientę. Verũ dicit q̃s, quæ fuerunt mulieres hæ? Ioannes vnã quidẽ tantum, solã Magdalenã scilicet narrat. Marcus præterea duas sorores beatæ virginis Mariæ recẽsens, narrat tres. Porro Lucas Ioannam quoq; adnumerat, quæ vxor Cusæ fuerat procuratoris Herodis, & reliquas, quæ cum eis erant. Vnde plures fuisse coniiciuntur, nisi quod fortasse hę tres hic enumeratę simul venerint vngere Iesum: aliæ vero plures se, aut associauerint, aut tardius venerĩt. Hinc tamen liquet deuotissimas fuisse has mulieres, nullam tamen habuisse fidem resurrectionis Christi. Alioqui si resurrecturum credidissent, quomodo aromatibus tentassent condire?

Psalm. 1 Matth. 27 Marc. 15

Ioan. 19 Matth. 27 Lucæ 23

Ioan. 9 Lucæ 14

Prou. 20

Ioan. 20 Marc. 16 Lucæ 24 Lucæ 8

C

Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole, & dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumẽti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde.

Matth. 28

Valde mane vna sabbatorum, prima scilicet die sabbati, hoc est, prima die post sabbatum, veniunt ad monumentũ, orto iam sole, potest hoc quoq; intelligi, quãdo sol incipiebat lucem diffundere. Dum itaq; in itinere adhuc forent constitutæ, recordantes sepulchrum clausum ac signatum magno aduoluto lapide, sciscitantur inter se, & dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Venimus, inquiunt, vngere dominum, & clausum est sepulcrum magno lapide, quẽ nos amouere impotes sumus. Quid igitur faciemus? Num gratis huc venimus? Quare hoc domi nõ pcogitarũt? Quare amor nil sibi putat impossibile, nec hæsitat deliberans? Itaq; quõ amor difficultates occursuras nõ p̃meditatur, ita ipsæ domi constitutæ nihil eorũ cogitauerunt, quę illas remorari possent, vt frustra ad vngendum venirent, sed hoc tm̃ mente tractabãt, quõ aromatibus illum vngerent. Porro in itinere cõstitutæ tunc primum recolebãt lapidem monumento aduolutum, quo non remoto, non potuissent ingredi sepulchrum. Et sic inter loquendũ respicientes viderũt reuolutum lapidem. Angelus enim domini descenderat de cœlo, & accedens reuoluit, hoc est, remouit lapidem de ostio monumenti, & sedebat super eum. Remouit aũt, postquam dominus resurrexerat, & clauso prodierat sepulchro, quo sepulchrũ ostẽderet vacuum, Christumq; resurrexisse. Erat quippe magnus valde, quare nõ mirum

fuit, vt inter se trepidantes interrogarent mulieres, quis nam tantum sibi deponeret lapidem. Quippe quarum vires non fuerunt tantæ, vt ipsæ amouere eundem præsumerent.

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt.

D

Et introeuntes in monumentum, hoc est, in speluncam seu domunculam, in qua sepulchrum domini excisum erat in petra, viderunt iuuenem, id est, angelum domini q̃ specie iuuenili, vtpote magis accepta & gratiosa sese exhibuit, sedentem à dextris, hoc est, à dextera parte sepulchri: fausta enim erat & accepta nunciaturus, ideo merito in dextera sedet: coopertum stola candida, i. alba & fulgida veste. Ita em̃ & Matthęus scribit: Et erat aspectus eius sicut fulgur & vestimenta eius cãdida sicut nix. Aspectum, inquit, habuit sicut fulgur. Euangelista alius dicit angelum sedisse super lapidem: hic vero dicitur in dextera parte sedisse monumenti. Qui vult, potest dicere eũdem fuisse angelum, qui primo visus sit sedere super lapidem ad sepulchrum venientibus, & is, q̃ inuentus ab introeũtibus est sedere ad dexteram partẽ sepulchri. Augustinus propterea quod Maria apud Ioannem refertur duos angelos vidisse, vnũ ad caput, & vnum ad pedes, vbi fuerat positum corpus Iesu, dicit tres fuisse angelos, duos in sepulchro sedisse, vt Ioannes dicit, & tertium, vt Matthęus dicit, sedisse in domuncula sepulchri, aut super lapidem. Nec obstat, quod stetisse dicuntur à Luca, quia fieri potuit, vt primo quidem visi sint sedere, dehinc colloquendo mulieribus assurrexisse. Erat, inquit, aspectus eius sicut fulgur, vtpote vultum quasi igneum, lucidũ, atq; terrificum, id est, angelica maiestate grauem ostendens.

Lucæ 23

Matth. 28

Ibidem.

Augustin.

Ioan. 20 Matth. 28

Lucæ 24 Matth. 28

Qui dixit illis: Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit, non est hic. Ecce locus, vbi posuerunt eum.

Familiare est angelis bonis, pauidos aut sua præsentia territos consolari, & illuminare, quemadmodum diabolo assuetũ est, eos q̃ ex se territi sunt, magis terrere, & obscuriores reddere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixũ. Vos quidem eum quem vidistis

Matth. 27 Marc. 15 Lucæ 23

distis in cruce pendentem & mortuum, à cruce vero solutum hic sepeliri, quæritis. Sed surrexit à morte, non est hic per præsentiam humanitatis corporalem, qui per diuinitatem nusquam deest. Ecce locus vbi posuerũt eum. Venite, propius accedite, explorate & cernite locum, in quem posuerunt eum, vt videntes illum vacuum, prorsus fitis certæ illum resurrexisse.

Sed ite dicite discipulis eius & Petro.

Deuotiores erãt hæ fœminæ viris, ideo præ viris etiã meruerunt cõsolari, & Christi resurrectionem nõ solum ante alios videre, sed alijs etiam nunciare. Mittũtur autem ad Petrum singulari expressione nominatum, quo consolationem in sua pœnitẽtia ille reciperet. Quod nisi factum fuisset, inter apostolos comparere ausus non fuisset. Videte igitur quomodo solitam pietatem suam dominus Iesus non obliuiscitur. Sed quos diligit, in finem diligit eos. Nam ad eum qui grauius prę cæteris se offenderat, mittit præ cęteris ei suam resurrectionem nuncians, quo illius fiduciam vehementius excitaret.

Ioan. 13 Matth. 26 Marc. 14

Quia præcedet vos in Galilæã. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

B

Hæc intelliguntur esse verba Christi, quæ deberet Maria apostolis nũciare. Præcedet vos in Galilæã, ibi eũ videbitis, sicut dixit vobis, qa de seipso nõ sonat, vt Christus mãdaret, sicut dixit vobis, sed potius, sicut dixi vobis. Verum Mariã voluit quasi propriis verbis vtẽtem sic loqui. Ibi eum videbitis, sicut dixi vobis. Quæris fortasse, vbi illum viderint in Galilęa. Respõdendum, in mõte Thabor, ibi se manifestauit omnibus. Quam apparitionem putãt quidam esse, de qua Apostolus loquitur Paulus: Deinde visus est plus quam quingentis fratribus. Potuit enim fieri, vt tam multi breui hoc tempore adunati fuerint discipuli, qui in morte Christi dispersi, audita eius resurrectione, iterum se simul collegerunt, atq; se apostolis coniunxerunt. Si quæris, vbi prędixerit Christus discipulis, quod pcedat illos in Galilæam: Dico quãdo exiturus ad montem Oliueti, monuit suos, quod omnes forent scandalum passuri in illa nocte, ait scriptum esse: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postq̃ autem surrexero, præcedam vos in Galilæam. Gaudeamus igitur nunc filij

Matth. 28

1. Cor. 15

Zacha. 13 Matth. 26 Marc. 14

charissimi, & redemptori nostro gratulemur, quia vicit mortem, vicit diabolum, destruxit infernum, redemit captiuos, abstulit inimico nostræ damnationis chirographum: restituit nos patri, faciens nos filios & hæredes cœlestis regni. Hæc ille omnia in passione operatus est, & in gloriosa sua resurrectione triũphans perfecit. Sit itaq; gaudium nostrum, quod iniunctam sibi à patre obedientiã tam feliciter consummauit, de hoste triũphauit gloriose, atq; nos non minus potenter, q̃ misericorditer, nõ vi imperando, sed doloribus & passionibus pro nobis soluẽdo, ab hostis manu eripuit. Huius igitur gratiæ & bñficij memores, posthac in nouitate vitæ ambulemus.

1. Tim. 1 Ose 13 Apoc. 5 Psalm. 67 Iaco. 1

Roma. 1

Charissimi, recolite semper posthac, q̃d in hac sacra Quadragesima pœnituistis de peccatis vestris, ieiunastis: aut quicunq; filij estis Dei, saltem voluntatem bonam ieiunandi habuistis, & si id licuisset præ valetudine, aut laborum grauamine, crebrius ieiunasse tis. Estis item peccata vestra confessi, sumpsistis Eucharistię sacramentum, domini corpus & sanguinẽ. Quamuis em ex calice sub vini specie non sumpsistis domini sanguinem, sumpsistis tamen cum eius corpore, quia non sumpsistis mortuum & exangue corpus, sed sumpsistis vęe ac viuum eius corpus, idipsum scilicet q̃d habet cum sanguine, cum anima, cum diuinitate, in quo tota est Trinitas concomitanter, quia nunc impossibile est vnum esse, vbi aliud de his iam dictis non comitetur. Estis de inferno & potestate dæmonis liberati, estis Deo reconciliati, & filij eius facti. Nunquid iam in hac lætiori festiuitate, & diebus per annum sequẽtibus ad peccata, ad diaboli seruitutem, & ad vestri captiuitatem (ex qua liberati estis) vltro redibitis? Num ad volutabrum luti tanquã sues redibitis? Nunquid sicut ad vomitũ canes, reuertemini? Nũquid ad impudica cubilia? Nunquid ad ebrietates & compotationes? Nunq̃d ad blasphemias & iuramenta, ad fraudes & mendacia, & ad infernalia peccatorum vestrorum stipẽdia redibitis? Abfit, abfit. Lauistis pedes vestros, an iterum inquinabitis eos? Minime? Filij charissimi, vt igitur in synceritate, & in sanctimonia vitę ambuletis, sint vobis omnia in mundo suspecta, maxime autem vestra, (quã toties estis experti) infirmitas, vestra incõstantia, vestra leuitas. Quare nullo credatis

Galat. 4

2. Petr. 2

Roma. 6 Cantic. 5

datis pacto vobisipsis, non credatis etiam vlli hominum, qui non ad sanctiorem vos hortatur vitam: fugite occasiones, fugite

Iudith 16

societates & hominũ conuẽtus. Viuatis sobrij in domibus vestris, & lætemini cũ pliibus, cũ vxore & familia vestra iuxta faciem sanctorum. Ibi colloquamini aliquid boni, quod in prædicatione audistis, & eis legite (si scitis) aliquid ex libris non hæreticorum, sed ex pio aliquo catholico & bono libro. Parcite impensis, vt non facia tis magnifica conuiuia, nec ad eadẽ inuitati faciliter eatis. Si placent tamen conuiuia aut recreationes humanæ, inuitetis hoies egenos & peregrinos, pupillos & viduas,

Lucæ 14

mœstos & afflictos, & eos qui non habẽt vt iterum vos inuitent, aut vnde vobis retribuant. His oĩbus faciatis consolationem, atq; in domino cum illis gaudeatis, instituatisq; omnem vitam vestram, ac familiam ad pietatem, ad sanctimoniam, ad Dei timorem, ad præceptorum eius obseruantiam, vt sic oẽs in vobis hoies ædificentur, videntes vos cum Christo resurrexisse. Vosq; in tempore hoc læti cum Deo in eius gratia, in eiusq; viuatis amicitia, & tandem feliciores & quieti moriamini, adiuuante vos in oĩbus dño nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM SOlẽnitate. Tripliciter Pascha nostrum Christus nos consolatur triplici transitu.

F

Exo. 15. 24 1. Esd. 6 Exod. 12 Pascha diuersimode accipitur.

Pascha nostrum immolatus est Christus, I. ad Corinth. V. Pascha non semp in sacra scriptura æque, vniformiterq; accipitur. Significat enim interdum festiuitatem ipsam, quã olim Iudæi celebrabãt quotannis per septẽ dies ob memoriã egressionis suæ de terra Aegypti. Deinde significat agnum quoq;, qui in eadem solennitate immolabatur comedendus, quomodo discipuli acceperunt quando Christo dicebãt:

Matth. 26

Vbi vis paremus tibi Pascha, id est, agnum vt manduces? Hoc modo in epistola hic

1. Cor. 5

quoque Paulus accipit, dicens: Pascha nostrum immolatus est Christus. Ac si diceret: Pascha quidem cuiusmodi fuerit apud Israelitas ac Iudæos, non ignoratis. Verum tamen Pascha illud fuit figura tantum Paschatis nostri. Et idcirco quid nostrum sit Pascha in veteri illo olim figuratum, vt scias, audite. Pascha nostrum immolatus est Christus. Hoc ipse Christus quoq; subindicat, vbi discipulis suis ante biduum passionis suæ dicit: Scitis quia post biduũ Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur? Scitis quia post biduum agnum iuxta legem manducabimus immolandũ? Scitis Pascha futurum? Scitote tunc etiam agnum verum, qui in illo typico agno figurabatur, hoc est, me pro vobis immolandum. Tradetur enim tunc filius hominis, & crucifigetur, hoc est, mactabitur & immolabitur in redemptionem, & in cibum hominum. Dicit igitur Paulus: Pascha nostrum immolatus est Christus. Non est, inquit, nobis, & pro nobis immolatus agnus, vt iuxta legem immolabatur, nec fumus liberati à seruitute Aegypti & Pharaonis, sed est pro nobis verus agnus immolatus Iesus Christus Dei filius, sumusq; liberati à seruitute diaboli & peccatorum. Hic agnus quem nos comederemus, immolatus pro nobis est in ara crucis. Hic est agnus de quo Baptista Ioannes dicit, digito illum monstrans: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Istius agni carnes quotidie offeruntur modo in Ecclesia, nõ vt quotidie patiatur Christus, sed vt illius qui semel passus est, obtulitq; semetipsum pro nobis, eadem oblatio iteretur, hoc est, ante conspectum Dei patris offeratur pro nobis quotidie. Neq; enim alium nos offerimus Christũ, nec alia est oblatio nostra, quam nos Deo pro peccatis nostris offerimus, quam eadẽ hæc quã ipse obtulit pro nobis, & in qua Pascha illud vetus cessauit. Nam ante, qui comederunt carnes agni legales, hoc faciebant in memoriã ac gratiarum actionem liberatiõis suæ, ac transitus de terra Aegypti in terram repromissionis. Qui ꝟo carnes veri atq; immaculati agni edunt, hoc modo faciunt in Christi cõmemorationẽ, hoc est, in rememorationẽ charitatis & beneficiorũ eius: pcipue aũt illius, quo per transitum Christi, i. per passionẽ ac mortem eius, nos quoq; transimus de tenebris ad lucem, de morte ad vitã, de vetustate vitiorũ ad nouitatem gratiæ, de seruitute peccati ad libertatẽ spiritus. Pascha illud typicũ quod nostrum figurabat Pascha, durabat septem diebus, nostrũ vero durat per omne tempus vitæ nostræ. Itaq; Pascha nostrũ immolatus est Christus. Agnus occisus & immolatus in sanctificationẽ nostram pro nobis est Christus Iesus.

Matth. 26

Exod. 12

Lucæ 22 1. Cor. 11

Exo. 23. 14

Apoc. 1

Hunc agnũ filij his diebus comediſtis. Sed videte quẽadmodum monuit vos, vt ſui memoria, ſuæq; dilectiõis imitatio ſem per maneat vobiſcũ. Nolite hoc obliuiſci, q̃ ex ſola charitate, non ex debito, nõ pro ſuo cõmodo, ſed p̃ veſtra ſalute, gratis pro pter vos paſſus & mortuus eſt. Paſcha igi tur veſtrũ, quo epulemini, quo gaudeatis, immolatus eſt Chriſtus. Secundo ve bis aduertendũ eſt, q̃ Paſcha trãſitus dicit. Hoc modo Chriſtus eſt Paſcha noſtrum, hoc eſt, tranſitus noſter, quia ipſe eſt virtus noſtra & cauſa, vt per ipſum tranſeamus ſe curi, vbi alioqui haudquaquã eſſemus ſe curi. Eſt autem triplex huiuſcemodi trã ſitus, quorum nullum abſque ſingulari ad iutorio gratiædiuinæ poſſumus peragere. Primus eſt tranſitus à culpa ad gratiam. In hoc tria occurrunt, quę nobis timorem ge nerant pariter & difficultatem. Primũ eſt, quod per ſe non poteſt homo tranſire, ſci licet à culpa ad gratiam. Sine me, inquit, ni hil poteſtis facere, quanto minus eius gra tiam, aut amicitiam obtinere? Verum con ſolatur ediuerſo, quod alibi dicit de ingreſ ſu diuitum in regnũ cœlorum: Quod im poſſibile eſt apud homines, poſſibile eſt a pud Deum. Nempe apud illum omnia poſ ſibilia ſunt, & non eſt ei impoſſibile omne verbum. Ex illius igitur ope poſſumus, quod alioqui non poſſemus. Sic enim di cit Eccleſiaſtes: Cõſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quẽ ille deſpexerit. Magnum nanq; chaos firmatum eſt inter ſtatum culpæ, & ſtatum gratię, quod ſolus Deus diſſoluere poteſt. Idcirco in Eſaia di cit: Ego ſum q̃ deleo iniquitates tuas pro pter me. Tanto autem à ſe diſtant interual lo ſtatus gratiæ & culpę, quanto cœlum di ſtat à terra. Siquidem ſtatus culpæ, ſeu iræ dei, in quo viuit peccator, eſt porta inferni. Status vero gratię eſt porta regni cœleſtis. Vide iam quantum diſtent, nempe tãtum, quantum infernus ſcilicet à regno cœlorũ. Non fit ergo tranſitus à culpa ad gratiam, niſi diuina virtute. Quomodo enim nulla creatura ſeipſam poteſt creare, ita nullaq̃ poteſt ſeipſam recreare, aut à ſpũali morte reſuſcitare. Secunda difficultas eſt, quia niſi trãſeat, perire illum neceſſe eſt, cum ſit in manibus hoſtium. Quiſquis enim amat periculum, peribit in illo, ſapiẽs autem fu giet. Tertia eſt difficultas, quod illum ad quem & cuius ope debet tranſire, fe cit homo ſibi inimicum. Diuinam enim iuſtitiam offendit omnis peccator, & hanc ſibi contrariam habet. Eſt tamen interim tranſire ad eius gratiam volenti hęc conſo latio, q̃d iuſtitiæ miſericordia domini con iuncta eſt, quæ in hac vita principatum ob tinet, quemadmodum iuſtitia poſt hãc vi tam iudicium ſuũ habet. Itaq; domini mi ſericordia hic reos ac tranſire volentes ab ſoluit, ibi autem iuſtitia fiſtit reos, & digna illis retribuit. Verum de hac Dei iuſtitia e tiam nunc nobis imminente Pſalmus ait: Niſi cõuerſi fueritis, gladium ſuum vibra bit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vaſa mõrtis, & cæt. Præ ueniamus igitur faciem domini oportet, eius quærendo miſericordiam in tempore opportuno, quo hoſtibus nos à tergo in ſequentibus, & mari nobis in faciem oc currente domini miſericordia mare diui dat, noſque tranſire faciat liberos hoſti bus in mari ſubmerſis. De hoc tranſitu in telligimus, quod Apoſtolus dicit, Paſcha noſtrum, id eſt, tranſitum noſtrum eſſe im molatum Chriſtum. Vere enim immola tus eſt, vere in cruce vt ſerpens æneus pro nobis ſuſpenſus eſt, vt illum intueamur, vt intuentes ſanemur, & vt illum manducan tes, eidem incorporemur. In huius enim intuitu diſcimus, quo tranſire debeamus, quomodove ei aſſimilari, ac conformari debeamus tranſeuntes. Secũdus tran ſitus eſt de vitijs ad virtutes per deſertum pœnitentiæ. Huic tranſitui quoque non deſunt difficultates. Quis enim eſt qui di gnos faciat fructus pœnitentiæ? Quis ita pœnitet, vt angelis in cœlo de ſe gaudium faciat? Quanta item eſt difficultas aſſuetis deſueſcere, delicata ſibi ſubtrahere, amara deſerere, & interdum licita ſibi negare? Quãta item moleſtia eſt carnem affligere, peccata mortificare, deſideria illicita per ſequi? In omnibus itaque quæ in hoc no bis tranſitu occurrunt, puta quo à vitijs tranſeamus ad virtutes, occurrunt difficul tates, labores, timores, ſcrupuli, caligines, errores. Sed aſpicite agnũ noſtrum immaculatum, quomodo ille tranſierit. Paſcha enim noſtrum, i. tranſitus, cuius amore nos tranſimus, & q̃ tranſire nos docet, cuiuſq̃ amore trãſire nos decet, immolatus ẽ Chri ſtus. Inter immolandum aũt, dum ſicut a gnus ducitur ad victimam, exẽplum nobis dedit humilitatis, patientiæ ac obedientię, vt tranſ-

1.Petri 3

G

Tranſitus triplex.

I.

A culpa ad gratiã tranſeũdi quænam ſint difficultates. Ioan.15

Lucæ 18

Lucæ 1

Eccles 7

Lucæ 15

Eſaiæ 43

Eccle.3

Pſalm.7

Exod.14

1.Cor.5

Num.21

H

II.

A vitijs ad virtutes. Matth.3 Lucæ 15

Hiere.31 1.Petri 2

vt tranſeundo ſequamur veſtigia eius. Ter tius tranſitus eſt à ſtatu gratiæ ad ſtatũ glo riæ, per torrentem mortis. Nõ pauca ſunt autem in hoc tranſitu, quæ formidãda oc currũt. Primum enim quod terret nos, eſt incertitudo ſalutis. Neſcit em̃ homo an à more odiove dignus ſit. Et ſæpenumero fit, vt via videatur homini bona aut recta, iuxta ſapientis ſententiam, cuius tamẽ no uiſſima ducant ad interitum. Terret itaque quia incerti ſumus nec ſecuri de ſalute no ſtra. Securi quidem ſumus per fidem, nos tranſituros: ſi tamen fidem hanc cum ſpe & charitate coniunxerimus. Nihilominus metuimus tñ. Quis enim eſt, qui gloriabi tur ſe mundum habere cor? Quis eſt qui ia ctabit ſe habere fidem, ſpem, charitatemq; certam? Neq; enim vnum tantum, ſed om nia neceſſe eſt implere domini pręcepta, o mnem poſſidere virtutem, eum qui ſaluari cupit. Nam ſi vna deeſt homini virtus, nul la adeſt. Si vnum homo Dei præterierit p̃ ceptum, ſi legem in vno offenderit, factus eſt omnium reus. Eam ob rem, ſi deeſt cha ritas, non poteſt adeſſe fides, ſi deeſt fides, non poteſt adeſſe charitas. Nam ſi fidẽ ha buero vt mõtes transferã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil ſum. Poteſt quidem fides in homine aliqua eſſe abſq; charitate: ſed nõ poteſt fides eſſe ſaluans abſq; charitate. Eſt enim in peccatore fides, ſed mortua fides. Nã ſi in illo, q̃ introductus fuerat adpran diũ regis, nuptias filio ſuo faciẽtis, nõ habẽ te veſtẽ nuptialẽ, fides nõ fuiſſet, ad prãdiũ ſeu ad nuptias non intraſſet. Per fidẽ introi tus eſt in Eccleſiã. Habuit ergo fidem, ſed mortuam, quia nõ habuit charitatẽ. Quot igitur hoc modo ſunt alij, qui item credũt & contremiſcunt, non minus quã dęmo nes: qui tamen non magis ſaluantur, quã dæmones. Ergo non abſq; timore mors poteſt expectari, niſi ſuperbundans Dei gratia hominem ne timeat, ſtabilierit. Eſt præterea difficultas alia non parum mole ſta. Nam qui in gratia quoq; ad mortem venit, tametſi conſolari per ſpem poſſit ſe ipſum, qua cõfidat in Deo, vt illius gratia protegente, in fine non ſeducatur, nec ex cidat à charitate, nequaquam tamen eſt certus. Occurrunt enim tunc tentationes graues, comittantur peccata & mala opera accuſat propria conſcientia, expectatur purgatio acerbiſſima, quæ omnia præſer tim quando inſtant, formidantur. Non eſt igitur hic quoq; alia conſolatio nobis filij, quã qa Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Chriſtus pro nobis mortuus eſt iuſtus p̃ iniuſtis, vt nos offerret Deo, mor tificatos, quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. In cruce namq; factus eſt ipſe nobis redemptio, quoniam vulneratus eſt ppter ini quitates noſtras, attritus eſt propter ſce lera noſtra. Hanc eius paſſionem & mortẽ patri offeramus oportet pro nobis. Nun quam enim tranquilli aut ſecuri morimur niſi in fiducia bonitatis, & ſpe meritorum ac paſſionis Chriſti moriamur. Poſtremo, hic aduertendum eſt, quod, vt ſupra dixi, Paſcha vocatur hic agnus occiſus, q olim in lege agnus fuit de grege ſegregatus, fi gurans Chriſtum agnum manſuetiſſimũ, qui pro nobis in die Paraſceues patri ſuo fuit pro nobis immolatus, quem vos etiã ſacramentaliter ſub ſpecie panis comedi ſtis. Ne enim in timore eſſetis magno, ipſe ſe adeo exhibuit amicum, vt vobis ſeipſum in cibum traderet, & nihilominus ſua vos morte liberaret. Omnem igitur ſuperiorẽ, quem dixi, timorem exuere ſtudeamus (ſi tñ ſemper bonæ fuerimus voluntatis ad i pſum) propterea, qa Paſcha noſtrum im molatus eſt Chriſtus. Quum enim hoc recolimus filij, quod Chriſtus pro nobis mortuus eſt, duo nobis occurrunt: Vnum quod nobis materia eſt flendi: alterum, q̃ eſt gaudendi occaſio. Flendi materiam no bis præbent abundantiſſima peccata no ſtra, & ingratitudo: propterea enim, quod peccatis noſtris induximus ſup̃ pñſſimo domino Ieſu tantas calamitates, pœnas, tri ſtitias & dolores, quæ omnia ſuſtinere illũ oportuit, ſi nos charitate ſua immẽſa redi mere debebat, nonne flere inconſolabili ter debemus? Ipſe patitur, & quicquid patitur, propter nos patitur. Num pœ nas & paſſiones eius irridebimus? Num iterum peccando pœnis eius inſultabi mus? An non conuertendo nos ad i pſum, nec eundem redamando charita tem eius parui pendemus? Hoc mini me nos decet. Sed flebimus cum flen te, ſuſtinebimus cum patiente, congemiſ cemus cum gemente, vt eius paſſio & do lor nobis quoque ſit dolor, dolentes com patienteſq; paſſionem eius intueamur: quã doquidẽ ſcimus ea quæcunque patitur, p nobis illum pati. Hoc modo ſtudioſe co gitemus immolationẽ Chriſti eiuſq; cha

A ſtatu gratiæ ad ſtatũ glo riæ, per torrentem mortis. Nõ pauca ſunt autem in hoc tranſitu, quæ formidãda oc currũt.

Eccl.9

Prouer.14

Iacob.2

1.Cor.13

Fides mortua q̃ ſit. Matth.22

Iacob.2

1.Petri 3

Eſai.53

Exod.12

Rom.3

In Paſche ſolennita te quænã nobis præ ſtent mate riã flendi.

Rom.18

1.Pet.2

ritatē. Aliud eſt q̄d gaudēdi eſt nobis q̄que in paſſione dñi materia, & hoc bifariā. Gaudendi materiam quæ nobis in hoc feſto p̄ſtent.
Siq̄dē aut ipſi gratulabimur ſeu cōgaudebimus patienti ſeu paſſo, aut nobis. Si ipſi grandis certe nobis gaudioꝝ occurrit & materia & occaſio. Nā gratulemur ei oportet q̄ Eccleſiā quā ſibi deſpōſauit, hāc p̄tioſo ſanguine ſuo redemit, quod patris impleuit obediētiā, q̄ mortē vicit, q̄d triſtitia ſupauerit oīa, q̄d de diabolo ac morte triū phauit, ac tandē victorioſus ſibi gloriā obtinuit. Si ẏo nobiſipſis gratulamur, exultabimus q̄dē, q̄ p eius paſſionē ab inferno redēpti ſumus, q̄d filiꝝ Dei ex filijs diaboli efficimur, q̄d hæredes efficimur regni cœleſtis, q̄d ex poteſtate liberamur diaboli, & cūctis bonis p Chriſtū implemur. Dixi igitur, tā gaudēdi q̄ triſtādi nobis euenire ex meditatiōe paſſiōis Chriſti materiā. Verūtn̄ q̄a tēpus eſt triſtandi, tepus quoq; gaudendi, ea q̄ triſtitia ſunt, & ad fletū, puocāt, in die Paraſceues abſoluimus. Hodie quæ gaudiꝝ ſunt, ex Chriſti morte & reſurrectione nobis euentura tractemus. Hoc nanq; modo recte nos cōformabimus Chriſto, vt in triſtibus cū eodē ſimus triſtes, & in lætis gaudentes. Vos chariſſimi, q̄ hoc ſacro tēpore nō tā Paſcha celebraſtis, q̄ ipſi cōeditis, puta agnū Paſchalē, viuentē & verū dñm noſtrū Ieſum Chriſtū, idq; ſacramentaliter, q̄ ad eius corpus ſub ſpeciebus panis conſtitutū, id agite, vt quē deuoti ſuſcepiſtis, nō indigne rurſus à vobis expellatis. Indignior aūt nulla eſt amici expulſio, q̄ ea qua amicus à ſe expellit: amici vero hoſtis ad illius contumeliā, ad ſe quaſi illius loco introducitur, & quando fidem quam ad amicum quondam habuit quis, illiuſq; dona ab eodem recepta, ad illius conuertit hoſtem eiuſque obſequium. Quod à nobis omnibus auertat Ieſus Chriſtus Dei filius in æternum benedictus, Amen.

1. Pet. 1 Phil. 2
1. Ioan. 3
Rom. 8
Eccl. 3
Rom. 11

PRO FERIA II. SOLENNITATIS PASCHAE PARAPHRASIN in epiſtolam, & Exegeſin in Euangelium vna cū ſuo Sermone, require in Tomo ſecundo de feſtiuitatibus, ſanctorum.

DOMINICA IN OCTAVIS PASCHÆ, EPIſtola, I. Ioannis V.

OMne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum. Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Quis autem eſt qui vincit mundum, niſi qui credit, quoniam IESVS eſt filius Dei? Hic eſt qui venit per aquam & ſanguinem IESVS Chriſtus. Non in aqua ſolū, ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dāt in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis. Et hi tres, vnū ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. Et hi tres, vnum ſunt. Si teſtimonium hominū accipimus, teſtimoniū Dei maius eſt: qm̄ hoc eſt teſtimoniū Dei, q̄ maius eſt, qm̄ teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filiū Dei, habet teſtimoniū Dei in ſe.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

Iaco. 2 Gala. 5

REgeneratis ac nouæ Eccleſiæ filijs nō inutiliter legebat olim hæc epiſtola Ioānis, q̄ docet in vera fide p̄ſeuerantiam. Nā hæc maxime teſtat adoptionē filiorū Dei. Dicit igit: Oē q̄ natū eſt ex Deo p fidē nō eā q̄ dæmonibus cōmunis eſt, q credūt & cōtremiſcūt, ſed p eā fidē, q̄ p dilectionē operatur, vincit mundum, hoc eſt, vanitates impietatesq;, & tam aduerſa quam proſpera mundi. Non tamē hoc ita eſt intelligendum, vt quiſqs fidem habuerit, nō poſſit peccare. Nihil enim aliud eſt vincere mūdum, quā non mortaliter peccare. Nā ſi peccat, iā non vincit mundum, ſed vincit à mundo. Quod vero multi q erāt aliq̄n fide & charitate Deo cōiuncti atq; ex Deo geniti ſuperent à mundo, manifeſtat in Apocaly. vbi manifeſte dicitur: Sed habeo aduerſum te pauca, q̄d charitatē tuam primā reliqui-

Mundum vincere quid ſit.
Apoc. 1

1. Cor. 10 reliquiſti. Memor eſſe itaq; vnde excideris Et Apoſtolus ait: Qui ſtat, videat ne cadat.
1 Ioan. 5 Ideo recte intelligenda ſunt hæc verba: Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum. Aut, Qui natus eſt ex Deo, non peccat, vt dicatur verum eſſe, vt q̄s quatenus eſt ex Deo natus, non peccet. Quamdiu enim in ſua generatione perſiſtit, non vincitur à mūdo, nec peccat. Verum ſi muta tur, aut ſi hanc deſerit, peccat. Aut ita: Qui natus eſt ex Deo p æternam prædeſtinationem, non peccat, ſcilicet peccatum ad mortem, id eſt, in quo moriatur. Vincitur tamē peccato ac mundo interdum ad tempus. Quē tamen generatio Dei conſeruat vt in pecca to non moriatur, ſed finem ac terminum vitæ ſuę claudat in victoria mundi, ſicut filius Dei.

B

Iaco. 2 Gala. 5 Heb. 11 Ephe. 6 1. Pet. 5

Et hæc eſt victoria noſtra, qua mundū vincimus, fides noſtra, nō ea quæ ſine operibns mortua eſt, ſed quæ p dilectionem operatur. De qua ſcriptū eſt: Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam. Hęc fides (inquit) eſt victo noſtra. Quod Apoſtolus Paulus quoq; inſinuans, Sumentes, inquit, ſcutum fidei, in quo poſſitis tela neq̄ſſimi ignea extinguere. Et Petrus ait: Diabolus tāquam leo rugiens circumit quęrens quem deuoret, cui fortes reſiſtite in fide. Hanc fidem in vobis tenete, hoc credite, diaboli malitiam nihil poſſe præualere, q eſtis in Chriſto, Dei curam & continuam protectionem ſup vos eſſe Deum orantes vos exaudire, per fidē quoque inuocatum vobis adeſſe. Hæc eſt victoria qua mundum & diabolum per fidem omnes vicerunt ſancti.

Gal. 5

Quis eſt autem qui vincit mundum cum ſuis vitijs & concupiſcentijs, niſi qui credit quoniā Ieſus eſt filius Dei. Qui enim hoc non credit, non poteſt vincere mundum, imo nō poteſt non vinci à mundo. Ergo nemo vincit, niſi qui credit in dominum Ieſum. Nec tamen dicitur, quod omnes qui credunt, vincant ſed q̄d nemo vincit, niſi credat. Cupienti igitur vincere fides neceſſaria eſt, licet ſola neceſſaria non ſit. Eſt enim neceſſaria quoque ſpes & charitas, & obedientia mādatoꝝ Dei, aut locoillius humilitas pœnitentiæ. Non eſt autē quod obijcias multos credere, nec tamen mundum vincere. Nam ſunt, inquis, q confitent ſe noſce Deum, factis autem negant. Dicendū non de omni fide, ſed de ea quæ viuit per charitatem, p eandemq; operat, Ioannē loq Apoſtolū. Sequit: Hic eſt q venit p aquā & ſanguinē Ieſus Chriſtus. In aqua eñ baptiſmatis ſeu regeneratiōis, & in effuſione ſui ſanguinis, Ieſus, i. ſaluator ad nos veniēs, ſalutem nobis aduexit. Nō in aqua venit tm̄ vt erat baptiſmus Ioannis, corpus q̄dē abluens, ſed nō dans remiſſionē peccatoꝝ, ſed venit in aqua & ſanguine, aq̄s tactu ſuę in nocētiſſimæ carnis virtutē regenerandi tribuens, idq; in ſacramento baptiſmi, q̄ pariter redemptionis ſuæ virtutē ac paſſionis meritū nobis applicauit. Itaq; venit Chriſtus in aqua, qua peccato inquinatos abluеret. Venit in ſanguine, q̄ redimeret ſolueretq; captiuos.

Ad Ti. 1 Et ſpiritus ſanctus eſt q teſtificat, qm̄ Chriſtus eſt veritas, verus homo, veruſq; Dei filius, vere innocens, verus redemptor & ſaluator. Qñ, inq̄s, ſpiritus id ſanctus teſtificatus eſt? Qñ Chriſto baptizato deſcēdit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie in ipſum. Quod Baptiſta quoq; Luc. 3 Ioan. 1 Ioannes indicat dicens: Ille q me miſit baptizare in aq̄, ille mihi dixit: Sup quē videris ſpiritū deſcēdentē & manētē ſup eū, hic eſt q baptizat in ſpiritu ſcto. Et ego vidi, & teſtimoniū phibui, qa hic eſt filius Dei. Tres eñ ſunt, q Chriſto diuinitatis teſtimonium dāt in cœlo, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Pater enim teſtimonium dedit, qñ vox eius cœlis aptis ſup Ieſum baptizatum audita eſt, dicentis: Hic eſt filius meus dilectus, in q̄ mihi complacui. Et in monte Thabor, dum gloriaretur corā tribus diſcipulis Ieſus, vox ſimilis patris audita eſt. Porro filius teſtat, qñ verbum teſtat ppriæ diuinitati, & hoc tā operibns quam ẏbis. De opibus ipſe loq̄t dicēs: Hæc ſunt, ſubaudi ſigna & miracula, q̄ teſtimoniū p Ioan. 10 hibent de me, qa fecit q̄ nemo alius facere potuit. Verbis teſtatus eſt, qñ dixit: Ego & pater vnū ſumus. Spiritus ſanctus demū teIbidem. ſtat Chriſti diuinitatē, qñ. ſ. in diſcipulos in die Penthecoſtes venit, eoꝝ linguas & Acto. 2 corda animauit & teſtimoniū phiberēt vniuerſo mūdo. Et hi tres, ſ. pater, filius, & ſpiritus ſanctus, vnū ſunt, non vnitate tm̄ naturę, ſed ſunt etiā vnū teſtimoniꝝ cōformitate. Et tres ſunt qui teſtimoniū humanitatis Chriſto dāt in terra, Spiritus, aq̄, & ſanguis. Spiritus nēpe quē emiſit Ieſus moriens in cruce, teſtabat Chriſtum veꝝ etnō Ioan. 11 phantaſticum hoiem eſſe. Aqua vel lachry Luc. 19 marum, quā flens ſup morte Lazari, vel ſuper Hieruſalem futuro excidio effudit, vel quæ

quæ de latere eius post mortem emanauit,
Ioan.19 Lucæ 22 hominem esse verum testatur: Sanguis de nique cum dolore effusus idipsum testat. Et hi tres vnum sunt, id est, idipsum concorditer testantur. Si testimonium hominum accipimus prophetarum de Christo nobis loquentium atq; testantium, testimonium Dei maius est, id est, verius & excellentius, atque magis propterea credendum. Quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est hominũ testimonio, quoniam Deus pater testificatus est de filio suo, hoc est, testatus est Iesum esse filiũ suum. Qui credit in filium Dei, testimonium Dei patris, id est, fructum testificationis eius habet in se, vt sit ex adoptione filiorum vnus. Porro, qui non credit, in filium, vt filius sit Dei Iesus, sua incredulitate mendacem facit (quantum ex se est) patrẽ. Sequeret enim vt si pater mendacio attestatur perhibens testimonium Iesu, q̃d Dei sit filius, pater ipse mendax efficitur. Atque ideo qui non credit in filium, mendacem facit patrem (quem falsitatem putat
1.Ioan.5 testari) non credens testimonio, quod testificatus est Deus pater de filio suo. Et hoc est testimonium quod nos phibemus Apostoli de Dei filio, qm̃ vitã æternam dedit nobis Deus p ipsum. Quæ vita æterna est in filio eius, hoc est, in cognitiõe, visione, & fruitione filij eius. Itaq; q habet filiũ per fidẽ & charitatem, habet quoq; vitã qm̃ quidem hæc est vita æterna, vt cognoscãt,
Ioan.17 te vex Deum, & quem misisti Iesum Christum. Qui non habet filium p fidem & dilectionẽ, nõ habet vitã quæ à morte seruat & cum Christi in sua immortalitate viuere facit.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ in octauis Paschæ. Ioannis XX.

EVm immortali adhuc corpore dñs noster Iesus Christus
Matt.18 suis adesset discipulis, cõsolatus est eos, atq; in illis nos, dicẽs: Vbi duo vel tres cõgregati fuerint in noĩe meo, Ibi in medio eorx sum. Hoc hodie eis, vt alias semp inuisibiliter, in specie visibili cõmõstrauit. Siqdem Apostolis cõ
Ioan.20 gregatis haud dubiũ in noĩe dñi, adfuit Iesus in medio eorx, dicẽs: Pax vobis. Adeo aũt constat semp firme ac indubitato seruare suã, pmissionẽ Deũ, vt patres nostri pces generales, Litanias & pcessiones instituerint multas, nõ aliã obrẽ, nisi vt orantiũ simul multorx colligat cõsensus, & q̃d fortasse vni (sunt eñ multa q̃ singulares impediunt, ne exaudiant orationes) negaret, nõ possit negari multitudini. In multitudine nanq; nõ desperãdũ est esse multos, q Dei sint amici, & q orãtes repulsam nõ mereãtur. Accedit q; vbi multitudo est adunata, psona figurat Ecclesiæ, q̃ in rebus licitis, & salutaribus nõ potest nõ exaudiri. Quã obrẽ dicũt eruditi viri, in pcessionibus, (tametsi singulariũ hominũ deuotio id non mereat) generalibus, vbi p re p̃canda aut dep̃canda multorx in vnũ coit cõsensus, celeriorẽ apud Deũ fieri exauditionẽ. Nam multitudo in re licita cõsentanea exaudiri meret, tametsi separatim in illa pauciſſimi sint q mererent exaudiri. Pari hic modo et multo magis electi dñi discipuli adunati meruerũt à dño visitari & cõsolari cõsolatione, quã p̃cipue nobis optat Deus, vt sit nobis pax. Hoc aũt tunc factum est, cũ de eius resurrectione tractarent Apostoli, & Cleophæ ac eius socij audirẽt narrationẽ. Stetit Iesus in medio eorx dicens: Pax vobis. Itaque vt dicit Ioannes Euangelista.

Litanie cur inſtitutæ fuẽ

Luc.24

Cum sero esset die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum ludæorum.

In hoc Euangelio Christi apparitiones narrantur duæ: quarũ altera in die Paschæ sero ingruente nocte facta est, altera post octo dies, hoc scilicet die. Cum enim sero esset vna sabbatorum, inter Paschalem
Exod.12 solennitatem quæ per vnam habdomadam durabat, cuius dies singuli crant festi ui, & sabbata dicebantur. Vna igitur sabbatorum, hoc est, altera die post magnum sabbatum, quod infra illam hebdomadam occurrebat, solennius propter hebdomadam Paschalem, reliquis sabbatis quæ singulis hebdomadibus occurrunt per integrum annum. Vna igitur sabbatorum, hoc est, die dominica, qua dominus surrexerat, cum sero factum esset, & duo ex Emaus discipuli redijssent, inuenissentque vndecim simul hic congregatos, nar- Luc.24
rantes quod dominus surrexisset vere, apparuissetq; Simoni narrauerunt ipsi quoq; quomodo sibi in specie peregrini apparuisset

isset dominus, & quomodo eũ in fractione cognouissent panis: tunc subito stetit Iesus in medio eorx, qui fuerat clausis ianuis ingressus, & dicit eis: Pax vobis. Hoc enim idem Euangeliũ quod Ioannes hic scribit, Lucas quoq; refert, & lectum est feria tertia proxima superiori. Verum cum Lucas dicat congregatos vndecim, Iudas vero tunc abierit in locum suum, suspensusque crepuerit medius, quõ fuerunt Apostolorum vndecim (demptis aliis extra numerum Apostolorum p̃sentibus, scilicet Cleopha ac socio eius, & pluribus vt creditur aliis) quando Ioannes Thomã hic narrat defuisse? Qui si defuit tunc, remanserũt tantum decem Apostoli. Dicendum Thomam quidem adfuisse inter vndecim vnũ, quando Cleophas cum socio ex Emaus redierunt, & narrauerunt quæ sibi acciderant. Quibus tamen Thomas non credẽs, nec aliis decem Apostolis de Simone narrãtibus, exiuit, antequam Christus illis appareret. Aut fortasse melius dicitur, quod Lucas dicendo vndecim, collegium voluit aut congregationem nominare Apostolorum, quod nomen collegij aut vniuersitatis nihilo minus illis erat, tametsi vnus aut alter abesset: Sicut apud canonicos dicitur capitulum cõgregatum: & apud monachos conuentus, & in academijs vniuersitas, tametsi aliqui desint. Hoc modo Apostoli vocabantur vndecim, non q̃d ita exacte fuerint tunc numerati, sed quia collegium eorum constabat ex vndecim. Vult igitur dicere totũ collegiũ simul fuisse apostolorũ, cum dicit vndecim, quãuis aliqs defuerit, quia maior pars sibi nominis vendicat integritatem. Cum itaq; sero factum esset vna sabbatorum, & fores, scilicet domus, essent clausæ, in qua erãt discipuli cõgregati propter metum Iudæorũ. Metuebant discipuli, nondum cõfortati ex alto,
Matt.10 eos, qui corpus poterant occidere, ideo clausos & absconditos, quantum poterant, se seruabant.

Luc.24 Matt.27 Act.1

Venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

G
1.Tim.2 Stat Iesus in medio discipulorum, qui Dei mediator est & hominũ, tanquam magister, pater & dñs omniũ. Non aũt immemor
Lucæ 10 suorum est verborum, qbus Apostolis mãdauerat: In quamcunq; domũ intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Hoc modo ipse quoq; vt facilius agnoscerentur pacem illis optat. Voluit pariter illos suorx esse memores verborum, quæ illis dum ad
Ioan.14 passionem esset iturus, dixit: Nempe, Pacẽ meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Sicut igitur abiens pacem eis commisserat, pacemq; dederat, ita rediẽs, loqui mox vt est exortus, pacem eis optat. Est enim reuera pax bonum non mediocre Christianis omnibus appetendum. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Atq; ideo Augustinus in libro de ciuitate Dei, dicit: Tantum est pacis bonum, vt etiam in terrenis rebus atq; corporalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nil melius inueniri, nil melius possideri. Cur bellũ à bonis gerit, nisi vt pax habeat? Hinc bestiæ sylu as repetũt. hinc volucres aera ad se sustollũt, pisces ad pfũda maris se demergũt, reptilia in viscer ibus terræ se abscondunt, vt pacẽ habeant. Est aũt quãtum hic dicere sufficit, in hac vita pax triplex, scilicet temporis, pectoris & æternitatis. Temporis, pax est, nullam sentire persecutionem, nullam molestiam, nullã perturbationẽ, & in omni trãquillitate cõstitui. Sic pacem habere in hac vita non bonum est signum. Timendum est enim ha-
Lucæ 16 benti, vt aliquando mereatur audire, quod dives audiuit epulo: Fili recepisti bona in vita tua. Hanc pacem Christus suis hic nõ solet dare amicis, nec ipse eam in hac vita habuit. Propterea enim dixit: In mundo
Ioan.16 pressurã habebitis. Si me persecuti sunt & vos psequentur. Et cũ Apostolis in vltimo dixissetsermone. Pacem relinq̃ vobis, pacẽ
Ioan.14 meam do vobis, mox subiungit: Non quõ mundus dat ego do vobis. Mundus enim temporalem optat & promittit pacẽ, hanc Christus non promittit. Non veni inquit,
Matt.10 pacem mittere, sed gladium. Non igitur hac pace nos Christus salutat, vt quietem à tribulatione & molestia habeamus, sed vt tribulationem & molestiam in qete pectoris, in pace cordis & animi tranquillitate sustineamus. Vult enim vt in omni ptutbatione externa internam tranquillitatẽ & pacem cordis possideamus. Tertia est
Leuit.26 pax æternitatis. De hac scriptum est: Dabo pacẽ in finibus vestris, id est, in singulis viribus atq; potentijs animæ. Dormietis, in
Esaiæ 32 iugi fruitione summi & perfectissimi boni, & nouerat q exterreat. Itemque. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis &

cis & requiæ opulenta. De hac pace Aug
Augustin. stinus: Quis inquit non desideret hanc pacem, vbi amicus non exit, inimicus non intrat: nullus tentator, nullus ibi est seditio sus nullus fatigans? Hic pax ciuitatis est cœlestis Hierusalem.

H **Et cum hoc dxisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis.**

Lucæ 24 Refert Lucas dominum dixisse anteqũ ostenderet eis loca clauoꝝ in manibus: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conter
Lucæ 23 riti em̃ fuerant & conturbati, existimãtes se spiritũ videre, spiritum scilicet Iesu, quẽ in cruce emittens patri commendauerat. Hunc putabant sibi aparere in specie aliq̃ corporali assumpta. Verum, dicit qs. Quo modo fuerunt conterriti, cũ dicat Ioannes
Ioan. 20 paulo post in hodierno Euangelio: Gauisi sunt discipuli viso domino? Dicendum, ad apparitionem Christi subitam fuerunt conterriti, sed vbi eis ostendit manus & pe
Lucæ 24 des, cicatrices scilicet vulnerum suoꝝ gauisi sunt vehemẽter. Et quamuis dicat Lucas: Illis aũt non credentibus, sed præ gaudio mirantibus, videaturq; mirum quomodo non credentes gaudere potuerint, dicendum, id simul stare potuisse, vt ad præsentiam domini gauisi fuerint valde, nihilominus tamen non perfecte crediderint, sed timuerint, ne fortasse dominus non esset, qui appareret. Optabant maxime verã esse Christi resurrectionem, & verum suum magistrum, qui apparebat, & ideo præ magno gaudio in hac spe veritatis simul timebant ne vane gauderent, aut ante tempus frustra exultarent, puta ne aliqua specie fortasse fallerẽtur. Sed obstat q̃d Petro semel apparuit, qui hæsitare amodo nõ potuit. Ad quod dicendum, Petrus, etsi crederet, subito tamen, quia sero erat, & incol locutione mutua erant apostoli occupati, foresq; clausæ, potuit in principio obstupescere, videns foribus clausis apparitionem fieri, de qua non suspicabatur. Potest etiam dici maiorem partem Apostolorum exterritam, puta non plane credentes, licet aliqui timuerint præ desiderio Christi, non esse solidum suum gaudium, sed falli (quod nolebant) se posse. Verum itaque est eos primo exterritos, eosq; mox gauisos, & imperfecte adhuc credentes timuisse ne dominus non esset. Gaudij igitur magitudo causa fuit timendi. Sic nobis quotidie contingit, vt ad quod maxime gaudemus & quod maxime optamus metuimus ne aut non sit, aut non eueniat, aut ne fallamur. Illis igitur sic constitutis, dicit eis iterum: Pax vobis. Et secundũ Lucæ 24
Lucam. Quid timidi estis, & cogitationes scilicet timidæ, ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte, qa spiritus carnem & ossa non habet. Deinde ostendit eis manus & pedes. At vt procul omnis abesset suspitio, ambiguitas & timor, Habetis, inquit, aliquid quod manducetur, nullum signum indiciumve prætermittẽs, quo probaret se verum corpus habere, q̃d in cruce fuisset vulneratum, quod palpari posset ac tangi, licet posset & non tangi, quod viueret & comederet. Quappter plenissime resurrectionis suæ volens ostendere veritatem, Habetis, inqt, aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis vere & non ficte, ad ostendendam naturæ veritatem, non quod post resurrectionem necessarius foret ciborũ vsus (Neque enim propterea dicitur commestio, quod conuertat cibum in commedentem. Hæc enim nõ est commestio, sed effectus commestionis. Absque enim hac conuersione seu incorporatione cibi in cõmedentem, dicitur vera commestio, quæ post resurrectionem fuit in Christo. Cibũ enim quem comedit, conuertit in spiritualem, id est, in aerem materiam, seu vaporẽ) Tunc aperuit illis sensum, inquit Lucas, vt intelligerent scripturas. Porro Ioannes, cum iterum dixisset Christus: Pax vobis, adiũgit Christum adiecisse: Sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos.

Christus quõ post resurrectionẽ co medent.

Lucæ 24

Ioan. 20

Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cũ dixisset, insufflabit, & dicit eis: Accipite spm̃ sc̃tm. Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

I Sicut misit me, inqt, viuens, pater, & ego mitto vos. Ea charitate qua ego à patre
Ioan. 3 missus sum ad conuersionem mundi (Sic em̃ Deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ daret vnigenitum, vt oĩs qui credit in illum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam) mitto etiam vos ad prædicationem mundique cõ

uersionem. Sicut me pater misit ad persecutiones, ad pssuras & dolores sustinẽdos
Matt. 10 Luc. 6 Ioan. 17 ita mitto vos quoq; ad eadẽ ferenda. Quæ bona ergo recipi à mundo, eadem vobis relinquo. Nõ est discipulus sup magistrũ. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Hoc cum dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctũ, indicans prædicationis officium quod commiserat illis absq; spiritus sancti gratia digne neminẽ, posse exequi. Non sunt tñ putandi apostoli spiritum sanctũ ante non habuisse, sed credendum spiritum sanctum quem ante habuerunt, nunc copiosius, hoc est, cũ potioribus pluribusq; donis receperũt. Siquidem iam sufflando Christus dedit eis quo
Acto. 2 que potestatẽ ligandi atq; soluendi. Porro in die Penthecostes iterum dans illis spiritum sanctũ, dona adhuc sua auxit copiosius, vt scilicet omnium linguis loquerẽtur, vt signa facerent, vt mortuos suscitarent, & vt nihil p Christi subeundum amore formidarent. Quoꝝ remiseritis peccata remittuntur eis, & quorũ retinueritis id est, tetinenda iudicaueritis, retenta sunt. Hoc etiam hodie sacerdotibus collatũ est, si tamen iuxta leges Ecclesiæ, & iuxta merita demeritave pœnitentium aut ligant aut soluant. Nam si suo moti arbitrio temere aliquid atq; fieri debeat, facere tentauerint idque scienter, grauiter delinquunt, audientq; de se dici: Interfecerunt animas quæ
Ezech. 13 non moriunt, & viuificabãt animas quæ nõ viuunt. Videte quõ suis hic Apostolis Christus autoritatem præbet animas soluendi atq; ligandi, quõ rex aliquis terrenus præfectis suis potestatem dat, eos qui rei sunt in carcerem ponendi, indeque educendi iuxta subditorum merita.

Thomas aũt vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nõ erat cum eis, quã do venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittã digitũ meum in locum clauorum, & mittã manum meam in latus eius, non credam.

K Numerum recensет Apostolorum eo modo, quo tunc erat, antequam dominus iuit ad patiendum: tunc enim duodenarius erat. Propterea enim dicit: Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Dydimus (quod dubium aut geminum esse volunt) non erat cum eis, qnando venit Iesus. Auditis enim Cleopha ac socio eius, mox discesserat. Quod absq; diuina non est factum dispensatione, vt per hoc daretur occasio, quo resurrectionis suæ veritas euidentius probaretur. Sed dicit quis: Vbi igitur spiritum sanctum & potestatẽ ligandi & soluendi Thomas accepit, si absens fuit? Dicendum, post octo dies fuisse hoc à domino suppletum in eo, quod alij acceperant Apostoli. Dixerunt ergo illi alij discipuli, scilicet reuertenti: Vidimus dominum. Ille autem non solum non credens, sed rem etiam impossibilem æstimãs dixit: Nisi videro in manibus eius fixuras clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meã in latus eius, non credam. Hæc videtur dixisse, propterea quod ab Apostolis audierit, Christum tenuisse fixuras & cicatrices vulnerum. Haudquaquam Apostolus ille spernendus est, propterea quod præ cęteris Apostolis ad credendum tardior fuerit. Multo enim magis profuit nobis illius ad credendum tarditas, quam Magdalenę velocitas. Ipse enim egit, vt multæ, in quibus non potuissemus dubitare, ambiguitates elucidarentur nobis. Quamobrẽ nõ ex duritia aut fidei modicitate hoc illi accidit, sed vt, dixi, p dispensationẽ. Nã cum dominus Hierusalem redire vellet, vbi paulo ante illum lapidare voluerat dicens: Eamus
Ioan. 8. 10 in ludæam iterum, dixisse ille solus legit, similiter præ cæteris: Eamus & nos, & moriamur cum illo. Quod reuera verbum nõ paruæ fidei ac deuotionis fuit.
Ioan. 11

Grego.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

L Et post dies octo, id est, octauo die, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum, & dicit eis: Pax

vobis. Deinde dicit Thomæ (propter hũc enim solum ne illum amitteret, venit:) Infer digitum tuum huc, scilicet in locũ clauorum, & vide manus meas clauis perforatas: & adfer manum tuam, ponens in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Quasi dicat: Quia dixisti, Nisi mea vulnera tangeres, te nõ crediturum. Vide qd quantumq; faciat dominus clemẽtissimus saluator noster p vna anima, quã saluet. Respondit Thomas & dixit ei: Dñs meus & Deus meus, scilicet tu es. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Vidisti hominem & credidisti Deum. Beati qui non viderunt & crediderunt. In hoc poste rior tum fides commendatur, qui non viderunt Christum in carne, sed ex aliorum prædicatione cognouerunt.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorũ, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hęc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

Non omnia Ioannes quę egit dominus Iesus signa aut miracula scripsisse se fatet, aut alios Euangelistas. Multa enim plura, quam scripta sunt, acta sunt. Vbi & hoc est aduertendum, si signa & mira Christi opera non omnia scripta sunt, quanto minus scripta sunt eius omnia verba eruditoria? quæ certe mensuram excederent voluminis, si eadem scripta omnia forent. Hæc autem, inquit, scripta sunt, hoc est, tot scripta sunt, quot sufficerent ad probandum dominum Iesum verum esse Christũ & Dei filium, & ad fidei opus esset roborationẽ, vt credatis, quia Iesus est filius Dei. Et vt credentes vitam habeatis, scilicet ęternam, quæ sola vera est vita, in nomine eius. Quod ipse nobis largiatur Iesus Christus in secula benedictus, Amen.

Augusti.

SERMO DE EADEM DOminica. De pace multiplici, & cum quibus quẽdoue seruãda sit pax.

MEtit Iesus in medio discipulorum suorũ, & dicit eis: Pax vobis. Ioannis vicesimo. Solent homines cognosci à nobis ex voce, vbi etiam non videnť cũ quibus aliquanto tẽpore viximus. Proinde cũ Petrus de manu esset Herodis per angulum ex carcere ereptus, & nocte ad ianuã pulsaret domus Marię matris Ioannis, qui dicebatur Marcus, vbi multi erant discipuli congregati, puella quædam nominæ Rhode, ad videndum quis pulsaret, processit. Quæ Petri voce audita, illico eum vt agnouit præ gaudio recurrens ad eos qui intus erant, ante nunciauit Petri præsentiam, quam aperiret. Nouit itaque ex voce quem oculis nõdum viderat. Hoc modo Christus vt cito ex voce à suis agnosceretur, voce vsus est solita. Nam ingrediens mundum, pacem fecit per angelos nũciari his, qui bonæ sunt voluntatis. Euangelizans per mundum pacem annunciauit. Per Apostolos denique quamcunque intrarent domũ, iussit habitatoribus offeri optariq; pacem. Mundũ tandem egrediẽs Apostolos reliquit tanquã sui memoriale pacem, dicens hoc esse signum, quo ab omnibus agnoscerentur discipuli, si dilectionem, quam pax generat, & rursus ex eadem generatur, habuerint adinuicem. Nouissime autem rediens, quo ipse certius agnosceretur esse, qui per passionem & mortem eos reliquerat, illos salutãs, Pax, inquit, vobis. Est autem pax multiplex, nec omnis pex est bona. Est enim primo pax quædã inordinata, cũ obedit q debet imperare: sicut vbi dñs obedit seruo, maritus vxori, ratio sensualitati, spiritus carni. Sic Adam obediuit Euæ. Propterea audiuit à dño: Quia obedisti voci vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. Quapropter recte Apostolus dicit: Si secundum carnẽ vixeritis, hoc est, si caro vobis imperauerit, & vos carnis obedieritis desideriis, moriemini. Est pax alia simulata, q̃ qui habẽt loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Huiusmodi pacem Iudas coluit erga Christum, & Ioab ad Amasam. Tertia est pax quæ est concordia malorum & peccantium cõsensus. Veruntamen nulla harum trium, vere loquendo, est pax. Pax enim omnium appetituum est consensus in bono atque concordia. Vbicunque igitur est pax, ibi est concordia, at non ediuerso. Inter malos enim concordia esse potest, sed haud quaquam pax. Sola enim pax est diligentibus legem tuam domine. Et non est pax impijs dicit dominus. Concordia nominat tam in bono, quam

Actu. 12
Luce. 1
Ioan. 14 Matt. 10 Luce 10
Ioan. 13
Pax multiplex.
Gene. 3
Rom. 8
Psal. 13
Matt. 26 Mar. 14 2. Reg. 20
Pax quid sit.
psal. 118 Esaiæ 48

no, quam in malo consensum, ideo concordia bonorum vt est bona, ita malorum est pernitiosa. Duo igitur si consentiant, concordes sunt. Vide autem in quo consentiant. In malo, inquis. Ergo neuter habet pacem, licet concordiam, vt dixi, habeant in malo. Porro inter bonos & malos nulla est concordia, nec vtrobiq; pax. Bonis enim pax esse potest, malis vero esse nõ potest, nisi boni fiant. Est erga vera pax omnium appetituum consensus. Habes in te multos appetitus, si omnes in te iustitiæ ac virtuti consentiant, habes pacem in te. Si vnus fuerit appetitus in te, qui à virtute dissentiat, non est pax in te. Vide igitur quam inique calumniantur bonos iniqui, vbi simul in congregatione viuũt. Iniquis enim boni debent non cosentire in malo: ideo non est quo ad hanc partem inter eos concordia. Si iam conquerant se non posse habere cum cohabitatoribus concordiam, nihil mirum. Num malis cõsentiendum est in malo? Ipsi potius bonis consentiant, & erit concordia. Quod vero mali clamant, vt solent, sibi nullam esse pacem, dicendum: Nunquid malis propterea non est pax, quia cum bonis habitant? Amice, boni non auferunt tibi pacem, licet à te sancte discordẽt. Pacem tu ideo non habes, quia malus es. Esto bonus, & habebis pacem, & erit tibi cum bonis concordia. Quando igitur tibi pacem deesse conquereris, teipsum accusas, quod bonis non consentis, nec in teipso cõsentis virtuti ac iustitiæ. Nulla igit culpa hic est bonorum. Haud quaquã enim in hoc, quod in te pax nulla est, ipsi tibi debent consentire, vt pacem habeas. Nam tuis illicitis boni nõ cõsentiunt, & à bono, si quod in te est, nõ dissident. Nam si in malo tibi cõsentirent, cõcordia posset fieri, quæ est malorũ, nõ pax. Pax ergo solorũ est bonorũ. Possumus tñ dicere generalius de pace loquendo, cum tribus nobis pacem esse seruãdam. Primo cum hominibus, quod admonet Apostolus, dicens: Quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Quare dicit, quantum in vobis est? quia non ex vno solo stat vt inter duos pax maneat. Tibijpsi seruare potes pacem, adeo vt etiã proximi desideriis malis aduersans, aut p iustitia contendens, pacem intra te habeas neminem optans ex te lædi, neminem p turbari, tametsi vel Dei iniuriam vindices,

Malus cur veram pacem nõ habeat.
Pax seruãda cũ tribus Rom. 12

aut tua tibi ablata iudicio reposcas. Nam tu in pace constitutus, iusta iuste agens, nõ læsisse pacem diceris, si alium sua perturbet iniquitas. Ita igitur iuberis cuncta agere, vt tu pacem habens etiam alijs eandem relinquas. Quod si aliena te iniquitas agere compellit quæ iusta sunt, licet alius propter ea perturbetur, tu non illi, sed ipse tibi aufert pacem. Secundo, debemus seruare pacem nobiscum. Hoc in te fili non potest esse, nisi continuo fis aduersarius priuato amori & propriæ tuæ voluntati, & nisi fis consentiẽs iustitię & omni virtuti. Ad hãc pacem perfecta vitiorum mortificatio necessaria est ad hanc pacẽ, pfecta suiabnegatio atque resignatio in Dei perfectissimũ beneplacitum est necessaria. Ad hanc Paulus hortatur vbi dicit: Pacem sequimini, sine qua nemo videbit Deum. Interrogas fortasse, quæ sint, quæ conducant, quę promoueant aut generant hanc pacẽ. Primum est generale, habere propositum firmum, quo nolis peccare. Non eñ est, inqt Psalmista, pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Peccatorum enim spinæ, q̃ per pœnitentiam deletæ non sunt, pungũt & lacerant, nec pacem quietam conscientiæ sinunt. Secundum, quod pacem iuuat non vulgariter, est, vt quam primum in te senseris delictum, illud confitearis domino, humilians te coram eodem, teque accusans ingratitudinis, ores illum tam pro venia delicti, quam p gratia maiori, donec ad sacerdotem opportuno venias tempore, cui pariter delictum confitearis. Miram enim operatur pacem & consolationem sacramentum hoc confessionis, conscientiã releuans ac pacans. Nonne Dauid humiliter dicẽs: Peccaui domino, mox audire meruit: Transtulit quoque dominus peccatũ tuum? Tertium quæ tibi præceperit Deus cogitare semper, vt in lege domini sit semp voluntas tua, & timens Deum nihil negligas. Quartum, ne animum tuum curis & rebus terrenis immoderate implices. Propterea Marthæ dicitur: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Gregorius quoque dicit: Quid laboriosius, q̃ terrenis desideriis insistere? quid quietius, quam nihil in hoc mundo appetere? Occupatio nanque omnis temporalis distractio est cordis, & perturbatio mentis. Quintũ est simplicitas mentis, vt aliena non inuestiges, non explores noua: imo adeo de il-

O

Heb. 12 Sex quędã pacem pectoris generantia.
Psal. 37
2. Reg. 12
Eccl. 3 Eccle. 7
Luce 10 Gregorius

lis te non intromittas, vt etiam ea, quæ tibi nihil ad ſalutem nihilve ad pacem conducunt, neſcire ſtudeas. Curioſitas nanq; ſciẽdi noua ſeu aliena & alienæ vitę inueſtigatio nimiũ turbãt. Sextũ eſt patientia, ſeu in ſilentio manſuetudo. Qui enim integrã optat pacẽ poſſidere, multa diſſimilet, multa neſciat, multa tacens tranſeat, multa videns non videat, multa ſciens non intelligat neceſſe eſt, quo minus turbetur, pacemque ſeruat ac tranquillitatem mentis. Nã qui omnia volũt excuſare, de omnibus rationem reddere, ad ſingula reſpondere, ſeque defendere, nõ poſſunt diu in pace verſari. Tu igitur in ſilentio, manſuetudine & patientia, poſſide animam tuam. Committe te Deo, & oĩa excuſationũ negocia atq; reſpõſionũ, quã diu tacere tibi & ſuſtinere licet, eidẽ relinque: quia dominus tũc pugnabit pro te, & tu tacebis. Tertio pacem ſeruare debemus cum Deo pintegrã plenamq; noſtri ſubiectionem, per abyſſalem noſtri abnegationem, per reſignationem & egreſſionem noſtri perfectam. Hęc pax ſecundum Auguſtinum, eſt à volũtate Dei non diuidi, & in eis quæ ſolius Dei ſunt, delectari. Vt igitur veram pacẽ pectoris, quam Chriſtus nobis optat, in hac vita poſſideamus, videamus cuiuſmodi habuerint conditiões Apoſtoli, quãdo Chriſtus ad eos ianuis venit cluſis, inde inſtructi nos illis quodam modo ſatagamus cõformare. Primũ eſt, quod fores erãt clauſæ domus, in qua reſidebãt Apoſtoli. Quo ſignificatur ianuas noſtras, ſi nobis intus debeat annũciari pax, cuſtodiri portis clauſis debere. Quæ ſunt portę domus noſtrę, in qua reſidet anima? Corpus noſtrum domus eſt animę. Senſus noſtri ſunt portę domus. Per has enim perinde ac per portas domus ingreditur & egreditur, quicquid ab anima intus recipitur aut emittit. Quicquid per ſenſus exteriores recipitur, hoc in interioribus ſenſibus imaginando, æſtimando memorandoq; verſatur, & ex his ad affectiones aut auerſiones cor inclinatur. Ex corde autem oriuntur procedunt-que omnia tam bona quam mala. Propterea Sapiens dicit: Omni cuſtodia ſerua cor tuũ. Hoc eſt: Vide vt portæ omnes domus tuæ ſint clauſæ, atq; contra hoſtes munitę, ne quicquam te ingrediatur animæ tuæ inimicum. Inimicus enim noſter diabolus, non aliter atq; caſtrum nos obſidet. Ne igitur te ingredi poſſit, portas clauſas tene.

Si enim vides mulierem ad concupiſcendum eam, ſcito diabolum intraſſe per portam oculorum. Si carnalia, ſi detrectoria te delectat audire, per aures intrauit diabolus. Si impudice tangis quicquam, diabolus per tactum intrauit. Si iuras, blaſphemas aut maledicis, diabolus per os in te introit, & in lingua tua ſedet per te loquens. Idioma enim infernale ac diabolicum eſt blaſphemare & maledicere. Hoc enim idiomate cuncti loquuntur damnati. Quemadmodum in Dei regno ediuerſo omnes beati ſuo loquuntur idiomate, quod eſt laudare Deum, benedicere Deum, & rogare Deum. Qui tamen non pro ſe rogant, ſed pro nobis. Iam expende ad q̃d regnum pertineas, Chriſti, an diaboli. Hoc enim ex idiomate tuo dinoſces. Gallus gallice loquit, Germanus alemanice, Hiſpanus hiſpanice. Verũ de hoc ſatis. Dixi ſenſus ſub cuſtodia arcta continendos, ne inimicus quiſpiam introeat, qui zizaniam in te ſeminet. Pone frenum ori tuo, & quicqd pudet dicere, pudeat & cogitare, & non liceat intueri, quod non licet concupiſci. Eua ſi non curioſe aſpexiſſet lingni vetiti fructum, non comediſſet. Quidam denique pepigit fœdus cum oculis ſuis, ne cogitaret de virgine, haud dubium ſciens intuitum ſequi cogitationem. Propterea alius in Threnis lugens conqueritur, dicens: Oculus meus deprędatus eſt animam meam. Secundum eſt quod diſcipuli erant congregati. Sic & tu tãetſi in abditiſſimo ſpecu lateas, charitate omnibus ſis iunctus. Vbicunq; etiam in ſancto opere congregatio fuerit ſimul, cum qua viuis ſiue hæc ſit in templo, ſiue in labore, ſiue in oratione, ſiue in prędicatione, tu nolite ſubtrahere, noli deeſſe. Omnis enim congregatio in opere collecta, ſpiritus ſancti habet influxum (vt ſanctus Bonauentura dicit, monachis ſuadens ſemper manere cum conuentu) cuius non eſt particeps, ſi quis ſeipſum ſegregauerit, tanquam membrum à corpore congregationis ſeparatũ. Maiorem enim gratiam ſuſcepit, quiſquis alĩs (quando debet eſſe) hoc eſt congregationi ſociatus fuerit in oratione, in laude diuina, in operatione, aut labore obedientiæ, & ſimilibus, quam qui ſegregat ſe pro illo tempore, tametſi bonum interim operetur aliquid ex propria voluntate. Quando er

Luc.21

Exod.14

Augſtin.

Ioan.20 Pacem. veram deſiderans gẽ facere debeat.

Prouc.4

Matt.5

Idiomatis bolicũ ſit.

Thre.3

Bonauentura.

Gen.3 Iob.31

dõ ergo eſſe debetis cum alĩs in templo, aut in prædicatione, aut alio bono exercitio, interim nihil prętferatis aliud, licet alio qui bonum, ex propria voluntate. Studio enim deuotionis alio tempore poteſtis vacare in ſolitudine, quando non adeſt opus cui exobedientia teneamini intereſſe. Alioqui ſi adeſſe debetis, & non eſtis, abſentia veſtra à communi congregatione neminẽ non ſcandalizat. Sitis ergo membra cũ corpore tempore debito, & ſitis ſoli in oratione etiam tempore debito, vt pro loco & tẽpore fructum & orationis & boni operis vtrobique referatis. Sitis ergo vt membra in corpore myſtico non ſeparata, ſed vnita vt quemadmodum Apoſtoli, flatum Chriſti, hoc eſt, ſpiritum ſanctũ recipiatis, & pacem.

R

Ioan.20 Timendũ quidnam ſolummodo ſit.

Tertium eſt, quod timebant. Erant enim propterea foribus clauſis propter metum Iudæorum. Et vobis quidem timendum eſt, non ab hominibus, ſed à propria malitia, infirmitate & ignorantia, ne aliquid cogitetis, ne dicatis, & ne faciatis quicquam, q̃ Deum offendetis. Ad hoc enim hortat nos ſcriptura: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore & p̃para animam tuam ad tentationẽ. Et iterum: Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Itẽq; Si non in timore domini tenueris te inſtãter, cito ſubuerteretur domus tua. Propterea veriſſimũ eſt, quod diuus inqt Bernardus: In veritate comperi, nil ita efficax eſt ad gratiam Dei promerendam, conſeruandam & recuperandam, quam ſi omni tempore inueniaris non altum ſapere, ſed timere. Hæc itaq; dicta ſint, non vt credatis, cũ iſta etiam feceritis, mox ſublimem illã imperturbatamq; poſſideatis pacẽ, ſed vt ſciatis hæc oĩa, vt præcedant, neceſſaria eſſe, ſine quibus ad pacem non poteſt perueniri. Illa aũt ſuperiora, quæ dixi ad pacem conducere, vicinius accedunt, vt cõferant trãquillitatem his maxime, qui in his rudimẽtis ſunt ante imbuti. Dominus igitur Ieſus Chriſtus filij chariſſimi det nobis omnibus, conſeruet, & indiges augeat ſuam pacem. Qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt bẽdictus in ſecula, Amen.

Ecclꝛ.2

Ecci.1 Eccl.27

Bernard.

Rom.12

DOMINICA PRIMA POST OATAuas Paſchæ: Epiſtola, prima beati Petri ſecundo.

CHriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatu m nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Cum pateretur non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus: cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

AD imitationem nos hortari cupiens Chriſti beatus Petrus Apoſtolus, ob oculos noſtros eiuſdẽ ſtatuit paſſionem. Nihil enim adeo nos ad imitationem Chriſti extimulat, quam eius paſſionis cõtemplatio. illuc igitur nos inuitat, quo fructum illius capiamus. Itaque dicit: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vel vt peccata noſtra nobis auferet, quomodo Ioannes dicit, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Vel vt Deo nos patri reconciliet. Cum enim adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortẽ eius: Vel vt gratia ſua nos iuſtificet, ducens nos vt dux & legifer noſter per vias iuſtitiæ, quo ipſe præcurſor p nobis introijt in æternam hæreditatem. Ideo ſequitur, & dicit beatus Petrus: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, & imitandi præmonſtrans formam, iuxta quam ſequamini veſtigia eius. Cuiuſmodi, inquis, reliquit nobis exemplum CHRISTVS? Nempe tribulationum, non delitiarum, contumeliarum, fla

Ioan.1 Rom.5

Eſaiæ 53 Heb.6

gellorꝝ,dolorꝝ;opprobriorꝝ,ſpinarũ, crucis,vulnerum ac mortis.Exemplũ nobis reliquit humilitatis patientiæ, manſuetudinis,vt ſequamur veſtigia eius p viã, qua pceſſit nos.Qui em̃ dicit ſe in Chriſto manere,debet ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare. Qui peccatũ nõ fecit. Neq; em̃ vt Deus peccare potuit, & homo ab exordio incarnationis ſuæ tanta eſt confirmatus gratiarum plenitudine,vt æque nulli ſubiacere poſſet peccato.Nec eſt inuentus dolus in ore eius.Quod aduerſariorũ ſuorũ quoq; teſtimonio probatum eſt,dicentiũ: Magiſter,ſcimus qa verax es, & viã Dei in veritate doces. Qui cũ maledice ret à Iudæis,dicẽtibus illũ dæmoniũ habere,& in prĩcipe dæmoniorꝝ eiĳcere dæmonia,potatorem eſſe vini & voracẽ,nõ maledicebat,ſed p malis bona,p maledictiõe reddidit eruditionẽ & benedictionẽ.Siq̃dẽ in paſſione tanq̃ agnus corã tondente ſe obmutuit.

B

Cũ pateret,non comminabat occiſoribus ſuis,qn potius p eis ardenter ad patrẽ orauit.Tradebat aũt iudicanti ſe iniuſte. Siquidem ex timore humano Pilatus,quẽ innocentem ſciebat,& ſæpius pnunciauerat,iniuſte morti adiudicauit.Iudęi quoq; reum mortis iudicauere,atque minis importunis à Pilato,vt damnaret,extorſere. Tradebat aũt ſe iudicanti iniuſte, quia patienter tulit,nihil reſiſtens, ſed permittens in ſe hominum malitiam, crudelitatemq; ſæuire.Tradidit pręterea ſemetipſum,quo modo ſcriptum eſt: Tradidit in mortem animam ſuam, ad obediendum placendumque patri, qui propterea illum miſit in mundum,vt ſua morte mundum reconciliaret.Quipeccata noſtra pertulit,quę nõ rapuerat exoluẽs,in corpore ſuoſup lignũ crucis extenſo. Quõ Eſaias q̃q; pdixerat: Dñs poſuit in eo iniqtatẽ omniũ noſtrorũ vt nos peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, id eſt, vt peccata noſtra in nobis ita moriãtur,vt ne vitia paſſionesq; malæ qdem in nobis manifeſtent,vñ peccatum adhuc in nobis viuere deprehẽdat,ſed ſerui inueniamur iuſtitiæ,q̃ vitã ſuã in nobis manifeſtet.Itaq; qm̃ omnium portauit iniqtates, ſicut ouis ad occiſionẽ ductus,ideo p nobis doluit,Et ipſe qdem vulnerabat ꝓpter peccata noſtra:nos vero eius liuore ſanati ſumus.Ille p nobis peccatorꝝ noſtrorum pœnas qui peccatum non fecit,luit.Ille ſoluit,nobis parcitur, Quia diſciplina pacis noſtræ,qua nobis parcitur.peccata tamen puniuntur ſuper eum. Eratis autem aliquando ante conuerſionem, ſicut oues errantes,gradientes per abrupta vitiorꝝ: ſed p fidem & charitatem nunc conuerſi eſtis ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum,dominum puta Ieſum, qui paſcit animas & corpora noſtra, eſtq; ſuper nos vigil,dum viſitat nos.Quamobrem vocat epiſcopus aut iuxta aliam literã viſitator. Nam & in epiſtola ad Habræos à Paulo rectiſſime vocatur ſacerdos & pontifex, qui non hoſtias & munera,ſed ſemetipſum obtulit pro nobis Deo.

Luc. 23. Matt. 26 Marc. 14

Eſaiæ 35 Ioan. 3 pſal. 68 Eſaiæ 53

Eſaiæ 53

Ibidem.

Heb. 4 Heb. 8

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ. Ioan. X.

C

EGo ſum paſtor bonus. Verba ſunt hæc Chriſti de ſeipſo loquentis,& ad noſtrꝝ profectum ſe laudãtis.Qui enim laudibus nõ eget, nec laudibus fit ſublimior aut maior,ſeipſum tuto laudare poteſt, q̃ nobis ſuam oſtendat maieſtatem atq; pfectionem. Verum nobis hoc non licet.Neque enim Chriſti omnia ſunt nobis imitãda,præſertim ea quæ illi ex diuinitate conueniunt. Aut em̃ præteritam ſuã vitã cogitat homo,& inueniet plangendi atq; doleẽdi nimiam materiam, aut meditatur futuram,& inueniet cauſam timẽdi. Nuſq̃ igit cauſa eſt ſeipſum laudãdi,aut alienis conſentiendi laudibus. Dicit itaque dñs: Ego ſum paſtor bonus. Occaſionem ad hęc verba veniendi narrat Ioannes, q̃d ante dixerat ſe oſtium ouilis, & paſtorẽ ſolum intrare in ouile ouium p oſtium,cuius eſt volũtas ſeruare oues. Nam ſi per oſtium nõ intrat,manifeſtũ eſt eũ eſſe non paſtorẽ, ſed furem:cuius eſt ſtudiũ, non oues paſcere aut fouere,nec ouium bonum quęrere,ſed prprium. Deinde cunctis paſtoribus ſeu platis & animarum rectoribus ſeipſum in exemplum conſtituens in hæc verba quæ propoſui,ſermonem continuans,ait:

Laudibus cur nemo proprijs conſentire debeat.

Ioan. 10

Ego ſum paſtor bonus.

In hoc Euangelio dñs noſter Ieſus Chriſtus docere nos vult, eum qui curam ſuſcipit animarum paſtorẽ eſſe debere, nõ mercenarium,non ſua quærere commoda,ſed animarum ſibi creditarum paſtum, tutelã, quietem

paſtores quõinam hic nominer Chriſtus.

quietem,&incrementũ,pro ouibus periculis ac laboribus ſe exponere, in piculo oues non derelinquere,ne qua pereat ouis, ne infirmetur,ne aberret,ne deniq; ſeducatur,magna cura vigilare.Quod à nullo fieri paſtore, niſi ab eo q diligit oues, poteſt.

Iam vero, ſi qui ſunt qui paſtoris habẽt officium,q lac,lanam & reliqua quæ ex ouibus veniunt,cõmoda duntaxat quærũt, ſi oues iuxta Ezechielis ſententiã non paſcunt,ſed ſemetipſos,ſi nullam curã impẽdunt gregi,&oues an pereãt,an deuorent, paruipendũt,hi nõ paſtores,ſed mercenarij ſunt.Neq; em̃ oues,ſed ouſũ diligũt cõmoditates. Deiñ ſubditos noĳat Chriſtus in hoc Euãgelio oues, qa vt oues vult eos eſſe mites,innocẽtes,tractabiles patiẽtes,nõ ſe vindicãtes,paſtoris vocem per reuerentiam agnoſcentes,eum audientes, ſequentesq; per obedientiam. Quare ſi rebelles,duri,litigioſi, inobediẽtes ac irreuerentes paſtoribus fuerint, non oues certe, ſed aut hædi, aut hirci, aut certe lupi dicendi ſunt,à ſiniſtris in iudicio condẽnandi. In exemplũ igitur boni paſtoris ſeipm dñs ſe ſus conſtituit,dicens: Ego ſum paſtor bonus.Quod autem boni ſit paſtoris indiciũ atq; officium,mox adiungit.

Ezech. 34

Oues quõ fideles dicantur.

Matth. 25

Bonus paſtor animam ſuã dat pro ouibus ſuis.

D

Charitatis regula quænam ſit vera.

Animam ſuam,id eſt,vitã ſuam morti exponit pro ſpirituali ſalute animarum ſibi creditarum. Hęc enim regula eſt charitatis,vt quod vilius eſt,ſemp exponatur pro digniori.Quodenim melius,p̃ciofius,atq; dignius eſt, pluris habendum eſt, quam quod vilius eſt.Propterea,cum omnes pecudes ſimul vtiliores ſint vita hominis,ſatius eſt omnes beſtias morti exponere, quã vnius vitam hominis.Iterũ quia vnius animæ ſalus præferẽda eſt corporali vitę multorum,ideo paſtor ſuã debet potius vitam corporalem morti exponere, quam ſinere vt anima aliqua pereat,ſi id potuerit cauere.Nemo enim,præſertim paſtor,aut prælatus,ſuã pellem plus debet diligere,quam animam ſui proximi,aut ſubditi.

Mercenarius autem & qui non eſt paſtor,cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum veniẽtem,& dimittit oues, & fugit:& lupus rapit & diſpgit oues.

Mercenarius & qui nõ eſt paſtor,id eſt, qui non pro amore diuino,ſed pro temporali lucro oues paſcit,vtpote cuius oues nõ ſunt propriæ,ſed operarius tantum eſt, laboris ſui præcipue mercedem quærens,& ideo dilectionis affectum ad oues non habet:hic quomodo animã p ouibus poneret,qui nollet pro his nummũ expenderet? Non eſt igitur paſtor,ſed mercenarius.

Mercenarius quis hic vocetur.

Verum diceret hic quis: Si oues ſignificãt animas gubernãdi gregis dñici,nullus erit paſtor pręter Chriſtũ,cuius oues ſunt propriæ,ergo omnes erunt mercenarij.Dicendum oẽs bonos paſtores eiuſdem eſſe voluntatis,cum primo paſtore paſtorum, id eſt,cum Chriſto,quem plus amant quã ſeipſos:ideo etiam quæcunq; diligunt,propter ipſum diligunt, adeo vt quicquid ille amat,hoc ipſi diligunt propter ipſum quẽ in his diligunt,nec eadẽ aliter atq; ſua æſtimant,imo ſæpenumero plus quam ſua diligunt.Hoc modo oues paſtoribus bonis oẽs ſunt propriæ. Mercenarius igitur à paſtore diſtinguitur,quia paſtor amat ouem, mercenarius ꝓ mercedẽ. Mercenarius itaq; videt lupũ veniẽtẽ .i. diabolũ, eiusq; miniſtros, homines animarꝝ corruptores, ſiue tyranni ſint,ſiue hæretici,aut qui animas ad pctã ſeducunt,& eis male conſulũt ſeu peruertunt:& dimittit oues & fugit.Fugit nõ locũ mutando,ſed ſolatium,patrocinium atq; defenſionẽ non offerendo.Et lupus,diabolus,aut malus eius miniſter,rapit oues.i.ſibi ſubĳcit.Tollit em̃ eas de poſſeſſione veri paſtoris, & ab vnitate gregis diſpergit. Sed obĳcitur Chriſtũ de ouibus dicere:Non rapiet quiſquã eas de manu mea.Dicendum hoc Chriſtũ dicere de ouibus ſuis prędeſtinatis.Quas etſi ad tempus aliquod lupus rapiat,tamen,quia ſunt veræ oues,de faucibus illius tandẽ exiliũt, &ad ouile,hoc eſt,ad vnitatem fidei ac charitatis reuertuntur.Itaq; diſperſionis ouiũ cauſa eſt,negligentia prælatorum.Quamobrem per Ezechielẽ dominus loquitur: Diſperſæ ſunt oues meæ,eo quod nõ eſſet paſtor.Sapiens quoq; ait:Vbi non eſt gubernator, ibi corruet populus.

Gregorĭ

Ioan. 10

Ezech. 1

Prouer. 11

Mercenarius autem fugit,quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

Cauſa,quare mercenarius gregem deſerit,eſt,quia paſtor non eſt,nec oues diligit.Si em̃ diligeret,non aliter eas quã quia

E

Christi sunt oues in ipso & ppter ipm dili geret, quo certe non iudicaret ad se nihil, sed multũ,imo tm ptinere de ouibus,quã tum ad se pertinere nouit fidelẽ esse Christi ministrum,à quo creditum sibi gregem accepit. Vide tamen hic quã expresse lo quitur & distincte dominus, instruẽs nos quando non liceat pastorem fugere, tunc scilicet,si deserit & relinquit oues. Nam si solus pastor persecutionem patitur & non oues,quæ absq; periculo sunt, & illis pui sum interea est de pastu per alium licet pastorem fugere,& fugiendo se in aliud tem pus ad ouium profectum seruare.Hoc mo do S.Athanasius fugit,& fuga sua plus fidei & catholicæ Ecclesiæ profuit, quam si martyrium esset passus.Hoc modo Paulus quoq; fugiens, in sporta demissus de muro in Damasco,se ad maximã frugem Ecclesiæ seruauit.Dicit itaq; Christus, mercenarium esse eum, qui relinquit oues,& fugit.Vbi enim non esset alius, qui dominicum gregem pasceret, pastori fugere, non liceret,ne oues fugiens relinqueret,& periculo exponeret.

Pastor quãdo fugere liceat.

Athanasi⁹

Actor.7 2.Cor.11

Ego sum pastor bonus. Et cognosco oues meas,& cognoscunt me meæ.Si cut nouit me pater,& ego agnosco patrem:& animam meam pono pro ouibus meis.

Ego,inquit, sum pastor bonus, non vt ille qui non intrat per ostium,sed ascendit aliunde in ouile,vtpote fur & latro,ad occidendas,non ad pascendas oues veniens, quia quod paulo ante hoc Euangelium legitur:Ego veni,vt vitam habeãt oues,& vt abundantius habeant. Nec sum vt mercenarius,qui lupum venientem fugiens deserit oues,quia adeo cum ouibus perseuero, vt animam quoq; meam ponam pro ouibus meis.Deniq; ideo sum pastor bonus, quia cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, propter assiduam visitationẽ meam.Cognosco,id est,diligo.Quos enim reprobat,nõ nouisse dicitur,Et quos nouit, adeo nouit,vt eas in libro scriptos habeat vitæ.Ideo Mosi dixit:Noui te ex nomine. Fatuis autem virginibus dicit:Nescio vos. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem.i.sicut amat me pater, & ego amo patrem:subaudi,ita ego nosco & diligo oues meas, & ipsæ amant me, cuius signum est quod sequitur: Et animam meã pono pro ouibus meis,scilicet ex amore.

Ioan.10

Exodi 33 Matth.25

Et alias oues habeo,quæ nõ sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile,& vnus pastor.

Alias oues p̃ter eas, ad quas sum missus domus Israel,habeo.Vbi: Inter gentes scilicet,quæ item de numero ouiũ sunt meF Matth.15
arum per prędestinationem æternam,tam etsi nunc sint lupi,quæ non sunt ex hoc ouili,id est, de synagoga Iudæorum.Et illas oportet me adducere,oportet,non per absolutam necessitatem,sed per immobile beneplacitũ,adducere,hoc est, cõuertere per apostolos meos,& per illustrationem spiritus sancti.Propterea alibi dicit:Multi venient ab Oriente & Occidẽte,& recumbent Matth.8
cum Abrahã & Isaac & Iacob in regno cœlorum.Et vocem meam audient, p apostolos. Prædicatio enim apostolorũ vox erat Christi:in illis enim Christus loquebatur. Et fiet vnum ouile,hoc ẽ,ex duobus populis Iudæor; & gentiũ vna fiet Ecclesia.Hęc enim Ecclesia vna ẽ,& vnum corpus mysticum Christi, quod ab vno capite Christo gubernatur,vno spũ sancto viuificatur, vna lege dirigitur, vno baptismi fonte purificatur,vno pane reficit, ab vno patre regeneratur,ad vnam patriam graditur, & sub vno vicario pastore, q dicitur summus põtifex,in terris regitur. Eam ob rem Christus lapis dicitur angularis,quoniam sicut Psalm.11 Matth.21 Luc.20 Ephes.2
in lapide angulari duo parietes iungũtur, ita in Christo tanquam in angulari lapide duo populi coniuncti sunt.De quo Apostolus inquit Paulus:Ipse ẽ pax nostra,qui Actor.13 1.Petri.2 Ephes.2 Roma.3
fecit vtraq; vnũ.Et vnus pastor,vniuersę.s. Ecclesię,vt non sit Iudæor; Deus tantum, sed & gentium .Hoc iam quidem impletum, sed perfectissime adhuc implebitur circa finem mundi, quando post Antichristi persecutiõem eiusdem perfidia per Enoch & Heliam detecta, vniuersus conuertetur mundus ad Christum. Videãt autem nunc qui sunt animarum pastores constituti, quam rationem sint reddituri pro grege sibi commisso.Animaduertant quam graue erit iudiciũ, his qui præsunt. Expendant secum, an quispiam vnquam suorum subditorum perierit sua negligentia,hoc est,ideo perierit,quod neglexerit illum,reuocare,instruere,cõfortare,cõsolari,& qcquid pastoris attinet officiũ, illi exhibere,Si negligẽtem se inuenerit, gemat, & dolcat,sciat q; illius sanguinẽ de sua manu requirendum. Videat præterea ne scandalo quempiam lædat.Est enim positus in exemplum maxime gregi suo,cuius vita ef se debet vt liber vitæ,vt quid liceat,qd non liceat, quid perfectum sit, aut imperfectũ, ex illius contemplatione discatur. Non leuis est vestra commissio pastoris, non facilis cõmissi iactura,nec vilis thesaurus, quẽ maxima sollicitudine custodire vos oportet,cui tot pericula imminent,hostesq; insidiantur innumeri:& nihilominus huius ratio districta à vobis exigetur. Attendite igitur(vt Apostolus monet) vobis & vniuerso gregi,in quovos spiritus sanctus posuit pastores, episcopos regere Ecclesiam Dei,quã acquisiuit sanguinẽ suo. Primũvobis maxime necessaria est humilitas, ne honor, potestas, externaq; dominatio vos in superbiam eleuet.Nunq; eñ bene regitur,vbi supbe,austere,& nimis imperiose regitur. Necesse est vos corã subditis etiam frequenter humiliari, vbi fructus hoc animar; expostulat,& vbi subditi de vestra humilitate ædificãtur.Quãto eñ maior es (scriptum est)humilia te in oñibus.Sit tamen hæc vestri humiliatio huiusmodi, ne vilescat simul autoritas.Deinde non obliuiscendũ est multa vobis licere, sed nõ oĩa ædificare. Quapropter potissimũ quid animabus & conscientijs subditorum conueniat,quid illos vulneret, prospiciendũ est, vt tantum ea vobis licere permittatis, quæ animas nõ offendunt ouiũ.Est igitur summe vobis necessaria priuati amoris extinctio,ne vos,ne etiã vestra,sed quæ animar; sunt,hoc est,quæ Dei sunt,tantũ pure quęratis. Nunquam enim ea, quæ animarum commissarum vobis sunt,fideliter quæretis,si plus æquo quæ vestra sunt,amatis. Tertio,opus est vobis continua oratione, non tam pro vobis,quam pro ouibus creditis.Propterea oĩa cũ Deo, quæ circa subditos agenda sunt,ante tractetis, cum eiusdem consilio, & ad ipsius honorem cũcta statuentes. Quarto,opus est vobis vigilantia maxima & zelo,ne per remissionem vestram, aut nimiam indulgẽtiam disciplina,& lex domini prętermittatur,negligatur,aut aboleatur,& pereat.De hoc eñ districtã estis Deo rationẽ reddituri. Magis aũt vobis curandũ est,vt quæ perierunt reformentur,q̃ neglecta sunt restauretur, & &virtutũ studia,exercitiaq; sancta refloresEsaiæ.11 Matth.11 Luc.10 Ephes.2 Actor.13 1.Petri.2 Ephes.2 Roma.3

Pastorum aliarum q̃ periculosius statur.

Sapien.6

Ezech.3

Pastoris vita q̃ debeat esse exẽplaris.

Actor.20

G

Humilitas quanta pastoribꝰ sit necessaria.

Virtutes pastori maxime q̃ necessariæ.

Eccle.3

1.Cor.6

Amoris priuati extinctio pastoribꝰ q̃ necessaria

Orationi quatenus pastores incũbere semper debeant.

Zelo quã to opꝰ sit pastoribꝰ.

cant.Nemo vestrorũ subditorum in peccatis sinatur iacere,sed erigatur, si ipsus est moneatur,& si necesse fuerit corrigatur & cõpellatur.Seueritas hęc quomodo esse debet(ne contemnatur)matura, ita ne odiatur,sed fructũ faciat, sit etiã benigna, hoc est,vt deant ac sentiant subditi hanc procedere de charitate,nõ de crudelitate. Itaq; cuiusmodi esse debeat pastor,Gregor. Magnus docet,sic scribens in Pastorali:Oportet vt sollicite meriti se studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur,sub cuius æstimatione populus grex vocatur.Sit ergo prelatus cogitatiõe mundus,actione p̃cipuus,discretus in silentio, vtilis in verbo,singulis cõpassione proximus,p̃ cunctis contẽplatione suspẽsus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per iustitię zelum erectus,internorum & spiritualium curam in exteriorum occupatione non minuens exteriorum prouidentiam interiorum sollicitudine non relinquẽs. Domiuus noster Iesus Christus & pastoribus nostris hęc donet, nosq; bonis pastoribus dignos efficiat(peccata enim populi sæpe merẽtur, vt det eis pastor nõ bonus)atq; nos cũ pastoribus nostris tãdem ad pascua cœlestis, perpetuæq; amœnitatis, introducat. Qui cum patre & spiritu sancto Deus est benedictus in secula,Amen.

Gregorius

Pastor animarum qualis esse debeat.

SERMO DE EADEM DOminica.Quomodo Christus nos pascit & pascitur,& de luxu clericorum.

H

Psal.94

Pastores cur quosdam volu erit Christus esse animarum.

Psalm.65

EGo sum pastor bonus, Ioannis X.Christus dominus noster,pastor est noster, nos aũt populus eius & oues pascuæ eius.Ipse reuera bonus est pastor,& officium boni gessit pastoris.Nec solus tamen pastor est,sed alios quoq; qui erga illum sunt oues, reliquis ouibus pastores constituit. Voluit enim q̃sdam sibi ad hoc pastorale officium ascire,qui rectores secum,& sub illo essent animarum,omnia ad illius nutum ac regulam dirigentes. Non vt sine illis nõ pascat gregem suum,nec quod oues deserat ipse, si forte à pastoribus alijs deserantur,sed qa omnia per media facit congrua, & hoiem vult humilitatis gratia subdi homini:ideo etiam hoĩes imposuit sup nobis capita nostra,puta p̃latos,rectores,p̃positos, episcopos,& pastores,quibus humiliter obediamus

mus loco Dei, ſicut ipſe vice Dei pro nobis vigilant, nos dirigũt, paſcunt, & ducũt, & arcẽt. Iuſte igitur dicitur dñs ipſe princeps paſtorum, qui paſtores alios tanquam ſuos vicarios nobis ponit, & ipſe paſtoribus eiſdem, vt ouibus ſeipſum paſtorem quoq; conſtituit. Dicitur igitur Chriſtus paſtor primo bonus, qa nos multipliciter paſcit. 1 Petri 5

Paſcit nos Chriſtus triplici ter. Verum, quantum hic ſufficit, de triplici tãtum paſtu dicamus. Primo paſcit nos corporali cibo. Propterea Pſalmiſta dicit: Oculi omnium in te ſperant domine, & tu das illis eſcam in tempore opportuno. Pſal. 144

Gene. 1 Pauit parentes noſtros in paradiſo, concedẽs eis omne lignum fructiferum in paradiſo ad edendum. Deut. 8 Pauit filios Iſrael cœleſti mãna in deſerto. Pſalm. 77 Pauit Heliã, mittens ei coruos, qui q̃tidie ei ferrent carnes. Ioan. 6 Pauit Danielẽ in lacu leonũ, adducens prophetã Abacuc qui ferret prandium Danieli multis milia ribus in Babylonẽ. 3. Reg. 17 Hos, horumq; ſimiles in veteri ac nouo teſtamento pauit mirabiliter cibo exiguo, aut ſine vllo cibo ſibi dilectos reficiens, qui homines vniuerſos paſcit & reficit. Daniel. 14 Et quid dico oẽs homines, cum paſcat etiam beſtias, volucres, orbem

Matth. 6 que vniuerſum? Reſpicite, inquit, volatilia cœli, quæ neque ſcrunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cœleſtis paſcit ea. Nunquid ingrati iam erimus paſtori huic noſtro? De ſuo nos paſcit, nõ de noſtro. Creauit nos, vt haberet, q̃s paſceret. Nam creauit mũdum propter nos, vt eſſet quo nos paſceret, qui etiã ſine vllo cibo nos paſcere poſſet. Creauit nos, vt haberet in quos bonitatis eius infinita

1. Tim. 4 plenitudo emanaret. I Quare igitur cũ nihil hic in mundum intulerimus, ſed omnia à nobis à Deo inuenimus præparata, oẽia nobis donata, claudimus viſcera charitatis fratribus & proximis noſtris, vt eſurientibus illis nos comedamus, aut comedẽtibus nobis illi eſuriãt, q̃bus nõ cõmuni

Pauperib⁹ qui ſub ueniendũ. camus de his q̃ dona Dei ſunt, & nobis collata ſunt, nõ vt ſoli his vtamur, ſed noſtris q̃q; participemus pximis? Nũq̃d ſoli habitabimus ſuper terrã? Nunqd nos plenitudinem eructabimus, & fratres noſtros inediam & famem pati ſinemus? Fili chariſſime, attẽde quã facilia tibi dederit præcepta Deus. Nõ tibi p̃cepit, vt oĩa des alijs, puta pauperibus, ſimulq; tu cum illis egeas, tametſi ad pfectionem anhelãtibus id cõſuluerit, nec vt dimidiũ bonor̃ tuor̃ des pauperi-

Matth. 19 Luce 14

bus, ſed hoc tm̃, quod ſupereſt, vt des egeno. Cum tu iam ſatiatus fueris, q̃d ſupeſt, ſi dñs quempiam miſerit egenum, da illi: vt ſe ille quoq; reficiat. Pro magno hoc beneficio accipe, ſi ad te venerit à Deo miſſus egenus. Quem em̃ tu paruipendis egenum, hic eſt Chriſtus, quia in huius perſona venit ad te Chriſtus, à te petens & mẽdicans. Da igitur ei vel modicum de his, quę ille tibi dedit. An putas tibi deficiet? Non potes deficere, quãdiu Chriſtum paſcis. Credis ne qui hodie tibi dedit, cras iterum dabit? Confide illi, quia & cras dabit. Noli timere anxius pro craſtino. Nam vt anxius nõ ſis, te in oratione docuit pro quotidiano, non pro perpetuo pane orare. Quomodo enim tibi deficere poteſt, quando id quod das, Chriſto das, imo eidẽ, quod ipſius eſt, & tibi dedit paulo ante, reddis? Mirare potius quod dignatur à te accipere. Attende eius miſericordiam. Primum tibi dedit, vt de dares egenti. Egenum ad te mittit, vt inueniat inte quod coronet. Denique ne putes indigno, aut ingrato te dediſſe, ipſe tibi id acceptum refert, dicẽs: Quicquid vni ex minimis meis feciſtis, hoc mihi feciſtis. Luce 15 Matth. 25

Hoc cũ ſit omnibus, præcipue tamen paſtoribus eſt dictum, qui animarum precium comedunt, qui eleemoſynis pauper̃ ſaginantur. His enim non aliter de Chriſti patrimonio licet viuere, quam frugaliter, ſobrie, & ad ſuſtentationem ſui corporis, non ad luxum & voluptatem. Quod ſi ita fieret, pauca forent ſacerdotia, pauca beneficia eccleſiaſtica, quorum vnũ non ſufficeret vni, ſi compotationibus, ſi comeſſationibus, ſi epulationibus, ſi deniq; ſuis (vt cũ venia piarum aurium dicam) impudicitijs carere vellent, quin adhuc in pauperum, viduarum, orphanorum, peregrinorumque neceſſitates erogãda multa ſupeſſent. Iam vero quia luxu viuitur nimio, multa in preciоſar̃ veſtium vſum, multa in epular̃ apparatum, multa in vinorum habendam varietatem, non pauciora ad inutilem familiam: ad equos & canes præterea alendos, aliaq; id genus multa (inter quæ ancillã cubiculariam com ꝓuto) plurima ſunt neceſſaria. Quare nõ vno, ſed multis opus ſit beneficijs, donec quod pauperibus pijs eſt defunctor̃ teſtamentis legatum, puta per Eccleſiarum ac collegior̃ miniſtros erogandum, ad ſuperfluos vſus ꝓfundatur, & impijſſime conſumatur: imo donec miſeri

K

Patrimonio Chriſti quo vtendum.

Clericor̃ q̃rundam voluptas & luxus quã noxi ui.

prælati, infelicis plurium beneficiorum canonici, aut ſacerdotis ad ſulphureos ignes anima cum ingenti dæmonum comitiua ſolenniſſime deducatur. Non hęc filij in contemptum cleri dicimus, nec in aliorum multorum bonorum miniſtror̃ Eccleſiæ derogatiõem accipi volo, qui nobiſcum has ineptias, moreſq; alior̃ deflẽdos odiunt, ſed optarem, vt qui ex nobilibus, aut comitibus clero velit ſociari, ob pietatem ac ſanctimoniam, nõ propter opes & turpem quęſtum id fieret, ſed vt clericus ſobrie, pudice, pieq; viueret. Porro ſi venationibus, ſcortationibus, epulationibus, ebrietatibus, compotationibus, in militari & ſeculari habitu vacare voluerit, ad hæc male ſuo patrimonio domi vtatur. Huiuſmodi ſacerdotia, beneficiaq; Eccleſiaſtica, quę in alium ſunt vſum, & alijs conferenda, ſi bi non vendicent, cleri ſtatum (qui eſſe debent ſanctimonia) ſuis corruptiſſimis moribus non inquinent, Dei plebem non ſcãdalizent, nec in cleri, ac religionis odium, vulgus mala ſua vita prouocent, minorique tãdem damnatione inter prophanos, quam in clero conſtituti, plectantur. Videre certe eſt in horum adeo multis, quod ſanguineis lachrymis foret plangendum, puta tãtam deformitatem, turpitudinemque vitæ, vt præſtaret videre mores pagani, quam helluonum quorundam, qui in clero ſe recenſent. De his loquor, qui (vt quotidie cernere eſt) adeo perdite viuunt, adeo iurant, adeo per ſanctos execrantur, in quorũ ore impudicitia, turpiloquium, gloriatio de peccatis ſuis (vt alia taceam) continue verſatur, vt magis eligendum viro eſſet ſenſato, in ſtatu Iudæ proditoris, aut Pilati, quam horum ſatraparum mori. Hoc, inquam, reprobis illis & malis ſit dictum, non bonis, nec ſtatui cleri, aut ſacerdotio propterea, qui ſanctus eſt, ſit derogatum. Aduertendum eſt tamen & cauendũ hic concionatori, nec hęc in ſimplicem plebem effundat, vbi nullus ſequitur fructus, ſed vbi loquendum eſt corã his qui nebulonum, aut helluonum magis vitã ducunt quam clericorum, id dicatur, vt erubeſcãt.

Clericor̃ q̃rundam q̃ deflẽda deformitas.

Mores pueriſos clericorum non imitandos.

Vos quoq; ſimul moneo filij, q̃ exẽplis eorum malis non moueamini ad ſcandalum, nec faciliter eos, aut irreuerenter propterea, maxime ſacerdotes, tractetis, contemnatis, aut iudicetis. Habent iudicem ſuum, eor̃ vita vobis nõ eſt poſita vt eã imitemini, ſed eruditio catholica. Meminiſſe vos oportet. q̃d Chriſtus de ſcribis & phariſæis dicit: Quæ vobis dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Mementote vos comparatos ouibus, ideo conditiones bonar̃ ouiũ vobis vſurpate. Ouis nãq; innocentiam habet, neminem lædit, nemi nem mordet. Patientiã quoq; exhibet, nec clamat. Eſt deniq; ouis animal ſobrium, & edulio non precioſo ſuſtẽtatur. Poſtremo multæ eſt vtilitatis. Hæc omnia decent ſubditum, & bonum Chriſtianũ. Præterea, vt ouis obedit, agnoſcitq; ac ſequitur ſuũ paſtorem, ſic veſtrum eſt non in paſtoris vitam (ſi mala eſt) liuido oculo intueri, ſed eidem compati, & eum excuſare, quantum poteſtis, prouidentiam diuinã, qua vobis datus eſt paſtor, doctor & pater, attendere, & eius monita ſalubria reuerenter accipere, illiq; propter diuinam ordinatiõem, vt præpoſito veſtro honorem impẽdere. Vbi ſi paſtor bonæ ac ſanctę eſt vitæ, cũ maiori eſt reuerentia tractãdus & amore. Iuxta illud Pauli: Qui bene prę ſunt, duplici honore digni ſunt. Verum de hoc ſatis. Matth. 23 Ioan. 10 M Ouiũ pro prietates imitabiles quæ. 1. Tim. 5

Dixi Chriſtum boni officiũ paſtoris exhibere, qui nos corporali paſcit alimonia, nec tamen alimonia tm̃ nos fouet, ſed alijs q̃que corporalibus bñficijs, puta amictu, potu, ſolatio, medicina, conſilio humano, atque omnibus in hac vita neceſſarijs. Nam vitã ipſam quis alius nobis donat, quã ipſe dominus Deus noſter? Et quid de temporali hac vita eſt mirandum, quando & maiora, & plura beneficia nobis contulit alia, puta quod ab æterna nos damnatione eripuit, quod ſuo nos corpore & ſanguine cibauit quod pro nobis moriẽdo nos adoptauit, q̃d deniq; regni cœleſtis nos ſibi fecit cohæredes. Secundo dominus Ieſus paſcit nos Dei verbo. Hęc enim ſpiritualis eſt noſtra alimonia & refectio. Siue autẽ hoc verbum ſit prædicatum, ſiue lectum, ſiue inſpiratum, cibus eſt animarũ. Vnde ſcriptum eſt: Cibauit eos dominus pane vitæ & intellectus, id eſt, verbo Dei. Neque enim (vt Saluator ait) in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Sic paſtores gregem reficere debẽt Dei verbo. Quod dominus ꝓmiſerat olim: Dabo, inquiens, vobis paſtores ſecundũ cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. In hoc genere paſcẽdi, annumerandũ quoq; eſt, ꝙ ſanctiſſima ſua vita & conuerſatione

Eccle. 15 Deut. 8 Matt. 4 Lucæ 4 Hierem. 3

nos Christus dñ erudit,pascit. De quo in-
Psalm.77 telligitur illud Psalmi: Pauit eos in innocentia cordis sui. Et quod in cœna suis dixit discipulis, quando eorundem lauerat
Ioan.13 pedes: Exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis: quid aliud quam pastio seu refectio erat? Hoc modo pastores boni, non tam verbo, quam exemplo bono pascere suum debent gregem. Cuius Christus nos
Matt.5 admonens: Luceat, inquit, lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrum, qui est in cœlis. Itaque quod cœperam dicere, Christus verbo Dei multipliciter nos pascit. Alium enim lamentis pascit pœnitentiæ, alium amoris lachrymis inebriat, alium reficit cõsolatione, alium spe ac desiderio confortat æternæ patriæ. Nec extra eius pascua sunt, quos metu terret gehenę, quo vtiliter eos
N arceat ad quærenda pascua vitæ. Tertio, pascit nos sacramentali refectione. De
Ioan.6 dit enim nobis corpus suum in cibum, & sanguinem in potum. Secundo, est Christus pastor bonus ex dilectione, quia animam suam ponit in mortem pro ouibus
Esaiæ 53 Apoc.1 suis. Ipse enim dilexit & lauit oues suas in
Ioan.15 sanguine suo, & p grege suo mori dignatus est. Maiorem, ipse inquit, charitatẽ nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc pastores eius vicarij, vbi necesse foret, pro saluanda anima quoq; debent. Sed quotus est hodie, qui vno velit aureo animã à morte seruare, aut qui non minus curet seu tristetur, si peccato mortali pereat anima, quam si argenteus illi perierit nummus? Huiusmodi sunt non pastores, vt Christus inquit, sed mercenarij, qui lac & lanam ouium quærunt, non ouium salutem. Dominus noster
Ezech.34 Iesus Christus nos pascat, nos dirigat, nos protegat, nosque foueat sua gratia, vt inter suas mereamur oues numerari & haberi: qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA II. POST OCTAVAS PAschæ, epistola prima Petri secundo.

IIII.

BSecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos a carnalibus desiderijs, quę militant aduersus animam. Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quod detractãt de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subiecti estote omni humanę creaturæ propter Deum: Siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A HOrtatur nos beatissimus apostolorum princeps, omnesque Christianos, vt suę nobilitatis, dignitatis, excellentiæque per Christi gratiam sibi collatę sint memores, qui per Christum obtinuerunt, vt genus vocentur ac sint electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ne
1 Petri 2 à tan

à tanta nobilitate, quam ex adoptione Dei habent per Christum, moribus degenerẽt. Hoc autm non seuere præcepit nobis, sed per charitatem, & per Deum obsecrat, dicens: Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas, vtpote propter originale peccatum de paradiso in hoc exilium detrusos, atq; in hoc mundo alienos seu hospites, ad patriam vero cœlestem peregrinos. Neq; em̃
Hebr.10 hic manentem habetis ciuitatem, sed futuram inquiritis. Obsecro, inquam, vos tanquam eos, qui vere estis peregrini & aduenæ in hoc mundo, licet quãtum attinet ad
Ephe.2 electionem Dei, fitis ciues sanctorũ & domestici Dei, abstinete à carnalibus desiderijs, puta ne illis consentiatis, sed mortificetis, refrenetis, & de cordibus vestris eadem eijciatis. Quod Paulus quoque monet, dicens: Spiritu ambulate, & desideria carnis
Galat.5 non perficietis. Abstinete igitur à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Scriptum est enim: Fornicatio, & ebrietas, & vinum auferunt cor. Itemq; Spe-
Osee 4 cies decepit te, & concupiscentia subuertit
Daniel. 13 Galat.5 cor tuum. Itemq; Caro concupiscit aduersus spm̃, spiritus aũt aduersus carnẽ. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt nõ quæ cunq; vultis, illa faciatis. Sequitur: Cõ-
Philip.2 uersationem vestram inter Gentes habentes bonã, neminiq; scandalosum, qua sitis sine querela, simplices filij Dei in medio nationis prauæ atq; puersæ, vt in eo quod detrahunt vobis, tanquam malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis, tum scilicet cum videbunt vobis præmia, sibi vero ac malis omnibus supplicia conferenda. Tunc enim videbunt impij gementes præ
Sapien.5 angustia spiritus iustos, qs hic deriserunt, magna constantia aduersus se triumphantes. Eam ob rẽ dicturi sunt de illis: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Quomodo nunc computati sunt inter filios Dei? Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Sequitur: Subiecti estote oñi
B humanæ creaturæ propter Deum. Quod nunc absq; labore, aut absq; negocio vllo fit, si superiores vos alterutrum arbitramini, si supportaueritis vos, & per charitatem seruieritis inuicẽ. Hoc nanq; magister hu-
Ioan.13 militatis Christus nos docuit. Nam lotis discipulorum pedibus, dixit discipulis: Si ego magister & dominus vester laui pedes vestros, quanto magis vos alter alterius debetis lauare pedes? Aut, subiecti estote omni humanæ creaturæ, puta cuiuis in genere & ordine suo. Siue regi, tanquam præcellẽti, siue ducibus, aut præfectis, tanq̃ ab eo missis, hoc est, substitutis, ad vindictam malorum, laudem vero bonorũ, hoc est, ad arcendos, puniendosq; malos, fouendos vero ac defendẽdos bonos: quia sic est voluntas Dei, vt in omni subiectione & obedientia benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorãtiam, qui quod nesciunt, iudicant, & inique vobis tanquã malefactoribus detrahunt. Obediẽdo nanq; in licitis, tolletis iniquis detrahendi, & materiam, & occasionem.
Quasi liberi estote, nulli seruiẽtes peccato (omnis enim qui facit peccatum, quod Saluator ait, seruus est peccati) & nõ velamen
Ioan.8 malitiæ habentes libertatem, vt sub velamine libertatis, qua vos à peccati seruitute, à seruitute quoq; legis Mosaicæ Christus liberauit, putetis vobis permissum principibus nõ obedire, aut nulli legi humanæ obtemperare: sed ita estote liberi, vt serui fitis Dei. Omnes homines honorate. Reddite omnibus debita, cui honorem, honorẽ, &c̃. Fraternitatem, hoc est, omnes proxi-
Roma.13 mos, potissimũ Christianos, qui ex Christo & Ecclesia in baptismo regenerati vobis sunt fratres, diligite. Deum timete vt filij, casto timore eum diligentes. Regẽ, quia est Dei minister, diuina autoritate ad reipublicæ regimen institutus, honorate.
Serui subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam vitiosis, & absq; disciplina viuentibus. In his tamen quæ Deo sunt contraria, non est obediendum. Siquidem Deo magis oportet obedire, quã hominibus.
Actor.5

EXEGESIS EVANGELII eiusdẽ dominicæ, Ioan. XVI.

C DOminus noster Iesus Christus, suis est discipulis quædam verba loquutus post vltimam cœnam, cum esset iturus ad passionẽ quibus voluit eos p̃monere de futura eorum tristitia, quia in eius passione erant cõtristandi, ploraturi super magistri calamitate, quam incidisse eũdem videbant, & su-

per ſua deſolatione. Optimum enim & no biliſſimum quod in hoc mundo habuerunt, erāt aliquo modo amiſſuri, atq; ideo nō immerito ploraturi. Nam quicquid in mundo charum, quicquid in mundo habuerant precioſum, parentes, coniuges, bona temporalia, & ſi quid aliud habebāt, amore Chriſti omnia reliquerant. Quare Chriſtus prȩuidens eorum triſtitiam fore magnam quando iam & hunc amiſiſſent, cuius amore ante alia oñia reliquerant, præmonuit eos dicens: Plorabitis vos & flebitis: mundus autem gaudebit, quod ſuum expleuerit deſiderium me occidendo. Veruntamen, non diuturnus erit hic planctus, quia poſt modicū iterum me vidēdo reſurrexiſſe, cōſolabimini. Poſt multa itaq; alia inſtructionis & conſolationis verba quę prędixerat, inſinuat hic eis futuram & triſtitiam & læticiam ſucceden tem, hoc modo:

Matth. 19 Lucæ 18

Ioan. 16

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem.

Quum hæc Chriſtus verba loqueretur, paulo poſt erat capiendus, & cruci affigen dus. Quapropter illud modicum tempo ris ſpatium, quod ab illo tempore, quo hęc loquebatur, vſque ad ipſius mortem inter cidebat, in quo adhuc illum erant viſuri (iuxta mentem Auguſtini) vocabat modi cum. Modicum igitur tempus reſtabat, poſt cuius expletionem eum non erant viſuri, ſcilicet tempore illo, quod à morte vſ que ad ipſius interfluebat reſurrectiōem. Illo ergo tempore, quod ſimiliter erat mo dicum, hoc eſt, inter mortem & reſurrectio nem, expleto, iterum erāt eum viſuri, & ga uiſuri. Alīn per hoc quod dicit modicum, non ipſum tempus, quod ab hac hora vſq; ad ſuam interfluxit captiuitatem, qua erāt fugiendo Chriſtum relicturi, volunt ſigni ficatum, ſed quod poſt mortem ſequeba tur vſq; ad eius reſurrectionem, quod erat modicū, quo non viderunt apoſtoli Chri ſtum, Et iterum modicum, puta à Paſcha, vſque ad Aſcenſionem eius, erant Chri ſtum aliquando viſuri. Vtraque tamen ex poſitio fere nihil differt ab altera, ſed in eū dem coit ſenſum.

Modicū qui intel ligēdum.

Auguſtin.

Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid hoc eſt quod dicit nobis modicum? Ne ſcimus quid loquitur.

Hæc verba non intelligebant apoſtoli, vel quia mœrore erant eorum animi per turbati, propterea quod amiſſuros ſe audi ebant magiſtrum dilectiſſimum. Hoc eñ adeo eos reddebat ſtupidos, vt quid dicere tur, minus intelligerent. Vel, quia contra ria videbatur eis loqui: Videbitis & non videbitis. Vnde ſuſpicabantur, ne fortaſſe (vt ſolebat) parabolice loqueretur. Muſſi tabant igitur inter ſe, vel conferendo clan culum paucis verbis alterutrum, vel in ſei pſis taciti muſſitabant, quod non intellige rent, quid in verbo modicum velit dicere. Erant enim eis hæc verba obſcura, ante quam implerentur. Pro eius tamē reueren tia, licet cuperent, non tamen ilico aude bant eum interrogare.

D

Cognouit autem Ieſus, quia vole bant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amē dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos. Mundus autem gaudebit, vos au tem cōtriſtabimini: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

Oſtendit antequam ſibi loquerētur, do minus Ieſus, quod eorum cordium occul ta cognoſceret, & ideo quod ex ipſo liben ter interrogaſſent, reſpondendo prævenі ens diſſoluit: Amen amen dico vobis, plo rabitis & flebitis vos. Mundus autem gau debit, vos autem contriſtabimini: ſed triſti tia veſtra vertetur in gaudium. De primo hoc modico tempore loquitur, quo Chri ſtus captus, flagellatus, impie & crudeliter tractatus, tandem crucifixus eſt & mortu us. Tunc enim fleuerunt apoſtoli ex com paſſione Chriſti pœnas & mortem: fleue runt quoque ſuam deſolationem, ſuamq; fugam, qua infideliter eundem reliquerūt, nec poſt mortem viderunt, vſque ad tem pus reſurrectionis. Tunc etiam mundus gaudium habuit. Mundus, inquam, id eſt, homines mundani & Chriſti inimici ga uiſi ſunt, quod eum quem odio habuerūt gratis, iuxta ſuam volūtatem (vt putabāt) exterminauerant. Obſerua tamen q̄d non

Apoſtoli quando ploraue rint & fle uerint.

Pſalm. 68 Ioan 15

B

nō ſolis apoſtolis hoc dictum eſt, ſed cun ctis etiā Chriſtifidelibus & amicis: nec pro tempore illo tantum, quo Chriſtus mor tuus iacuit in ſepulchro, verum pro omni tempore huius vitæ inter electos & repro bos hoc prænunciauit fore diſcrimen, vt ſui quidem diſcipuli & amici, quos poſt hanc vitam gloria foret coronaturus æter na, hic tribulationes, contemptum, ad uerſitates, preſſuras & anguſtias cordis, deſolationes, mundique odia ſentirent, & pacem mundi, hoc eſt, tranquillitatem ex ternam, neq; hic haberent, neque ſibi quæ rerent, ſed pacem cordis, quæ pax eſt, con ſenſus, voluntatiſque vnio cum Deo, indi es & quærerent, & firmius tenerent, & fe licius poſſiderent. Hoc itaq; inſinuare vo luit, vt ſui electi non ad præſentia reſpice rent gaudia, ſed per lachrymas & triſtitias ad æterna cōtenderent. Quomodo & Pſal mographus, Qui ſeminant, inquit, in la chrymis, in exultatione metent. Euntes i bant & flebant, mittentes ſemina ſua. Ve nientes autem venient cū exultatione, por tantes manipulos ſuos. Chriſtusquoq; In mundo, inquit, preſſurā habebitis, ſed con fidite, quia ego vici mundum. Vici, inquit, mundum, non pro me tantum, ſed pro vo bis membris meis, vt & victoria mea ſit vi ctoria veſtra, & victoria mea vobis profit, vobiſq;, qui in me eſtis, imputetur. Et ite rum: Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Et odiȳ cauſā plenius explicans, addit: Si de mundo fuiſ ſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret. Quia vero de mundo non eſtis, ſed ego e legi vos de mundo, propterea odit vos mū dus. Itaq; electos ſuos milites amicoſq; ſu os inſignit armis, ſuis ſignis, ſuiſq; colori bus, quibus ex ipſius eſſe familia cognoſ cantur, veſtit. Quo, inquis, genere veſtis? Tribulatione, preſſura, triſtitia, perſecutio ne & his ſimilibus, cuiuſmodi veſte, cuiuſ modi diademate Chriſtum quoq; corona uit mater ſua, hoc eſt, gens Iudaica. Hoc i gitur modo ſuos quoq; quos amat, veſtit. Ad nullam rem paratior eſt Ieſus, quam ſu is quos habet in hoc mundo, grauamina atq; dolores tam corporum quam animo rum impartiri, modo ea ferre poſſint, vt eis ad fructum & coronam, quam ipſe inten dit, proueniant. Vtinam nos eſſemus, in q̃s hæc omnia ſuperiora quadrarent. Dicit igitur Chriſtus: Vos apoſtoli, vos mei o mnes electi plorabitis & flebitis, perſecu tiones & odia patiemini: vos autem nemi ni perſecutionem, nemini iniuriam infere tis, ſed pro cōtumelia reddetis benedictio nem, pro calumnia gratiam, pro malis bo na, & pro odio dilectionem. Sed quid do mine de non electis ac reprobis interim? Mundus gaudebit. Hi qui filij lucis non ſunt, ſed tenebrarū, quibus paratus eſt ig nis æternus cum diabolo ac angelis eius, hic florebunt, gaudebunt, dominabūtur, alios prement, abundabunt & conſolabū tur: verum hæc quidē breui tempore, quia in hoc ſolo vitæ curriculo. Quod autem vi tam hanc ſequitur, æternum erit ſupplici um. Nobiſcū enim agitur diſſimiliter, quia diſſimiliter viuimus. Qui eñ hic bona ſua recipiunt in vita ſua, non gaudebunt poſt mortem: & qui dolores & calamitates pa tienter hic ſuſtinent, poſt mortem ad refri gerium ibunt. Falco auis eſt nobilis, & in manibus principum quieſcit, delicate nutritur, multaq; ei cura feruitur. At vbi mortuus fuerit, in ſimum abiȳcitur. Porro gallina in vita vili nutritur cibo, occiſa co quitur, & in argēteis diſcis principibus co medenda offertur. Hoc modo nobiſcum quoq; agitur, vt qui hic læti ſunt & delitijs ſaginantur, poſt mortem cruciabuntur: hi vero, qui hic affliguntur, horū triſtitia ver tetur in gaudium, quod nemo auferet ab eis. Propterea his qui hic gaudent, domi nus dicit Ieſus: Væ vobis diuites, qui habe tis hic conſolationes veſtras. Itemq;: Væ vobis qui ridetis nunc, quoniam lugebi tis & flebitis. Nolite igiť inuidere filȳ his qui terrena ſapiunt, qui mundi quę rūt glo riā, qui carnis voluptates, nolite eos æmu lari, quia non eritis ſemper vos deſpecti, non eritis ſemper triſtes, non eritis ſemper, abſq; honore, non ſemper ęrumnoſi & mi ſeri. Plorabitis quidem, & ad modicū hic contriſtabimini tempus, ſed triſtitia veſtra vobis vertetur in gaudium. Abſterget e nim Deus omnem lachrymam ab oculis veſtris, & non erit vobis amplius luctus aut clamor, ſed nec vllus dolor, quoniam priora hæc omnia tranſierunt. Hi vero, qui hic dixerunt: Venite & fruamur bo nis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquā in iuuentute celeriter, vino precioſo & vn guentis nos impleamus, & non prætere at nos flos temporis, coronemus nos roſis antequam marceſcant: nullum pratum ſit

Amicorū Chriſti in hoc ſeculo tētatio nes & tri bulatiōes variæ

Matth. 25

Lucæ 16

Pſal. 125

Ioan. 16

Ioan. 15

Milites ſu os quibuſ nā armis inſigniat Chriſtus

Cantic. 3

Gaudium mūdi q̃ ſit cito finie dum

Luc. 6 Ibidem.

Triſtitia electorū dei q̃ bre ui finiet. Apoc. 11

Sapien. 2

F

quod non pertranſeat luxuria noſtra: vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra, & cæt. Vbi hæc vita & hæc illorum (vt putabant) felicitas finita fuerit, quid dicent? Videntes iuſtos, quorum hic abſtulerunt labores, & quos aliquando habuere in deriſum, ſtantes in magna gloria, timore concutientur horribili, & plangent ſe infeliciter, dicentes: Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt? Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem domini ignorauimus. Quid profuit nobis ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis? Tranſierunt omnia illa, tanquam vmbra. Hoc igitur in ſumma putemus nobis dictum, hoc pro monimento nobis inſcribendum, & à Chriſto relictum, videlicet eſſe diſcrimen hoc inter filios Dei, & filios diaboli, quod filij Dei in hoc mundo preſſuram habent & tribulationem, filij autem tenebrarum ſua hic explent deſideria. Debent igitur filij lucis omnia, quæ occurrunt ſibi, moleſta vincere, quomodo Chriſtus vicit, nõ repugnando, ſed ſuſtinendo. De Chriſto enim ſcriptum eſt: Quum malediceretur, non male dicebat, quum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Verum (vt Euangelij verba continuemus) Chriſtus mox adijcit ſimilitudinem, qua triſtitiam conſoletur apoſtolorum, dicẽs:

Sapien. 5

Diſcrimẽ quantũ ſit inter filios Dei & filios diaboli.

Eſaiæ 53. 1. Petri 2

G Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum, iã non meminit preſſuræ propter gaudium: quia natus eſt homo in mundũ. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis.

Mulier quum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius, hoc eſt, tempus doloris, & tempus pariendi. Cum autem peperit puerum, quod ſuauius, gaudioſiuſque eſt, quam peperiſſe fœmellam, iam non meminit preſſuræ, propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Si, inquit, ſubſequens gaudium de partu pueri, tametſi magnus præceſſerit dolor, & triſtitia in pariendo, poterit obliterare omnem parientis, quam paulo ante ſenſit, triſtitiam, quomodo non veſtrum gaudium, quod de reſurrectione mea habebitis, tollet à vobis omnem mœrorem? Tantum enim erit gaudium veſtrum, vt obliuio vos capiat omnis prioris triſtitiæ, vt iam non de hoc quod contriſtauit, ſed de hoc quod lætitia vos afficit, cogitetis. Hoc eſt ergo, quod dicit:

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Siue de reſurrectione, qua apparuit apoſtolis, ſiue de hora mortis noſtræ, qua electi recipimur ad Deum, intelligatur, vtrunque bene intelligitur. Sed dubium habere poteſt, quod dicit: Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Nã ſi de nouiſſimo gaudio beatitudinis intelligatur, haud dubium eſt illud à beatis nunquam amittendũ, aut tollendum. Sed apoſtolis, qui in Chriſti reſurrectiõe lætati ſunt, quomodo ſcriptum eſt: Gauiſi ſunt diſcipuli, viſo domino, videtur non manſiſſe ſemper illud gaudium, vt nemo illud dici poſſit eis abſtuliſſe: quãdoquidem multa & varia paſſi ſunt poſt Chriſti aſcenſionem, & ſpiritus ſancti miſſionem. Dicẽdum igitur, Chriſtum non dixiſſe, apoſtolos nihil poſt ſuam reſurrectionem, & poſt illam lætitiam ex eius præſentia receptam paſſuros, ſed reſurrectionis ſuæ gaudio tunc eos adeo roborandos, vt inter triſtia quoque nihilominus in domino gauderent. Libenter enim poſtea aduerſa ferebant, adeo vt Iacobus: Oẽme gaudium, diceret, exiſtimate fratres mei, ſi in varias tentationes incideritis. Cęſis enim apoſtolis, dum denunciaretur, ne poſthac loquerentur aliquo modo in nomine domini, quid refert de illis Lucas? Ibant, inquit, apoſtoli, gaudentes à conſpectu cõcilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati. Itaque adeo non fuit illis gaudium, quod ex reſurrectione Chriſti acceperunt ademptũ (ſcientibus ſibi vitam quidem, quam cum iniuſtis habebãt communem, à tyrannis tolli poſſe, Chriſtum vero, in quo eſt vita æterna, nunquam ſibi adimi poſſe) vt perſequutiones non ſolum non fugerint, ſed his etiam, vbi hoc ad gloriam pertinebat Chriſti, vltro ſeſe obiecerint, & pœnas p Chriſto qui-

Ioan. 16

Iaco. 1

Gaudium quale habuerint apoſtoli in aduerſis & pœcuriõibus Actor. 5

ſto quidam eorum etiam, vt epulas optauerint. Quis igitur ſancta illa lætitia Dei electos carere, aut priuari, vel per tormẽta crederet, quando Tiburtium martyrem prunas ardentes pro roſis duxiſſe, & Laurentium ignẽ rorem æſtimaſſe legit? Quapropter vere Chriſtus ſuos cõſolatur: Et gaudebit, inquiens, cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Ipſe enim erat gaudium eorũ, quod ſemper amabant, quod inter flagella & carceres, inter plagas & in morte poſſidebant. Nemo hoc gaudium tulit ab eis, qa pro quo triſtia, grauiaq; patiuntur, & hic eis præſens ſemper eſt in corde, & poſt hanc vitam eos reficiet in æterna felicitate. Ad hoc gaudiũ nos quoque aſpiremus, vt in hac vita adeo amemus Chriſtum, vt eius amore nihil hic poſſit tã graue nobis occurrere, quod nõ alacri animo de eius manibus ſuſcipientes patienter feramus. Sit nobis gaudio pro Chriſto lachrymari, hoc eſt, vel pro noſtris, vel pro alienis peccatis, pro Chriſtiq; contemptu triſtari. Sit nobis voluptati pro Chriſto ieiunare: diuitias putemus, paupertatẽ Chriſti amore ferre. Nihil hic habere gaudij, nihil delectationis corporalis, ſummũ gaudium ducamus, vt aliquando ad illud verum, vnicum, ſempiternumq; gaudiũ pertingamus, quod eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro in ſecula benedicto, Amen.

SERMO DE EADEM DOminica. Quod gaudium ſit mundi, quod ve ſanctorum, quæ item triſtitia bona, quæ mala.

H

MVndus gaudebit, vos autem cõtriſtabimini. Ioãnis XVI. Quomodo non omne gaudium bonum, nec omne eſt malum, ita nec omnis triſtitia bona, nec quęuis eſt mala. Itaq; de gaudio primum dicamus: Mundus, inquit, gaudebit. Satis datur intelligi, non eſſe hoc pium ſanctorum gaudium, quando dicit, mũdus gaudebit. Mundum enim hic vocat eos, qui mundum, hoc eſt, qui diuitias, luxum, delitias, honores, & id genus alia, quæ mũdi ſunt, amãt. Et quanquam gaudium nullum ſit verum mũdo, quia nec recte gaudet, nec gaudij veri ratio illi qui in Deo non gaudet, conuenire poteſt: dicuntur tñ gaudere filij huius mundi, quandoquidem p gaudio ducunt, dum quod amant, adipiſcuntur. Itaq; filij huius mundi gaudent in vitijs ſuis, & in malitia ſua. Superbus gaudet in honoribus, in poteſtate, in prælatione, in veneratione ſibi exhibita. Auarus gaudet in opibus cumulandis, incontinens in rebus venereis, iracundus cõſolationem accipit, dum ſui furoris ęſtum alicui maledicendo refrigerat, guloſus dum ſeruit ventri, inuidus dum alienam conſpicatur infelicitatem, acedioſus poſtremo, ſi ocio, aut ignauię indulgere poteſt. De his omnibus ſcriptum eſt: Lętantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. Lætantur quum faciunt mala, lætantur quum opprimunt & impediũt bonos, lætantur ſi via eorum mala fortunatur, lætantur quoque quum ſanctorum poſtergatur propoſitum. Commune eſt tamen impijs omnibus gaudere, aut in concupiſcentia oculorum, aut in concupiſcentia carnis, aut in ſuperbia vitæ, ſicut ſanctus Ioannes dicit: Omne quod eſt in mũdo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.

Prou. 8

1. Ioan. 2

Cæterum, quantum à vero gaudio diſtet mundanum, facile dinoſcitur. Gaudium nanque mundi eſt vile, quia plerunq; in rebus eſt illicitis: Quare Auguſtinus recte dixit interrogans: Quid eſt ſeculi lætitia? Quaſi diceret: Quid eſt inebriari, ſcortari, comeſſationibus operam dare? Et ſibi ipſi reſpõdens: Nihil eſt, inquit, niſi impunita nequitia. Quamobrem etiam nihil iudicat infelicius felicitate peccantium. Salomon quoque: Vidi, inquit, cuncta, quæ fiunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. Secundo mundi gaudium eſt breue. Quodcunque enim, ſeu quantumcunque ſit, nõ poteſt eſſe diuturnum. Habemus hoc de diuite illo in Euangelio, qui diuitias multas congregauerat, in quibus ſibi ducebat quieſcendum dicens: Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos. Requieſce, comede, bibe, epulare. Cui reſponſum eſt: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te, quę autem paraſti, cuius erunt? In Iob quoque dicitur: Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Porro gaudium ſanctorum, eſt lætitia caſta, lætitia ſancta, exultatio in Deo. Neque enim de creatura concipitur, ſed de creatore. Hoc Pſalmiſta conſiderans: Lætificabis eum, inquit, in gau-

Mũdi nomine qd hic intelligatur.

Gaudium mundi q̃d ſit.

Auguſtin.

Eccleſ. 1

Lucæ 12

Iob. 21

I Gaudium ſanctorũ q̃d ſit. Pſal. 20

dio cum vultu tuo. Quapropter nunquam poteſt gaudium verum, & in Deo, niſi ſit tibi conſcientia munda & integra. Omnia igitur ſi vis te accuſent, omnia premant, ſola ſit conſcientia libera, ſola conſcientia non te accuſet, & eſſe potes ſemper lætus. Mundus, inquit, gaudebit, ſuo videlicet more, in rebus vanis, atque caducis, in vitioſis & noxijs, in impudicis & inhoneſtis. Vos autem contriſtabimini.

Triſtitia naturalis quæ ſit.

Non omnis eſt triſtitia laudabilis & bona, non omnis item mala. Eſt deniq; quędam triſtitia, quæ in ſe nec bona eſt, nec mala, ſed pure eſt naturalis, vtpote Melancholica, ad quam homo vel ſuapte natura inclinatur, vt ſit triſtis. Hæc tamen in ſua natura non diu impermixta manere poteſt. Accedit enim mox, aut ad virtutem, aut ad vitium. Hæc tamẽ viro deuoto eſſe poteſt (ſi eadẽ bene voluerit vti, & moderate admittat, quantum ſatis eſt, non vt inuito dominetur) ſalubre inſtrumentum ad compunctionem. Quod niſi fiat, trahetur paulatim in vitia (vt germina quæ inde oriuntur, ſatis indicabunt) iræ, inuidiæ, ſuſpitionum, temerarij iudicij, acediæ, & ſimilium: vt in deſperationem & huiuſmodi grauia, puta ſcrupuloſitatem, perplexitatemque præteritorũ nimis moleſtam. Quemadmodum enim lætitia naturalis, niſi labore & dedita opera conuertatur ad bonum, germinabit & vitia, vt ſunt leuitates, ioci, riſus, & alia id genus permulta, ita facit quoque triſtitia. Naturalia enim noſtra tametſi, vt dixi, quatenus naturalia ſunt, nec bona ſunt, nec mala: ex innata tamen nobis corruptione, ex mala quoque conſuetudine (niſi vigilantiſſimo regantur ſtudio) inſoleſcunt vehementer, declinantq; ad malum. Quiſquis ergo hanc in te paſſionem ſentis, ſtudeas ea ad tuam vti ſalutem. Cogita de peccatis tuis, exerce te ad contritionem, ſimul tamen ſemper ad diuinam reſpiciens benignitatem: illam interim ama, illam prædica, illam admirare, vt te aſſuefacias feliciter triſtari, quandoquidem ad triſtitiam inuitaris ex inclinatione naturæ. Quare maximopere eſt curandum, vt ſalubriter triſteris.

K Triſtitia ſanctorũ bona quę. I.

Eſt igitur triſtitia alia ſanctorum bona, lugere ſcilicet, de quo lugendum eſt. Neque enim ſuper omni eſt aduerſitate miſeriave lugendum. Quicquid contra Dei ſit honorem, eſt lugendum, quicquid contra eiuſdem fit, aut factum eſt beneplacitũ, merito doleri, & plangi debet. Peccata igitur tam propria debemus lugere, quam aliena. Hæc triſtitia ſanctorum eſt. Noſtra enim peccata nos ſeparant à Deo. Plangenda igitur peccata ſunt, tã propterea, & hoc præcipue, quia exhonorauimus, offendimuſque Deum (ibi enim charitas operatur triſtitiam) quam quia nocuimus nobis, virtute, Dei gratia & felicitate nos ſpoliando. Propter aliena quoque peccata triſtãdum eſt, partim quod his offenditur dominus, cuius honorem ſuper omnia tenemur zelari: partim, quod proximo cõpaſſionem debemus, qui ſibijpſi delinquẽdo damna intulit multa. Si enim proximo charitate impellente compatiendum eſt patiẽti damna corporalia, quanto magis eſt condolendum (cum anima multo ſit, quam corpus dignior) pro damnis ſpiritualibus? Si pro ſanitate corporali, aut re alia quauis amiſſa, cum proximo ploras, ſi felicitatem idem amiſerit æternam, non plorabis? Plangis, inquit Auguſtinus, mortuum, magis plange impium, plange infidelem: plangis quia corpus deſeruit, & ab eodem receſſit vita eius anima? magis plange, quia ab anima receſſerit vita eius Deus. Itaque quum aut te, aut proximum tuum peccaſſe cognoſcis, merito triſtaris. Auguſt.

L Triſtantur iterum ſancti ex conſideratione defectuum ſuorum, propriæque infirmitatis toties expertæ. Eam ob rem cum nihil poſſint ſibi boni confidere, lugent. Siue enim propoſuerint, ſiue iurauerint etiam, non eſt robur, non eſt virtus, non eſt conſtantia in voluntate hominis. Niſi enim Deus te regat, niſi teneat, quid es? Inde igitur oritur triſtitia, quod propter tuam mutabilitatem, propter tuam corruptionem, propter aſſuefactionem malam, propter infirmitatem tuam magnam, propter tentationem multiplicem, & propter pronitatem & inclinationem ad malum nimis procliuem, ſemper habes timere, ne iterum cadas, ne Dei grariam amittas, ne tibi cõtingat, quod te ſanctioribus, fortioribuſque vides contigiſſe. Expertus enim es teipſum ſatis, quod nihil auſis tibi promittere, nihil te poſſis conſolari, ex tua bona voluntate, aut bono propoſito, quo confiãtem, perſeueranteque te in bono inuentum iri confidas. Vide apoſtolos fere maximum Paulũ nõ vno in loco cõtra ſeipſum cõquerentẽ (q̃d certe nõ riſu, ſed cũ lachrymis putãdus eſt facere) & dicentem: Scio quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Nã velle adiacet mihi: perficere autem non inuenio. Non enim quod bonum volo, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Auguſtinus quoque: Terret me, inquit, vita mea, quia niſi ſterilitas eſt in ea. Nam dicit: Nunc hoc, nunc illud. Poſt hoc: Nec hoc, nec illud. Tertio, ſancti triſtantur ex dubia diſcuſſione cõſcientiæ, qa nullã habent aſſecurationẽ aut certitudinem, niſi eam quæ communiter oĩbus eſt ex Chriſto, per ſpem noſtræ redemptionis, quã cito tñ aut faciliter poſſumus negligere, aut non vti. Neſcit itaq; homo, vtrũ amore an odio dignus ſit. Qñquidem eſt via, quæ videtur homini recta, nouiſſima vero eius ducunt ad interitum.

Rom. 8

Auguſt.

L III.

Eccl. 9 Prou. 3

Quarto, triſtantur ſancti compaſſione. Recolentes eñ dñi Ieſu paſſionẽ, iniurias, pſecutiones, dolores & mortẽ, tandemq; quod horũ omniũ ipſi cauſa eidẽ fuerint, dolent atq; triſtantur. Si enim flagitioſis, & pſuis ſceleribus patientibus compatiamur, quomodo virtuti ac ſtudio pietatis deditis, aut propter pietatem innocenter patientibus, quomodo, inquam, domino noſtro Ieſu Chriſto, pro nobis, non pro ſe patienti non compatiemur? Hoc igitur modo omnibus eius membris etiam corporaliter infirmis compatiendum eſt. In huiuſmodi ſancto luctu & triſtitia fuit Dauid ſanctus, faciens Pſalmum illum quinquageſimum: Miſerere mei Deus, propter grauem offenſionem Dei amouendã, quã in adulterij reatu contraxerat. Luxit nihilo minus alienum peccatum. Nam filij ſui Abſolonis, ex filio facti acerrimi perſecutoris mortem grauiter luxit, nõ quod mortuus eſt, ſed quia in peccatis grauibus atq; ſceleribus mortuus eſt. Samuel luxit etiam regem Saulem vſque ad diem mortis ſuæ, eo quod hunc inobedientem ſibi Deus abiecerit. Eſt triſtitia tertia, quę noxia eſt & mala. Hæc eſt tædium in diuinis faſtidiumque humanæ conuerſationis. Hanc comitatur interdum deſperatio. Contra hãc triſtitiam aſſumendus feruor, excitãda deuotio, & contra ſuam quoque inclinationẽ introducẽda frequẽtandaq; ſunt exercitia pietatis. Si eñ triſtis huiuſmodi ſolus in melãcholia ſibi dimiſſus fuerit, niſi pura valde fuerit eius conſciẽtia, aut ſingularis ꝓtectio diuina, ad graue piculoſumq; facinus vix illũ nõ tẽtabit inimicus. Vbicũque igit mala fuerit cõſcientia, ibi triſtitia huiuſmodi multo oĩm maxime eſt piculoſa. Horrendũ eſt de huiuſmodi tẽtationibus, q̃ ſiue ex irregulata irrationabiliq; triſtitia, ſiue ex ea triſtitia, quã facinoroſa parit p̃cedens vita naſcunt, loq; ne hi q ſolitarie viuũt, aut puſillanimes, aut melancholici & manici aliqua ex parte ſunt, ſibijpſis cogitationes piculaq; faciãt delinquendi. Satis eſt Apoſtolũ Paulũ dixiſſe: Seculi triſtitia mortẽ operaſ, cũ tñ alibi de pœnitẽtium triſtitia glorieſ bona. Si contriſtaui, ingt. vos in epiſtola, nõ me pœnitet, ſed gaudeo: non quia cõtriſtati eſtis, ſed qa cõtriſtati eſtis ad pœnitentiã, cõtriſtati eñ eſtis ſecundum Deum.

Pſal. 50 2. Reg. 12 2. Reg. 18

1. Cor. 7

Ikidem.

Triſtitia mala quę

1. Reg. 15

M Alia triſtitia mala q̃

Eſt ꝓterea triſtitia mala, quæ oriſ ex inuidia & torqueſ felicitate aliena. Eſt etiã triſtitia mala ex priuato amore, & ex immortificatiõe ꝓpria, aut qa aliqd fit, q̃d cõtra ſuã voluntatẽ, aut q̃d contra iudicium ſuum ac conſilium fit. Hoc modo contriſtatus fuit Achitophel, quia conſilium Cuſi melius videbatur, & magis probabatur, quam ſuum. Contra hanc triſtitiam non ſanius eſt conſilium, quam mortificato proprio amore, mortificata omni propria ac ſuijpſius quæſtione domino Deo ſe reſignare, atq; exeundo omnem proprietatem ſiue iudicij, ſiue conſilij, ſiue voluntatis, paratum & reſignatum ſe offerre in omne beneplacitum Dei. Hæc reſignatio generat pacem & lætitiam cordis, malamque omnem propulſat triſtitiã. Conſultiſſimũ proinde eſt, omni tẽpore eſſe reſignatos, atq; in omne Dei beneplacitum nos abnegemus, vt id q̃d tolerandũ eſt, toleretur libenter propter domini voluntatem, noſtraque voluntas in omnibus ſubijciatur Deo. Quando ergo triſtitia ſuper nos venit, memores ſimus ꝓmiſſionis Chriſti, qa dixit: Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini. Quaſi diceret: Mundi eſt in prẽſentiarum gaudere, quia duri nimis eos triſtitia poſt hanc vitã obruet. Vos autem amici mei quos poſt hanc vitam lœtitia manet ſempiterna, hic cõtriſtabimini, hoc eſt, triſtia patiemini, ceritisq; tã p veſtris peccatis & defectibus, q̃ p alienis gemẽtes & afflicti. Sed triſtitia tñ veſtra vertetur in gaudium. Non in hoc ſolum quod terminabitur in æternam lætitiam futuram, ſed quod etiam hic verte-

2. Reg. 17 Remedia aduerſus triſtitiam malam.

Ioan. 16

tur in gaudium,quo amici mei hic gaude ant in aduerſis,lætentur cum pro mea glo ria paſſi fuerint, ſitq; eis deſideratum pro mei amore conſtriſtari.Hoc gaudium cen tuplo eſt nobilius atque ſuauius gaudio mundano,quod gaudij nomine indignũ eſt.Hoc gaudium ſpiritus eſt in hoc exulta tis,quod aliquid habet agere, pative, quo ſuum oſtendat erga Deum amorem. Me-
2.Reg.17 mor eſto Dauidis,perſecutionem filij ſui et maledictionem Semei humili ter ferentis: quõ nudis pedibus nudoque capite ince debat fugiens & flens,quam humili ac reſi gnato animo in eandem ſe ſubmiſit tribu lationẽ,nec virum ſibi maledicentem puni ri conſenſit,ſed de manu Dei omnia hæc ſibi iuſte intellexit euenire. Flebat, inquã, ſed ex reſignatiõe atq; humillima ſuiipſi us ſubmiſſione in illã tribulationem, quã ſuſcepit patiens ac mitis,nec murmurauit, ſed mẽte gauiſus ac ſpiritu Deũ laudauit, Hoc eſt ergo gaudiũ, q̃d ſuis hic dat ami cis Deus vt licet triſtitia ferant, in triſtitia tñ non ſunt triſtes,hoc eſt grauatinõ ſunt, ſed alacres & feruidi. Quibus non ſolum poſt hanc vitam,ſed hic etiã triſtitiam illo rum vertit in gaudium Deus.In gaudium inquam,huiuſmodi quod non auferetur, hoc eſt,quod hic quidem aliquo modo in cipit,ſed poſt hanc vitam perficitur, largi ente id domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula,Amen.

DOMINICA III. POST OCTAVAS PASCHÆ

Epiſtola Beati Iacobi Apoſtoli,I.

OMne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt,deſcendens a patre luminũ. Apud quẽ non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbra tio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis,vt ſi mus initium aliquod creaturę eius. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autem omnis homo velox ad audien dum, tardus autem ad loquendum,& tardus ad iram. Ira enim viri iu ſtitiam Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immun diciam,& abundantiam malitiæ,in manſuetudine ſuſcipite inſitum ver bum,quod poteſt ſaluare animas veſtras.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A HOrtatur nos Apoſtolus Iacobus ad veram noſtri cognitionẽ & humilitatem,qua cognoſca mus nihil,q̃d à Deo non recepe rimus,quantumlibet ſit illud,boni nos ha
2.Cor.4 bere.Quid em̃ habes, inqt Paulus, quod non accepiſti? Dicit igitur: Omne datũ o ptimum,& omne donum perfectũ deſur ſum eſt,deſcendens à patre luminũ.Quod patrem dicit luminum, creatorem vult di cere angelorum,qui lumina ſunt regni cœ leſtis & aſtra. Verum,quod dicit datũ opti mum & donũ pfectum,dubiũ non eſt vbi optimũ fuerit,ibi eſſe quoq; bonũ & meli us. Vbi perfectum,ibi eſſe aliqd etiam, q̃d minus fuerit pfectum.Dona igit Dei cum varia ſint ac multa, & in multiplici quoq; differẽtia,oĩa tñ quę habemus bona à Deo nobis donata ſunt.Sequit. Apud quẽ non eſt vlla mutabilitas. Quicquid em̃ agit aut vult adeo eſt excellẽter bonũ,vt melius nõ poſſit eſſe, ideo ſtabilitas apud eũ eſt pax, ſerenitaſq; æterna,q̃ nulla poſſit mutatiõe nulla pteritione ſuggeſtioneve,nulla deni que viciſſitudinis obũbratione pturbari. Neq; em̃ ppter merita noſtra,ſed gratuito & p voluntatis ſuæ bonitate ac liberalitate nos regenerauit de tenebris ad lucẽ,inado ptionẽ filioꝝ Dei,verbo veritatis propter nos incarnato & nobis p̃dicato, vt ſimus initiũ.i.principatũ habentes,ac veluti pri mitiæ creaturæ eius,vtpote reliqs creatu ris digniores &excellẽtiores.Scitis hęcoĩa fratres mei dilectiſſimi,nẽpe ex Deo qcqd Oſee 11
ſumus,nos eſſe,& nobis p Oſee à dño dic tũ:Perditio tua ex te Iſrael,ex me tm̃ auxi lium tuum.Scitis præterea qua dignatio ne vos regenerauit in filios adoptiõis Deus.Quamobrem decet erga illũ q in nos cõtulit beneficia,eſſe nos,quõ illi placea mus,& quõ ei ſeruiamus,ſollicitos
Sit igitur omnis homo velox ad adaudiẽ P
dum

dum quæ ſalutaria ſunt, vt percipiat non quæ curioſa ſunt,ſed quæ audire neceſſa rio oportet.Sit autem tardus ad loquen dum. Loquendo nanque periclitatur ho mo,quam audiendo citius.Parce igitur,& tarde,& vbi neceſſitas & vtilitasve exigit, eſt loquendum.Siquidẽ vbi innocentia dã nat,vbi negat veritas,vbive opprimitur iu ſtitia,non eſt tacendum. Alioqui in multi
Prou.10 loquio ocioſo non deeſt peccatum.Sit de nique vnuſquiſq; tardus ad iram. Vide tñ quia non dicit omnino non iraſcendum, ſed tardos nos eſſe debere ad iram. Vt tũc duntaxat ira aut ſeueritate vtamur, quan do alia conſilia aut remedia,quibus à pec cato extrahẽdus peccator foret,iuuare nõ poſſunt. Cur autem ad iraſcendum tardi eſſe debeamus,ratio eſt: Ira enim iuſtitiam Dei non operatur.Quare? Quia cum ſit iu ſtitia implere Dei mandata (Implere vero Dei mandata,abſq; proximi charitate ne mo poſſit.Charitati vero ira repugnat)re cte dicitur iram nõ operari Dei iuſtitiam.

Propter quod abijcientes omnẽ immũ diciam tam carnis quam ſpiritus,omniaq; inquinamenta veſtra,& abundantiam ma litiæ,id eſt,tam prauitatem quæ intus in a nimo eſt,& tunc abundat,quãdo in ſigna in verba,in operaq; foras erumpit, in man ſuetudine,nõ in cõtentione aut diſputatio ne,ſuſcipite verbum quod à Chriſto in A poſtolos & inde vobis inſitum,hoc eſt,ſe minatum aut plantatum eſt,q̃ ſeruatũ ſal uare poteſt animas veſtras.Beati enim qui
Lucæ 11 audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ. Ioan. XVI.

C COllegerat ſibi domi nus Ieſus diſcipulos, per quos colligi quo que volebat plures alios,& per hos item alios: & hoc modo vſq; in finem mundi eſt collecturus ſibi diſcipulos,filios ſcilicet ſuæ adoptionis, quos hic miniſtros,poſtea vero ciues &co hæredes regni ſui,participesq; fieri beati tudinis ſuæ conſtituit.Hos ab æterno ele
Ephe.1 Rom.8 Ephe.2 Ioan.17 Ioan.12 git,hos prædeſtinauit,hos vocauit,hos de niq; vt ſalui fiant,iuſtificat.Dicit enim ali bi: Volo pater vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum.Et denuo:Et vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Quando igitur vicinũ inſtabat tempus quo per mortẽ abiret ad patrem q miſerat illum,de mundo,& quia non multo poſt erant eum in hac mortali ſpecie diſcipuli deinceps non viſuri, prædi cit chariſſimis quos tunc habebat in mun do,ſuum receſſum,quo non deſperẽt eũ ſe qui,eſſeq; cũ eo,vbicunq; fuerit ille. Ad hoc inuitat ſuos,nõ ſolũ Apoſtolos, verũ nos etiam vt ſequamur,pmittens nobis cõ ſolatorem atque ductorem,qui doceat & dirigat nos,ſpiritum ſanctum. Dicit itaq;:

Vado ad eum,qui me miſit, & nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis.

Quaſi diceret: Vos filioli mei qui de hoc mundo non eſtis,quia à me electi primũ: Ioan.15 Ioan.14
elegiſtis me ſequi,vt vbi ego ſum,ibi &vos ſitis. Iam à vobis iuxta hanc formam viſi bilem recedo,qua hactemus me vidiſtis in hoc ſeculo.Nõ me,vt modo cernitis,poſt hac habebitis,nõ me ita videbitis ſemper. Vado autem quidem per paſſionẽ & mor tem, paulo poſt vero per reſurrectionem Ioan.13
& aſcenſionem.Vado,inquam,ad patrem, & nemo ex vobis interrogat me quo va dis? Interrogauerat quidem ex me Petrus, dicens:Domine quo vadis? cum abiturũ ad paſſionem paulo ante me indicarẽ. Cui reſpondi:Quo vado, non potes me ſequi modo.Neque enim infirmitate adhuc gra uati ſequi me poteſtis, mortẽ propter me & mecum nunc excipiendo. Veniet tamẽ tempus quo aliquando poſtea me ſequa mini,puta vbi præceſſero,& ſpiritum ſan ctũ,cuius virtute roborabiminiomnes,mi ſero. Iam vero de aſcenſione loquens mea, qua iturus ſum in cœlum,vobis dico hanc adeo vobis fore manifeſtam, vt nemo tũc ſit futurus qui me,quo vadam,interroget. Quomodo enim dubitaretis,aut quomo do interrogando aliquid diſceretis, quod oculis ipſi tunc palam videbitis?

Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis vt ego vadam.

D Quia hæc quæ paulo ante p̃dixi, locutus ſum vobis, puta ea quod poſt me Ioan.16
um abitum perſequentur vos,abſque ſyna Matt.10
gogis facient vos, eritiſque mundo adeo Lucæ 16
exoſi,adeo abominabiles, vt quiſquis in Ioan. 16
terfecerit vos,arbitretur obſequium ſe p̃ ſtare Deo, triſtitia impleuit cor veſtrum.

Pu-

Putatis enim quod ex meo receſſu manebitis prorſus deſolati. Veruntamẽ triſtitiam hanc à vobis pellite. Neque enim propterea quod à vobis abeo, eritis miſeriores nec recipietis damni aliquid, ſed potius cõmodi adferet multum vobis meus abitus. Nã licet inuiti triſteſq; id audiatis, nõ poſſum tamen non dicere vobis veritatem, quod expedit etiam vobis vt vadam. Nam quamdiu vobiſcum ſum hic præſens corporaliter, neque patris neq; etiã mei verã capietis noticiam. Dulcis eſt vobis mea p̃ſentia corporalis, quare vt filij ad matrem ad me in omnibus curritis, nihil interim diſcentes rogare patrem in ſpiritu, nec ad cœleſtia et ad patrem veſtrum vos orando erigitis, ſed ad me tantummodo, quomodo ad hominem homines, curritis confugitiſq;. Expedit igitur vobis vt hæc forma ſerui, quam ſenſualiter diligitis, auferat à vobis, ne ſemper lacte iſti contenti infantes maneatis.

Heb. 5 2. Pet. 2

Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos.

Niſi abiero à vobis, niſi in qua requieſcitis, carnalem meam vobis præſentiam ſubtraxero, paracletus non veniet ad vos. Quãdiu carnaliter me eſuritis, tamdiu ſpiritus capaces non eſtis. Apoſtoli in Chriſti præſentia corporali toti quieſcebant, & in illũ omnem ſui transferebant curam gaudentes in ſuauiſſima illius allocutione, conuerſatione & eruditione. Volebat autẽ dominus Ieſus eos habere perfectiores, ne ſecundum humanitatem tantum ſe amarẽt & in hac ſociali conuerſatione fiderent ſibi, hoc eſt, Chriſto: ſed (vt factum eſt, poſt eius aſcenſionem) diſcerent recurrere ad Deum, ſuas ibi neceſſitates & ſollicitudines offerentes, oranteſq; creſcerent in ſpiritu. Voluit eos fieri ambiguos in agẽdis, recurrere ad Deum, ſeſe illi commendare, illi fidere, illum rogare, ab illo exaudiri, atque Chriſtum quoque non, vt ante, carnaliter cognoſcere, hoc eſt, ſecundum carnẽ, ſed ſpiritualiter. Erat enim Chriſtus dulcis, mitis, benignus, amabilis, ſecundũ humanã cõuerſationẽ, iuxta humanum modum amandi illum ſuauiſſime diligebant Apoſtoli, illiq; inhærebãt: q̃re altius ſe adpuriorem diuinitatis contemplationem erigere non poterant. Eam ob rem dixit, quod verum erat neceſſarium fore vt illis Chriſtus ſub ſpecie ſubtrahatur humana, vt iam non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum cognoſcerent ac diligerent Chriſtum, non tanquam hominem, ſed tãquam Deum. Sed videndum hic, ſi Chriſti viſibilis aſpectus, eiuſque conuerſatio quamlibet ſancta, tamen adhuc humana, erat Apoſtolis occaſio, qua impedirentur recipere ſpiritum ſanctum; quomodo non impediet nos vel proprius amor, & aut naturalis aut ſenſualis erga creaturas, quo minus ſpirituales efficiamur? Si, inquam, vt verbis diui vtar Bernardi, Apoſtoli carni diuinæ adhærẽdo eius quę ſancti ſanctorum erat, ſpiritu ſancto repleri non poterant, quid tu qui carni tuæ quę ſordidiſſima eſt, ita conglutinatus es, vis recipere ſpiritum ſanctum? Delicata certe eſt diuina conſolatio, nec datur admittentibus alienam. Sed dicit quis: Chriſtus nõ potuit ſpiritum ſanctum dare hic in terris? Potuit quidem, ſicut & in die Paſchę fecit, ſed non decuit vt in illa plenitudine daret, qua dedit in die Penthecoſtes. Nam circa Apoſtolos obſtabat impedimentum, q̃d eorum erga Chriſtum amor, quum ambularet inter eos, erat ſenſualis quodammodo, idcirco minus capax ad recipiendum ſpiritum ſanctum, præſertim in ea plenitudine, qua poſt domini aſcenſionem illũ receperunt. Decebat quoque vt non daret ſpiritum ſanctum dominus Ieſus, niſi paſſione conſummata poſt reſurrectionem, cum iam ſederet Chriſtus in ſede regni.

B

Bernard.

Quomodo enim daret Apoſtolis ſpiritum ſanctum nondum fuſo ſanguine quo erant redimendi ac adoptandi? Sequitur itaque:

Si autem abiero, mittam eum ad vos.

Hoc eſt, faciam vos ſpiritualiter viuere, & de me veram fidem habere. Cognoſcenda hic eſt gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & pro magno eſt beneficio habendũ, ſi quando terrenas noſtras conſolationes nobis adimit, ſi delinquendi tollit occaſiones. Videmus nanque quãta ſit malitia noſtra, quanta delinquẽdi pronitas. Heu quãtum fallimur, & cupientes de mundo aliquid habere, & de ſpiritu nihil amittere. Certe mundus & caro hic in regione ſua verſantur: ſpiritus autem hic peregre conuerſatur. Non eſt hic eius patria. Quare cũ tres habeat hoſtes, puta dæmonem, carnẽ, mundum, & horum quiuis extra diuinam

Spiritꝰ ſanctus vt habeat tres hoſtes

F

Hoſtes animæ tres quõ proſternãtur.

nam protectionem, quam ſpiritus, ſit validior, quando iam vbi tres hic domi ſunt, vbi roborantur tanquam in regno ſuo, ſpiritui aduerſant, quæ ſpes, niſi diuina adeſſet & gratia & protectio, ſpiritui eſſet victoriæ? Roborat aũt Deus ſpiritum vt hoſtes hos tres in ipſorum pprio regno conterere & proſternere valeat, modo ſibi ipſi nõ deſit. Aufert enim occaſiones vñ caro inſoleſcit, mittit infirmitates, p̃ſecutiones, captiuitates, paſſioneſq;, qbus carnis atteritur petulantia. Subiugat hunc hoſtẽ ſpiritui. Viribus enim exhauſta caro afflictaq;, quid rebellare poteſt? Deinde alium hoſtẽ eneruat, quo ſpiritus confortetur. Nã paupertatem & contemptum dans homini, q̃ vana gloria ſuperbiaq; proſternatur, quid aliud facit, quam vt mundum faciat ſpiritui ſubiugari, aut (vt verius loquar) vt faciat à ſpiritu mundum cõtemni? Si itaq; hac commoditate vti voluerit ſpiritus, vt ea q̃ ſibi in ſui erectionem Deus adminiſtrauerit, ipſe quoq; in robur ſui conuertat, facile duobus his hoſtibus p̃ualebit. Quibus certe euictis non haberet hoſtis tertius diabolus, quo læderet ſpiritum, carne ſubiugata, mundoq; ſpreto. Vtiã em̃ ille incitamentis ſuis ex carne & mundo, quibus impugnare aut fallere ſpiritum molitur. Nos vero cum deberemus omni vigilantia corpora noſtra mortificare, cum omnia quæ ſunt mundi, à nobis, id eſt, ex animo noſtro deberemus proſcindere, ſumus amatores carnis noſtræ & mundi, blandimur carni, & mundus nobis blanditur: idcirco manemus ſemper in pugna, nunquam victores. Manet nobis noſtra infirmitas, nec nobiſipſis vim inferre poſſumus. Cæterũ quõ gratias non agemus Deo noſtro, ſi ipſe, licet per triſtiſſima quæque, nobis, hoc eſt, ſpiritui ſubiugat carnẽ, mundumq; reddit à nobis alienum? Et q̃d interea magis ſperare nobis licet, quam vt ſubiugatis & in captiuitatem redactis his, ſpiritus ſanctus detur nobis? Conſultiſſimum igitur eſt Deo ſemper reſignatũ eſſe eius ſe prouidentiæ committere, de eius manu cuncta ſuſcipere, & quicquid ille ſuperte permiſerit, vtiliſſimum credere. Certiſſimum nanque eſt adipiſci poſſe neminem perfectionem, qui in delitijs viuit, qui carnis & creaturarum amore tenetur, & qui in externo adhuc homine moratur. Omnino vt iuxta interiorem viuat homi-

Coloſſ. 3

nem neceſſe eſt, quiſquis ad perfectionem anhelauerit. Eſt enim interna vita p̃ns omnibus adeo neceſſaria, vt ſine illa ſpiritualis vita nec eſſe, nec poſſit amari. Impoſſibile eſt quoque vni adhærere, qui multis intendit.

Et cum venerit ille, arguet mundũ, de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iuſtitia vero, quia ad patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.

G

Infidelitas quale ſit peccatum.

De tribus arguet mundum ſpiritus ſanctus. Primo arguet de peccato infidelitatis hoc eſt, de omnibus peccatis. Nominando enim cunctorum peccatorum radicẽ & ſcaturiginẽ, infidelitatem, ſ. omnia nominat peccata. Neque enim vllum peccatũ deleri poteſt, aut nõ argui, vbi eſt ĩfidelitas Sine fide eñ impoſſibile eſt placere Deo. Et quamdiu infidelitas manet, omnia peccata manent. Quia, inquit, non crediderũt in me. Non credendo autem omnia eorũ peccata manent ſuper eos. Secundo arguet mundum de iuſtitia, non de iuſtitia quam homines ſunt mundani operati, ſed de iuſtitia Chriſti, q̃ videntes non ſunt imitati. Chriſtus enim docens eos iuſtitiam, hoc eſt, iuſte viuere, nõ eſt auditus. In hoc autem manifeſtata eſt Chriſti iuſtitia eius que p̃dicatio eſſe vera, qñ ad patrẽ vadit, à quo haudquaquam foret cognoſcẽdus, ſi mendax, aut iniquus eſſet propbeta. Modo vero iuſtus inuenitur, quia ad cœlum aſcendit glorioſus. Poteſt etiam dici mũdum argui de iuſtitia credẽtium, quos noluerunt impij imitari credendo aut bene viuendo, ſed magis deſpicere & ridere Arguet tertio mundum de iudicio, q̃d nõ expauent, cum ex principe ſuo diabolo iã merito diſcerent, quantum timere deberent, quem vident iã iudicatum, Vnde ſuũ æque habent expectare iudicium cum illo.

Heb. 10

De qua iuſtitia arguendus ſit mundus.

De quo iudicio arguendus ſit mũdus

Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cũ autem venerit ſpiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Adhuc multa habeo vobis dicere de credendis, de regimine Eccleſiæ, de myſterijs docendis atque tradendis, de ſtatu futuri ſeculi, & de conſummatione ſeculi.

Verum

Verum non poteſtis portare modo. Eſtis enim inepti, pleni triſtitia & formidine ad audiendum. Accedit quod quãdiu vobis non eſt eruditio neceſſaria, parum attenditis. Veniet tẽpus cũ ego vobis ſubtractus fuero, tunc in vos intrabunt ambiguitates orienturq; in cordibus veſtris quęſtiones quibus, diſſoluendis neceſſarium erit, vt vobis adſit ſpiritus ſanctus, qui eſt ſpiritus veritatis, hoc eſt, doctor & fons veritatis, & ille tunc docebit vos omnem veritatẽ. Nec ſua tantum, nec à patre & à me diſformia, ſed eadem, & quæ tam pater quã ego docemus, docebit. Pro his igitur omnibus neceſſarium eſt vt vadam, pro vobis patiar, vos redimam, vobis reſurgam, coram vobis in cœlum aſcendam, indeq; ſpiritũ vobis ſanctum mittam, qui vos illuminet, confortet, dirigat, mundumq; arguat, hoc eſt, vos impleat, vobiſq; ſcientiã, animum & diſcretionem arguendi mundum tribuat. Vos enim eſtis, per quos mundũ arguet ſpiritus ſanctus. Qua propter ante vobis dixi non temere aut præmeditando anxiari quid loquamini. Dabitur enim vobis ſpiritus, dabitur vobis os & ſapientia, cui non poterunt contradicere omnes aduerſarij veſtri. Ad obtinendum igitur ſpiritum ſanctũ & nos chariſſimi ad interna confugientes, & delicta noſtra lugentes viuamus caſti, pij, ſimplices, & tam ab omni affectione mala puri, quam ab inutili occupatione liberi.

H Receſſus Chriſti cur fuerit neceſſarius apoſtolis.

Matth. 10 Lucæ 21

Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quecunq; audiet loquetur, & quæ ventura ſunt, annunciabit vobis.

Quomodo ſpiritus ſanctus nõ eſt à ſemetipſo, ſed à patre & filio, ita quoq; poteſtatem, ſcientiam, & qcquid habet ſuſcipit à patre & filio. Dicit igit: Non em̃ loquet à ſemetipſo, hoc eſt, non vos illuminabit per allocutionẽ internam virtute ac ſcientia non recepta, ſed à patre filioque ſibi cõmunicata. Caue tamen ne putes propterea minorem ſpiritũ ſanctum quã patrẽ & filium, qm̃ ſanctæ Trinitatis vna eſt natura, vna eſſentia, vna virtus, vnaq; poteſtas. Loquetur vobis. i. Eccleſiæ. Quæ em̃ hic de ſpiritu ſancto promittit, non ſolum Apoſtolis, ſed vniuerſæ Eccleſiæ promittit, cui vſque in finem mundi loquetur per inſpirationem, quæcunque audiuit à patre & filio ab æterno proceſſionis ſuæ à patre & filio. Nunquam igit deſeret Eccleſiam ſuam, cui inter ambigua reuelat veritatem Nec dubitandum eſt de eius veritate, quãdoquidem nõ alia q̃ pater & filius loquit. Spiritus vero malignus ex proprio loquitur, quia quicqd loqtur, ex mendacio loquitur, qui eſt mendacij pater. Et quæ ventura ſunt, annunciabit vobis. Oſtendit Apoſtolos futuros prophetas. Nonne Apoſtolo Ioanni, imo in eo vniuerſæ Eccleſiæ futura (quæ Apocalypſis eius teſtatur) annunciata ſunt? Quam multa item Petro & alijs Apoſtolis, puta de vocatione & purificatione gentium, de nouiſſimis quoq; temporibus reuelata ſunt? Quam multa denig; Paulo de vltimo auduẽtu Chriſti, de Antichriſto, de iudicio, de cœna quoq; dominica, & ritu Euchariſtiam ſumendi reuelauit ſpiritus ſanctus? Aliaq; alijs multa, q̃ non ſcribendo, ſed loquendo nobis tradita ſunt, & per ſucceſſionem anteceſſorum noſtrorum ad nos vſque venerunt.

Ioan. 8

I Prophetę vti fuerint Apoſtoli. 1. Pet. 4 1. Pet. 1 2. Pet. 3 1. Thel. 4

Rom. 2 1. Cor. 11

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quę cunq; habet pater, mea ſunt. Propterea dixit. Quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Spiritus ſanctus Chriſtum clarificauit (quõ de eo hic Chriſtus prædicit (implens Apoſtolos, diſertoſq; eos faciens, vt abſq; timore loquerentur, in eius nomine ſigna facerent & miracula, qbus Euangelicæ eius prædicationi & diuinitati atteſtarentur. Ille, inquit, de meo accipiet, eſſentiam & ſapientiam bonitatemque à me procedẽ do eandem habens, & annunciabit vobis, puta oĩa quæ vobis, ſcitu neceſſaria ſunt, quæve ad regimen pertinent Eccleſię, Omnia quæcunq; habet pater, mea ſunt. Eadẽ enim & ipſe habeo quia nobis vna eſt eſſentia, vna deitas, & vna natura. Cum igitur ab vtroque procedat ſpiritus ſanctus, dixi propterea, quod ille de meo recipiet, & annunciabit vobis. Itaque chariſſimi, vt ſua præſentia nos dignetur ſpiritus ſanctus, ſimus puri & immaculati corde, & caſti corpore viuentes in dilectione & obedientia dñi noſtri Ieſu Chriſti qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Sancti ſpiritus diuinitas & maieſtas & æqualitas cũ patre & filio.

Ser-

SERMO I. DE EADEM DOminica. Quæ ſit Chriſti via ad hominem, hominiſque rurſus ad Deum.

K Mat. 15

VAdo ad eũ q miſit me. Ioã. XVI. Nulli dubiũ eſſe poteſt miſſum eſſe dñm ad oues, q̃ pierunt domus Iſrael, ac minime ambiguum, ſaluatorem in mundum veniſſe ad ſaluandos eos omnes, quotquot vel ex gente Iudæorum vel paganorum prædeſtinati ſunt ad vitam. Cur enim venit medicus, niſi vt ſanet ægrotos? Cur venit ſaluator, niſi vt ſaluet, eos ſcilicet q pereunt? Miſſus igitur eſt dominus in mundum ſaluator, non vt iudicet mundum, ſed vt ſaluet mũdus per ipſum. Venit vt ſaluum faciat populum ſuum à peccatis eorum. Itaq; ad nos venit Chriſtus, & ppter nos venit, vt ſe ad nos reduceret. Nuſquam nobis bene eſt, niſi cum illo. Nulla enim res eſſe quieta poteſt niſi finem ad quem creata eſt, & quem naturali inſtinctu quęrit, adepta fuerit. Cũ finis itaq; ſit hominis eſſe cum Deo, non ſatiabitur vnquam, quamdiu cum illo nõ fuerit. Chriſtus autem miſericordiſſimus videns hominem ſuo priuari fine, nec poſſe hunc obtinere eundem, quo ad Deũ ſum peruenĩat, venit ipſe ad hominem, vt hunc doceret modum & viam veniendi ad Deum. Oſtendit ei viuendi modum in ſeipſo, quẽ imitetur q cupit ſeruari. Nec viã modumq; ſequendi ſolum oſtendit, ſed iuuat præterea infirmitatem noſtram, allicit volentes, ducit euntes, excitat nolentes, titubantes regit ac tenet, hæſitantes trahit. Poſtremo ſeipſum exhibens viã, Ego ſum inquit, via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem, niſi per me. Videamus igitur quo iuit. Illuc enim tendere nos oportet, ſi volumus ſequi. Nempe ad patrem iuit, ibi inueniemus eum. Sed quomodo dicis, illuc perueniemus? Certe ambulando eius vias, quas nobis præmonſtrauit. Ab his haudquaquam recedendum eſt nobis. Scrutemur igitur quæ ſint viæ eius, & interrogemus de ſemitis eius. Viæ enim eius, viæ pulchræ, & ſemitæ eius pacificæ. Prima itaque eſt via Chriſti mundicia & puritas. Cãdor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula. Proinde non ambulat niſi vias mundas, & nemo illum ſequitur, niſi qui munda graditur via. Nam via eius ſancta vocabitur, & alienus non tranſibit per eã, ſed ambulabunt per eam qui liberati & redempti fuerint à domino. Ergo immundus & luxurioſus non ſequitur Chriſtum. Qui peccata ſua non lauat lacrymis, q̃ peccata ſua non odit ac deteſtatur, qui non cõfitetur, qui non erubeſcit, qui non damnat & qui ſe corrigere non ſtatuit, non ambulat poſt Chriſtum. Quicunq; enim huiuſmodi eſt, adhuc in ſordibus eſt. Qui item delinquendi præuaricandiq; habet propoſitum, non ſequitur Chriſtum. Qui obſcœnis quoq; vltro oblectatur cogitationibus, non ſequitur Chriſtum. Quem ergo ſequitur, non ſequens Chriſtum? Eũ ſcilicet, qui obſcœnis omnibus delectatur ſpurcitijs, ſcilicet diabolum. Neq; enim alia eſt via, niſi hæ duæ, quarum altera poſt Chriſtum, altera poſt diabolum reſpicit. Gloriatur enim & diabolus ſuos ſe habere amicos, ſui imitatores, & quidem habet valde multos. Eſt enim immundiciæ amator diabolus. Idcirco ſe mitti rogauit in porcos. Diligamus nos mundiciam, ſanctimoniam, caſtitatem & puritatem cordis. Beati enim mundo corde, quoniam ipſi non ſolum poſt Chriſtum ambulabũt, ſed etiam Deum ipſi videbunt. Videbunt, quia ſequuti Chriſtum mundiciam cordis dilexerunt. Obſerua tamen diligenter, q̃d nominat mundiciam cordis. Siquidem exterior corporis mundicia nihil prorſus facit ad ſanctitatem, tametſi ad vanitatem cõferat plurimum. Certe qui pollutum cor gerit ſub externa mundicia externoq; cultu corporis, ſimilis eſt (quomodo Phariſæos Chriſtus comparat) ſepulchro dealbato.

Ephe. 1

Ioan. 3

Matt. 1

Auguſt.

Finis hoĩs quis ſit.

Ioan. 14

Viæ Chriſti quę ſint Prou. 3

Puritatis chriſti via quæ ſit. Sapien. 7

Eſaiæ 35

Puritati chriſti q̃nam repugnent.

Matt. 8

Matt. 5

Non tamen de his hic loquor, qui tentationes carnales, immundaſve cogitationes ſuſtinent inuiti, ſiue id in carne, ſiue in corde tantum agatur. Quamdiu enim reſiſtunt, quamdiu non acquieſcunt delectationibus ſeu peccatorũ ſeu cogitationum, quæ non ex ſolo actu cogitandi, ſed ex rebus oriuntur cogitatis quamdiu vel tentationibus vel tentationũ importunitate tædioque reſiſtendi nõ vincuntur, vt iã repugnare deſiſtant, nihil habẽt dãnationis, qa labor & p̃ſſura in reſiſtendo, hoc eſt, in defendẽdo ſe, ne cõſentiant ſcilicet, tollit vulnera læuia. Maxime autem eadem ſanat charitas, quæ conflictũ pugnamque hanc ſuſtinet propter Deum. Conſolare igitur, quiſquis in pugna verſaris contra huiuſmodi carnis inſultus, aut

Matt. 15

L Cogitationes obſcęnę q̃n nocent animæ.

contra cordis obſcœnas phantaſias,quas pateris inuitus. Quicquid enim in cogitatione volutetur,quicquid ſentiatur in carne,quãdiu repugnas, quamdiu non tanq̃ victus ac cõſentiens nõ ceſſas repugnare, nulla eſt tibi damnatio. Diſpliceat quod improbe ſe ingerit rationi,rationaliſq; voluntas ab illo diſſentiat,qcquid etiã appetitus ſenſitiuus qui non eſt voluntas rationis,optet,& erit virtutis exercitium,nõ exterminium. Poteſt fieri vt leuia quædã peccata in prælio hoc,ceu vulnera parua contrahantur :charitas tamen qua pugnam pugnæque preſſuram pro virtute, & ne deum offendas,ſuſtines,cito hoc abſorbet,te ſte Gerſone,Ad Heliſabeth quoq; de Schonaugia virginem reuelationibus clarã angelus in libro viarum Dei interrogatus p his qui non ſponte carnis ſtimulos experiuntur in tentatione,&moleſte ferunt ardorem,qui corporis ſui mundiciæ aduerſatur,nulla tamen repugnatione hunc præualent euitare,an illis hoc reputetur in peccatum? loquens,reſpondet: Si moleſte ferunt tentamenta huiuſmodi, neq; animo eis conſentiunt, leuiore pœnitentia culpæ ſuæ quam fic contrahunt,veniam cõſequentur,& magnam mercedem adipiſcentur. Cuidam etiam graui carnis tentatione impugnato,virgine hac pro eo ſciſcitãte,angelus reſpondit:Gaudium ſit ei, non tamen ſine triſtitia,pro eo q̃d dominus tale ei aliquid imponere dignatus eſt,per q̃d ad mercedem magnam præparatur,Nõ ſit tamen ſine triſtitia,quia in tali tentatione non omnino culpa euitatur. Hæc ibi. Vides igitur quia in huiuſmodi tentationibus,etſi culpæ leuiaq; vulnera contrahantur,quæ hominem humiliant, fabricatur tamen nihilominus hæc patienti, & in agone pugnanti corona magna pro labore & preſſura,quam impugnatus reſiſtendo & affligendo ſeſe pertulit, quæ leuia illa vulnera cooperiat? Hæc dico, vt nemo ex puſillanimitate,aut reſiſtendi tędio,ſeu de ſperatione victoriæ à pugna deficiat, victumque ſeſe hoſtibus nequiſſimis tradat.

Ioannes Gerſon.

Tentationes carnales qſi minus nocent.

M Secundo,Chriſtus ambulauit viam charitatis. Siquidem ſic Deus dilexit mundum,vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum,non pereat, ſed habeat vitam æternam. Propter nimiam etiam charitatem ſuam qua dilexit nos Deus,miſit Deus filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati. Itaque charitas eſt via, qua Chriſtus ad nos venit,qua etiam ad patrem rediit. Ad nos enim tanquam ad filios,infirmitatibus noſtris condolens,deſcẽdit,quos eupit ſanare. Ad patrem quem infinita charitate diligit,& diligitur, rediit. Sicut enim (teſte Ambroſio) ſine via nullus puenit q̃ tendit,ita ſine charitate nemo ambulare poteſt ad Deũ, Quamobrẽ dixi charitatem eſſe viam,qua & ad nos Deus, & nos ad Deum imus. Hortatur autẽ nos dominus Ieſus propterea tam frequenter ad dilectionem,quod ſciat, diſcereq; nos velit,præ omnibus eſſe nobis neceſſariam charitatem,nec vllam eſſe poſſe virtutem, nullum poſſe impleri p̃ceptũ abſq; charitate,quõ neq; charitas cõſiſtere poteſt, neq; obſeruantia Dei mandatorum. Manete,in quit,in dilectione. Itemq;:Si præcepta mea ſeruaueritis,manebitis in dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris mei ſeruaui,& maneo in dilectione eius. Itemque: Si diligitis me,mandata mea ſeruate. Qui mandata mea ſeruat,hic eſt qui diligit me. Nemo autem prȩcepta ſeruare poteſt Chriſti, niſi qui diligit Chriſtum. Neq; enim actũ illum ſolum corporis & externum expetit Deus,ſed viuentem charitate internum, q ad ſui honorem & beneplacitum fiat. Sine autem charitate non poteſt impleri Chriſti præceptum. Tertio iuit Chriſtus viam pœnalitatis,quemadmodum Apoſtolis dixit:Nonne oportuit pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam? Hanc viã vt ambulemus, commendauit eam nobis & exemplo & præcepto. Intrare p anguſtiam portam,quia lata & ſpacioſa eſt via,quę ducit ad perditionem. Et iterum: Quam anguſta eſt porta,& arcta via,quę ducit ad vitam:& pauci ſunt qui inueniunt eam. Videte modo,vniuerſus pene mundus quam ſpacioſam ambuletviam,nemoque per anguſtiam contendunt portam intrare. Sunt qui magis vocari quam volunt eſſe Euangelici. Nam ſi eſſe vellẽt,quare hic nõ ſunt Euangelici? An Euangelium eſt deſideriis carnis indulgere,nemini obedire,ſuæ voluntatis petulantia vti,nulli petenti tribuere,aliena rapere,fratrem cõtumelijs & irriſiõibus afficere,diuinas prohibere laudes,Eccleſiæ ieiunia temerare? Sic Euangelica ſunt hæc,tunc iuxta Lutherum hęc Euãgelica ſunt,cuius ſunt imitatores qui carnem ſequuntur, de ſpiritu loquuntur men

Charitatis Chriſti viaq; fuerit. Ioan.3 Eph.2 Coarctatis via q̃ vocetur.

Pœnalitatis Chriſti viaq; fuerit.

Lucæ 24

Matt.7

Ibidem. Luc.13.

Mat.7 Mat. 21.25

Lutherum imitatores quis habeat.

tantum,in quorum ore frequens eſt nomen Euangelij & verbum Dei : porro ab eorum vita in vniuerſum abeſt,quippe quę cum Euangelio CHRISTI ex diametro pugnat. Siquidem Chriſtus qui ſe dicit viam,veritatem & vitam,omni petenti ſe iubet tribuere:ei item,qui auferre vult pallium,adeo vult non repugnari,vt iubeat nõ prohiberi tunicam quoque :& cædenti te in maxillam vnam iuberis præbere nihilominus alteram,Proximos adeo noluit irrideri aut irritari, vt odientes etiam ac inimicos mandet diligi, ijsq; benefacere. Chriſtus obediuit patri,cum veniſſe ſe dicat non vt voluntatem faciat ſuam,ſed patris ſui:obediuit matri,dum ſubditus ſcribitur fuiſſe parentibus. Subdidit ſe quoq; Cæſari,tributũ &didragma ſoluens. Quid multa? Obediuit legi,obediuit in paſſione & tortoribus & iudici,manſitq; obediens vſque ad mortem. Hæretici noſtri neq; prę latis Eccleſiaſticis,neq; ſummo pontifici, atque adeo ne Eccleſiæ quidem vel propter ſe in concilium vocandæ parere volunt,quamuis in Euangelio vel inuiti audiant:Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi quaſi ethnicus & publicanus. Via itaque hæreticorum noſtri æui,lata ac nimis eſt ſpacioſa,quo vero hæc perduxerit ſuos viatores, paulo poſt miſeri videbunt. Quarto, Chriſtus iuit viam paupertatis, ſicut ipſe de ſe teſtatur: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos,filius autem hominis nõ habet vbi caput ſuum reclinet. Vide iam tu qui palatia tibi extruis,qui ędes amplas habens,anguſtaris, qui Chriſtianus propterea diceris,quod vias imiteris Chriſti quo modo tua vita conformis eſt Chriſto? Ipſe non habuit quo caput ſuum reclinet, & te, niſi multa habeas palatia, domus, licet ſumptuoſa,anguſtat. Hæccine via eſt arcta quæ ducit ad vitam? Ipſe eſurit & ſitit,& tu crapulam ructuas? Ipſe nudus propter te pendet in ligno,& tu ſerico & precioſis veſtiris? Habet ergo Chriſtus qui Chriſti nomine gloriantur,pauciſſimos vero q Chriſti gloriantur vita : pauciores qui Chriſti cruce glorientur,hoc eſt,qui Chriſti optẽt paſſionibus conformari. Reuelatio itaque,quo Chriſtus iret, ad patrem ſcilicet, de hoc quod tam pauci ſe ſequerentur,pene eſt admiratus,cum Apoſtoli non interrogarent eum quo iret. Quapropter in Apoſtolis quoſdam figuratos intelligens, quos ignauia accediaque foret obſeſſũra,quibus obijcit negligentiam minimũque amorem: Vado ad eum inquiens, qui me miſit,& nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Quaſi nobis omnibus improperando diceret: Ego in mundum veni,& quamdiu in mundo ſum,lux ſum mundi. Omni tempore quo hic fui, nihil aliud ago,quam ad patrem vado, ad patrem vos duco,& in meipſo vobis viam monſtro,vt me ſequamini,mecum ambuletis: & tamẽ nemo veſtrum eſt,qui me interroget quo vadam,hoc eſt, nemo eſt veſtrum qui de viis virtutum interroget,nemo ſollicitus eſt, vt exploret qua fit via eundum ad patrem, nemo me conſulit,nemo ſciſcitatur, quomodo ſit ambulandum,ne deuietur,ne aberretur. Oẽs volunt eſſe vbi ego ſum,verũtamen non omnes ambulare volunt, vbi ego ambulo. Quamobrem minime nobis ſatis eſt eſſe Chriſtianos,non ſatis audiuiſſe Euangelium,niſi & iuxta Chriſti vitam viuendo Euangelioq; obediendo Chriſtianos nos eſſe oſtendamus. Sit igitur fili omne ſtudium noſtrum,vt Chriſti imitemur vitam, mortificemus deſideria noſtra. Quæ? Superbiendi,inuidendi, ſtomachandi, comeſſandi,ludendi, inebriandi, ridendi,fabulandi. Sit vita noſtra iugis cõpunctio perpetuaq; oratio. Viuendũ in cõtinuo gemitu pro delictis noſtris quotidianis,nihilo minus tamen in ſpe diuinæ miſerationis quieſcendum. Fundendæ q̃que ſunt lachrymę,ſed nõ quę amaricent, non q̃ pturbent, non q̃ puſillanimitatem nutriãt: ſed potius q̃ nutriãtalacritatẽ,foueant amorem,omnemq; mærorẽ ppulſent. Triſtandum quidem de peccato,ſed exultandum multo amplius de diuina bonitate,de eius miſericordia,de eius quoq; benignitate,inquam ſperantes, quotquot bonę ſumus voluntatis,nõ poſſumus ab ipſo falli,nec poſſumus ſeduci, reddẽte nobis etiã vltra quã ſperare poſſimus,diuina miſericordia quæ p̃miſit. Cui ſit laus, honor & benedictio in ſecula ſeculorum,Amen.

Ioan. 14 Lucæ 6 Matt 5 Ibidem.

Lucæ 6 Ioan.6

Lucæ.2 Matt.17

Phil. 2

Matt. 18

Matt.8 Lucæ.9

N Paupertatis Chriſti viaquã ta ſit.

Ioan.13

Ioan.8

Deſideria quæ qui mortificãda.

SERMO II. DE EADEM DOminica. Quam varius ſpiritui ſancto arguendi ſit modus.

O Vum aũt venerit ille,ſcilicet ſpiritus veritatis, arguet mundũ de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio, Ioan. decimo ſexto:

Promiserat Apostolis nobisq; omnibus Christus daturum se spiritum sanctũ. Cuius receptio quum fiat nobis occulta, voluit tamen dominus Iesus eatenus nobis fore illam quasi per signa quædam manifestam, vt in nobis inueniantur ea, quæ solet in eorum cordibus, quę inhabitat spiritus sanctus, operari. Quæ, inquis, operatur spiritus sanctus in cordibus, quæ inhabitat? Ipse arguit mundum de peccato, de iustitia & de iudicio. Vide ne in te sit mundus, Si vanitates, si rumores seculi, si gaudia pereuntia, si fabulationes & iocos diligis (vt peccata grauia taceam, quibus cum nihil commercij habere potest spiritus sanctus) in te haud dubium est mundus. Si deinde voluntate veteris propria, non prorsus resignatus Deo, sed pro te ipso zelaris, DEI honorem non sitiens, nec pure quærens illum, per amorem proprium, in te est mundus, quia tu ipse pro quo zelaris, & quẽ in te ipso amas, est in hac parte immundus. Itaque si iam in te non sentis spiritum sanctum hæc arguentem, si quietus & tranquillus viuis, & defectus tuos conscientia tua dissimulans tolerat, si non iudicium in te sentis asperrimum atq; amarissimũ signũ est in te non esse spiritum sanctum. Quoniam si esset, procul dubio monstraret tibi exorbitantias tuas, ostẽderet defectus, improperaret negligentias, exprobaret ingratitudinem, ante oculosq; tuos poneret omnia delicta, pro his te reprehenderet, iudicaret, damnaret: nihilominus ad spem q̃que erigeret, consolaretur & illuminaret.

Ioan. 16 Mundus qui sit in nobis.

Inter hæc tamen sciendum, mille defectus nõ adeo esse graues periculosos q; homini bonæ voluntatis, qui propter eosdẽ animũ suum discruciat, affligit, & seipsum diiudicans plangit, impugnat, punitque in seipso, quam vnus de huiusmodi defectus homini est negligenti, non timorato, & ei quem non iudicat arguitq; conscientia eius, hoc est, quem non arguit spiritus sanctus. Et fere omnes, quotquot mundo viuunt homines, & qui iuxta naturam suam viuunt, hoc est, ea quæ conueniunt eidem, indulgent studiose, de hac reprehensione nesciunt interna. Ideo neque absque periculo viuunt, neque sine periculo moriuntur. Sciendum præterea, non vno modo Deum arguere mundum. Aliquando enim arguit inspirando, & quasi intus nobis loquẽdo, dure increpãs & accusans nos aut negligentiæ, aut transgressionis, aut duplicitatis, aut impuritatis.

Defectus quinã minus periculi habent.

Inspiratione quinã spiritus sanctus arguat.

Signoquõ spiritus sanctus arguat.

Aliquando arguit signo, puta, dum alios peccatores castigans te admonet, vt confestim te corrigas, antequam censura sua diuina ad te perueniat, quã in proximo tuo iam vides. Exemplo nanque aliorum te terret atq; emendat. Vides cædi, vides submergi innocentiorem, corrige te, quia iustius tibi hæc vitio quam illi eueniret. Quapropter Augustinus sup Psalmo CXLVIII. disputans, Quare (inqt) aliquando percutiunt fulmina montem, & non percutiunt latronem? Quia forte adhuc latronis cõuersionem quærit, & ideo percutitur mons q̃ non timet, vt mutetur homo qui timet aliquando. Et tu quũ das disciplinam, terrã feris, vt infans expauescat. Et Deus aliqñ ferit, & quem vult hominem. Sed dicis mihi. Ecce cædit innocentiorem, & dimittit sceleratiorem. Noli mirari. Vndecunque mors pio bona est. Vnde autem scis illi sceleratiori, si se mutare noluerit, quid pœnarum in occulto seruetur? Nonne mallent fulmine incendij potius interire, quibus in fine dicetur: Ite maledicti in ignem æternum? Corrigit igitur Deus signo, quippe qui peccatorem aut iustum puniens, aliũ interim magis vitiosum terret vt compungatur, corrigat se & diuinam vltionẽ, quã in proximo vidit, euadat.

Augusti.

Matth. 25

Tertio arguit flagello, hoc est, tribulatione, anxietate, infirmitate, pauptate, & alijs id genus aduersitatibus. His enim mundi amatoribus vias præcludit, atq; spinis sepit, vt sua desideria aut non possint obtinere, aut non valeant perficere. Impedit enim conatus malos & iratus flagellat filium quem recipit, q̃ faciat meliorem. Solent enim sæpenumero calamitates & ærumnæ ad mentem reducere demerita sua, nimirum causas patiendi cœlestisq; vindictæ, quibus miseri se agnoscant, agnoscentes infelicitatem & infelicitatis suæ causam redeant in se, & ex se, vbi nullam inueniunt consolationem, confugiant ad Deum. Habemus exemplũ in filijs Iacob, qui fratrem suum Ioseph ex inuidia vendiderunt in Aegyptum, patrique eius seni illum à fera pessima deuoratum mentiti sunt. Cuius facinoris nunquam tum pœnituerunt, nisi quando idem Ioseph frater eorum in Aegyptũ venditus, ac post à rege exaltatus, in fame constitutos fratres eosdem, quos ipse non

Flagello quũ spiritus sanctus arguat.

Heb. 12

Gen. 37

non agnitus ab eis agnoscebat, tribulatione ficta inuoluit. In qua dum sic essent obstricti, vt exitum desperarent, inter se dixerunt, memores facinoris quod in fratrem suum Ioseph olim cõmiserat: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ eius, dũ deprecaretur nos, & non audiuimus. Ea sanguis eius requiritur. Videat, cui placet, in Genesi. Hoc tantum nunc dico, quod calamitates & miseriæ sunt castigationes & flagella, quibus arguitur mundus, hoc est, aut mundus, id est, mundi amicus de peccatis arguitur: aut mundus arguitur, qui plus æquo in cordibus etiam iustorum amatur. Obijcitur enim à spiritu sancto viro timenti Deum, vbi plus hæserit, plus amauerit, plus implicatus fuerit, quam par est, mundo, culpa eius, idq; p modum humiliationis & improperationis, qua sibi culpa detegitur ac reuelatur.

Gen. 44 a

Quo arguat mundũ spiritus sanctus de peccato.

Q Beneficio quõ arguat spiritus sanctus.

Est quartus modus arguendi, quo arguit Deus beneficio. Legimus de multis, qui consideratione nimiorum beneficiorum Dei ex facinorosa & pestilenti vita conuersi ad Deum redierunt. Dum enim in peccatis constituti, hoc ipsum quo Christum, quantũ in ipsis erat, denuo crucifigebant, expenderent, quam turpiter, quamque ingrate ac nequiter agerent contra Deum, qui eos minime iuxta peccata sua, sed misericordissime respiciens, cumulatis quotidie beneficijs & dilectionis suæ indicijs fouebat, di splicuit illis vita propria, cœperunt suam ingratitudinem malitiamque detestari, accusare, arguere, flere, punire, mutare, & pie viuere: nimirum hæc intra se agente arguente que spiritu sancto. Potest tamen aliter intelligi, quod spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quia eos quorũ corda obsidet & implet, fortes constantesque facit, vt pro veritate non timeant loqui, p iustitia non metuant se potentibus opponere, iniquitatem deniq; non palpare, sed reprehendere damnareq; audeant. Ad hoc autem, dum Dei electos idoneos facit prædicatores spiritus sanctus, vt audeant arguere mũdum, mundiq; minas rideant æque ac promissa, spiritus sanctus dicitur arguere mundum: quia per electorum suorum verba loquitur, per eorum consultationes excitat, docet, roborat, & perducit ad finem beatum. Quando igitur correptio fraterna debitis fit circunstantijs ex charitate, operatur eam spiritus sanctus. Neque enim fructuosa erit correptio in corde delinquentis, nisi operante eam spiritu sancto. Non igitur debent leuiter fieri correptiones. Quas tamen qui faciunt, tam prælati quam proximi, caueant eos quos corripiunt, iudicare, hoc est, contemnere, aut se in animo delinquentibus præferre, aut certe sibi videri se meliores. Potest quidẽ prælatus subditum vt iudex, & iuxta inuenta delicta iudicare, iusto tamen modo: sed non debet in animo eum quem iudicat, cõtemnere, & peccatorum iudicare. Sperandus enim est per gratiam aut resuscitatus, aut mox resuscitandus. Porro quibus ex officio discutere & aliena peccata iudicare non incumbit, caueãt vllam iudicare rem omnino, nisi euidẽtissimum agnouerit id esse mortale peccatum. Hic enim nemo debet malum dicere bonum. Est tamen compatiendum fratri, est etiam intentio pie excusanda delinquentis. Hinc interdũ spiritus sanctus, in cuius piam mente habitans, delinquentem arguit in lenitate charitatis & benignitatis per hominem: idq; tempore non quocunque, sed eo quo correptionis speratur fructus. Est enim interdum aut in corripiente, aut in delinquente impedimentum, quare correptio inutilis fit in delinquente, qui non omni tempore ad agnoscendam culpam, ad correptionis ruborem, ad compunctionem deniq; est idoneus, nec omni tempore æque patiens. Expectandum igitur tempus, quo vtilissime fiat. In arguente est quoque nonnunquam impedimentum, quod correptionis salubrem excludit finem, puta ira, inuidia aut odium. Siquidem vbi ex ira & verbis aut asperioribus aut amarioribus correptio videtur procedere, impatienti hęc animo tolerat. Propterea iubet Paulus in spiritu lenitatis arguere, ppter fratris infirmitatẽ, & seipsum obseruare, ne displicentia, superbia, aut fastuoso supcilio ad infirmiorẽ quẽpiam spernendum iudicandũve tẽtet. Deinde obseruandum, si correptio etiam austerioribus egeat verbis, vt cum ira (sunt eñ interdum delinquentes duri, inciuiles, defides ac ignaui, q̃s benignitas minus mouet) hãc fieri oporteat, nõ tñ conuenit, vt pdeat ex ira. Scriptũ est nãq; Est correctio mendax in ore cõtumelioſi. Mẽdax dicitur correptio, quando non quærit aut non obtinet finẽ debitum (quæ est emẽda

Correptiones quõ debeant fieri.

Esaiæ 5

R

Correptiones q̃ tẽpore & modo fieri debẽt.

Gal. 6

Eccl. 19

tio)cuius gratia correptio fit.Nõ ergo maledictionibus,exasperationibus,expbrationibusve cõtumeliosis fiat correptio,qa vt qdam sanctor dixit:Nõ alius aliũ eijcit diabolum,hoc est, nemo vitio aut passio, ni iræ,odij,inuidiæ, superbiæve subditus, potest huic passioni seruiendo, hoc aut aliud vitiũ in proximo sanare, maxime si de huiusmodi fuerit apud corrigendumvitio notatus.Tunc enim perparua sequetur ex correptione sanitas & ædificatio.Debet ergo correptio prodire ex charitate & pietate,nec propterea qui corripitur,est æstimãdus vilior,nec verbis probrosis tractãdus, vnde in cordibus vilipendatur aliorum, aut vnde exasperetur magis.Siquidem alienum à vero est,medico provno vulnere curando tria alia infligere. Ad correptionẽ hanc obligantur prælati, quam interdum eis non licet intermittere, tametsi apud delinquentem correptionis fructum minimũ sperent.Oportet em̃ nõ solũ propter delinquentis emendationẽ correptionem fieri,sed etiã propter censuram disciplinæ & reipublicæ salutem, ne veniæ facilitas & dissimulatio aljs quoque incentiuum p̃beat delinquendi.Debent,in quam, correptiones ab his,quibus ex officio incumbit fieri,ne hi qui sani adhuc sunt,contagione inquinentur peccantium , dum quod non vident corrigi,ipsi quoq; p̃sumunt imitari:Ideo Apostolus:Peccãtem, inquit, 1.Tim.5 coram omnibus corripe, vt cæteri timorẽ habeant.Beati tamen quibus hæc cura cõmissa non est.Qui omnia simplici oculo intuentur,qui boni consulunt oĩa, qa ex sui mortificatione detractionem aut derisionem malunt sustinere,quam aliquẽ verbo aut contristare,aut in contentionẽ trahere.Itaq; dixi spiritũ sanctũ p eos q̃s Implet arguere mundũ,hoc est, peccatores,arguere etiã q̃s inhabitat:& hoc de peccato. Semp em̃ repugnat peccato,& nullã pacẽ finit delinquentibus spiritus sanctus.Si pperam aliquid agens mox vulneraris& si propterea læsionẽ sentiens doles,si dolens pœnites,si denique pœnitens omnino cauenda similia statuis:nec in minimo quiescere potes,donec te Deus liberet à peccato, signũ est bonũ spiritus sancti inhabitãtis. Secũdo arguet mundũ de iustitia. Oẽs iustitiæ nostræ qd sunt,nisi pannus menstruatę,et abominatiões apud Deũ:Arguit itaq; nos de iustitiæ impuritate,insufficientia & imperfectione.Qui in suis iustitijs,operibus, exercitijsve sibi placent,eademq; tanti faciunt,vt ne illa(quæ tamen,arbitraria sunt) propria sua intermittant,negligunt charitatis,obedientiæ & necessitatis opera,neq; bonum,neque vtile salutareve existimantes quicq̃,præter ea, quę sibi vtilia statuerunt.In his hominibus parum proficere potest spiritus sanctus,quia immortificati seipsis Deo non relinquunt, nec Deo aliter quam iuxta consuetudinem,quam sibijpsis statuerunt,seruire volunt. Arguit tertio spiritus sanctus mundum de iudicio.De quo iudicio:De hoc,quod alius aliũ temere iudicat,nemo seipsum.Nostros enim defectus cæcutientes præteritus, in aliorum errata iusto plus oculati. Et hoc est quod grande adfert impedimẽtum nobis & deuotionis & charitatis. Abstinete igitur (per Deum vos obsecro) à iudicio alieno.Qui iudicare vult,seipsum iudicet. 1.Cor.11 Si suspitiones & phantasiæ opinionũ iniquæ& renitentibus & nolẽtibus inciderint nolite eas confirmare,nolite recipere, abijcite.Incidisse nõ nocet, modo displiceant, modo reijciantur,modo eis non consentiatur.Habeat Dei seruus quasi in pacto ac fœdere cũ Deo,neminẽ velle iudicare.Hoc est,assuescat firmã de nemine sententiã admittere,tenere,definire,aut pro vero concludere,esse eum malum,reprobum,aut taliter peccasse.Huiusmodi, inquã,iudiciũ in cor serui Dei nunq̃ veniat.In huiusmodi cogitatione nihil vnquam concludendũ,sed iudicio relinquendũ diuino.Pietimere possumus,cõpati debemus,prudẽter que exhortari,pximos nõ aũt eos iudicare hoc est eoꝝ animos:licet coꝝ euidẽtia crimina,q̃ videmus mala,nõ laudãda, sed dãnãda sint.Hoc si fecerimus, magna nobis semp erit pax & tranquillitas in cordibus nostris. Ad laudem domini nostri Iesu Christi,qui est benedictus in secula, Amen.

S Esaiæ 64. De iustitia quõ arguat mundũ spiritus sanctus.

Deiudicio qũ arguat mundũ spiritus sanctus.

DOMINICA IIII. POST OCTAVAS PASCHÆ quæ dicitur dominica rogationum ex Epistola beati Iac. Cap. I.

Esto-

VI ESTote factores verbi, & non auditores tantum,fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi,& nõ factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo. Considerauit enim se & abijt,& statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea,non auditor obliuiosus factus,sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse,non refrænans linguam suam,sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,& immaculatũ se custodire ab hoc seculo.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A ANhæc tempora respexisse putandus est apostolus Iacobus, quando hanc scripsit epistolã. Siquidem passim iam omnes scripturas legere volunt, adeo vt arator quoque &faber in lingua habeat vernacula,quod ex scripturis legat.Quamuis autem legere cupiant omnes, audireq; verbum Dei videantur, nulla tamen recipitur apud illos deuotio,nulla charitas: nec ideo legunt,vt eadem faciant.Studium igitur hoc hominum vanitatem, curiositatẽque habet,non charitatem.Nam si haberet charitatem,non foret illa ociosa,sed operaretur ea,quę didicit Dei esse mandata Deo ve beneplacita,inuenirenturq; ibi fructus spiritus, non opera carnis. Dicit itaq;: Estote factores verbi diuini,&non auditores tantum, fallẽtes vosmetipsos,quasi sufficiat audiuisse verbum Dei,aut saluaret fides mortua ac informis,puta credere Christum sic docuisse,vbi tamen nihil aliud sequitur. Non enim,vt Paulus ait,auditores Roma.2 legis iusti sunt apud Deum,sed factores legis iustificabũtur.Et à Christo dicitur:Seruus qui cognouit voluntatem domini sui Lucæ 12 & non fecit, plagis vapulabit multis. Et idem hic Iacobus:Scienti bonum &non facienti, pctm̃ est illi. Sequitur: Quia si quis Jacob. 4 auditor est verbi, & non factor diuinæ iussionis,comparabitur homini, vultũ suum corporalem intuẽti in speculo, cuius dum contemplatur similitudinem, seu imaginem, mox postquam abierit, oblitus est, qualis fuerit.Nam huiusmodi contemplatio corporalis, quemadmodum est vana, & infructuosa,ita vanum est quoq; audire diuinam scripturam, audire verbum Dei, eiusq; p̃cepta,&opere nihil horum implere,nihil inde fieri meliorẽ. Qui autẽ perspexerit se in lege perfecta, perfectæ libertatis, & tam ipsam legem, quam seipsum, hoc est,suam imperfectionẽ, atq; dissimilitudinẽ,ad legẽ Euangelicam cõparans,penitus plustrauerit,atq; in huiusmodi legis meditatione pmanserit,esuriens & sitiens iustitiã,non obliuiosus auditor,sed opere, q̃d lex iubet Euangelica, executor factus, hic beatus in opere suo erit. Vide qa hic legẽ Euangelicã ad differentiã legis antiquę vocat legẽ libertatis. Profecto non aliã obrem,quam quia lex Euangelica est lex charitatis &gratiæ,qua sponte,liberaq; voluntate seruitur Deo. Lex enim vetus timoris erat,quę cogebat p pœnas. Quapropter,vt Apostolus ait,ad pfectum nihil ducebat. Hebr.7 Euãgelica v̊o lex,vt dictũ est,veræ libertatis,aut pfecte libertatis . Q̃d Apostolus cõ Roma 8 firmat Romanis scribẽs: Nõ em̃ accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritũ adoptionis. Vbi autem iste spiritus,ibi & libertas:qua libertate Christus nos liberauit. Galat.4 Vide præterea quomodo Lutheranos præuidens Iacobus, B tam manifeste explicet,quam velit dicere libertatem Euangelicam,non eoꝝ qui libertate abutũtur in occasionẽ carnis, serui miseræ corruptionis & peccati.Quorũ libertas nõ Christiana est,sed prorsus impia omniq; seruitute humana abiectior,turpiorque.Ideo dicit Iacobus,nõ obliuiosus auditor,sed factor opis.Qui legẽ Euangelicã pspiciẽs,& se tanq̃ in speculo vidẽs,atq; iuxta legem tanq̃ ad normam se viuẽdi componẽs,propter mundi curas nõ mox iterũ fuerit legis oblitus,sed legẽ in se viuẽdo ex

Lutheranoꝝ libertas qualis sit.

presserit, hic beatus in facto suo erit: non propterea, quod legem audierit, sed quod moribus in se eam præstiterit. Proinde Saloan.13 uator: Si hæc scitis, inquit, beati eritis, si feceritis ea. Vult autem præterea ostendere, non vsquequaq; religiosum quemuis dicendum, quamuis legem videatur seruare perfectæ libertatis, nisi enim linguam suam ab impudico, à turpi, à detractorio, à contumelioso, & ab omni malo verbo refrænauerit. Propterea sequitur: Si quis putat se religiosum esse, aut Dei seruum deotum, non refrenans linguam suam à mendacijs, periurijs, alijsq; malis sermonibus, frustrà se religiosum putat, seducẽs cor suum, ne videat periculum suum, atq; peccatum. Quare huius vana est religio: quia nõ operatur ei salutem. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem nostrum cœlestem hæc est: Visitare pupillos & viduas, vtpote parẽtum, aut maritorum solatio orbatos in tribulatione eorum, eosdemq; consolari, iuuare, atq; pro virili per opera misericordiæ illis succurrere. Quod Chri-Matth.25 stus ꝙq; suadẽs: Quicqd, inquit, vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et nihilo minus immaculatũ se custodire ab hoc seculo, hoc est, cauere hoim vitioso⁊, ac mũdi amico⁊ corruptiones, quę mundi sunt, ea non appetere, neminemq; scandalizare.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ, Ioan. XVI.

C

Neffabilis est Dei bonitas, quæ nõ solum dona sua nobis largitur, sed offert etiam, imo hortatur vt petamus, simul ꝓmittẽs, si quid petierimus patrem in ipsius nomine, dabit nobis pater. Iubet autem vt petamus, quia delectat eum nobis bene facere, delectat eum seipsum nobis & sua dona cõmunicare. Posset quidem dare nobis non rogatus, sed non expedit nobis, vt omnia recipiamus non orantes, quia indignis, ac quasi inuitis dona sua largiretur. Quãobrem vult rogari, non ob aliud, quam vt desiderio nostro excitato, digne accipiamus, quæ ipse præsto est nobis dare. Dicit ergo:

Amen amen dico vobis: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Quod Christus nos hortatur ad petendum, promittitq; nos non gratis esse perituros, sed desiderijs nostris, si tamen iusta fuerint, hoc est, si his circunstantijs fuerint vallata, quę infra dicẽtur, se satisfacturum: non alia huius est ratio, quam quod bonus est, & in æternum misericordia eius. Psal.135 Diligit enim nos, & nobis dare vult non solum sua dona, verum etiam seipsum. Quod vt non minus iuste, quam misericorditer faciat, vult rogari à nobis. Est enim non tam misericordiæ, quam iustitiæ potentissimum, liberalissimum, ditissimũ, atq; clementissimum munus dare oranti, quomodo iustissimum quoq; est, egenũ, miserum, atque orantem à diuite exaudiri. Deus autem cum sit æque iustus & misericors, quomodo non facit iustitiam sine misericordia, ita nec misericordiam facit, nisi cum iustitia. Quantæ autem sit misericordiæ, quærere etiam & constituere sibi occasiones miserendi, atque facere sibi causam, propter quam sibi congruat iuste misereri, vos filij expendite. Hoc nanq; loco idipsum nobis omnibus generatim facit, vt interim taceam, quę cum hominibus multis agit singulariter. Nam suadet nobis, vt orantes petamus, hoc est, vt ad miserendum, & iuste dandum ipsum cogamus. Ephe.2 Diues est nanq; in misericordia in omnes, qui inuocant illum: neq; pauperior vbi dederit, neque vbi negauerit, ditior. Quamobrem ne gratis nos rogasse, & nihil accepisse causemur, adiunxit iuramentum, Amen amen. Quo verbo vtitur, ac si diceret: Vere, vere, aut in veritate ita dico vobis. Voluit enim hoc iurandi modo securos reddere nos, & confidentiam nostram excitare, ac credere impossibile futurum, vt quicquam salutiferum, aut saltem saluti, & profectui nostro spirituali non contrarium nobis negetur. Quantum enim confidimus, tantum impetramus: ideo non solum vt oremus nos inuitat, sed etiam vt fiduciam habeamus. Fiducia enim est, quæ impetrat à Deo. Quapropter postulet, in-Iaco.1 quit Iacobus, in fide nihil hæsitans. Quid autem nos vermiculi auderemus petere, quid auderemus præsumere petendo, nisi dominus ipse maiestatis nobis mandaret, Ioan.16 dicens: Petite, & accipietis, simulq; iuraret nobis daturum patrem, quicquid in nomine filij peteremus? Dicit itaque: D

Amen amen dico vobis: Si qd petieritis patrem

patrem in nomine meo, dabit vobis. Ac si diceret: Vere, vere dico vobis: Si quid petieritis patrem meũ in noie meo, hoc est, si qd per me rogaueritis patrem, audiet vos pa-1.Ioan.2 ter. Aduocatum enim me habebitis apud patrem, & mediatorem. Pater dabit vobis quæcunq; rogatis illum in nomine meo. Spiritus sanctus paracletus reget, diriget, & consolabitur vos. Ego autem ero mediator, faciamq; vt quicquid in nomine meo petieritis, fiat vobis. In nomine, inqt, meo, id est, secundum nomen meum. Non potest autem quid in nomine meo recte peti, quod non petitur ad salutem. Iesus enim nomen mihi est, quod saluator aut salutare dicitur. Non igitur recte saluator dicer, si contra rationem salutis exaudirem. Præbet autem aliunde quoq; orandi fiduciam, cum dicit: Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Ac si diceret: Petite, vt vestrum gaudium sit plenum, & accipietis. Gaudium in hac vita nunquam est plenum, & satiabor (inquit Psalmista) cum Psalm.16 apparuerit gloria tua. Illud igitur gaudiũ petite, quod plenum sit, quod omnia satiet desideria vestra, quod oñi vos bono repleat, gaudium quod nemo tollat à vobis, Ioan.16 quod nusquam inuenitur alibi, quam in Deo, & in æterna beatitudine. His autem verbis inferre nobis nititur spem, fiduciãque petendi minora, quando iubet perfectissima petere. Minora sunt autem omnia æterna beatitudine. Quando igitur beatitudinem dandam promittit, atque petendam iubet, quod non faceret, nisi exauditurus: quanto magis credendum est, nos pro minoribus ab illo exaudiendos? Tantum abest, vt ꝓsumptionis, si ab eo vel grandia peteremus, arguamur. Tertio erigit fiduciam addens & hæc: Ipse eñ pater amat Ibidem. vos. Quasi diceret: Haud quaquam ad petendum segnes vos esse conuenit, quando quidem pater ipse meus amat vos. Amor autem eius non finit eum, vt grauate ferat si rogetur: imo hoc vobis potius persuadeatis, quod nihil sit vobis negaturus cum amet vos. Quid diffiditis amanti? Sic enim Ioan. 3 dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret vobis, in vestræ redemptionis Roma.8 precium, vt omnis, qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Quomodo ergo non omnia vobis donabit cum illo? Itaque amor patris causa est, quare nihil, quod tamen salutiferum sit, vobis neget. Securi igitur petitis, securi confiditis, quando amantem rogatis, quando amanti, qui imponere vobis nescit, confiditis.

Verum redeamus ad ordinem verborũ: Si quid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis. Inculcare vult eis, qcquid impetrare velint, esse petendum in sui nomine, sese mediatorem inter patrẽ & eos constituens, se mediatorẽ agnosci cupiens adeo necessarium, vt dicat: Nemo venit ad 1. Tim. 2 patrem, nisi per me. Nemo quoque possit loan. 14 impetrare quicquam à Deo, nisi per nomẽ suum. Neque enim sub cœlo aliud nomen Actor. 4 datũ est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, quam nomen nobis Iesu. Non tamen putandum est in hoc literali nomine, tametsi suauissimum sit in pronuncian-In noie ie su petere quid sit. do, hoc est, in quinq; his literis, tantam in esse virtutem, sed in eo, cuius est hoc nomen. Quapropter cum in nomine Iesu petimus, per eum petimus, cuius est hoc nomen, puta qui propter nos est incarnatus, captus, flagellatus, crucifixus & mortuus. Vult igitur dominus Iesus dicere: Qui pe-Lucæ 1.2 Matth. 16 loan. 19 Marc. 15 Lucæ 23 tit in nomine meo, hoc est, qui petit per virtutem, ac merita passionis meæ, virtutumque mearũ, exaudietur. Hinc manauit nobis ecclesiastica ista orandi regula, vt omnes fere orationes ecclesiasticæ concludantur: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, hoc est, per virtutem & merita domini nostri Iesu Christi.

Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

B

Apostoli huc vsq; nihil petisse dicuntur in nomine Iesu, quod bifariam potest intelligi. Primo, vel quod nihil rogarunt apostoli in nomine Iesu. Multa quidem petierunt, non tamen in nomine Iesu ea petierunt, quia nesciebant ita petendum. Neque enim fidem habuerunt satis explicitam de Christo, adeo vt quem credebãt Dei filium, intelligerent etiam eundem esse Dei & hominum mediatorem, aut vt crederent ipsius nomen orationis nostræ oportere esse vehiculum, quo pertingerent ad Deum. Secundo potest intelligi, quod cum gaudium perfecte beatitudinis rogare debuissent, nõ petierunt, quod vel ad comparationem huius beatitudinis esse posset aliquid. Quicquid enim extra

beati-

beatitudinẽ petitur, nigil petitur: quia in comparatione beatitudinis, omnia alia coram eo ſunt quaſi non ſint, & quaſi nihilũ & inane reputata ſũt. Petite, inquit, vt gaudium veſtrum ſit plenum, & accipietis. In quo autem gaudium noſtrum plenum eſſe poterit, niſi vt veniamus & appareamus ante faciem Dei? gaudium nanq; mundi, gaudium quod de creatura non de creatore percipitur, eſt vanum, incertum & deceptorium. Riſus nanq;, inquit Eccleſiaſtes, reputaui errorem, gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis? Intelliguntur propterea ex verbis domini his: Petite vt gaudium veſtrum ſit plenum, ea petenda, quæ ad Dei viſionem conducũt, in qua ſola gaudij eſt plenitudo. Neq; enim omnia quę petimus promittit ex audienda, ſed ea quæ ſub certis conditionibus indicantur petenda. Cũ enim dicit, Quicquid petieritis, ſubauditur, pro vobis, hoc eſt, vnuſquiſque pro ſe petens exauditur, non tamen pari modo auditur ſemper pro alio petens. Contingit ſæpenumero eum, pro quo tu petis, nõ eſſe conuerſum ad Deum, aut in dignum ineptumque qui recipiat. Contingit illum duro quoque eſſe corde, vtpote qui pro ſe non precetur, nec optet ſibi bonum. Contingit deniq; illum obicem ſibi ponere, ne exaudiri pro illo oratio facta queat, puta quod in actu aut voluntate ſit letaliter peccandi. Vnde ſcriptum eſt: Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus. Eſt alia conditio, vt oratio perſeueret. Habemus parabolam de eo, quem cum ſuis pueris in cubile receptum, amicus quidam fatigat pro panibus ſibi accõmodandis, & negantem improbitate perſeuerantiæ ſuæ, vt ſurgat, & det ſibi quotquot habet neceſſarios, vincit. Sic Deo noſtra importunitas, atque improba perſeuerantia adeo placet, vt vinci ſe patiatur ac cogi. At vero quomodo is exaudiendus eſt, qui poſtquam orauerit, iterum à ſuo propoſito labitur, vel non credens ſe exaudiendum, vel acedioſus non vult redire ad orationem? Quomodo, inquam, Deus perſeuerabit audiendo, quando tu interim non perſeueras orando? Deſideria quandoque vtiliter differuntur & preces, antequam exaudiuntur, idque propterea, vt ipſa dilatio magis accendat deſideriũ. Nam ſi dilatione deſideria ſancta non creſcunt, deſideria nunquam fuerunt. Tertia eſt conditio, vt ea quæ petuntur, pie petantur ex habitu pietatis, aut vt ordinantur ea ad pietatem & religionem, vt ſcilicet propterea petantur, ſicque orantis intentio, vt placeatur Deo. Sit quoque id quod petitur de horum numero, quæ Deo placent.

Quarta eſt conditio, vt res quæ petitur ſit ſaluti neceſſaria. Neque enim omnia quæ nobis neceſſaria non ſunt, quamuis petantur à Deo, tribuuntur: ſed tamen ne fruſtra oretur, dabit nobis dominus alia, quæ magis ſalutaria, & nobis ſunt meliora. Multa nanque petuntur, quæ non exaudiri eſt maioris miſericordiæ, & ſalubrius negantur, quam exaudiuntur ab eo, qui quam parer nos plus diligit. Quod nobis à Chriſto non tacetur, vbi dicitur: Si ergo vos cum eſtis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petẽtibus ſe? Atque ideo quę certo non ſunt neceſſaria, ſub conditione ſunt petenda, hoc eſt, ſi placuerint Deo. Quid enim proſit, ſcit medicus, non ægrotus. Eſt quinta conditio, quæ orationem ornat, humilitas. Quanto enim oraueris humilius, tanto citius & perfectius exaudieris. Hæc autem humilitas in hoc manifeſtatur, quod orantis mens in vera ſui cognitione, atque in ſui annihilatione fundata eſt, atque nihil ſe meruiſſe, niſi pœnas & damnationem ſciens, in ſola Dei miſeratione nititur, quoniam bonus, & quoniam in æternum miſericordia eius. Hoc nanq; modo recte oratur in nomine Ieſu, quando & petitur, & ſperatur hoc ex ipſo ſolo, cuius gratia ipſe nomen ſibi elegit ſaluatoris, hoc eſt, quando vere agnoſcimus nihil nobis boni deberi ex noſtris, ſed ex ipſius meritis. Operã enim noſtra ſi bona ſunt, ideo bona ſunt, quia ipſe, vt ſcriptura refert, eadem operatus eſt in nobis. Non igitur noſtra, ſed ſua in nobis opera coronat. Nempe ea quæ in nobis & nobiſcum, hoc eſt, cum aſſenſu arbitrij noſtri, non ſine nobis operatur. Sexta debet eſſe conditio, vt ſit attenta. Populus, inquit, hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Quapropter ſi æternam vitã (inquit Gregorius magnus) ore petimus, non tamen corde deſideramus, clamantes tacemus. Et econuerſo, ſi corde petimus, ſilẽtes clamamus. Ita enim Moſi quoque dictum eſt: Quid clamas ad me? cum tamen Moſes ſileret ore, mente tamen orabat. Eſt poſtremo omniũ maxime neceſſaria fiducia impetrandi. Quocirca tã ſæpe dominus, vel excitat, vel laudat fidem orantiũ. Verbi gratia. Paralytico dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata. Item in Marco cuidã: Si potes, inquit, credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Et ſæpius: Fides tua te ſaluum fecit. Et: Sicut credidiſti, fiat tibi. Multum nanq; ad impetrãdum prodeſt fides. Ideo beatus Iacobus orantem hortatur, dicẽs: Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans. Sequitur:

Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palam de patre meo annunciabo vobis.

Quę hic prouerbia dicit, non de his tantum verbis, quæ modo in hoc ſermone vltimo poſt cœnam locutus eſt, intelligitur, verum de omnibus eius ſermonibus prioribus atq; operibus, quandoquidem Chriſti opera non minus, atq; eius nobis verba loquuntur. Vocãtur autem prouerbia ſermones obſcuri & impliciti, quibus rectũ aliqd, aut opertũ ſignificatur. Dicit itaq;: Omnia quæ hactenus docuit, hæc tanquã in prouerbijs locutus ſum, in quibus non nihil latet quod manifeſte non dicitur, ſed ceu clam intelligitur. Verũ nunc venit hora, atq; nunc inſtat poſt reſurrectionem. (Tunc enim aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas) aut poſt ſpiritus ſancti miſſionem, quando ſpiritus veritatis eos docebit omnia, palam de patre meo annũciabo vobis.

In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis.

In illo die in nomine meo petetis, cuius vſq; modo neſciuiſtis virtutem & efficaciam, adeo hactenus nihil petiſtis in nomine meo. Tunc autem petetis, poſtquam ſpiritus paracletus inducet vos in omnem veritatem. Tunc enim intelligetis me in patre, & patrem in me: tunc me verum Deum & patrem adorabitis, & inuocabitis æque vt patrem. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis, hoc eſt, illo die nõ rogabo patrem. Neque enim tunc erit neceſſe. Ipſi enim eritis idonei rogare patrem in nomine meo, vt meo tunc interceſſu nõ egeatis. Quod tamen ſic intelligitur, non vt Chriſtus non ſit interpellans pro nobis, quomodo dicit Ioannes: Aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, ſed quia eſt etiam cum patre exaudiens. Quod apoſtoli primo intellexerant tunc, quando palam de patre eis annunciaturus erat.

Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia ego à Deo exiui.

Non ita intelligendum eſt, nos ideo à patre amari, quia amamus Chriſtum. Neque enim fides, aut amor noſter cauſa eſt, quare diligimur, ſed ediuerſo potius nos Deum ideo amamus, quia ipſe prior dilexit nos, & nobis vult bonum hoc, quod eſt amare Chriſtum. Elegit eñ nos ante mundi conſtitutionem, quemadmodum ipſe dicit quoq;: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Ipſe enim pater amat vos, quia me amatis. Quum excideriris ab amore meo, etiam decidetis ab amore patris. Quamuis enim amor patris quo vos diligit, ſit cauſa quare me amatis: amor tamen veſter quo me diligitis, ſignum eſt, quod vos pater amet.

Exiui à patre, & veni in mundum. Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget.

Exiui à patre & veni in mundum. Humiliaui meipſum formam ſerui accipiens, & in mundo eſſe cœpi, ſecundum humanam naturam, qua ante non fueram (Hoc enim eſt in mundum veni) Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, humanam naturam cœlis inuehens. Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, quomodo alijs ſolebas dicere temporibus. Credebant apoſtoli à Deo veniſſe Chriſtum, ac miſſum, ſed de eius generatione, qua à patre exiſſet, nondum plene nouerant, niſi modo, propterea dicunt palam eum nunc loqui. Et quia quod ante volebatur in cordibus eorum ambiguum, ipſe eis dixerat: dicunt ei non opus eſſe, vt quis eum interroget. Nouit enim vel non interrogatus omnia quæ ego cogito, quod me ſcandalizat, aut in quibus hæſito, & poteſt me non interrogantem ab omni dubio liberum

Eſaiæ 40 — Pſalm. 41 — Proue. 14 — Orationi cõditiões neceſſariæ quæ. — Pſalm. 65 — Lucæ 11 — Matth. 9 — Marc. 9 — Matth. 9 — Marc. 5. 10 — Lucæ 7. 8 & 18 — Iaco. 1 — Lucæ 11 — Matth. 15 Marc. 7 — Gregor. — Exod. 14 — Pſal. 10 — Eſaiæ 58 — Eſaiæ 30 — Ioan. 14 — Lucæ 24 — Ioan. 16 — 1. Ioan. 2 — 1. Ioan. 4 — Ephe. 1 — Ioan. 15 — Philip. 2

berum & informatum reddere. Ignoranti am enim meã agnoſcit. Eſt tamen mihi opus, vt interrogẽ Chriſtũ, ſi ſcire voluero, hoc eſt, ſi eruditione ſua me nõ ꝓuenerit.

In hoc credimus, quia à Deo exiſti.

Quare nunc tandem credunt apoſtoli Chriſtum à Deo exiſſe? Fortaſſe quia illis non interrogantibns, audire tamen cupientibus reuelauit, & ſatisfecit Chriſtus duḇis eorum. Dei enim ſolius eſt mentium ſecreta cognoſcere, & tacitis auditorum cogitationibus occurrere. In hoc itaq; experimento probamus te à patre exiſſe, qui cum patre omnia ſecreta cordium perueſtigat, cuius oculis omnia ſunt nuda & aperta. Cum quo & ſpiritu ſancto dominus ipſe Ieſus ſit benedictus in ſecula, Amen.

Hebr. 4

SERMO DE EADEM DOminica. Quomodo ſit in Ieſu nomine rogandum: ſancti vti ſint in uocandi: de ipſorum venerationeꝝ præconio: itẽ Deus cum ſit immutabilis, q̃modo exaudiat.

I

AMen amen dico vobis: Si quid patrem petieritis in noīe meo, dabit vobis. Ioannis XVI. Quã neceſſaria ſit nobis feruens, cõtinuaq; ad Deum oratio, docet nos infirmitas, atq; multijuga noſtra ignorãtia. Experimur quotidie, quanta ſit noſtra imbecillitas in tentationibus, quanta deſidia in operando, quanta ad virtutes tepiditas, quanta in concupiſcendo malitia, quanta deniq; ad omne malum pronitas noſtra, vt interim taceã pericula, aduerſitates, metus & infirmitates, quibus vndiq; circundamur & iactamur quotidie. Poſtremo, quis enumeret quas hoſtium fraudes & infidias patimur, aduerſus quas nulla ex nobiſipſis eſt nobis victoria, nulla potentia ad reſiſtendum? Hæc omnia ad obtinendũ ſalutis portum nobis difficultatem oſtendunt, qui non aliter in hac vita, atq; in mari magno, inter procelloſas tẽpeſtates, nauigamus. Eſt tamen vna nobis relicta conſolatio, ficut rex Ioſaphat dicebat: Quum neſciamus quid agere debeamus, hoc nobis reſiduum eſt, vt manus noſtras ad Deũ leuemus, hoc eſt, vt ad patrem noſtrũ tanquã in hoc exilio orphani ſuſpirantes confugiamus, ipſum orantes, & noſtri curam illi committentes. Nemini eſt autem formidandum, ne ad ſe fugientem repellat abiiciatur Deus, qui eſt refugium pauperum, adiutor in tribulatione, nec timendum vt nolit nos audire, quandoquidem ſe exauditurum promittit, dicens: Amen amen dico vobis: Si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Clare hic docet nos dominus, q̃modo & in eius nomine, hoc eſt, in cuius meriti interpoſitione ſit nobis rogandus. Nempe in ipſius nomine, in nomine Ieſu, in nomine Saluatoris. Vnde eñ aliter nobis emanaret ſalutiferum quid, q̃ à Saluatore. Non igitur in nomine tuo, non in nomine meo, non in meritis tuis, eſt rogandus pater: ſed in nomine dilecti filij eius, hoc eſt, vt illi opponamus vitam, paſſionem, virtutes & merita eius. Inuocemus ſuper nos eius & ſanguinem & mortem. Quod vbi fecerimus, non poteſt nobis negare pater quidquam. Quare? Quia non poteſt negare filio ſuo quicquam, cuius videlicet in nobis inſignia paſſionis, cuius videt ſupra nos merita, cuius deniq; videt ſuper nos inuocatum nomen. Per hũc enim non ſolum rogamus eum, ſed etiam compellimus. Verum, dicis, quare in nomine ſanctorum, quare in nomine angelorum non rogamus Deũ. Rogamus quidem interceſſione ſanctorum, ſed non pari modo vt in nomine Ieſu, qui nõ ſolum interpellat pro nobis, quod & ſancti faciunt poſt eum, licet id non faciãt in ſe, hoc eſt, in ſuo nomine, aut merito (hæc eñ nõ allegant, neq; præſumptuoſa iactant) ſed in nomine Chriſti Ieſu, hoc eſt, in virtute Ieſu (de literali enim hoc ſolo nomine nõ loquimur) extra quam non eſt vel angeli, vel ſancti nomen, quod nos ſaluare, aut ſalutiferum quid ex ſe tribuere poſſit. Siquidem extra Deum omnia imperfecta, imo omnia nulla ſunt. Non quidem negamus ſanctorum inuocationem & interceſſionem, quam neceſſitatibus noſtris non parum cõtuliſſe ſæpenumero experti ſumus,

Sancti in nam ius candi ſi

Hiere. 4

In noĩe Ieſu quõ rogandus.

K

Sancti ſ apud Ie pro nob poſſimu

Nec diffitemur eos, quatenus cũ Chriſto vnus ſpiritus ſunt, pro nobis apud Deum orando multa poſſe, à nobis quoq;, vt noſtris tepidis orationibus ſuas feruentiſſimas adiungant, rogandos: ſed propter rudes quoſdã & craſſos homines, qui non diſtingunt creaturam probe à creatore, dixerim ſanctos extra Chriſtum, hoc eſt, Petrum in nomine Petri, & Paulũ in nomine Pauli.

Pauli. In nomine autem Ieſu eos veneror, vt amicos & filios Dei excelſi, cuius habẽt in ſe gratiam, cuius ſanguis & virtus, cuius charitas & dona in eis refulgent abundantius. Quemadmodum ergo ſancti hic viuentes in terris, ſi quid rogabant Deum, vel pro ſe, vel pro aliis, vtiq; in nomine Ieſu rogabant, ita ne modo quoque aliter orant, quam in nomine Ieſu pro nobis. Porro ſancti hic in terra conſtituti, ſi quid rogati fuerunt, nonne per nomen Ieſu interpellabantur, hoc eſt, vt eius amore, eius intuitu, illud bonum quod acceperant à Deo, egenis communicarent? Sic hodie & nos quoque rogamus, & rogamur, & alter alteri ſe humiliat, alter alterius opem flagitans, per nomen Chriſti. Rogamus Deum & patrem in nomine Ieſu: Rogamus homines vbi aliquid ſalutiferum petimus in nomine Ieſu. Neque enim petentes aſſcribimus hominibus, ſed Chriſto, tã rogando, quam accipiendo, quicquid boni, aut ſalutiferi rogamus. Neq; in hoc qcquam latet hæreticum. Sancti nanq; neq; vellent quidẽ ſuo nomine honorari, ſuove nomine prædicari. Quid enim in eis honoraremus, niſi quõ hoĩes in ſeipſis honoramus? Nunc vero dico eos nõ in ſeipſis tantum, ſed in Deo, & Deum in ipſis honorandos. Hoc modo Chriſtiane honorantur. Inuocandi ſunt ergo nobis ſancti, vt ꝓ nobis orent, ſed pio modo, non vt quicquam ex ſeipſis tribuant. Putare nihilominus debemus eorum merita eſſe merita Chriſti, quæ ipſe opatus eſt in eis, cũ eoꝝ tamen liberæ volũtatis (quã Deus cogere nõ vult) aſſenſu & conatu, eisq;, hoc eſt, ſctis Chriſtũ donaſſe, vt haberẽt merita & ꝓmia. Coperãdo eñ hoĩbus ſanctis virtus diuina, illoꝝ opera facit, vt ſint merita, imputatq; ad merita, & hæc coronat in eis, vt merita. Vide igitur quanta ſit Dei miſericordia, & benignitas circa nos. Cognoſce etiã quod ſancti nõ aliter volũt honorari, q̃ in Deo, & propter Deũ, hoc eſt, vt Deus honoretur in illis. Attende poſtremo, quõ Litanias legit & inſtituit Eccleſia. Cũ eñ dicit: Fili Dei, nõ ſubiũgit ora pro nobis, ſed miſerere nobis. Cum dicit ſancte Petre, nõ dicit miſerere nobis, ſed ora pro nobis. Chriſto, hoc eſt, Deo dicimus: Propitius eſto, Parce nobis domine: Chriſto dicimus: Ab inſidijs diaboli, libera nos dñe. Neq; enim facultatis eſt ſanctorum, vitia nobis inferre, aut virtutes donare, niſi in virtute & nomine Ieſu, & niſi miniſterialiter Deo & iubente & dante. Ideo & quando pro nobis orant nunc beati, non aliter iuxta hũc modum orant, quam olim pro ſeipſis miſeri, hoc eſt, non in nomine ſuo, ſed in virtute noĩs Dei. Propterea legitur de XXIIII. ſenioribus, quod depoſuerũt coronas ſuas, & prociderunt in facies ſuas, adorãtes Deum. Quid eſt coronas deponere, q̃ Chriſto coronas & merita ſua accepta referre, fateriq; eadẽ Chriſti eſſe? Credimus aũt ſanctos à Deo iuſtius exaudiri q̃ nos, vtpote Dei amicos, q̃ puri & immaculati, ſiue per pœnitentiã à peccatis exuti, & in ſanguine agni loti, inuenti ſunt Deo fideles vſq; ad mortem. Nos aũt quõ calamitatibus & miſerijs, ita peccatis quoq; & tranſgreſſionibus pleni, noſtras iniquitates & infidelitatem agnoſcimus: ideo cauſam noſtrã malam, tanquam patronis poſt Chriſtum ſecundarijs, atque interceſſoribus, & iudicis amicis, committimus. Sunt eñ in ſtatu fruitionis amicitiæ diuinæ. Quare iuſtiſſimũ eſt amicis nihil negari ab amico, hoc eſt, nihil beatis negari à Deo. Credendum eſt tamen eos nihil rogare, niſi quod Deus vult rogari. Vult autem Deus omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Ideoque & libenter ſuſcipit preces ſanctorum ſuorum, pro noſtra ſalute fuſas. Et quanquam nemo cogi poſſit, vt interuentionem ſanctorum imploret, neque temere faciat, qui in ſpiritu humilitatis, & in animo cõtrito, ipſe ad Deum accedens, veniam imploret, multum tamen contulerit, præſertim tepidis & imperfectis hominibus, ſanctorum feruentes preces ſuis frigidis iungere, vt ſic adiuuetur infirmitas ſua apud Deum, qui occaſionem nobis benefaciendi libenter acceptat. Cæterum, cogitare quis veſtrum hic poſſet: Cum Deus verax, conſtans, & immutabilis ſit, quid facit oratio, quia immutare non poteſt Deum? Neq; enim de nolente facit volentem, & quicquid voluerit Deus, fiet, ideo ſuper flua videtur oratio. Reſpondendũ, nequaquam eſſe ſuperfluam orationem, nec eſſe etiam propterea mutabilem Deum. Quod vt plenius intelligatur, aliquid ex hiſtoria ſancta, puta ex Geneſi recenſeamus cauſa exempli. Ibi enim legimus Iſaac à Deo promiſſum, ſemen eius multiplicandũ vt ſtellas cœli. Quando ergo promittebatur ei à

Apoc. 4

Apoc. 5

Sancti cum à nobis in uocandi.

1. Tim. 2

Daniel. 9

M

Orationẽ hominis non eſſe ſuperfluam.

Gene. 16

L

Litaniæ in Eccleſia vſus ad qd valeat.

De quid nã in ſanctis ſuis coroner.

Sancti ĩtenus honorãdi ſint.

Deo,an Deus id facturus erat,an non? Absit vt promittere Deum dicamus non seruaturum. Absit,inquam,vt absq; volũtate implendi sentiamus eum promittentem. Absit postremo vt eum à voluntate mutabilem siue mutatum dicamus. Ergo quod promiserat,voluit,&quod voluit,seruauit hoc est,impleuit. Iam igitur audi: Post hãc promissionem Dei Isaac vxorem duxit sterilem. Abijt Isaac ad rogandum dominum pro vxore sua,eo quod esset sterilis. Quem exaudiuit Deus,& dedit conceptum Rebeccæ. Iam vide quid necessitatis hic fuit Isaac orare pro vxore sterili,cum ei promissum à Deo iam ante fuerat semen eius multiplicandum,vt stellas cœli. Si promissio erat vera diuina,si implenda,quid necesse fuit Isaac orare? Nam si verax est Deus,si stabilis,constans,ac immutabilis est,iam necesse erat, quod promiserat fieri. Quare ergo tunc orauit Isaac dominum? Num dominus suæ sponsionis aut est oblitus, aut implere non potuit? Haudquaquam. Sed quomodo ab æterno hoc prædestinauerat futurum,ita etiam Deus hoc ipsum reuelauerat Isaac implendum,puta vt semen eius ficut stellæ cœli multiplicaretur. Quomodo ergo prædestinatum erat & certo futurum,vt semen eius multiplicaretur, ita prædestinata quoq; fuerunt & media,& modus,quibus prædestinatio principalis impleretur. Oratio igitur Isaac non mutauit Deum,nec fuit ociosa,aut superflua,sed necessaria,quasi pro re per orationẽ impetrãda. Nõ igitur recte obijcitur, quod nihilo minus Deus esset idipsum, q̃d orabat Isaac,sine oratione facturus. Non ita est sentiendum. Nam quia scribitur,Exaudiuit Deus orationem eius, haud dubium ostẽdit, nisi Isaac orasset,Rebecca eius sterilis mansisset. Quõ enim exaudisset Isaac orationẽ Deus,pro sterili vxore precantis,si hæc absque mariti oratione fœcũditatem obtinuisset? Sed dicis, inde quod Deus prædixit, necesse erat,tametsi Isaac non orasset,vt Rebecca cõciperet,ideo supflue orauit. Haud quaquam. Sciuit Deus ab ęterno semen Isaac multiplicãdum,sciuit sterilem Isaac vxorem Rebeccam futuram,sciuit Isaac virum sanctum pro vxore precaturum sterili,sciuit se exauditurum,vt prędestinatio impleretur: Ideo quomodo finis præstitutus & prædestinatus fuit,ita etiã media sunt præstituta & prædestinata, quæ si intermittentur, & hoc ipsum fuisset præscitum à Deo,nec finis tũc præordinatus foret nec prænunciatus. Verbi gratia: Non prædicitur à Deo seges multa futura, nisi & colonus præuideatur araturus. Si itaque araturus est & culturus agrum, potest sequi seges vberrima futura, potest etiam seges impediri. Quæ si minime fuerit impedita, potest certe futura prædici ab eo, qui futura scit, quæ tamen si colonus agrum non arauerit, neq; esset, neq; prædiceretur seges copiosa futura. Potuit hoc modo multiplicatio seminis Isaac prædici à Deo, potuit sterilitas vxoris Isaac, Rebeccæ scilicet præsciri, potuit nihilominus quæ prænunciata à Deo fuerat seminis multiplicatio, vera impleri, quia præuidebatur Isaac otaturus & Rebeccæ sterilitatem deprecaturus, vt nullum esset impedimentum, quin diuina prędestinatio impleatur. Nõ igitur erat superflua oratio, qua impetrabatur fœcunditas Rebeccæ, quia sine ea neq; sterilis concepisset, nec Isaac promissio facta fuisset. Impletur igitur finis, si media impleãtur. Nec prędicitur implendus finis, vbi media quibus ad finem peruenire oportet, præuidentur à Deo non implenda. Sed obijcitur ab alio fortasse: Si oratio habet efficaciam impetrandi, tunc Deus vt homo mutatur. Legimus enim in scriptura sacra aliquid, vt futurum à domino prænunciatum, quod tamen facta oratione non fuit, quomodo interminatum fuerat, impletum. Verbi gratia: Niniuitis per prophetam Ionam à Deo prænũciatum fuit excidium ciuitatis. Vbi tamen pœnitentia regis & incolarum, orationeq; eorundem ad Deum facta mansit Niniue incolumis. Aut igit Deus fuit mutatus ad preces & pœnitentiam incolarum ciuitatis, vt non faceret quod voluerat, aut nõ fuit verax, vt diceret futurum quod nõ erat futurum. Dicendum, licet circa nos fiant mutationes in rebus huiusmodi exterioribus, Deus tamen stabilis manet & immutabilis. Sumus em̃ nos mutabiles, ideo sententia diuina circa nos bene mutatur, Deo remanente immutabili. Verbi gratia: Niniuitis sententia fuit per Ionam nuncia ta, quam tum Niniuitæ cum nunciaretur, iuxta sua opera dignam commeruerant. Qui tamen vbi se mutauerant, sententia q̃que circa eos mutata fuit, vt non fieret q̃d alioqui fuisset futurum, hoc est vt non periret ciuitas. Propterea tamen Deus nõ est modo

Gene.25

Gene.26

N

Ionæ 3

Deũ esse immutabilem.

Ionæ 3

mutatus in sua voluntate. Sed dicis: Quomodo tunc est verax? Dixit enim subuertẽ dam ciuitatem, quæ non est subuersa. Dic Deum prædixisse sententiam dignam operibus Niniuitarum, & insinuasse quid meruissent: nempe excidiũ ciuitatis. Sciuit tamen eos pœnitentiã acturos, ideo nunquã fuit mutatus in aliam voluntatem, quã ante habuerit. Nunquam enim voluit Niniuitas damnare, quos sciuit per pœnitentiam reuocandos, licet sententiam inferendam, quam meruissent, si non pœnituissent, illis indicauit. Simile est de Ezechia rege Iudæ, cui Deus terminum vitæ prænũciauit. Orauit Deũ Ezechias, & addidit Deus adhuc quindecim annos vitę Ezechię. Circa Ezechiã facta est mutatio, quia certissimo fuisset moriturus, nisi adn̄ciente domino plures annos superuixisset. Deus autẽ mutatus non fuit, vt quod primo voluisset, deinde mutatus nollet, sed immutabilis ipse circa res mutabiles ægroto adesse mortem nunciat. Ipse tamen quomodo sciuit ægroto vere adesse mortem, ita sciuit & voluit eũ hac vice non mori, sed oratione sibi longiorem vitam impetrare. Prædixit igitur, quod sciebat nisi subueniretur, futurũ prænunciabat ei, nõ iuxta hoc quod erat factu rus in eo miraculum, sed iuxta hoc quod naturali ei fuisset cursu naturæ (nisi Deus aliter prouidisset) euenturum. Vere igitur impetrauit Ezechias oratione sua longiorem vitam, quia nisi orasset, Deus annos ei plures vitæ non adiecisset. Vere orationem futuram Ezechiæ cognouit, & se illum seruaturum in vita sciuit. Vnde stante hoc q̃d mutatio circa Ezechiam facta est, nihilominus in Deo mutatio nulla facta est, sed q̃d voluit Deus, semper voluit, & volens manet. Orate igitur semper Deum filij, nec de prædestinatione disputate, sed Dei prouidentiæ vos committite. Adeo graue periculum super vos non potest venire, à quo Deus non possit vos liberare. Mutate vos in meliorem vitã, quia adeo deploratæ nõ fuistis vitæ, à qua diuina miseratio, si pœnitueritis, nõ vos liberet. Si igitur volueritis de peccatis pristinis pœnitere, si pro venia peccatorum Deum rogare, si futura peccata volueritis cauere, si deniq; Dei seruare decreueritis mandata, signa habetis, quod scripta sunt noĩa vestra in libro vitę. Quod nobis om̃ibus largiat Dei filius dñs noster Iesus Christus in secula benedictus, Amẽ.

Esaiæ 38

PARAPHRASIN IN EPISTOLAM ET EXEGESIN IN Euangelium in festiuitate Ascensionis dominicæ, cum suo Sermone require in secundo Tomo de festiuitatibus Sanctorum, in vtraque parte.

DOMINICA POST ASCENSIONEM DOmini, Epistola prima Petri quarto.

VII

ESTote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christum.

Prouer. 10 Iacob. 5

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A 1. Petri 4. & 5

POstquam præmonuerat eos, qui luxurijs & peccatis operã dant, Petrus apostolus, deterrere eos cupiens à vitijs, per expectationem diuini iudicij, quod futurum est in nouissimo die, quo reddẽt rationem operum suorum, nihilominus credentes monet nunc vigilare, prospicereque, quod recte, inculpateque viuant, quãdoquidem incerti sunt, quãdo viuendi terminus illis

Roma. 13

fit imponendus. Quamobrem cum dominus pulsauerit, quacunq; hora veniens, illos inueniat oportet vigilantes, & qui pulsanti confestim aperiant, paratique occurrant. Dicit igitur: Estote prudentes, cognoscentes, cauentesq; pericula tentationum ex carne & mundo, insidiasq; diaboli intelligentes: quas quomodo elabi, aut vincere studeatis, vestra sit meditatio. Et vigilate omni hora hostium tentamenta suspecta habentes. Nec tantum opus est vt vigiletis, sed vt vigiletis etiam in oratiõibus. Prudentia em̃ & vigilia vestra ad hoc quãuis sit necessaria, ne ab inimicis capiamini, non tamen sufficit, nisi adiutorium etiam vobis adsit diuinum. Nisi enim dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Idcirco vigilate in orationibus, vt habitetis in adiutorio altissimi, & in protectione Dei cœli commoremini, quem inuocatis. Ante omnia pręcipue mutuam in vobismetipsis charitatem continuam ac indeficientem habentes. Absq; enim obseruatione charitatis nihil prodest, quicqd aliud exercebitis, aut quæretis ad salutem. Hoc modo Paulus quoque monet, dicẽs: Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Hæc enim operit multitudinem peccatorũ, vt vbi illa à Deo infusa fuerit, ibi recedat necesse est mortale peccatum. Cuius charitatis quanto ardor in Deum fuerit maior, tanto quoque plus de pœna peccati absumit. Sequitur:

B Estote hospitales, vt scilicet aduenas, & peregrinos hilariter recipiatis, humaniterque tractetis. Ad hoc ipsum Paulus quoque Hebræos hortatur, dicẽs: Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Quis enim potest profiteri se diligere proximum suum, cui tempore necessitatis nihil cõsolationis, aut beneficij impendit? Si enim diligeret, necesse foret offendere, quomodo, aut quantum diligat. Nõ igitur diligamus verbo, aut lingua, sed opere, & veritate. Qui enim dicit se diligere fratrem suum, & tempore necessitatis clauserit viscera sua, vt illi non subueniat, quomodo Dei est charitas in illo? Estote sine murmuratione, vt ea quæ agere, aut pati oportet, benigno atque tranquillo animo recipiatis. Vnusquisque sicut accepit gratiam à Deo (Varia enim sunt dona Dei) illam administret alteri per cõmunicationem charitatis. Neque enim quæ sua sunt, tantum charitas quærit, imo quo modo nemo sibi soli natus est, ita nemo sibi soli gratiam, donumve à Deo accepit, sed in vsum & communicationem accepit multorum. Et ideo vnusquisq; hoc ipsum quod à Deo accepit, administret in vtilitatem, non tantum suam, sed etiam aliorum, omniumq; sicut decet dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, ita loquatur ad proximorum ędificationẽ, vt eius sermones ita accipiãtur, tanquã sermones Dei. Si quis ministrat Deo seruiẽs, aut proximorum subueniens necessitatibus, ita ministret, vt suis hoc viribus non adscribat, sed virtuti quã subministrat Deus. Neq; enim, vt Baptista Ioannes ait, potest à se homo facere quicquam, nisi datum ei fuerit de cœlo. Vt in omnibus honorificetur Deus, eiusq; gloria, atq; honor quæratur, per Iesum Christum. Cui est honor, & gloria, & imperium, vtpote ei qui præsidet, omnia regit in secula seculorũ, Amen.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ, Ioannis decimoquinto & decimosexto.

C IN præclaro illo sermone, quẽ post cœnam suis fecit discipulis dominus Iesus ostẽdit se odio haberi, & persecutionẽ pati ab his, quos saluare cupiebat, hoc ẽ, à Iudæis. Nec excusandos voluit pro ignorantia, quoniam tanta locutus fuisset, tot ostendisset eis virtutes, tot signa, vt nulli posthac fuerit illorum excusationi locus, quin ad credẽdum, si modo voluissent, vincerentur. Sed oderunt, inquit, & me, & patrem meum. Hoc significare volẽs, vt quomodo nominis Christi tunc eos inuidia à salute retinebat in cæcitate captiuos, ne cõuerterentur, ita post mortem suam non perituram hanc inuidiã, quin apostolos quoque odio nominis Christiani persequerentur. Et quomodo Euangelium in Christo spreuerint, ita etiam idipsum prædicantibus apostolis sint impugnaturi. Non autẽ propterea formidãdum esse apostolis, quã doquidem adfuturum sibi scirẽt spiritum sanctum, qui ita consolaretur eos, vt absq; animi tunc deiectione hęc mundi odia animo intrepido ferrent atq; nihili ducerent. Dicit ergo:

Cum

Lucæ 12 — 1.Cor.13 — Col.3 — Pſal.126 — Pſal.90 — Hebr.13 — Ibidem. — 1.Cor.12 — Ioan.15

Ioan.15 **Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.**

Varia sunt nomina spiritus sancti, quia variæ eius operationes, multiplicia dona, variaq; beneficia. Hic enim eum nominat spiritum sanctum, nominat paracletum, nominat spiritum veritatis. Alibi quoque vocatur spiritus bonus, & spiritus rectus, spirituſque principalis. Porro Esaias hunc iuxta septem eius dona, quæ confert homini, eum nominat spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, & spiritum timoris domini. Prætermissis his nominibus, hoc tantum dicendum est modo, quare spiritus sanctus Deus vocatus sit paracletus, id est, consolator. Primo, propterea quod mitigat tentationes, quomodo per Esaiam dicitur: Quum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te, & in igne non combureris. Siue enim à sinistris, siue à dextris insurgant tentationes, siue tribulationum aquæ, siue tentationum, & persequutionum incendia vrgeant, vtraque mitigat spiritus sanctus. Fidelis enim, ait Paulus, Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Secundo, vocatur paracletus, quod in aduersis lætitiam infundat, vt aduersa non solum non grauent, sed etiam delectent. Quis enim exultare, ac Deum laudare in ardenti fecit fornace tres pueros, tutosque seruauit ab igne, nisi spiritus sanctus? Aut vnde sanctis martyribus tanta constantia, gaudium & fortitudo, vt inter immanes cruciatus psallerent, & tormenta nihili penderent? nisi ab eo, qui dicit: Spiritus meus super mel dulcis, qui tribus pueris futurorum martyrum suorum speciem gerentibus fecit medium fornacis, quasi ventum roris stantem. Volebat igitur suos apostolos securos reddere Christus contra timorem, vel in hoc, quod prænunciauit eis futura aduersa, (quandoquidem iacula præuisa minus feriunt) vel quod inter aduersa dandus sit eis consolator, qui tristia temperet

D grauiaque faciat dulcia. Dicitur quoque spiritus sanctus hic spiritus veritatis. Et quamuis pater sit veritas, filius sit veritas, & spiritus sanctus sit veritas, vnus tamen est Deus, & vna veritas, eaque Christo magis proprie tribuitur, iuxta illud ꝗd ipse dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Spiritus itaque veritatis, spiritus est Christi, sicut scriptum est: Qui Christi spiritum non habet, hic non est eius. Et alibi: Deus misit spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Potest etiam dici spiritus veritatis, quia eos quos implet, veraces, & pro veritate loqui facit, vel quia veritatem docet. Quum ergo venerit ille spiritus veritatis, dicit apostolis Iesus, ille testimonium perhibebit de me, vel ꝓpterea quod vos docebit, quod vobis os & sapientiam dabit: quod denique vobis loquendi & testificandi animum, fiduciam, & efficaciam præstabit, aut ideo, quod auditores præparabit, excitabitque, inspirando, atque ipsorum emolliendo, & penetrando corda. Hoc modo testimonium spiritus sanctus Christo perhibuit, Petro loquente in die Pentecostes ad populum. Nam apostolos omnes, quos paulo ante impleuerat, maxime autem Petrum, animauit, adeo vt surgens mox eos, qui Christum negauerant, eiusque fundi procurauerant sanguinem, increpatione leni & mansueta argueret, compungeret, & ad tria milia ad Christum conuerteret, qui adorarẽt, quem iam nuper in cruce suffigi curauerant, & eius bibere cuperent sanguinem, quem non timuerant effundere. Vides quid spiritus sancti plenitudo in Petro, cæterisq; omnibus potuit subito operari, qui ante fuerant adeo meticulosi, vt nullo auderent modo libere Christum confiteri?

Nomina spũs sancti varia. — Lucæ 12 — Esaiæ 11 — Paracletus cur dicatur spiritus sanctus. — Esaiæ. 43 — 1.Cor.10 — Daniel.3 — Eccle. 24 — Gregorius — Ioan.14 — Roma.8 Galat.4 — Lucæ 12. — Actor.2

Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Ea enim quæ vidistis & audistis de me prædicabitis, vt in omnem terram exeat sonus vester. Simile est, quod in Actis refertur apostolorum, vbi Christus dixisse fertur: Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Hoc autem nõ ignauiter, sed egregie apostoli spiritu sancto repleti præstiterunt. Siquidem ad concilium vocati Iudæorum, & quare Iesu nomen contra suum edictum prædicare fuerint ausi, increpati, ingenue responderunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus,

Pſalm.18 — Actor.5

nibus. Et incipientes illi teſtimonium ferre, quem prædicabant Ieſum. Deus, inquiunt patrum veſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem vos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno. Hunc principem & ſaluatorem Deus exaltauit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſrael, & remiſſionem peccatorum. Et nos ſumus teſtes horum verborum, & ſpiritus ſanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi. Vos, inquit, teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis, id eſt, qui opera, ſignaque mea omnia vidiſtis, omnia verba audiſtis. Huiuſmodi em̃ teſtes habere debuit Chriſtus, qui non ab alijs relata, ſed qui tam viſa, quam audita Chriſti, & ſermones, & virtutes prædicarent. Eam ob rem Petrus, cum in locum Iudæ proditoris apoſtolorum foret ſurrogaturus, nõ quemlibet duxit eligendum, ſed oportet, inquit, ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Ieſus, incipiens à baptiſmate Ioannis, vſq; in diem quo aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis, haud dubium qui eis quæ vidiſſet & audiſſet, poſſet atteſtari.

Actor. 1

Ioan. 16 Hæc locutus ſum vobis, vt nõ ſcãdalizemini. Abſq; ſynagogis faciẽt vos.

E Hæc locutus ſum vobis, ſcilicet, quæ paulo ante prædixi de odio mei, vt cum videritis etiam his maiora mihi inferri, puta crucem & mortem, non ſcandalizemini, hoc eſt, non propterea vos credatis deceptos, aut ſuccubuiſſe me pœnis, vt præſtare quæ promiſerim, nequeam. Pari quoq; modo vos ſcandalizari non oportet, cum vos perſequuti fuerint. Tantum enim eſt mundo mei nominis odium, vt in morte mea nequaquã illud ſit extinguendum, ſed vos etiam perſequentur per inuidiam mei, & quia mei eſtis diſcipuli. Non igitur tunc ſcandalizemini, ſed cogitate quid prædixerim vobis: Si vos odit mundus, ſcitote, ca priorem me vobis odio habuit. Abſque ſynagogis facient vos, hoc eſt, e ſynagogis eijcient vos, vt homines vita, conuerſatione, ſeu hominum conſuetudine indignos, & quaſi homines qui ad congregationem non pertineant, aut dignos, quibus hominum interdicta ſit omnis amicitia. Extra ſynagogam eijcere, nihil erat aliud, quã hodie eſt excommunicare. Refert autem hoc, quaſi rem triſtẽ apoſtolis futurã, qui quamuis non magnopere curarent ludæorum ſynagogas: hæc tamen contumelia male eos habebat (quæ fiebat non ſibi tantum, ſed magis Chriſto) vt pro inuidia ipſius, ceu indigni communi iudicarentur hominum conſuetudine. Nec tamen hoc ſolum erant Chriſti & apoſtolorum hoſtes facturi, ſed acriori præterea perſequutione debacchaturi erant in eos, quaſi in homines peſtilẽtes, exitioſos & vita indignos, adeo vt dum huiuſmodi interficerent, tantum aberat, vt ſeſe in hoc delinquere putarent, verum vt etiam obſequium Deo ſe in hoc contuliſſe gauderent. Fere enim omnis plebs apoſtolorum perſequutionem putabat iuſtam, & pauciſſimi ex turba iniuſtam ſciebant, credentes omnes qui ad Chriſtum conuerterentur, relinquere Deum & legem: ideo abſque ſcrupulo peccati apoſtolis, tanquam legis ſubuerſoribus, quibus poterant viribus repugnabant. Idcirco ſequitur:

Matth. 15

Ioan. 16

Sed venit hora, & omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.

F Putabant perſecutores fidei Chriſtianæ, præſertim Iudæi pro lege, pro templo, & ſubinde pro Deo iuſte ſeſe zelari. Huiuſmodi fuit Paulus, tũc vocatus Saulus, qui acceptis epiſtolis à Iudæis ſuperioribus ad Damaſcum, ſi quos huius viæ, hoc eſt, ſectæ Chriſtianæ inueniret viros, vinctos perduceret in Hieruſalem, zelator paternarum traditionum ſuarum, & legis præ omnibus coætaneis ſuis. Vnde legitur, quum lapidandus foret Stephanus, Saulus doluiſſe ſuper cæcitate (vt putabat) Stephani, qui à templo, à lege, à Deo quoque propter hominem crucifixum recederet, & pro Stephano, ne hanc illi imputaret Deus ſimplicitatem, oraſſe. Quamobrem, quia errori non defuit in Saulo pietas, idem ipſe reuera à Deo hallucinans, meruit illuminari, & Stephano, quem trucidabat, conformis in fide fieri, vt quod tunc expugnabat, poſtea conſtantiſſima aſſertione prædicaret. Huiuſmodi tamen zeli haudquaquam fuiſſe credendi ſunt pontifices & Phariſæi, quos ignorantia prorſus nulla excuſari dominus Ieſus aſſeuerabat, quoniam odio habuerunt eum & patrem eius. Cuius odij inſtinctus incitamentum,

Actor.

Galat. 1

Actor. 7

Ioan. 15

tum, quare Chriſtum & omnes credentes in eum perſequerẽtur, fuit, quod ſequitur:

Et hęc facient vobis, quia non nouerunt patrem neq; me.

De reliquis ex plebe Iudæis hoc intelligendum eſt, qui Chriſtum ex errore & ignorantia perſecuti ſunt. Sed nunquid propterea, quia intentionem habuere bonam hæc facientes, puta ne legem, templum, gẽtem amitterent & locum, non peccauerũt? Imo maxime. Neq; enim intentio bona ſemper excuſat, ſed oportet vt ſit etiam recta, quomodo non quælibet actio, quæ fit propter bonum finem, eſt licita (quia fas non eſt furari vt detur eleemoſyna) ſed oportet etiam vt per media procedatur licita, quorum ſi vnum fuerit nefarium, actio vniuerſa erit illicita.

Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

Ideo vobis hæc nunc prædico, vt cũ patiendi aduenerit tempus, reminiſcamini, quia dixi vobis mei hæc gratia vos paſſuros. Id enim magnam vobis adferret conſolationem, quod nonnulli peccantes aut ſcelerati patiemini, ſed propter me & patrem meum. Beati enim qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati quoq; vos eritis cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint aduerſum vos omne malum mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Docemur hic haudquaquam triſtari, ſed gaudere magis in quacunque tribulatione, quam innocentes & abſque culpa ſuſtinemus. Quãtæ enim eſt conſolationis innoxium patiẽ Quanti vero eſt gaudij pro Deo patiẽ Qua propter in omni preſſura reſpiciamus ad eum cuius patimur amore, cuius intuitu delectemur pati, adeo vt ſi etiam poſſemus nollemus preſſuram euadere paſſiõis, quã pro eius amore amplectimur, de cuius manu eandem ſuſcipimus, qui eſt benedictus Deus in ſecula, Amen.

Mat. 5 Ibidem.

SERMO DE EADEM DOminica. Quos conſoletur ſpiritus ſanctus, & qui Chriſto teſtimonium perhibeant.

G Vm venerit paracletus quẽ ego mittam vobis à patre ſpiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Ioannis decimoſexto. Cum dominus Ieſus paracletum, id eſt, conſolatorem Apoſtolis promittit, ſpiritum ſanctum putat, quem nemo non optat ſuſcipere. Quando quidem, nemo triſtis nõ cupit conſolari, nemo dubius non optat inſtrui aut dirigi, nemo in tentatione aut periculo conſtitutus non appetit adiuuari, aut liberari. Conſolatur enim generatim omnes, qui ſe inuocant, ſpiritus ſanctus, in quacunque conſtituti ſint aduerſitate.

Sunt autem aliqui qui ſpiritum ſanctũ nunquam recipiunt, puta qui perſeuerant viuunt in peccatis. In maleuolam namque animam non intrabit ſpiritus ſapientiæ, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Horum culpa leuis non eſt, quando quidem qui non conantur ſe de peccato erigere, qui ſponte ſub iugo ſeruit peccati, iuſtum eſt eum in peccato perire. Vide autem quam ſit reprehenſibilis peccator, qui in peccatis perſeuerat. Poſſet enim ad fontem gratiæ currere, quo ab omni ſe lauaret ſorde peccati, nec tamen ſe munda re curat. Poſſet ignem inferni in ſe extinguere & negligit, quin potius concupiſcẽtiæ ignem irritat, & infernali igni pabulum indies adminiſtrat. Hi ſunt q diligũt tenebras, & odiũt lucẽ. Hi nolunt venire ad lucẽ, ne arguantur opera eorum. Elegerunt cũ viuere iuxta ſenſualitatẽ vt beſtiæ nihil ſibi negantes eorum quæ carnem delectant. Studioſe nanq; quærunt voluptatem: ſæpenumero tamen in alijs honeſtatem, pudicitiam & virtutem venerantur. Hi ſi ita poſt adultam ætatem perſeuerant vix ad Deum conuertuntur, niſi carcere aut magna infirmitate, calamitate, aut ignominia graui fuerint vehementer humiliati. Et ex his nonnulli adeo efficiuntur reprobi, vt inmalitijs gaudeant, lætenturque cum male fecerint, & exultent in rebus peſſimis. Peccandi enim aſſiduitate adeo corrumpuntur, vt peccare optent etiam impotentes. Nunquam enim illis deeſt mala voluntas, qua etiam in eptiad peccandũ inſaniunt. Horum vita magis eſt diabolica quã humana. Sunt alij qui non pſeuerant in peccatis, licet frequenter ex infirmitate peccent. Quippe qui ante &

Qui nam nũ quam recipiant ſpiritũ ſãctum. Sapien. 1

Ioan. 3

Prou. 2

Quinã ex infirmitate peccent

poſt ruinam bonæ ſunt voluntatis, & virtutem diligunt, quamuis tentatione accedente infirmiores ſint, quam vt reſiſtant ſatis. Hi peccatores ſe agnoſcunt, cõtra vitam ſuam continue litigant, ſe reprehendunt, & multa proponunt, quãuis, vt dixi, naturæ & malitiã & infirmitatẽ nondum plene vincere poſſint. Non prorſus nõ poſſunt volentes, ſed qa infirma eſt eorũ voluntas, nec perfecte volunt, ideo à tentationibus vincuntur. Neque enim ſapiunt quod dominus dicit: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti, hoc eſt, qui ſibi violentiã inferunt, rapiunt illud. Nemo enim ſuipeccati cauſam autoremve facere poteſt Deũ, quaſi eum qui huiuſmodi homini praua naturalia peccandique neceſſitates, quæ vinci non poſſint, dederit: quia nemo niſi volens peccat, cum adeo ſit, Auguſtino teſte, voluntarium peccatum, vt ſi non fuerit voluntarium, non ſit peccatum. Certum eſt autem pronos eſſe ſenſus hominis ad peccandum, ſed adeſt nihilo ſecius homini diuinæ gratiæ auxilium ſemper paratum, quo infirmitatem roboret ſpiritus, & voluntatem confortet, vt non habeat homo, ſi modo ſibiipſi deeſſe nolit, vnde ſe iuſte excuſet. Hos, qui ſic ſæpius cadunt & ſæpius reſurgunt, quia mox poſt lapſum peccati remedia quærunt, ſpiritus ſanctus ſæpe viſitat, & mundum in eis atq; peccatũ arguit. Et reuera magna eſt dei miſericordia ſup nos magna bonitas Dei, qui toties ab eis deſertus non deſerit, toties contemptus non cõtemnit, ſed offenſus offendentem ſibi reconciliat hominem, iratus indulget & ignoſcit. Iuſtus atque delictorum vltor Deus miſeretur, benignitate ac miſericordia ſua ad pœnitentiam te o homo reducere contendens. Pro hac ſui reductione Dauid orans: Erraui, inquit, ſicut ouis quæ periit, quære ſeruum tuum domine. De huiuſmodi hominibus non eſt, vſquequaque deſperandum. Pie enim poteſt, confidi, qui in vita toties reſurgentes pœnituerunt, nec diu vnquam in peccato iacuerunt, nec etiam dedita opera ad peccandum ſe ingeſſerunt: qui, inquam, præmeditatione diutina ad peccandum peccãdi occaſiones inuenire aut ſibi ſtatuere nõ laborauerunt, nec vbi ceciderunt, in occaſionibus ſibi datis conſenſerunt manere, licet eiſdem occaſionibus datis male ſint vſi ad peccandum, quod de his, inquam, confidi poteſt, vt etiam circa mortem eorum ſit pœnitentia vera. Nemo tamen ſibi hoc promittat, nemo ſuper hoc peccet, qa in poteſtate eſt hominis cadere & ſuam occidere animam, à ſeipſo autem non habet quo reſurgat, nec ſeipſum poteſt reſuſcitare. Tertij ſunt, qui bona ſemper à Deo ſunt prædita voluntate, qui peccatum quodcunque ſcienter & ex propoſito nolunt: quicquid vero Deo nouerunt bene placere, ad hoc ſemper inueniuntur parati. Hos regit illuminatque ſpiritus ſanctus, ducens eos de virtute in virtutem. Filij enim ſunt Dei, filij adoptionis, filij lucis & filij gratiæ. His eſt conſolatio in perſecutionibus & exultatio in aduerſis, quia ſciunt, licet ad modicum hic patiantur pro Chriſto, regnabunt tamen cum eo in æternum. Et vt agnoſcas quid velim, quando dico eos pati pro Chriſto, Is patitur pro Chriſto, qui hoc quod patitur Chriſti amore ſuſcipit, patiendique intentionem refert in Chriſtum. Non igitur oportet, vt is qui te perſequitur, in Chriſtũ referat perſecutionem ſuam, quaſi te idio perſequatur, quia tu es Chriſtianus. Site perſequitur malus, quia Chriſtianus es, aut quia iuſtus es, certe pro Chriſto pateris. Sed ſi propter ea etiam non perſecutionem pateris, quia Chriſtianus es, ſed quia perſecutor tuus inuidia odio ve torquetur tui, & tu eius iniurias calumniaſq; Chriſti amore patienter ſuſtinueris, nõ reddens malum pro malo, æque p Chriſto pateris. Cum itaq; paracletus, i. ſpiritus ſanctus in corde fuerit hominis, inde teſtimoniã phibet Chriſto, qa hominẽ facit teſtimoniũ ferre Chriſto. Oĩs nanque Chriſtianus teſtimoniũ debet ferre Chriſto. Eſt aũt duplex teſtimonium. Primum eſt oris confeſſio. Hoc modo Martyres multi, qui Latine teſtes dicunt, teſtimoniũ præbuerunt Chriſto. Qui me, inquit, confeſſus fuerit coram hominibus, cõfitebor & ego eũ coram patre meo. Itaque quiſquis pie ſentiens de Chriſto, hoc quod recte credit, cõfitetur, nihil à veritate diſcedens, nihil propter hominum, aut fauores, aut minas dd enunciandum fuerit, ſubticens, hic teſtimonium fert Chriſto. Alterum teſtimonium eſt operis, quo quis fidei veritatẽ operibus pbare cõtendit. Viuit enim vt eius vita quoque clamet Chriſtianum, operibus

Mat. 11

Auguſt.

Gen. 8

H Mia Dei quanta ſuper peccatores.

Rom. 2

pſal. 118

Spiritus ſanctus vt hominem bonæ voluntatis illuminet.

Matt. 5 Rom. 8 Ioan. 12 1. Theſſ. 4

Teſtimonium duplex.

Matt. 10 Luc. 12

ribus ſe monſtrat credere, operibus ſe diligere Deum oſtendit, quando quidem quæ illi præcepit Deus, cogitat ſemper, & quæ illi ſunt beneplacita, facit. Multo nanque plus verius prædicatis, qui bene & ſancte viuit, quam qui ſancte loquitur. Siquidem de quibuſdam ſcribitur: Confitẽtur ſe noſſe Deum, factis autem negãt. Et Chriſtus non modo de fide, ſed de charitate loquẽs: Qui, inquit, ſeruat mandata mea, & facit ea, hic eſt qui diligit me. Teſtimonium igitur Chriſto perhibemus, eiuſque Euangelium eſſe verum oſtendimus, cum Euangelij veritatem Chriſtique eruditionem operibus & moribus noſtris alios docemus. Docemus, inquam, Chriſti & præcepta & vitam fuiſſe ſanctam, quando deuoti eandem imitari ſatagimus. Quomodo enim fortius probabo Chriſti ſanctam eſſe vtiliſſimamq; eruditionem dicentis: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, quam vt opere ac moribus me exhibeã humilitatis manſuetudiniſq; ſtudioſum, dum nihil terrenæ gloriæ me appetere, dũ honores fugere, dum ad contumeliam tacere me commonſtro, hoc eſt, dum exemplo meo, quomodo ſit Chriſti imitanda humilitas, doceo? Neque enim ocioſe Chriſtus monuit: Sic luceat, inquiens, lux veſtra coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis. Itaque Chriſto eiuſq; prædicationi Euangelicæ ſancti quam maxime teſtimoniũ phibẽt. Chriſtus eñ monuit docens ad perfectionem neceſſariũ, omnia relinquere & dare pauperibus. Huic verbo Euangelico multiſque alijs teſtimonium perhibuere, ſanctus Frãciſcus, ſanctus Benedictus, Antonius, Dominicus. Siquidem de contemnendo ſeculo, de tolerandis contumelijs, quam egregie teſtimonium perhibuit Chriſto Romanus Alexius? Quam glorioſa ſunt teſtimonia ſanctarum virginum, Agnetis, Barbaræ, Catharinæ aliarumque omnium, quæ præbuerunt Chriſto teſtimonium, bonũ ſanctumque aſtruentes eius eſſe conſilium quo & caſtrauerunt ſeipſas propter regnũ Dei? Neq; eñ dilexerunt ſolum, ſed cuſtodierunt etiam & mundiciam cordis & corporis ſanctimoniam, propterea nunc Deũ vident. Sic pariter oẽs ſancti teſtimoniũ pbuerunt Chriſto. Vos aũt fornicarij, adulteri, raptores, vos deceptores & fallaces, vos monachi deſertores & mundani Chriſto teſtimonium non fertis, ſed quantum in vobis eſt, eum mendacem facitis, quia aliter quã præcepit, aliter quam docuit, viuitis. Si vera, ſi bona ſunt quæ dedit præcepta, ſi ſancte vtiliterque cõſuluit, quare (cũ nemo ſibi non velit bonum) eadem non ſeruatis? Cur aliter viuendo, eius verba, ſermones & voluntatem ſpernitis? Non oſtẽdit ſe credere aut timere Deum is, qui tam perditis viuit moribus, vt nullum ſit in eo veſtigium, quod diuinam ſe præſentiam omnia contemplantem reuereri comprobet. Nihil de inferno credere putandus eſt, quiſquis aliam non gradi ſe viam cernit, niſi quotidie ad infernum. Noncœlum ſperat aut appetit, qui niſi de terrenis nihil aliud cogitat. Nec Dei verbo p̃ceptisve Euangelicis aſſentit, cuius vita ex diametro cũ illis pugnat. Redite igitur præuaricatores ad cor. Videtis in quantas ex praua vita & peccandi aſſiduitate homo tenebras cadat? Si non videtis, perſpicite, quo veniunt qui falluntur hæreſi nunc Lutherana emergẽte. Expellere virgines & monachos de monaſterijs, bona eorũ ad ſe rapere, calices & tẽpli ornamenta auferre, apud illos licet, ſtante Euangelio & verbo Dei in offenſo. Summum pontificem, cui certũ eſt Chriſtum in Petro cõmiſiſſe paſcendas oues ſuas, maledicentijs turpiſſimis infectãtur, contemnunt atque nõ obediendum ei autumant. Quid horum ex Euangelio? Cõtraria ijs ſonat verbum Dei: Super cathedram, inquit, Moſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi: quæ dicunt facite, quæ faciunt facere nolite. Quamdiu recta docent, non eſt obſtrependum eis. Seſe nolunt huiuſmodi hæretici iudicari, iudicantes Eccleſiæ vniuerſæ paſtorem, & omnes à ſua perfidia diſſidentes. Et quid Euangelio conſonat quod Dei prohibent laudes, quæ aliud nõ ſunt, quam Dei verbum & ſcriptura ſacra? amatoria vero carmina & cantiones impudicas obſcœnasque non prohibent.

Rident, ſubſannant contumelijs & verberibus interdum, grauiſſimiſque iniurijs afficiunt, ſi quem monachum, ſi quem qui roſaria, hoc eſt, , qui ſigna ſalutationum angelicarum, atque earundem legendaq; numerum geſtet, inueniũt. Odiũt agentes opera & officia pietatis, Eccleſiaſtica omnia ſtatuta, abijciũt, rituſque antiquiſſimos ab Apoſtolis ad nos deriuatos.

Poſtremo

Ecclſ. 3

Tit. 1

Ioan. 14

Mat. 11

Matt. 5

Matth. 9 Mar. 10 Luc. 18.

Matt. 19

K

Teſtimonia non prohibent.

Eſaiæ 46

Lutheranę hereſis impietates quãtę.

Ioan. 11

Matt. 23

L

Poſtremo(quia omnes impoſſibile eorum foret recenſere excæcationes, imo impietates)quam Euangelicum eſt hoc,q̃ proſtibula Veneris apud eos patent & meretricari neminem prohibent: in templis vero Pſalmos cani Dauidicos,& officium agi diuinum non ſuſtinent? Admittunt vt mulieres ad proſtituendum ſe in lupanaribus tradant,vetant ne puellæ in monaſterio ſe Deo virgines conſecrent. Quid ꝓ nefas turpius q̃d magis cæcum, quid magis excogitari poſſet impium? Ad quid venit homo,qui de peccato ruit in peccatũ, pſal.50 quem deſeruit ſpiritus ſanctus,qui ſinitur ire in adinuentionibus ſuis? Heu in quãto piculo ambulat,q̃ ſine Deo ambulat? Pro- pſal.2 pterea filij ſeruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam,ne quãdo iraſcatur dñs, & pereatis de via iuſta. Attendamus hic,quæ ſigna electis ſuis,quibus ſe Dei filios agnoſcant, reliquerit: Abſque ſynagogis facient vos, Et: Venit nũc hora, vt oĩs q̃ interficit vos, Ioan.16 arbitret obſequiũ ſe pſtare Deo. Perſecutiones,contemptũ,mundiq; odia vobis reliqt. Hæc ſunt,q̃ hic habere debetis,cuius- mõ & ipſe ꝓ vobis habuit. Nec eſt,ingt diſ Luc.6 cipulus maior magiſtro ſuo nec ſeruus melior dño ſuo. At vero cum vita præſens fuerit,diſcernet mirabiliter inter vos, qui hic vixiſtis in luctu, & inter eos qui hic vixerunt iuxta deſideria ſua, dñs noſter leſus Chriſtus. Qui vtinam det nobis ſpiritum ſuum, quo doceamur & inducamur in omnem veritatem: ipſo nos conſolante, qui cum filio & cum patre eſt vnus Deus benedictus in ſecula, Amen.

IN SANCTISSIMA SOLENNITATE PENtecoſtes lectio loco Epiſtolæ Actorum I.

VIII

VM complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Et factus eſt repente de cœlo ſonus,tanquam aduenientis ſpiritus vehemẽtis,& repleuit totam domum,vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpertitę linguæ,tanquam ignis, ſe ditque ſuper ſingulos eorum. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto,& cœperunt loqui variis liguis,prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Hieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione,quæ ſub cœlo eſt. Facta autem hac voce conuenit multitudo,& mente confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Stupebant aũt oẽs & mirabant,adinuicem dicentes: Nõne ecce omnes iſti,qui loquũtur, Galilæi ſunt? Et quõ nos audiuimus vnuſquiſque linguam noſtram, in qua nati ſumus? Parthi,& Mœdi,& Elamitæ,& q̃ habitãt Meſopotamiã,Iudæã & Cappadociam,Põtum,& Aſiam,Phrygiam,& Pamphyliam,Ægyptum & partes Lybię, quæ eſt circa Cyrenen,& aduenæ Romani: Iudæi quoq; & Proſelyti, Cretes,& Arabes,audiuimus eos loquẽtes noſtris linguis magnalia Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM

A

IN veteri lege olim: ſolennitas Pẽtecoſtes quinquageſimo die poſt Paſcha ſeruabat, hoc eſt, poſt Phaſe ĩmolatũ,mõ, & more Iudæoꝝ. Illi em Paſcha ſeu Phaſe comedebant q̃nta feria ad veſperã,& inde quinquageſimo die, q̃ itẽ ad feriã q̃ntã cadebat, ſeruabãt Pentecoſtẽ ſeptẽ diebus, q̃ legis diuinæ dationẽ ſuſceptionẽq; rememorabãt. Tũc em à dño Moſes dei digito cõſcriptã accepit legẽ in tabulis lapideis. Nos vero Chriſtiani, q̃ ppter dñicam reſurrectionẽ Paſcha in dñica ſeruamus, q̃nq̃geſimo poſt hũc die ſeruamus q̃q; Pẽtecoſtẽ miſſionẽ ſpiritus ſancti recolẽtes, quẽ Apoſt. hoc die & alij multi credẽtiũ receperunt, q̃ legẽ

Exo.13.23 Deut.16 Leuit.23 Num.9

pẽtecoſtes qualis ſit lege ſolennitas.

Exod.31

legem gratiæ Euangelicæ ac charitatis electis ſuis ſcribit in tabulis cordis carnalibus. Itaque dum complerentur,hoc eſt dum agerentur dies Pentecoſtes, ſeu cum adhuc durarent,erant omnes diſcipuli in eodem loco. A die nanque dominicæ aſcẽſionis in cœlum,reſidebant Apoſtoli diſcipuliq; in loco illo ſimul,vbi cœnam dominicam fecerant, vbiq; Chriſtus à mortuis reſurgens apparuerat,oſtendẽs eis manus & latus. Præceperat enim illis dominus aſcenſurus in cœlum, vt ſederent in ciuitate expectantes quouſq; virtute induerentur exalto. Erant fœminæ inter eos Deo deuotæ,quæ Chriſtum olim ſecutæ fuerant prædicantem,inter quas beatiſſima virgo Maria Ieſu mater,vt ſol ſplendens inter aſtra,rutilabat. Illis itaq; in oratione ſedentibus ſeu quieſcentibus, factus eſt ſubito ſonus quidam de cœlo,tanquam aduenientis ſpiritus vehementis,hoc eſt, non aliter quam ſi ventus audiretur impetuoſus cum grandi tonitru & vehemens, & reple uit ſonus ille totam domum,vbi Apoſtoli reſidebant. Apoſtolis autem & his qui ſimul aderant, qui ſimul centum & viginti fere numero erant apparuerunt linguæ ignææ multifariam diuiſæ, ſeditq; ſpiritus ille ſanctus ac vehemens,qui in his exterioribus ſignis in diſcipulos miſſus ac inuiſibilis aduenerat,ſupra ſingulos eorũ: ſignificans per externam apparitionẽ & quietẽ, quam ſuauiter cordibus eorum illapſus inſideret,quemadmodum olim in Chriſtũ in ſpecie columbæ deſcendit, ſeditq; ſuper eum. Neque enim erant hæc ſigna externa ſpiritus ſanctus,ſed ſub his ſignis viſibilibus inuiſibilis inuiſibiliter illabebatur. Addunturautem hæc viſibilia ſigna, quibus ſpiritus ſancti prædicantiumq; proprietates ſignificentur,puta vt Apoſtoli ſignificarentur legem igneam,id eſt, charitate ardentem,igneo corde, ac feruente ſpiritu, linguis quoque Dei amore ignitis ad accẽdendos alios prædicare. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto. Non dubium eſt ante quoque hanc horam plenos fuiſſe ſpiritu ſancto Apoſtolos. Quapropter intelligendus eſt ſpiritus ſanctus non modo cœpiſſe Apoſtoloꝝ credẽtiumq; fieri inhabitator,nec ſua dona nũc inchoaſſe, ſed multiplicaſſe auxiſſe atq; cumulaſſe. Impleti q̃ppe ſpiritu ſancto cœperũt loq̃ variis linguis,& oĩm gentiũ idiomata pferre intelligereq; quõ illos non docuerat ars, aut vſus, aut ſtudiũ, ſed quõ ſpiritus ſanctus dabat eloq illis. Habitabãt aũt tũc in Hieruſalẽ viri nõnulli religioſi,hoc eſt, pij ac Deo deuoti. Iudæoꝝ em multi ex oĩ pene natiõe q̃ ſub cœlo eſt, q̃ olim ex Iſrael & Iuda in captiuitatẽ abducti fuerãt, & in Aſſyrios,in Medos,in Chaldæam, in Aegyptum,in alias quoque nationes translati. Hi autem nonnulli ſaltem ex ipſorum poſteritate nati redierunt Hieruſalẽ, regis Perſarũ Cyri facultate ſibi redeũdi accepta, vbi veri Dei erat tãplũ accultus & ꝓ deuotione ibi habitauerũt. Facta aũt hac voce, vel Apoſtoloꝝ loquẽtiũ varijs linguis mirabiliter reſonãte: aut facta hac voce, hoc eſt,ſono ſpiritus vehemẽtis, q̃ circa tẽplũ audiebat,cõuenit multitudo vndiq; accurrens,& mẽte turbata eſt, ac admirãs in ſtuporẽ verſa,qm̃ audiebat vnusq̃ſq; lingua ſua illos loquentes. Apoſtoli em̃ vna Hebręa(quãuis oĩm callerent donãte ſpiritu ſancto linguas(loquebant: quæ tñ in ſingulorũ auribus iuxta modũ patrij ſui idiomatis ſonabat. Vno itaq; Apoſtolo loquẽte liguã Hebræã,putabãt ſinguli illos ſua ꝓpria lingua loq̃,ga ita ſuis hæc auribus in ſonabat vt ꝓpria. Stupebant aũt oẽs & mirabant colloquẽtes: Nõne oẽs hi q̃ colloquunt,puta Apoſtoli,Galilęi ſunt? Et quõ illis loquentibus audimus vnuſq̃ſq; linguam noſtram in qua nati ſumus? Videlicet Parthi & Mœdi & Elamitæ, ex regione Elam ſic dicti. Et qui habitant Meſopotamiam,Iudæam,qui ſcilicet de tribu erãt Iudæ aut Beniamin. Cappadociam,Pontũ & Aſiam,Aegyptũ & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenen,& aduenæ Romani, Iudæi quoque ſic nati,& Proſelyti, id eſt,ex alia natione,hoc eſt,ex Gentibus ad Iudaiſmum conuerſi. Cretes quoque & Arabes,audiuimus eos loquentes noſtris linguis magna ac mira opera Dei,puta Chriſti reſurrectionem glorioſamque aſcenſionem. Circa harum autem Gentium nationumque aut diſtinctiones,aut ſitus terrarum præter nomina hic prætereundum iudicaui, quia nulla inde vobis ſequitur vtilitas,tametſi vos docerem quæ hæc illa vere regio foret. Nam cum omnia audiſſetis, nihil audiſſetis,nihil quod ædificaret, reciperetis. Hoc igitur ſatis ſit dictum, quo totum intelligatis, nempe ex omnibus,hoc eſt,ex valde multis variaꝝ linguarum

Ioan.20 Luc.24

Matth.28 Lucæ 24

Actor.1

Matth.3 Mar.1 Lucæ 3 Ioan 1 ſpiritus ſanctꝰ cu apparuerit, Apoſtolis in liguis igneis & alijs ſignis.

B

Esther 3. para. 36 1.Eſd.1

Idiomate quonam Apoſtoli loquebantur.

rum nationibus viros ibi adfuiſſe, qui dū Apoſtolos audirent, ſuis illos, hoc eſt, auditorum linguis quas intelligebant, putabant locutos fuiſſe, putave Parthi Parthicam, Mœdi linguam Mœdorum, Meſopotami illius populi ſe audire putarent linguam. Quod quomodo fieret, ignorantes ſtupebant.

EXEGESIS EVANGELII in ſolennitate Penthecoſtes, Ioannis IIII.

C Ioan. 14

IN vltima cœna quā cum diſcipulis ſuis dominus ſeruauit, cum diceret hæc verba: Adhuc modicū, & mundus me non videt: vos aūt videtis me (loquebaſ aūt de viſione fidei, & cognitione diuinorum) qa egò viuo & vos viuitis, vita ſcilicet gratiæ & ſupernaturali, quæ vita mundo, id eſt, amatoribus & filijs huius mūdi deeſt, nec inuenitur ab eis. In illo die (inquit) vos cognoſcetis, quia ego ſum in patre meo, & Lucæ 14 vos in me & ego in vobis. Hoc erat futurꝫ poſt receptionem ſpiritus ſancti, cuius virtute induti, tantaqꝫ plenitudine charitatis confirmati fuerunt Chriſtoqꝫ vniti, vt ab eodē haudquaquā poterāt excidere. Tunc em̄ cognouerunt Chriſtum, qa eiuſdem, vt ante dixi, poteſtatis eſſet cū patre, & ſemper ſecum maneret. Vbi, inquis, aut vnde Vbi Apoſtoli cognouerint Chriſtum glorificatum. eum cognouerunt? Inde certe, quod cōtinuam eius ſentirent auxiliorum præſentiam, viderent ſuos inimicos reprimi, ſe florere ſignis & virtutibus, audenterqꝫ Chriſto teſtimonium ferre, per ſuam prædicationem indies plures ad Chriſtū conuertere, & inter nullas moleſtias ſeſe contriſtari, Hæc certiſſima diuinæ præſentiæ erant Ioan. 14 indicia. Hæc verba audiens Iudas, non ille Iſchariotes, ſed Chriſti cōſobrinus ex humilitate admiratus cauſam, q̄re diſcipulis tm̄ ſuis ſe dñs eſſet manifeſtaturus, nō mūdo, dñm interrogauit, dicens: Dñe, quid factum, eſt. id eſt, quæ eſt cauſa, quia manifeſtaturus es teipſum nobis, & non mundo? Chriſtus autē cauſam dicturus huius manifeſtationis, quare diſcipuli diſcernantur à mundo, infert quod ſequitur Euangeliū

Si quis diligit me, ſermonē meum ſeruabit, & pater meus diliget eum.

Vt ante dixi, cum Iudas Thadæus quare mundo ſe non eſſet manifeſtaturus, ſed Apoſtolis tantum (quamuis non vt Iudas putabat, de Apoſtolis tantū Ieſus lqueret, ſed de omnibus in ſe credentibus) reſpondit dilectionem eſſe cauſam, vt ſequētia indicant verba, quam mundus non habens, Chriſtū videre nō poteſt, Dicit igitur: Si quis diligit me, ſermonē meū ſeruabit. Si quis diligit me dilectione ſupernaturali & infuſa, quæ eſt charitas, ſermonem meū, id eſt, Euangelicam eruditionem retinebit memoria, vt ſciat, velit, implereque ſtudeat voluntatem meam. Qui enim alium diligit, voluntatem ſuam illius conformat voluntati. Propterea paulo ante hæc verba præſentis Euangeliꝫ dixit: Qui habet mādata mea & ſeruat ea, hic eſt qui diligit me. Ioan. 14

Vide quam aperte loquiſ Chriſtus contra hæreticos, qui bona opera damnāt aut nullius eſſe momenti phibent, cū dicat eū, qui ſua ſeruauerit mandata, eſſe qui diligit ſe. Seruare autem mādata Dei, quære, opera ne ſint bona? Si bona, ergo ſunt neceſſaria. Omni igiſ vigilantia Dei ſunt mā data obſeruanda. Scriptū nanqꝫ eſt: Serua mandata Dei & legem quaſi pupillā oculi tui. Non igiſ diligamus lingua, ſed opere & veritate. Et pater meus diliget eum. Quē diligit filius, diligit & pater & ſpiritus ſanctus. Et qui diligit vnam in trinitate perſonam, totam diligit beatiſſimam Trinitatē. De dilectione autem hic Chriſtus loquitur prædeſtinatorum, quos omni tempore & ſemper diligit deus, etiam dum in peccatis ſunt (vult enim eis bona tam gratiæ quam gloriæ) ſecundū prædeſtinationis intuitum: quando autem conuertuntur & ipſum quoque diligunt, diligit eos, impendens eis dilectionis beneficia atque effectum.

Et ad eum veniemus, & manſionē apud eum faciemus.

Ad nos diuinæ perſonæ veniunt, cum nouum in nobis operanī gratię gratum facientis effectum. Veniunt ad nos, vt verbis vtar Auguſtini, ſubueniēdo: venimus nos ad illas obediendo. Veniunt illuminando venimus nos intuendo. Veniunt impellēdo, venimus nos cupiendo. Obſerua quod licet pater & filius tantum nominetur, nō tamen excluditur hic ſpiritus ſanctus, tametſi, vt dixi, nulla ipſius hic mentio fiat, quia

Pater & filius qui nos vt ant. Auguſt.

quia nominato patre & filio, neceſſe eſt etiam intelligi ſpiritum ſanctum. Et mā ſionem apud eū faciemus, id eſt, morabimur ac manebimus apud illum. Neqꝫ em̄ apud omnes manet, ad quoſcunqꝫ venerit Deus. Nam vt beatus Gregorius ait, in q̄rundam cordibus venit, & manſionem nō facit, quia per compunctionem quidem reſpectum Dei percipiunt, ſed tentationis tempore hoc ipſum quod compuncti fuerant, obliuiſcuntur: ficque ad perpetranda peccata redeunt, ac ſi hæc minime planxiſſent. Ille autem vere amat, cuius mentem delectatio praua ex conſenſu non ſuperat. Gregorius

E

Aduertendum tamen hic eſt, quia ad eum qui diligit Deum & Chriſti ſermones ſeruat, dicitur Deus venire, hoc nō intelligi debere de primo aduentu Dei, quo ex peccatore iuſtificatur homo, quia hoc modo non venit ad diligentes. Nemo em̄ ad Deum nondum conuerſus Deum diligit. Primus ergo eius aduentus, quo impium & peccatorem ad vitam ſuſcitat, non eſt venire ad diligentes, ſed ad non diligentes. Nemo enim prior diligit Deum, imo nemo poteſt diligere Deum (quod eſt iuſtificari) niſi prius in eius mentē tota Trinitas venerit. Non ergo ad eum venit aut diligit, qui ſuos ſermones ſeruat, primo ſcil icet aduētu, quo peccator emin gratiā recipit, quia illo venit aduentu in hominē, antequam diligit homo, & ſuo aduentu facit vt diligat homo: ſed quando dicit: Ad eum veniemus, hoc eſt intelligēdum de eo in quem iam ante venit, in quo iam eſt, quē etiam fecit vt diligeret: in illum, propterea quia iam diligit, cum patre veniet, & manſionem faciet, hoc eſt, diligentem ſe potioribus bonis cumulabit. Sic ſpiritus ſanctus hodie in diſcipulos veniſſe dicitur, in quibus ante fuit, propter plurium donoꝝ cumulationem, quibus ante prædiți non fuerant, & nunc illis implebantur. Deus vti primo ad mentem hominis veniat.

Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris.

Sermonem Chriſti ſeruare, eſt illum diligere, reuereri, meditari, non in memoria tantum tenere, ſed vita ac moribus hunc exprimere: puta vt in tua vita, vt in opere tuo ac veritate, atque adeo vt re ipſa oſtendas, quam profunde in cor tuum Dei intra Sermonē Chriſti ſeruare qd ſit.

ucerit ſermo, quamque menti tuæ ille tenaciter hæreat. Lutherani Dei ſermonem probe ſeruant, vt diſputent, vt citent in p̄dicatione, ſed in vita eorum ac opere ſermo Dei longe eſt ab eis. Nihil enim in eis ibi eſt Euangelicum. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus, id eſt, non eſt à me ſecundum id, quod homo ſum: ſed eius qui miſit me patris, hoc eſt, illum à patre meo naſcendo accipi. Oſtendit ſatis hic probationem dilectionis exhibitionem eſſe operum. Nam vt Gregorius ait: Vnuſquiſque veſtrum ſi requiratur an diligat Deum tota fiducia & ſecura mente dicit: Diligo. In ipſo autem lectionis exordio audiſtis, quid veritas dixit: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio eſt operis. Nā & Ioannes in epiſtola ſua dicit: Qui dicit, 1. Ioan. 2 quia diligo Deum, & mandata eius nō cuſtodit, mendax eſt. Amor enim Dei nunquam eſt ocioſus, vt Gregorius ait: Opera tur enim magna ſi eſt. Quod ſi operari renuit, amor non eſt. Gregor. Probatio dilectiōis vt ſit exhibitio operis Gregorius

F

Hæc locutus ſum vobis, apud vos manens. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet parer in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.

Hæc, inquit, quæ hactenus docui vos, locutus ſum vobiſcum corporaliter atque viſibiliter vobiſcum manens. Nā quod ſupra dixit: Ad eum veniemus, & manſionē apud eum faciemus, non de corporali & externa, ſed interna & ſpirituali manſione intelligitur. Hæc locutus ſum vobiſcum manens, quorum nunc plenam non poteſtis omnium accipere cognitionem, quia adhoc minime eſtis idonei: expedit ꝓpterea vobis vt hinc recedam, & paracletum vobis mittam. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, ſcilicet quæ vobis ad ſalutem ſunt neceſſaria, & ea quæ docendis per vos ſunt neceſſaria. Et quæcunque dixero, id eſt, quæcunque à vobis fieri poſtulauero, quæ vel modo dico vel dixi, & tempore opportuno vt ita faciatis, poſtulauero, ſuggeret, id eſt, ad memoriam reducet vobis. Niſi enim intus ſit qui doceat, fruſtra admouetur doctor, qui inſtruat foris. Spiritus ſanctus quæ nam doceat.

Pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis. Nõ quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ neque formidet.

G

Pacem relinquo vobis, id est vnionem & tranquillitatem animorũ. Pacem meam do vobis, id est, dabo vobis. Loquitur enim de pace beatorũ, quę iam erat in Christo, cuiusmodi nemo alius hanc pacem habuit viuens super terram. Aut ita: Pacẽ relinquo vobis cordis abiturus ad patrem, pacem meam quam ego iam habeo nec vnquam amitto, do, id est, dabo vobis, vos adducturus ad patrẽ. Quod vt intelligerent, addit: Non quomodo mundus dat, ego do vobis, hoc est, non carnalem pacẽ, quæ est nullam sentire molestiam, do vobis, sed meam pacem, quæ est ex nulla temporali molestia perturbari. Illam autẽ pacem cœlestem, quæ est nihil discordiæ in anima sentire, omnia quæ in nobis sunt, perfecte subdi Deo, plene impleri Deo, plene absorberi Deo, ad nihilq; aliud extra illum moueri, in futura patria habebimus. Porro in hac vita pax pectoris est quædam tranquillitas ordinis, vt caro subiecta sit spiritui, sensualitas rationi, & ratio Deo. Idcirco anima quæ ab ægritudine passionum non est libera, non habet tranquillitatem pacis: sed de pace plus aut minus habet, quanto se didicerit mortificare ac vincere. Nõ turbetur cor vestrum neque formidet à perturbationibus mundi, aduersitatibusque vobis occurrentibus.

pax mundi quæ sit

Pax cœlestis quæ.

Pax pectoris quę sit

Audistis, quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem, qa pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis.

Audistis ex me ante hac sæpius, quia vado & venio: abiens quidem hinc, nec tamẽ vos relinquens. Vado igitur per passionẽ à vobis ex hoc mundo, vt non appearem vobis deinceps in hac mortali ac visibili specie: & venio ad vos. Non ita tamen vado, vt vos relinquam omnino, & visitatione mea vos destituam, sed inuisam vos sæpius. Si diligeretis me amore veræ amicitiæ, perfecto & spirituali, gauderetis vtique id est, gratularemini mihi propter glorificationem corporis mei, quia vado ad patrem, vnde iuxta humanitatem nouo modo gaudebo per ascensionem & sessionem meam ad dextram patris: quia pater maior me est, non quatenus diuinitatem, sed quãtum humanitatem meam attinet. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, quod mihi futurum scio in passione & resurrectione: vt cum factum fuerit, credatis. Non ea tantum quæ videtis, credatis facta, sed p hęc q̃ prædixi vobis futura, & postea videbitis impleta, credatis me veracem, Christum & Dei filium.

Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps huius mundi & in me non habet quicquam.

Estis tristes, estis perturbati, & propterea inepti ad retinendum: idcirco iam non multa loquar vobiscum: tempus enim non finit vt diu loquar. Siquidem non lõge abest vt rapiar à vobis ad mortem. Venit enim princeps mundi huius, non creator aut factor, sed hominum mundanorũ ac prauorum dominator, instigator & rector. Ipse enim, quomodo scriptũ est, rex est super omnes filios superbiæ. Venerat autem diabolus, Christo hoc loquente, ad cor Iudæ, vt traderet Christum, ad Iudæos quoque vt illum occiderent, Volunt quoque nonnulli Christum vbi in deserto tentatus vicit diabolum, etiam postea non vsque quaque caruisse tentatione diaboli, quin postea quoque an Christus foret, diabolus illum tentauerit, præsertim cum de illo scriptum legatur: Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab eo ad tẽpus, Sed in me non habet quicquam, vtpote peccatum nullum in me inueniens. Non ergo moriar propter peccatum, cui debet mors, nec quasi ex debito mortis.

H

Princeps huius mũdi vtq; ad hanc diem

Iob. 41 Luc. 11. Ioan. 13 Mat. 4

Luce. 4

Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem. Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Non, inquam, moriar, vt qui sententiã in se habet mortis à Deo propter præuaricationem hominis latam. Nihil enim in me prorsus habet inimicus. Quapropter nemo etiam tollet animam meam, sed ego vltro ponam eam in mortem. Quare igitur morieris? Ideo ergo morear, & hoc inde sequetur, vt agnoscat mundus, quia diligo patrem: & hoc adeo vt ex eius dilectione, & pro eius voluntate meipsum dem in mortem, quo illi obediens inueniar. Hoc est, vt sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

Ioan. 10

Tria in hoc euangelio promitti necessaria omnibus.

I.

Obserua autem hic in præsenti Euangelio, tria potissimum promitti, quę Dei maxime desiderant serui. Primum est Dei amor, quem nobis promittit cum spiritũ promittit sanctũ, qui est amor patris & filij. Qui enim spiritum sanctum recipit quomodo non simul Dei recipiet amorẽ.

1

Ad spiritus sancti receptionem necessaria quæ

Vt vero spiritum sanctum recipiamus, primo necesse est, vt habitationem ei exhibeamus mundam ac sanctam. Quid enim faciemus minus Deo, quam quod homini solemus potenti facere? Magno enim aliquo ad nos veniente homine mortali, mundamus ante eius ingressum domum, & inde quicquid illum posset offendere, ejcimus, quicquid fœdum apparet, tegendo ornamus. Tergat igitur sordes praui operis, qui Deo præparat domum mentis. Sunt autem tria quæ odit spiritus sanctus, quę operæprecium est vt in nobis si spiritum sanctum desideramus, non inueniantur. Primum est duplicitas, dolus ac simulatio, quæ in vnum tendunt. Ibi enim deest veritas, vbi aliqua harum est pestium. Scriptum enim est: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Secundo, odit carnalitatem cum suis omnibus obscœnitatibus. Non enim nisi mundiciam flagitat. Et propterea sequitur: Et auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Si à cogitationibus recedit ociosis, quomodo habitabat cum immundis? Mundũ igitur & sanctum ei faciamus locum oportet. Tertium est quod detestatur, peccatũ, sicut scriptum est: In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subito peccatis. Et iterum: Spiritus sanctus corripietur, id est, expelletur à superueniente iniquitate. Secundo, ad spiritus sancti receptionem necessaria est, profundissima humiliatio. Hac enim sola honoratur. Vnde scriptum est: Magna potẽtia Dei solius & ab humilibus honoratur. Et alibi: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietũ, & trementem sermones meos? Quamobrem nõ incõgrue Psalmista dicit: Qui emittis fontes in conuallibus, hoc est, fluenta gratiarum in cordibus emitis humilium. Inde etiam hoc intelligitur: Spiritus domini ferebatur sup aq̃s. i. sup corda mollia ac mã sueta. Cõtra vero principi huius mũdi diabolo antiq̃ serpẽti dictũ est: Sup terrã gradieris. i. in hoibus terrenis atq; rebus caducis tantum deditis requiescens, qui cibi tui erunt, quia terram comedes. Superbos quoq; inhabitat quam libenter, quandoquidem rex est sup omnes filios superbię. Idcirco vocat à Paulo princeps aeris huius. Omnes enim supbi nihil sunt, sed tantum vt vter vẽto ac aere inflati sunt. Tertio ad receptionẽ spiritus sancti necessaria est pax & tranquillitas mentis. Siquidem in pace factus est locus eius. Secundũ quod Dei seruis desideratum hic promittit, est q̃ Dei amor in illis maneat, quum dicit: Et mansionem apud eum faciemus. Quæris fortasse, quõ Dei seruabis amorem? Vide quomodo ignis naturalis seruatur, ne extinguatur, pari modo tibi ignem spiritus sancti conseruari necesse est. Nam ignis materialis primo conseruatur absconditus atque obuolutus cinere. Hoc modo amor Dei, seu ignis spiritus sancti, mortis memoria & cõpunctionis exercitijs est abscõdẽdus. Decet enim amãtẽ feruido amore interdum redire ad sui cognitionem ad meditandam suæ conditionis vilitatẽ, ingratitudinem & mortalitatem: quo alio iterum tempore in sublime feruentiores amoris flammas emittat. Secundo, seruatur & nutritur per lignorum appositionẽ. Hoc modo Dei amor in nobis nutritur p bonorũ operũ multiplicationem. Hęc em opera bona dico, quæ ex charitate generãtur, quæ amoris diuini flamma accendit. Quæ quanto sunt frequentata & plura tãto Dei amor magis ignescit. Tertio ignis seruatur excitatur, renouaturq; per flatũ. Pari modo ignis, i. feruor diuini amoris duobus modis sufflatur, atq; ad maiorem incendij viri excitatur. Primo per desideria sancta. Desideria enim sancta atq; continua nihil aliud sunt amori, quã follis igni. Vnde Ecclesiastes: Si sufflaueris, quasi ignis ardebit. Secundo, inflammatur hic ignis, crescitq; per Christi insufflationem, hoc est per copiosiorem collationem amoris sui. De hac insufflatione legimus in die Paschæ, quod foribus clausis ad discipulos intrauerit, atque eis insufflauerit, & dixerit: Accipite spiritum sanctum. Tertium est quod Dei serui vehementer desiderant, scire scilicet, an Dei habeant amorem, hoc est, an sint in Dei gratia, aut statu salutis. Quod cum nemini scire possibile sit, sed absconditum cũctis atque incertũ, hic tamen signum dat, quo facilior fieri,

Iob 41 Ephe. 2

III. Psal. 75

K

Amor Dei quõ conseruandus sit

Eccle. 22

Opera quanam dicenda sint bona.

Ioan. 20

L

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

II. Eccl. 3

Esaiæ 66

psal. 103

Gen. 1

Gen. 3

Sapien. 1

Gregor. Tria quæ odit spiritus sanctus

poteſt coniectura, maiorque ſpes haberi, Dei nos habere amorem, ſi hoc in nobis inuenerimus ſignũ. Dicit enim dominus: Ioan.14 Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Quod ſi nuſquiſq; in ſe an inueniat, diſcutiat ſe. Quia ſi non inuenerit, certus poteſt eſſe ſe Dei non habere amorem, quamuis incertus maneat, tametſi inuenerit, cõſolationem tamen ſpei hanc habet, ſe eſſe in Dei amore. Sunt tamen alia quoque ſigna præſentiæ ſpiritus ſancti, ſi recolere volumus, quibus ſpeciebus ſuper Chriſtũ apparuerit ſpiritus ſanctus. Prima eſt ſpecies nubis lucidæ, in qua ſpiritus ſanctus ſe manifeſtauit ſuper Ieſum in eius transfiguratione. Nubes autem in ſe continet aquæ guttas ſtillantes. Quo ſignificatur cõpunctio, lachrymarumque vel pro peccatis, vel ex amore Dei profluuium & diſtillatio. Secunda eſt ſpecies columbæ ſuper Chriſto baptizato, in qua ſpiritus ſanctus apparuit: qua ſignificatur innocentia ac ſimplicitas, dolo ac felle carens, viuentis in iuſtitia, æquitate ac charitate ad omnes homines. Tertia eſt ſpecies ignis, in qua hodie ſuper diſcipulos apparuit. Qua ſignificatur feruida ſupernorum appetitio (ignis enim ſemper tendit ſurſum) quæ in homine eſſe non poteſt, niſi ſimul ibi quoq; ſit temporalium mundanorumque rerum contemptus. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſua nos gratia viſitet, nobiſcum maneat, noſque in ſua charitate non ſolum roboret, ſed & confirmet. Qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula, Amen.

Tres ſpecies in quibus apparuit ſpiritus ſanctꝰ myſticeqd

I. Matt.17 Mar.9 Luc.9

II. Mat.3 Mar.1 Ioan 1

III. Acto.2

SERMO DE EADEM DOminica. Cuiuſmodi debet eſſe præparatio, cuiuſmodi hoſpitium quod dignetur ſpiritus ſanctus.

MAccipietis virtutẽ ſpiritus ſancti ſupuenientis ih vos. Acto. 1. Sublimia atq; acuta de ſpiritu ſancto inueſtigare aut loq vobis quidem (vt reor) generaret audiẽdi faſtidium, mcum vero etiam excederet ingenium. Hoc magis noſtri debet eſſe ſtudij, ſpiritum ſanctum recipere, quam ſubtiliter de eo diſputare. Ad q̃d cum etiã nõ fuerit neceſſario noſtra impendenda inſtructio, non inutiliter tamen ſit exhortatio, Itaque non docentis, ſed cohortantis partes acturi, auſcultemus quid nobis promittatur. Accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientis in vos. Promiſſum ſpiritum ſanctum chariſſimi, in diſcipulorum corda hodie dominus inſudit. Et quod olim diſcipulis, hoc quotidie vſque ad cõſummationem ſeculi facit credentibus. Proinde, quiſquis ſanctum deſiderat ſpiritum, mundet & paret ei habitaculum: quandoquidem nihil ſic amat ſpiritus mũdus atque cor mundum: cuius delitiæ ſunt eſſe cum filijs hominum. Expellat omne peccatum, & quicquid illi nouerit diſplicere & abijciat. Colligat animi ſui vires omnes, & cogitationes curaſque rerum mundanarum, præſertim inutilium abigat, purificet affectus, & ſe quanto potuerit ſtudio, gratum domino hoſpitium exhibere contendat. Poteſt autem digne paratio nis ſimilitudo accipi ab his, quæ videmus circa terreni alicuius hoſpitis magni ſuſceptionem fieri, qui quanto eſt potentior, quanto nobilior, quanto dignior, tanto maiori cura, tantoque nobilius, mundius, ac ſpecioſius ei paratur hoſpitium. Placet domino terreno, illucque libenter diuertit vbi eius aduentus vehementer deſideratur vbi inuitatur crebrius, vbi acceſſus ipſius vigilanter obſeruatur, vbi occurrentibus multis paſſim hilariter excipitur, vbi denique monitis eius obtemperatur: & poſtremo vbi in pace, tranquillitate ac reuerentia magna ſuſceptus colitur. Expedit tibi o anima, quæ ſponſa vis eſſe Dei, vt talẽ ſpõſum hoſpitem ad te venientem digne ſuſcipias, eius aduentum feruentibus ſuſpirijs deſideres, crebris nuncijs inuites, domus tuæ familiam probe inſtituas, quæ cuncta boni hoſpitij iura obſeruet, ne quod tanti hoſpitis oculos quæat offendere, intra te reperiatur. Principio tibi neceſſarium eſt, vt hoſpitem hunc ardenter deſideres. Huius deſiderij manifeſtandi gratię, aut potius exercendi duos mittas nuncios, ſcilicet humilitatem, hoc eſt, propriæ vtilitatis cognitionem, & orationem ad eum inuitandum. Porro ad cordis tui portam duos conſtituas cuſtodes, qui hoſpitis huius aduentum obſeruent atque aduigilent, vt præter ipſum alium admittant neminem. Hi ſunt circumſpectio vigilans, & diſcretio prudens. Hi cuſtodiant cor tuum, ne intret quem hoſpes ille nolit, ne appareat ibi q̃d hoſpes, id eſt, ſpiritus ſanctus auerſatur,

Acto.1 Acto.2

Spiritus ſanctꝰ qd in nobis potiſſimũ amet.

prou.8

Spiritus ſanctꝰ id uetũ diſcernis qui ſeſe præparet.

N Hoſpicium nam ſpiritui ſancto paretur.

Cuſtodiẽ duo ad cordis portã ponẽdi, ſi fint.

ſatur, ne etiam rurſus quod diligit ille, excludatur. Siquidem neminem vult ille de familia ſua, hoc eſt, de virtutibus, bonis inſpirationibus, & donis ſuis excludi, neminem de hoſtium, id eſt, carnis, mũdi ac diaboli partibus admitti. Vtrobiq; ſi negligẽtia admiſſa fuerit, aut non veniet, aut longius, ſi præſto fuerit, recedat. Legimus Iſboſeth filium Saulis interfectum, propterea quod ad portam regis ſuæ ancillã conſtituerit oſtiariam, quæ ſomno oppreſſa, locum dedit hoſtibus latrunculis domum latenter introcundi, & regem interficiendi. Sic enim legitur: Venientes filij Remmon Berotthitæ, Rechab & Baana ingreſſi ſunt feruente die domum Iſboſeth, qui dormiebat ſuper ſtatum ſuum meridie & oſtiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingreſſi ſunt autem domum latenter, aſſumentes ſpicas tritici, & percuſſerunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Quod gloſſa myſtice exponens: Oſtiaria inquit, triticum purgat, cum mentis cuſtodia diſcernendo virtutes à vitijs ſeparat: quæ ſi dormierit, in mortem domini proprij inſidiatores admittit, quia ſi diſcretionis ſollicitudo ceſſauerit, ad interficiẽdum animum malignis ſpiritibus iter pandit. Qui ingreſſi ſpicas, tollunt, quia bonarum cogitationum germina auferunt, atque in inguine feriunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine enim ferire, eſt vitam mentis carnis delectatione perforare. Nõ enim Iſboſeth in opinata morte ſuccumberet, ſi non ad ingreſſum domus mulierem, id eſt, ad mentis aditum mollem cuſtodiam deputaſſet. Fortis enim vigilque ſenſus præponi cordis foribus debet, quem nec negligentiæ ſomnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat. Vnde bene Iſboſeth dicitur, qui cuſtode fœmina hoſtilibus gladijs nudatur. Iſboſeth enim vir confuſionis dicitur. Vir confuſionis eſt, qui fortimentis cuſtodia non eſt munitus, quia dũ virtutes ſe agere æſtimat, ſubintrantia vitia neſcientem necant. Tota ergo virtute muniendus eſt mentis aditus, ne eam hoſtes inuadant, & penetrent foramina neglectæ cogitationis. Hæc ibi. Vnde liquet quam neceſſarium ſit per ignauiam non dormitare, per negligentiam cordis cuſtodiam non deſerere, ſed velut ad portam vigilantem circunſpectionem & prudentem diſcretionem cuſtodes cordis ponere, quæ cogitationes, affectus, omneſq; inſtinctus diſcutiant, & quid à limine cordis propulſandam, quid introducendũ ſit diſcernant. Vigilandum eſt igitur omni tẽpore, quia & hoſpes ille qui pro ſua bonitate, pro ſuæ charitatis largitate aduenire dignatur, vel nõ inuitatus pulſat: vbi ſi neminem ſe intromittentem aut vigilantem inuenerit, recedit. Fratres, heu quam ſæpe hoc hoſpite pulſante ad noſtri cordis ianuam, nemo eſt qui aperiat, nemo inuenitur domi. Dormit ancilla oſtiaria, aut prorſus non eſt qui portam cuſtodiat conſtitutus. Patet liber omnibus in cordis hoſpitium introitus & exitus, Eam ob rem cui ſoli debuerat ſeruari hoſpitium, abſcedit, vtpote qui ſecretum diligit, nec tumultui ſe cogitationẽ admiſcet. Sponſus eſt animę & præ omnibus vult vnus amari, Eſt aliud præterea, quod ad hoſpitium bonũ pertinet, videlicet vt parata ſit ibi familia ad obſequendum hilariter hoſpiti noſtro de quo loquimur, & de quo canit Eccleſia dulcis hoſpes animæ, illi deuotio ſancta expectabunda occurrat, & ad amplectẽdum eius beneplacitum, omnimodis ſeſe paret. Obedientia quicquid gratum cognouerit exequatur, amor cum hoſpite familiare in eat colloquium, cuius preſentia vegetatur. Puritas affectionum & intentionum cordis, ſilentium & pacem, & quietem in vniuerſa domo conſtituant. Conſideratio reuerentiam, laus impendat gratiarum actionem. Hæc eſt o anima domus tuæ familia, quam ad cultum & obſequium ſponſi tui inſtituas. Interim conſiderandum quoque, quod quamuis multis & miris plerũque modis mentibus illabatur humanis ſpiritus ſanctus, qui in milia quidẽ & milia poſſent diſtingui, ſi poſſent etiam explicari: quippe cuius viſitationes adeo ſunt occultæ, vt ne à nobis quidem ſæpenumero poſſint agnoſci, tria tamen in Euangelio legimus circa aduentum ſpiritus ſancti ſigna viſibilia, quibus quomodo animam inuiſibiliter ingrediatur, ediſcimus. Legimus nanque ingentem ſonitum, hoc eſt, q̃ ſi quandam tremefactionem. Legimus item linguas igneas, legimus ſpeciem colũbæ, quibus ſuæ præſentiæ aduentum & operationem ſignificauit ſpiritus ſanctus.

Mar.13

Apoc.3

Oſtiaria triticum purgans & obdormiens myſtice quid

Iſboſeth quidinter preretur.

O Familia ſpiritualis qui ordinanda.

Signa tria viſibilia in quibus uenit ſpiritus ſanctus, quid myſtice p̃tendant.

Acto.2 Ibidem. Matt.3 Mar.1 Ioan.1

Itaque fratres quoties ſentimus tremorem & terrorem cordis ſuper peccatis no-

ſtris nondum emendatis,item ſup iuſtitia Dei tremenda & ineuitabili,ſuper inferni pœnis horribilibus,quoties,inquam,cor de concutimur,ſonitũ audimus, q̃ corda noſtra pulſat ſpiritus ſanctus: adſit tũc circũſpectio vigilãs,&intelligat: adſit diſcretio prudens,& pulſanti aperiat. Occurrat deuotio hilariter,paret ſe obedientia,&dicat: Domine,quid me vis facere? Paratum cor meum,paratum cor meum. Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas doce me. Doce me facere voluntatem tuã, quia Deus meus es tu. Hoc modo ad cor Pauli ſanctus ſpiritus accedens pulſauit, hunc ſonitum Paulus audiuit equo deiectus. Ita complures alij ſpiritum ſanctum hoſpitem acceperunt. Quapropter chariſſimi, quicquid aduerſi nobis occurrerit, quicquid corpus moleſtauerit, quicquid anguſtiauerit mentem, ſit infirmitas, ſit exilium, ſit captiuitas, ſit egeſtas, ſenectus aut alia quæuis calamitas, ſonus eſt magnus, nec parum ſaluber, quo corda noſtra pulſat ſpiritus ſanctus, deſiderans intromitti. Abſit nos ita dormire, vt ſpiritus ſancti aut nunciorum eius pulſum non audiamus. Abſit ita mũdi ebrios nos eſſe amore, vt qd pulſus ille inſinuet haud intelligamus, Abſit ita obſtinatos eſſe, vt contra pulſantem diuinam prouidentiam nos excitare cupientem, etiam aut murmuremus, aut recalcitremus. Altero modo venit ſpiritus ſanctus ad cordis noſtri hoſpitium pulſans per linguas igneas, vtpote per ſacræ lectionis aut prędicationis aut correptionis verba, illuminans mentẽ iuxta ac flammans. Hoc modo quam ſæpe corda hominum viſitet ſpiritus ſanctus, q̃ ſæpe animos mutet, ad eorum quæ auribus hauriuntur aut mente voluuntur, amorem & deſiderium inuitans, teſtantur omnes hiſtorię tum canonicæ, tum aliæ ſacrę, Verum quam graui plerumq; ſomno hoſpitij noſtri familia omnis dormitet, hinc liquet, quod non ſine grandi mœrore ac tœdio animi nonnunquum ſpiritualia audimus. Frigida enim tunc nobis eſt tam lectio quam aliena prædicatio, ac veluti fabula audit, qcquid contigerit audiri. Tertio, ad q̃rundam venit hoſpitium ſpiritus ſanctus in ſpecie, i. in ſimilitudine colũbę, emolliens eos beneficijs & proſperitatibus temporalibus, veluti blanditijs quibuſdã ad ſui amorem allicies, nihilq; felleum, nihil aſperum obijciẽs, ſed benignum ſe exhibens, & ſecum faciens omnia ſuauia ac tranquilla. Hoc modo per multi præuenti benedictionibus dulcedinis in innocentia perſtiterunt, multi etiam ex facinoroſis actibus ad correctiorem vitam ſanctimoniamque redierunt. Sic cuidam, vt legitur, Eccleſiaſtico non admodum laudatæ vitę teſſeris ludẽti, oblata fuit canonica ipſius electio ad Epiſcopatum. Qui ſemetipſum erubeſcens, & diuinam erga ſe bonitatem ſtupens, adeo eſt compunctus, adeo inalterum virum ilico mutatus, vt non ſine grandi cunctorum admiratione, qualẽ huius officij dignitas poſcebat, epiſcopũ integerrimum præſtaret. Alteri non minus lubrico dum inſinuaretur eius electio ad Epiſcopatum, adeo diuinam admiratus eſt bonitatem, adeo ſe conuertit ad Deum vt relicto mundo relictiſque omnibus, cœnobiticam aſſumerret religionem. Itaque chariſſimi emundemus hoſpitium ſpiritui ſancto dedicandum, vigilemus ad tanti hoſpitis aduentum. Pulſat caro et aperimus, pulſat mundus & vigiles occurrimus, pulſat & ingredi tentat inimicus & conſentimus, pulſat ſpiritus ſanctus, & defides ſumus? Vult ſe nobis donare Deus & diſſimulamus, imo contemnimus, quia viliſſima ei anteferimus, & immunda terrenaque plus amamus. Dixi iam quomodo triplici pulſat modo. Bonę eius inſpirationes ſunt pulſus ad oſtium cordis, quæ interdũ ſine exteriori euidẽti immutatione aut ſigno infunduntur, quomodo ſolo flatu, aut vt textus habet, inſufflatiõe Chriſti, ſuper diſcipulos legimus ſpiritum ſanctũ illis datum. Cæterum ſunt qui iam apparuerũt, q introduxerũt, q hoſpitem habent ſpiritum ſanctum ſecũ cœnantẽ. His magnopere curandũ eſt vt retineant, nõ aliud admittãt, cũ q̃ ipſe nihil habeat cõmercij. Sigdẽ ſimplex eſt, purus & ſanctus, ideo diſciplinæ effugit fictũ, auſert ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Deteſtatur mendacium, vtpote ſpiritus veritatis, diſcordiam non ſuſtinet, vtpote ſpiritus pacis, fugatur odio ſpiritus charitatis, exexpellatur quocunque mort ali peccato, vtpote ſpiritus ſynceritatis, & ſanctitatis. Qui, vtinam regat & dirigat nos, & ad gaudia perennitatis introducat, Amen.

IN

Apoc.3 Acto.9

psal.56.& 107 psal.27 psal.142 Acto.6

P II. Liguæ igneę quid myſtice

III. Colũbæ ſpecies vti inſinuet ſpiritũ ſanctum

Psal.10

Q ſpiritui ſancto vt aperiendi hoſpitiũ cordis

Ioan.16

Apoc.3

Spiritus ſanctus q̃ nam deteſtetur. Sapien.1

Ioan.14. 15.& 16

IN DOMINICA SVPER SANCTISSIMÆ Trinitatis, epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Romanos XI.

IX

O Altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtię Dei. Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi honor & gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

Sapien.9 Eſaiæ 4

1.Cor.2

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Rom.5.6 7.9.10.11.

MVlta ad Romanos Paulus ſcribens, tractauerat de fide, de gratia, de merito, de lege, de prædeſtinatione, vnde à curioſis multæ poſſent fieri quæſtiones, quare ſcilicet Iacob elegit, Eſau vero odio habuerit? Cur aliorum miſeretur, alios indurat, ſeu indurari ſinit. Alium hic corripit tanquam pater, aliũ impune ſinit peccare & perire. Deinde, quare primũ Iudæos, & poſtea Gẽtes elegerit, nouiſſime tandẽ iterum omne genus Iudæorũ ad ſe conuertet. Harum omnium ac ſimiliũ quęſtionum ne quis ſolutionem quærat, vna generali admiratione, tacens omnem aliam reſponſionem ſingularem, cuncta hæc ambigua abſoluit, & dicit: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientię Dei, quę abſq; iuſtitia & ratiõe æquanihil agit. Si enim vnus paſſer in terrã abſque Dei prouidentia non cadit, quomodo maiora atque humana reguntur abſq; ſapientia & prouidẽtia Dei? Hanc autem nobis ſcrutari, aut huius inuenire rationẽ nobis eſt impoſſibile. O igitur altitudo diuitiarũm ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, nunq̃ non iuſta, ſed tamen quomodo iuſtiſſima ſint & reuerenda, nos pro maxima parte latet. Et quam inueſtigabiles viæ eius quas ambulat? Nemo enim ſecretas illius iuſtitię regulas perſcrutari poteſt, nemo inuenire, nemo penetrare. Quis enim cognouit ſenſum domini? Nemo profecto, quia ſecretorum eius nemo conſcius eſt hominũ. Aut quis conſiliarius eius fuit Deum inſtruẽs? Aut quis prior dedit illi, qui per hoc meruerit, vt retribueretur ei? Nemo enim dare poteſt, quod non accepit. A quo autem accepimus omnia, aut cuius ſunt quæ habemus omnia, niſi Dei? Quoniam ex ipſo, id eſt, ex patre, & per ipſum, id eſt, per filium, & in ipſo, id eſt, in ſpiritu ſancto ſunt omnia. Aut, ex ipſo ſunt omnia, tanquã e creatore, per ipſum verbum, ſeu ſapientiam omnia ſunt, id eſt, gubernantur, in ipſa bonitate ſpiritus ſancti omnia conſeruantur. Ipſi gloria ſit. Cui ipſi ſit gloria? Ipſi ex quo omnia, & ipſi per quẽ omnia, & ipſi in quo omnia, vt idem intelligatur vnum, quoad ſubſtantiam, trinus autem diſtinguatur in perſonis.

Mala.1 Exodi 33

Matth.10

Eſaiæ 40

1.Cor.4

EIVSDEM DOMINICÆ SANCTISSIMÆ Trinitatis, epiſtola altera, iuxta quarundam ritum Eccleſiarum beati Pauli apoſtoli, ſecunda Corinthiorum decimotertio.

GAudete, perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite. Pacem habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti ſpiritus ſit cum oẽibus vobis, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

B Ioan.1

GAudete de gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vos vocauit poteſtatẽq; dedit filios Dei fieri. Gaudete quoq; de ſecura veſtra conſcientia, quæ vos non repræhendit, nec aliqd retinetis in ea mali, q̃d vobis placeat re-

Matth.5 positum. Perfecti estote, nõ vt nihil vobis adiici vltra possit in virtutibus incrementi (hoc enim modo Deus solus ẽ perfectus) sed vt perfecti sitis, quibus nihil ad salutem, & iustitiam defit, quod sit vobis necessarium. Exhortamini alius aliũ, quo promoueat fratrem suum vnusquisque ad melior a. Idem sapite, ne in vobis dissentiones
1.Cor.1 inueniantur, & schismata. Pacem habet inter vos, supportantes inuicem in charitate, pacemque habete cum domino Deo,
Ephe.4 ne ab eius voluntate dissentiatis. Quod si
2.Cor.13 feceritis, Deus pacis & dilectionis autor, atque largitor, erit vobiscum. Gratia domini nostri Iesu Christi, qua nobis gratis peccata nostra donauit. Charitas Dei, qui
Ioan.3 sic mundum dilexit, vt filium suum daret vnigenitum in mortem, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam: & communicatio sancti spiritus, qui tam patri in dilectione, quam filio in misericordia, & gratia nobis impartienda communicauit, cooperans nostram salutem, sit cum omnibus vobis. Hęc enim Trinitas salutis nostræ perfectio est. Charitas
Galat.4 nanque patris misit nobis filium suum, fi-
1 Petri 2 lius seipsum nobis tradidit in redemptionem & precium, auferens à nobis chirographum delicti, & sententiam mortis. Spiritus sanctus, vt hãc gratiam percipiamus, possideamusque salutis, sui communicatione facit.

EXEGESIS EVANGELII in dominica Sanctissimæ Trinitatis, Ioannis tertio.

C HOdie octauę sunt Pẽtecostes, quibus memoria adhuc recolitur munificentiæ, & donorũ spiritus sancti, quæ potissimum nobis in regeneratione nostra spirituali infunduntur, hoc est, in baptismo in quo renascimur, in fide, & in nomine sanctæ Trinitatis, cuius hodie solenne festum seruat Ecclesia, & Euangelio satis cõgruo vtitur, in quo memoria fit spiritus sancti, & regenerationis nostræ. In hoc Euangelio inuenitur Trinitatis personarum in diuinis assertio, sicut dixi. Siquidem pater significatur cum sua potentia, in hoc quod dicitur: Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Exprimitur

Trinitatis personarum in diuinis assertio.

filij persona cum sua sapientia, vbi dicitur: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Exprimitur spiritus sancti persona cum sua bonitate, vbi dicitur: Spiritus vbi vult spirat. Sic ergo dicit sanctus Ioannes:

Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.

Describitur nobis Pharisæus quidã ac princeps, legisque doctor, qui de secta erat Pharisęorum, Nicodemus nomine. Hic occultus erat discipulus domini, qui viderat Ioan.19 signa & miracula domini: vnde intellexit aliquid, quam in alio puro homine, plus esse in Christo. Non tamen palam audebat confiteri Christum, propter metum Iu- Ioan.12 dæorum, ne extra synagogam fieret. Erat enim illorum vnus, de quibus Euangelista Ioan.11 dicebat: Veruntamen ex principibus multi crediderunt in eum. Et ipse erat princeps non summus, sed de principibus vnus, puta rector, atque doctor Iudaicę plebis. Propterea mox sequitur: Princeps Iudæorum. Hic itaque excellentiam potestatis & sapientiæ mirabilem Iesu sentiens, desiderabat magis informari.

Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia venisti à Deo magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

D Nicodemus, inquit, nocte venit ad Iesum. Quare nocte? Ideo profecto, qa Iudęorum metuebat inuidiam, ac persequutionẽ, vt interdiu non auderet Christum accedere. Vel, qa doctor erat legis, erubescebat Nicodemi deuotio erga Christũ. palam à Christo discere. Hic Nicodemus fuit, q̃ fauore Christi locutus est ipm excusans, alijsq; principibus, dicens: Nunquid Ioan.7 lex nostra iudicat quenquam, nisi prius audiat illũ? Hic etiam Christũ sepeliuit: Itaq; Ioan.19 cum esset cum Christo, sic eum alloquitur: Rabbi, scimus quia à Deo venisti missus scilicet magister veritatis. Beatus quem non pecunia, sed sapientia & studium veritatis, facit magistrum. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo, id est, nisi Dei fuerit amicus, cui diuina virtus cooperetur, quemque orantem exaudiat. Miracula non semper testantur sanctitatem, alioqui nõ diceretur: Discedite à Luce 13 me operarij iniquitatis, his qui sunt Christo dicturi: Dñe nõne in nomine tuo pphe- Matth.7 tauimus, & in nomine tuo multa signa fecimus?

mus? testantur tamen veritatem doctrinæ. Nisi enim quis veritatis sit prædicator, ac doctor, Deus eius mendacio non attestabitur, nec illum miraculis glorificabit ad alios seducendos. Obserua quod Nicodemus confitetur Iesum amicum Dei, à Deo missum, sed nondum credit filium Dei. Vide tamen quam benigne dominus eum recipit, quomodo imperfectionem fidei eius non arguit, aut exprobrat, sed dissimulat. Verum ignorantiam cupiens erudire, miro modo p obscura verba eius ingenium, ac pietatem exercens erigit. Docuerat em ipse dominus lignum fumigãs non extinguendum, nec calamum quassatum confringendum. Videte etiam quod dominus non mox se confiteturDei filium, sed vbique se magis ostendit Dei filium virtute, quam sermone. Satis sibi videbatur astruere, quod nihil doceret, nihil ageret contrarium patri: quis autem esset, quidve posset, re ipsa loquebatur.

Nicodemi fidei imperfectio quanta.

Esaiæ 42

Ibidem.

Respondit Iesus & dixit ei: Amen amẽ dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

E Non ad ea verba quę ille loquebatur, Iesus respondit, sed ad eius animum, intentionemq; Nicodemi, qui propterea venerat, vt disceret à Christo, quomodo oporteret eum saluũ fieri. Ad hoc igitur dominus respondit: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, scilicet per spiritualem regenerationem, qua esse aliquid spirituale incipiat habere, ac deiforme, quomodo ex naturali, corporaliq; generatione olim esse recepit corporeum, ac naturale (Hoc autem esse spirituale recipimus in baptismate.) Non potest videre regnũ Dei, id est, scire secreta Ecclesiæ & diuinitatis. Verum de hac spirituali generatione nihil intelligens Nicodemus, disputare cœpit contra verba Christi. Non enim erat de numero illorum, qui audiẽtes verba Christi, nec intelligentes scandalizati sunt & abierunt: quia quod non intelligebat, vt intelligeret, apud magistrum veritatis instituit.

Marc. 6 Ioan. 6

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in vẽtrem matris suæ iterato introire & renasci?

Non intelligẽs Christum Nicodemus, putabat illum de carnali loqui generatione. Extra enim hanc nondum aliam didicerat. Ideo ad hæc verba Iesu expauescens quærit, dicẽs: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? De seipso loquitur interrogans, quia pro seipso tantum erat sollicitus, cum esset senex. Corporali enim regeneratione nec infans posset renasci. Nũquid potest homo in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Quasi diceret: Hoc tam absurdum, quam impossibile foret. Volens Iesus lucidius loqui & tollere obscuritatis verborum ambiguitatem, sermonem suum manifestius iterat.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Hic cuiusmodi natiuitatem loquatur, lucidius explicat, nempe eam quæ est spiritualis, ex aqua, quæ sola quidem & sine verbo nihil nisi corpus lauaret: verum accedente verbo, accedenteque spiritu sancto in baptismo, in aliam vitam, & alium viuendi modum, seu in aliud viuendi genus renouat hominem. Quocirca sciẽdum, triplicem esse natiuitatem. Primam ex parentibus, quæ carnalis est, qua cum dolore matris omnis infans in mundum nascitur plorans, tametsi de Zoroaste (quem Cham filium Noe fuisse autumant) legatur, quod mox natus riserit. Hic artis magicæ fuisse refertur inuentor, Rex Battrianorum, à Nino rege Assyriorum, qui in Genesi assur vocatur, postea occisus. Prima itaque vox hominis post hanc natiuitatem est ploratus. Nascitur etiam homo cruuus, quasi quadrupes more bestiarum. Vnde merito humiliari deberemus. Est enim miserior omnibus pullis bestiarum homo. Bestiolæ enim aliæ mox natæ, gradi, aut repere, & edere incipiunt. Homo nisi alieno fultus auxilio, nihil horum potest. Secũda natiuitas est spiritualis, qua in vitam spiritualem regeneramur in baptismo. Aqua enim elementaris tenet locum, seu speciem matris. Spiritus sanctus tenet locum patris. Verbum aũt sacramentale est, quasi semen diuinũ, Augustino dicente: Accedit verbũ ad elementũ & fit sacramentum. Nec ociosum nobis videatur in aquam mergi, quandoquidẽ Petrus eos quoq; qui spiritum sanctum receperãt, iussit nihilominus baptizari. In aqua em̃ dum mergi-

F

Natiuitas hominis triplex q̃.

Zoroastes quis fuerit.

Gene.10

Natiuitas hominis q̃ sit miserabilis.

Natiuitas spũalis quæ.

Augusti.

Actor.10

mergimur, vetus homo noster sepelitur, & emergentibus nobis, nouus homo, qui secundum Deum est, resurgit. Cõsepelimur itaque, vt Apostolus ait, Christo per baptismum. Tertia natiuitas est cœlestis, qua nudi egredimur de vtero Ecclesiæ per mortem, & in nouitatẽ glorię renascimur, liberati ab oñi miseria & angustia præsentis vitæ. Primam solam natiuitatem Nicodemus meditabatur, qua per generatiõem carnalẽ homo esse acquirit humanũ & corporale: ignorabat vero aliã esse vitam, scilicet gratiæ, aut aliud esse spirituale, q̃d assequimur in baptismo. Idcirco dñs plenius ei distinguit, dicens inesse homini oportere duplicem vitam, seu duplex esse.

Roma. 6 Colo. 2

Natiuitas hominis cœlestis quæ.

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Nõ mireris quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis: sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.

G

Quod natum est ex carne, caro est, id est, proles genita à carnali parẽte, caro est, & generatio carnalis habet esse carnale, & q̃d natũ est ex spiritu, id est, q̃d spiritualiter natum est, spiritus est. Non mireris, non sit tibi adeo hoc rarum, aut alienum, quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Obiectio enim tua loquitur de carnali generatione, ego de spirituali loquor. Spiritus, id est, vẽtus, vbi vult spirat, id est, flat illuc quo inclinatur, & vocem eius, id est, sonum audis, & nescis vnde veniat aut quo vadat. Ac si diceret: Esse spiritualem natiuitatẽ dico, nec tamen eam propterea non debes credere, quia non capis hanc generationem, quum nec intelligas vẽtum quem audis, vnde veniat, aut quo vadat, id est, vbi incipiat, aut terminetur. Aut aliter: Spiritus sanctus vbi vult spirat, id est, gratiam suam vbicunque voluerit, libere effundit, & vocem eius, id est, sacram scripturam, in qua tibi loquitur, & intus operatur, audis: aut vocem eius, id est, internam allocutionẽ, quam intus percipis, audis, sed nescis vnde veniat, aut oriatur, nec quo vadat, id est, vbi terminetur. Quasi dicat: Multa sunt, quæ percipis esse, quorum tamen originem & finem nescis, hoc scilicet sciens, quod sunt, alia, quomodo, aut vnde sint, nesciens.

Sic est õnis, qui natus est ex spiritu.

Cuius natiuitatis principium, id est, spiritum sanctum, & finem, id est, æternam felicitatem nescis. Quasi dicat: Tametsi videas eum, qui in baptismo renascitur, & aquam, verbaque sacramentalia quibus regeneratur: non tamen vides spiritum sanctum regenerantem, à quo renascẽtia hæc oritur, nec ad quid illum renascentia, seu spiritualis natiuitas perducat, scis. Quomodo ergo in illis qnorum originem & finem nescis, licet scias ea fieri, ita credas oportet spiritualem natiuitatem, quamuis eius natiuitatis occultum mysterium, id est, regenerandi principium & finem non capias.

Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quo modo possunt hæc fieri?

H

Non reprehendit hæc vera non esse, sed quæ credebat vera esse, ea optabat intelligere. Erat enim totus in lege eruditus, sed circa literam solam versari adeo fuit assuetus, vt ad spiritualia capienda minus propterea idoneus esset. Et ideo dominus, vt magis reddat capacem, duriuscule loquitur ad humiliandum eum. Erat enim magister in lege, & idcirco aliquid erat in oculis suis & aliorũ (quod satis indicat, quod nocte quasi verecundus ad discendum ad dominum venit) ideo à domino humiliabatur. Nemo enim ex spiritu nascitur, teste Augustino, nisi humilis fuerit.

Nascitur spiritus dicatur.

Augustin.

Respondens Iesus & dixit ei: Tues magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum nõ accipitis.

Tu qui es magister in Israel cõstitutus, merito hæc ignorare non deberes, qui baptismi sacramentum sub figura in transitu maris rubri, & in tot ablutionibus veteris testamenti toties legisti. Amen amen dico tibi, quod scimus nos, scilicet pater, filius, & spiritus sanctus, aut nos Messias, rex & Christus, loquimur: & quod vidimus, oculo scilicet interiori, testamur, id est, confitẽter asserimus, & miraculis testamur ego & renati apostoli, de his puta, quę ad salutem scitu necessaria sunt: & testimonium nostrum non accipitis, id est, verbis prædicationis nostræ non creditis vos pharisæi & principes. Non loquitur autem hæc verba singulariter Nicodemo qui credebat, licet in fide cupiebat informari, sed de populo toto Iudæorum.

Exodi 4

Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?

Vide, quomodo Nicodemum de altitudine humanæ sapientię ad humilitatem, de litera ad spiritum ducere nititur. Multipliciter enim illum humiliat, exercetq̃, vt capacẽ spiritus, vt quæ diuinę eruditioni reddat idoneum. Si, inquit, terrena dixi vobis & non creditis (terrena non solum ea putat, quæ hic de vento & spiritu, sed quæ etiam ante locutus est, quam Nicodemus accesserat ad Iudæos) quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? puta de inuisibilibus Dei, de Trinitate personarum, & diuinitatis vnitate, de filij æterna generatione? Sũt tamen quædam cœlestia & secreta, quæ ad Christum pertinent, hæc Christianum nõ oportet ignorare, vt sunt personę vnitas in Christo sub duabus naturis, eiusdẽ passio qua eramus redimendi, item Dei amor erga nos, qui filium suum p nobis dedit in mortẽ, ne pereamus. De his Nicodemum instituit. Propterea sequitur:

Nicodemum vt Christus exerceat ad humilitatem.

Roma. 8

Et nemo ascẽdit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.

I

Pro verborum horũ intellectu rememorandum est Christum vnam duntaxat esse psonam in duabus naturis. Quare quicquid vel alterius naturæ gratia, hoc est, aut humanę, aut diuinę huic cõuenit, toti Christo propter identitatem personę tribuitur. Verbi gratia: Dormire Christo cõuenit ratione humanæ naturæ tantum, non ratione diuinæ, toti tamen Christo tribuitur, vt vere dicam Christum, qui in vna persona est Deus & homo, dormisse: & iterum dicã eundem mortuos suscitasse, quamuis hoc ei ratiõe diuinitatis, illud ratiõe humanitatis tãtum cõueniat. Idem igitur crucifixus est, & creauit mundũ. Idem in naui dormiuit, & imperauit ventis. Idem lachrymatus est, & Lazarum de monumento resuscitauit, quia filius Dei, & filius hominis vnus est. Vnde dicimus: Iesus creauit mundum, & Deus pro nobis mortuus est, quia humana & diuina conueniunt eidẽ personæ ratione duarũ naturarũ. Hoc modo, quia filius Dei descendit de cœlo, dicitur etiam filius hominis descendisse. Descẽdit aũt filius Dei de cœlo non mutando locum, q̃a qui vbiq̃ est, nõ est in loco: sed de cœlo in mũdum descendisse dicitur, quia nouo modo ibi esse incepit, per humanitatis assumptionẽ scilicet, propter hanc vnitatem identitatemq̃ personæ. Dicitur etiã filius hominis de cœlo descendisse, quõ Deus dicit̃ p nobis crucifixus. Dicitur q̃q̃ in cœlo esse filius hoĩs, quia Deus cui in vnam personam est vnitus, est in cœlo. Vt igitur sępius dixi tãta est vnio duarum naturarũ in Christo, vt humana diuinis, & diuina humanis cõueniant. Sed dicis: Quomodo nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis? Respondendum primo: Hoc verbum ascẽdit, si intelligatur præteriti esse temporis, aut præsentis, sic ante passionem eius nemo ascendit, aut nemo ibi esse potuit, præterquã ipse. Nobis eñ omnibus clausum erat cœlum. Quõ autem ipse ibi erat, iam dictũ est, quia ratione deitatis ibi erat Christus, qui causa humilitatis creberrime se filium vocat hominis. Secundo dicendum hoc esse verum, si intelligatur virtute propria ac merito. Nemo enim prẽter ipsum merito proprio, sed oẽs merito Christi, cuius sumus membra, ascẽdimus. Ideo potest tertio modo verum esse, si p Christum acceperimus mysticũ eius corpus, id est, tã caput quam membra. Ipse enim caput est, oñes vero electi eius sunt membra. Tunc enim præter Christum nemo ascendit in cœlum: oñes autẽ nos in eius corpore sumus membra, qui cum eo, & per eum, & in eo ascẽdimus. Hoc prẽstat nobis baptismus, in quo Christo renascẽdo incorporamur. Ibi enim virtus passionis, & meritorum Christi nobis communicatur. Sunt autem verba quæ recte Nicodemo informando conueniebãt, quo intelligeret, qs esset huius regenerationis in baptismo fructus, quæve efficacia, aut operatio, & quo pduceret nos. Idcirco etiã de passione sua mox subiungit, cuius virtute operatur baptismus. Decebat enim Christum, vt qui de sua maiestate Nicodemo aliquid insinuauerat, insinuaret etiam de suæ passionis humilitate. Propterea sequitur:

K

Ascẽdisse neminem in cœlum nisi filiũ hoĩs q̃ sit intelligendum.

Naturæ duæ qui in Christo sint intelligendæ.

Matth. 8 Ioan. 11

Filius hoĩs quõ dicatur vere descẽdisse de cœlo.

Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Matth. 8. 20. & 26 Marc. 2. 9 10. & 14 Luc. 9. 12. 18. & 22.

Ephe. 4

Similitudinem passionis suæ qua in cruce erat exaltandus, quantum ad modum suspendendi, intuendi, sanandiq̃ pertinet, per

per figuram explicat, dicens: Sicut Moſes exaltauit,id eſt,in altum ſuſpendit ſerpentem æneum in deſerto. In Numeris legimus populum Iſrael,quum tædere cœpiſſet itineris ac laboris, murmuraſſe contra Deum & Moſen,ac dixiſſe: Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo,&c. quomodo miſerit dominus ignitos ſerpentes in populum:à quibus cum alij fuiſſent interempti,alij læſi,alij pœnitentes venerunt ad Moſen, rogantes, vt oraret dominum pro amotione ſerpentum. Quo orante,dixit dominus:Fac ſerpentem æneum,& pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum,viuet. Itaq; ſicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto,ita exaltari,id eſt,in cruce leuari oportet filium hominis. Oportet hac ſcilicet conditione ſtante,ſi redimi atque ſanari genus debeat humanum,vt omnis qui credit in eum (quod eſt fide Chriſtum intueri)non pereat,ſed habeat vitam æternam. Hanc nobis largiatur dominus noſter Ieſus Chriſtus,cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula benedictus,Amen. Num.21

SERMO DE EADEM DOminica. Quæ ſcire,quæ item credere debeamus,& quam ſit Deo glorioſior noſtra fides,quam ſcientia.

L

BEnedicat nos Deus Deus noſter,benedicat nos Deus. Pſalmo ſexageſimo ſexto. Chariſſimi filij,hodie ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, hoc eſt, vnius Dei,& in diuinitate trium perſonarum diſtinctarum agimus ſolennitatẽ. Quarum ſcilicet perſonarũ licet ſit realis diſtinctio, vt qui ſit pater, non ſit filius, & qui filius, non ſit ſpiritus ſanctus,& ſpiritus ſanctus neque pater ſit,neq; filius:omnium tamen trium perſonarum vna eſt eſſentia, vna natura, vna diuinitas, vna poteſtas, vna virtus,vna potentia,vna maieſtas. Quod ſi in quiritis,quomodo hoc capere poſſitis, vt tres ſint perſonę realiter diſtinctę,quarum vna non ſi talia,& tñ tres ſic diſtinctæ perſonæ,non ſint niſi vnus Deus,vna potentia,vna virtus, &c. fateor neſcio vobis explicare,nec vos poteſtis intelligere. Benedicatur igitur Deus,cuius tanta eſt maieſtas, tanta potentia,tam immenſa bonitas &virtus,vt à ſuis,nõ ſolum hominibus, verum etiam ab angelis capi,ſeu comprehẽdi non poſſit. Quicquid igitur de diuinitate intelligere non poſſumus,aut capere, quomodo,aut quare ſit, nõ debemus tamen ignorare,ſed credere,quia ſit. Benedictus enim Deus,nihil impoſuit nobis ſciendũ, quod intellectu capi,vel nimis difficile,vel impoſſibile ſit,ſed humiliter credendum. Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo. Voluit autem Deus nos magis credere,quam ſcire myſteria ſua,vt paulo poſt dicemus. Hebr.11

Sciendum igitur primo hominem eſſe ab aliquo,ſub aliquo, ad aliquid, & ſuper aliqua. Homo,inquam,eſt ab aliquo, quia nihil eſt principiũ,ſeu cauſa ſuijpſius. Res etiam nulla potuit facere ſeipſam. Antequam enim fieret,non erat. Sed quod non eſt,quid poteſt facere? Oẽ ergo q̃ eſſe incepit,ab alio incepit. Et illud vñ? Abalio. Et illud vñ? Ab alio etiã. Hoctñ nõ p̃cedere poteſt in infinitum,ſed neceſſe tandem eſt in uenire aliquid,quod à nullo inceperit, ſed ſemper fuit,quod principium fuerit,& cauſa aliorum,hoc eſt,quod eſſe alijs dederit, & à nullo acceperit. Et hoc philoſophorũ quidam vocabãt primum principium,primam cauſam, ens entium: nos vocamus Deum, qui omnia creauit, & ipſe à nullo creatus,ſed eſt æternus. Si enim Deum aliud aliquid creaſſet,hoc quod ipſum creaſſet,foret Deus,non quod eſt creatum. Deus igitur eſt, à quo omnia ſunt. Non poteſt autem eſſe niſi vnus Deus,quia cum Deus debeat eſſe omnipotens, ſi duo eſſent,alter non eſſet omnipotẽs. Si enim alter alterum nolit eſſe, aut hoc poſſet obtinere,aut nõ poſſet. Si obtineret,vt alter nõ fit Deus, aut vt deſtrueretur, qui periret, non eſſet omnipotens, quia ſe ſaluare non poſſet. Si autem prior nõ obtinere poſſet, vt alter periret, iam ipſemet non eſſet Deus,quia non omnipotens eſſet,& ſe potentiorem haberet. Quapropter,ſicut dixi,neceſſe eſt omni homini, vt ſciat ſe eſſe ſub Deo,& à Deo. Alioqui quomodo honorabit eum,qui fecit illum, ſi neſciat à quo factus eſt? Debet præterea homo ſcire domini & creatoris ſui maieſtatem, quo digne reuereatur illum, diligenter ſe eidem ſubijciat,illiq; fideliter ſeruiat,ne ingratus inueniatur. Tertio,ſcire hominem oportet, Dei & creatoris ſui voluntatem, alioqui non poterit ſeruire Deo. Quarto,ſcire hominem conuenit domini Dei ſui iuſtitiam in eos,qui illum contemnunt,miſericordiam

M Quod poſſit & niſi vnus Deus.

II.

III.

IIII.

cordiam vero in eos,qui ſeruiunt illi: credere quoque remunerationem omniũ operum,tam bonorum, quam malorum futurã à Deo. Quinto, cognoſcere homini eſt neceſſarium, ad quid ſit creatus, nempe vt Deum cognoſcat & diligat,Deo ſeruiat & obediat in hoc mundo,tanquam in exilio conſtitutus,deſideret,expectetq; venire ad patriã,in qua perpetua eſt felicitate donandus. Nõ igitur peregrinatio pro patria eſt habenda, aut amanda. Nam vt Gregorius ait: Qui peregrinationem pro patria appetit,inter dolores dolere neſcit. Sexto,eſt homini neceſſariũ cognoſcere, ſuper quæ poſitus eſt. Debet enim cognoſcere talẽtum, aut talenta aliqua ſibi data: debet quoq;,in cuiuſmodi ſint vſum expendenda, & quis fructus hiſce talentis quærendus ſit, non ignorare. Qui enim hæc neſcit,diſpenſationem ſibi crreditam fideliter quoque exercere neſcit. Hoc non ignorauit ſeruus fidelis & prudens,quem dominus ſuper familiam ſuam conſtituit: cui dominus in fine vbi ratio foret ab eo exacta,dicit: Euge ſerue bone & fidelis, quia in modico fuiſti fidelis,ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium domini tui. Omnium autem rerum,omnium bonorum, omniumque ſumus donorum Dei diſpenſatores, ac miniſtri. Quamobrem in omnibus quoq; miniſterium noſtrum ſolũ debemus cognoſcere,nõ nobis vſurpare dominium. Hæc, inquã,cognoſcere atq; ſcire debemus per fidem. Deo enim credere tenemur. Sic eñ Hilarius dicit: Soli Deo de ſe credendum eſt. Et quid mirum vt Deo,qui ſe patrẽ noſtrum fatetur inuiſibilem,credamus,quando parentem etiam carnalem,ſiue pater,ſiue mater ſit,aliter non poſſimus cognoſcere,aliter non ſcire niſi credendo? Quis eñ hominum ſuum patrem,aut matrem aliter nouit vnquam? Pater tuus ſe dicit tuum parentem,credere te oportet. Deus ſe dicit tuum creatorem,& negabis? Eſt autem iſte per fidem cognoſcẽdi modus Deo glorioſior,quo ea quæ neſcimus,quæ intellectu capere non poſſumus, quæ etiam difficilia, aut penitus vel impoſſibilia,vel abſurda nobis videntur, credimus: & hoc propterDeum,hoc eſt,propterea credimus,qa Deus dicit,quem ſentimus veracem,& qui nos fallere nõ poſſit,quia veritas eſt. Ei eñ plus credimus,q̃ intellectui noſtro. Nam magis,libentiusq; adſcribimus intellectui noſtro errorem,ignorantiam,& intelligẽdi impoſſibilitatem,quam Deo falſitatem.

V.

Gregori⁹

VI.

Matth.25

Hilarius.

N Glorioſiorẽ eſſe fidẽ noſtrã Deo,q̃ ſcientiam.

loan.14

Credendi ratio ſumma,q̃ ſit.

Marc.16 Pſal.135

Hebr.11

2.Cor.10

Gregori⁹

Hebr.11

Gene.15

O Geñ.13.18 Abrahæ fides quãta.

Gene.12

Gene.22

Abrahã vti in ſpẽ cõtra ſpẽ credideris

Summa igitur ratio credẽdi eſt ipſe Deus,vt quod aliter non crederemus, vbi ratio quoq; nulla nobis eſſet alia credendi, hæc nobis ſufficiat ad credẽdum, quia Deus dicit. Quemadmodum ratio alia nobis eſſe debet obediendi,aut nulla,aut non potior,quam ipſemet Deus,cui obtemperare velimus:ideo, qa Deus noſter eſt, creator noſter,ſolus bonus eſt,& in æternum miſericordia eius. Itaq; in hoc honoratur Deus,quod nude, atq; ſimpliciter ei creditur.

Secundo eſt nobis ille modus felicior, quia magis meremur,imo ſola fide meremur. Nam homo qui aſſentit his tantum, quæ ſenſui ſunt manifeſta,quid laudis,aut meriti habet? Porro,qui ſuum intellectum captiuum ducit in obſequiũ Chriſti,vt quę etiam non capit,credat:quę non intelligit, aſtruat: Et his qbus intellectus humanus contradicit,aut repugnat, ipſe per fidem aſſentiat,ea propugnet,atq; cõfirmet, laude ac merito eſt dignus. Fides enim (vt Gregorius ait) non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Propterea Abrahæ fides cõmendatur,qui contra ſpem in ſpem credidit,puta quod ex vetula vetulus,iuxta verbum domini generaret.

Videte præterea Abrahæ fides quanta fuerit. Promiſſionem acceperat in ſemine ſuo,quod per lineam Iſaac eſſet deſcenſurum,benedici omnes gentes: item quod ſemen eius poſſeſſurum eſſet terram illam omnem,in qua peregrinabatur. Poſt hanc itaq; promiſſionem cum iam haberet filiũ, per quem ſperare poterat promiſſionẽ eandem impleri, iuſſus eſt domino Iſaac filiũ ſuum immolare. Cuius voci Abraham obedire volens,eduxit Iſaac ſuum natum in montem,atq; parauit ſe ad eundem immolãdum,in ſpem contra ſpem credens. Spes enim eius erat, quod in ſemine eius benedicerentur omnes gentes. Spes quoq; erat illi,quod eius ſemen foret terram promiſſionis obtenturum:quam ſpem ex promiſſione accepit. In hanc ſpem credidit, ita.ſcilicet eſſe futurum, quomodo erat promiſſum:& hoc contra ſpem,quia hæc ſpes ruere iã videbatur, & deinceps fore nulla, vbi immolaſſet filium ſuum. Obedire tamẽ nihilominus Deo voluit, & contra ſpẽ credidit,vel in morituro,ſeu immolãdo filio implendũ,q̃d erat promiſſum. Porro,quõ im

pleretur promiſſio hæc, Deo cõmiſit. Satis erat ei propter hanc obediẽtiam immolandi filij à ſpe nõ excidere. Beatior aũt adhuc multo fuit beata Maria, quæ credidit etiã
Luc. 1 virginem ſe paritura. Itaq; filij chariſſimi, credamus vnum eſſe Deum, à quo oĩa
Ioan. 1 facta ſunt, omnipotentem & ſempiternum qui creauit nos, qui paſcit nos, qui redemit nos, qui gubernat nos, qui ſaluos nos fecit, id eſt, qui in ſtatum nos conſtituit ſalutis, cuius præceptis ſi obedierimus, ſaluabit nos. Hic Deus cũ ſit trinus in perſonis, hoc eſt, aut ſit pater, aut filius, aut ſpiritus ſanctus, nõ tamen niſi vnus eſt Deus. Pater certe eſt Deus, filius eſt Deus, & ſpiritus ſanctus eſt Deus, non tamen tres ſunt dij, ſed vnus eſt Deus. Omnium enim trium perſonarum ita diſtinctarum, vt vna nõ ſit alia, eſt vna natura, vna eſſentia, vna poteſtas, vna maieſtas, vna, eademq; diuinitas. Quod quõ hoc fieri poſſit, nolite velle inueſtigare, quia non capietis, ſed credite ita eſſe, & fides hæc ſaluabit vos. Non oportet vos ſcire, quomodo ſit, ſed oportet vos credere,
Deut. 6 quod ita ſit. Nam in ſcriptura ſancta ſic legimus: Audi Iſrael, Deus tuus Deus vnus eſt. In nouo tamen teſtamẽto Trinitas perſonarum nominatur puta in epiſtola Ioãnis: Ibi tres ſunt (inquit Ioannes) qui teſti-
1. Ioan. 5 monium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. Quapropter filij credatis vnum Deum, & tres perſonas in diuinitate, ita vt ſingulæ ſint Deus, nec tamen tres dij, ſed vnus tantum Deus. Qui plus capere non poteſt, hoc credidiſſe ſatis eſt circa Trinitatem, reliqua credat in fide Eccleſię.

Fides de ſanctiſſima Trinitate ſuffi ciens quę ſit,

P Imo hoc ſit tibi pro regula generali, contra omnes dubitationes, cõtra omnes ſcrupulos, contra omnes ignorationes, cõtra fluctuationes quaſcunq;, quibus tentaris, aut impugnaris, non diſputare, nec velle perſcrutari, ſed ſimpliciter circa hanc reſponſionem manere: Ego credo, quicquid

Regula generalis cõtra oẽs dubitationes. ſancta Eccleſia credit. Ipſa non fallitur, ſed nouit quod credit. Quicquid illa credit, credo etiam ego. Maior ſit & potior tibi cura, quomodo Trinitatem ſanctam vnũ Deum venereris, quam vt diſcutias. Ad hu-
Ad S. Trinitatis cultũ inducẽs quæ. ius tamen cultum & venerationem nõ pauca nos inducunt. Primum, q̃d inducit nos, eſt debitum. Ad hoc eñ creatus eſt homo,
Eſaiæ 43 vt agnoſcat, amet, & laudet creatorẽ ſuum, ſicut dicit Eſaias: Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit. Secundo, allicit meritum. Scimus enim id Deo vehementer placere, gratum eſſe eidem, ad meritum nobis computari, atq; non irremuneratũ dimitti, quicquid in eius retulerimus
1. Reg. 2 honorem, ipſo dicente: Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum. Tertium, q̃d nos inuitat, eſt exemplum, ipſum enim honorat omnis creatura. Siquidem de ſupremis & cœleſtibus creaturis ſcriptũ eſt: Cœ-
Pſal. 18 li enarrant gloriam Dei. De inferioribus
Pſal. 150 quoq; alibi: Omnis ſpiritus laudet dominũ. Inter quæ nec bruta, nec piſces, nec volucres à Dei veneratione ſunt aliena habenda. Quando enim ſua naturalia, atq; conditiones ab omnium creatore ſibi inditas exercent, quid aliud q̃ conditoris ſui potenti-
Officium beatorũ in cœlo quod am, ſapientiam, ac bonitatẽ laudant? Quantum, quod ad Dei venerationem & cultum nos trahere debet, eſt officium. Hoc enim in cœleſti patria noſtrum erit officium & exercitiũ, Deum ſcilicet laudare perpetuo,
Pſal. 83 ac delectabiliter. Propterea Pſalmiſta dicit: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Vos igitur filij, Trinitatem quia non poteſtis perfecte capere, hãc amate, illi ſeruite, illã adorate, illi vos commendate, atq; per omnia, & in omnibus placere illi ſtudete. Quod nobis omnibus largiatur Ieſus Chriſtus Dei & virginis filius, cum patre & ſpiritu ſancto vnus Deus in ſecula benedictus, Amen.

PRO SOLENNITATE SANCTISSIMI SACRAMENTI Euchariſtiæ, in Epiſtolam Paraphraſin, in Euangelium Exegeſin, vna cum ſuo Sermone offendes in ſecundo Tomo de feſtiuitatibus Sanctorum.

DOMINICA I. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola prima Ioannis quarto.

Deus

X Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit: Quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere: Et hoc mãdatum habemus a Deo, vt qui diligit Deũ, diligat & fratrem ſuum.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Non abre eſſe videtur in prima dominica de charitate nos inſtrui, quãdoquidem virtutum omnium eſt potiſſima charitas, multoq; maxime neceſſaria. Dicit igitur Ioannes: Deus charitas eſt. Non ſublimius prædicare potuiſſet charitatem, quã dicendo illam eſſe Deum. Loquitur autem de charitate increata, quę eſt Deus. In Deo enim realiter idem ſunt amãs, & amor, ſeu charitas, ſapiens & ſapientia: quamuis alia quoq; ſit charitas creata virtus theologica, & à Deo homini infuſa. De vtraque autem ea, quæ ſequuntur, verba intelligi poſſunt: Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Si Deus eſt charitas, nõ dubium eſſe poteſt, eum manere in Deo, quiſquis in charitate manſerit. Sic etiam, qui charitatem habet infuſam (quatenus charitas eſt virtus theologica, & à Deo infuſa) iteq; qui manet in charitate, id eſt, qui in ſe habet charitatem, manet in Deo, quia habet quod illũ agglutinet, inhærereq; faciat Deo. Quomodo aũt manet in Deo, ſic etiã Deus manet in illo, ipſum inhabitans, in ipſoq; per gratiam ſuam operans. In hoc perfecta, inquit, eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, non formidantes illum diem, nec Chriſti aduentum, aut mortem, quam impij & mali timere merito habent. Iuſti enim cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Atq; ideo
Philip. 3 dominus illos à ſignis venturi iudicij, à fineq; mundi non vult terreri, dicens vbi de
Lucæ 21 ſignis quæ finem mundi terribiliter præcedent, apoſtolis loquebatur: His aũt fieri incipientibus, leuate capita veſtra, quoniã appropinquat redemptio veſtra. Eſt enim ſanctis hic mundus captiuitas. Ideo eiſdẽ quoq;, aut mors, aut finis mundi, eorũ eſt ex captiuitate redemptio. Eſt igitur fiduciam habere in die iudicij, non timere, ne veniat dies iudicij. Verum, ſi obijciatur viros perfectos quoq; mortem, aut iudicium Dei timere: Dicendum, perfectos quidem timere, dum conſiderant quid ex ſeipſis ſunt, dumq; cõſiderant infirmitatem, & vilitatem ſuã. Porro, ſi conſideraverint quid ſint ex Deo, ſpiritu ſancto nonnunquam illis teſtimonium perhibẽte, quod filij ſunt Dei, & tunc non timent, habẽtes non ex ſe, ſed ex Deo, vnde fiduciam habeant: quia ille bonus eſt, & in æternum miſericordia eius. Facit tamen nonnihil ad fiduciam hanc bona vita, non vt in illa collocemus fiduciam noſtram, ſed quod diffidentia careamus, non habentes in nobiſmetipſis q̃d ſentiamus teſtimonium, atq; argumentũ damnationis, aut malę conſcientiæ. Sed ſicut ille eſt, ita & nos ſumus in hoc mundo, hoc eſt, ſicut ipſe eſt in cœlo totus benignus, pius, atq; charitate perfectus ſuper ingratos, & malos, ita nos ſumus in hoc mũdo erga inimicos noſtros, pij & miſericordes, ſeruantes domini præceptũ, dicentis: Diligite inimicos veſtros,
Matth. 5 Lucæ 6 benefacite his, q oderũt vos, & orate pro perſequentibus & calũniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, q in cœlis eſt, q ſolem ſuum oriri facit ſup bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Timor nõ eſt
C Pſalm. 18 Timorẽ cuiuſmodi excludat charitas. in charitate, præſertim perfecta, excepto timore filiali, atq; reuerentiali, qui ſanctus eſt, permanens in ſeculũ ſeculi: ſed perfecta charitas prorſus eĵcit, atq; excludit oẽm alium timorẽ ſeruilem, mundanũ, aut carnalem,

B Perfecti quõ dicãtur timere mortẽ aut iudicium. Roma. 8

Pſal. 135

EE ij

nalem, quandoquidem timor pœnam habet. Qui enim ſeruiliter timet, huius cõſcientiam rodit & affligit timor, & pœnam nihilominus mereretur futuram. Qui autem timet Deum timore ſeruili, aut initiali, nõ eſt perfectus in charitate, neq; enim peccatum dimittit, aut Dei cuſtodit beneplacitum aliter, niſi quia pœnã timet, quẽadmodum Poetarum quidã ait: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Oderunt peccare boni virtutis amore. Nos ergo diligamus Deũ, quoniam ipſe prior dilexit nos, Iuſtiſſimum autem eſt amantes redamari. Scimus autem nos non ſolum dilectos eſſe à Deo, antequam illum diligeremus, ſed etiam cum nõdum eſſemus, cum adhuc inimici eſſemus, dilexit nos, & lauit nos in ſanguine ſuo. Si quis autẽ dixerit: Quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum, hoc eſt, quemcũq; hominem oderit, odio iniquo ſcilicet, non vitia tantum, ſed perſonam odiens, mendax eſt. Neq; enim odiſſe poteſt proximum diligẽs Deum, nec diligere Deum poteſt odiens proximum. Vna enim eſt charitas, qua Deus diligitur, ac proximus. Quomodo eñ diligit Deũ, qui tranſgreditur præceptũ eius? Hoc eſt autem, inquit, præceptum meum, vt diligatis inuicẽ, ſicut, hoc eſt, eo modo, quo ego dilexi vos, puta prior, gratis indignos, nõ diligentes, & ad hunc finem, vt ſaluemini. Eo modo vos quoq; diligatis vos mutuo oportet. Qui enim non diligit fratrem ſuũ quem videt, Deum quẽ nõ videt, quõ poteſt diligere? Si iuxta cognitionem loquimur, qua nihil amatur niſi cognitum, verum eſt hominem faciliorem habere occaſionem, quare diligatur quam Deũ, quã doquidem de homine habemus cognitionem, quam de Deo multo maiorem. Verũ tamen ſi ad bonitatem ſpectetur, quæ potiſſima eſt cauſa & ratio diligendi, incõparabiliter habet plures, vt diligatur, ratiões Deus, quam homo. Et hoc, inquit, mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrẽ ſuũ. Siquidẽ Chriſtus, q̃d magnum eſſet mandatum in lege interrogatus: Diliges, inquit, dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, &c. adiiciens, hoc eſt primum & maximum mandatum. Secundum autem eſt ſimile huic: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.

Horatius.

Rom. 5
Apoc. 1

Lucæ 16

Ioan. 13

Matth. 22

EXEGESIS EVANGELII dominicæ I. poſt dominicam S. Trinitatis, Lucę XVI.

IN hac dominica ſtatus nobis proponitur vtriuſq; cum prę ſentis, tum futurę vitę noſtrę, quo electi, reprobique diſſimiliter viuunt. Quod licet oculis q̃tidie cernamus, puta quã diſpar ſit mortalium vita hæc præſens, nobis tamen hoc hodie in Euangelio nihilominus recitatur, fimulq; commonſtratur, quam diſpar eorundem, qui conformiter non vixerunt, fuerit exitus. Non tamen hic de exitu naturali, hoc eſt, de morte eſt loquendum, quam nõnulli piũ durã ſentiũt, pleriq; vero impĩj leuẽ, ſed de retributione & iudicio, q̃ digna meritis, aut præmia, aut ſupplicia nos ſequuntur. Nam natura, aut potius Deus naturæ autor, cunctis mortalibus eundem dedit ad hanc vitam corporalem introitum, & exitum, tam bonis, quam malis, diuitibus & pauperibus. Sumus enim quo ad naſcendi modum, oẽs pares, par omniũ eſt natiui tas, nec diſſimilis ortus noſtrę cõditionis. Quare recte Sapiens dicit: Vnus introitus ad vitam eſt omnibus, ſimiliſq; exitus. Cõcipimur eñ æque oẽs in fœtore & immũditia, per anguſtam & immũdam portam eximus, & vox noſtra prima omniũ eſt fletus. Sic rurſus dum eximus mũdum, dum morimur, tremuli ac pallentes morimur oẽs, moriẽteſq; ingẽti torquemur cruciatu. Putreſcimus inde, rodimur vermibus, fœtimus & in puluerẽ redigimur. Nemo hanc legem euadere, nemo mutare potuit vnquam. Nemo, vt idem Sapiens ait, ex regibus aliud habuit natiuitatis initiũ. Q̃d enim ex natura eſt, hoc ea ex parte ſimile, ac vniforme eſt oñibus. Quapropter quatenus ad vitæ introitũ attinet, nihil in regis, nihil in paſtoris filio natura ſecernit. Porro vitæ mediæ nõ æqua eſt oĩm conditio. Alĩ enim in pauptate, alĩ in regę opulentia viuũt, alĩ incolumes, alĩ ſunt ęgroti, alĩ hic ſemp felices, alĩ item ſemp miſeri, alĩ dominãtur, alĩ ſubiiciuntur, alĩ premunt, alĩ premunur, alĩ ſceleratã agunt vitã, alĩ inculpatam. Itaq; quomodo hæc vita in operibus, ſtudiis, exercitiis, Deiq; donis diſſimiliter trãſigitur, ita retributio poſt hanc vitam expectatur oñium maxime inæqualis. Hoc nobis Euangelium ob

D

Bonori, malorũq; introitus in hũcmodum, exitusq; vtilis æqualis.

Sapien. 7

Ibidem.

Vitæ mediæ quam diſpar ſit hominũ conditio.

num,

oculos ponit hodiernum, dicens:

Homo quidam erat diues.

Contra eos, qui diuitiis ſuis abutũtur, qui cum debuiſſent his ad miſericordiam hic vſi fuiſſe, & in neceſſitates erogaſſe proximorum, quo & ipſi miſericordiã à Deo conſequerẽtur, non incõuenienter hæc reſpicit, quadratq; parabola. Cum, inquam, de iniquo mammona amico, ſibi cõparare debuiſſent, qui in æterna eos tabernacula reciperent, ad lætitiam, ad voluptatem, ad gloriam deniq; non Dei, ſed ſuam, & ad luxum male vſi ſunt, terribile ponit Chriſtus exemplũ de diuite q̃dam epulone. Neque eñ parabola, ſed hiſtoria credẽda eſt, quãdoquidem cum mendicũ producit in medium (vt audietis) nomen eius quoque exprimit, dicens: nomine Lazarus. Cuius nomen cur magis exprimatur, quam diuitis, paulo poſt dicetur. Erat itaq;, inq;t, homo diues.

Lucæ 16

E

Diuitias nõ eſſe malas ex ſe.

Diuitiæ nõ ſunt pctm̃, nec malę ſunt, licet male agendi ei, qui diuitiis abuti pronus eſt, magnum adminiſtrẽt fomẽtum. Legimus enim de ſanctis multis, qui excellenter diuites fuerunt, puta de Abraham, Iſaac & Iacob, Iob, & ſimilibus: & hoc potiſſimum in veteri teſtamento, qui tamen Deo placuerunt, atq; Dei facti ſunt amici. Opes igitur terrenæ in medio ſunt inter bonum & malum, quę vt occaſio malorum, ac damnationis ſunt reprobis, ita bonis ſunt adiutorio virtutis. Non tamen ignoro corruptionem humanam vitioſam, infectam, & ad mala ſuapte cõſuetudine adeo ſemper procliuem, vt cum de terra ſit, & ex terrenis opibus quoque tam facultas, quam occaſio ei ſuppeditetur, raro fieri poſſet ac difficulter, vt diuitiis omni ex parte quis bene vtatur. Neque enim fruſtra Chriſtus ait: Quam difficile qui pecuniam habent, in regnum Dei introibũt. & Salomon non minus diuitias, vt rem periculoſam, quam mendicitatem deprecatur, ſciens alterum noxium, alterum moleſtum. Diuitias, inquit, & paupertatem ne dederis mihi, ſed tãtum victui meo tribue neceſſaria. Diuitias ideo deprecatur, quia inflant, & ſuperbiæ quoque adiiciunt animum, nam cauſam ſubiungens, dicit: Ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt dominus? Ex ſeipſis itaq; diuitię non reprehenduntur, nec malæ ſunt, niſi male vtentibus. Porro, amor diuitiarũ & cupido vitioſa ſunt. Propter quæ Apoſtolus: Qui volunt, inquit, diuites fieri in hoc ſeculo, incident in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Vide tamen, quia non dicit, qui diuites ſunt, ſed qui volunt diuites fieri, quemadmodum non ſubiungit etiam: Radix enim oñium malorum ſunt diuitiæ, ſed: Radix omnium malorum eſt cupiditas. Extollentia quoq;, præſumptio & ſuperbia, quæ diuitias comitantur, mala ſunt. Et ideo cum Chriſtus dixiſſet, difficile eſt, vt diuites introeant regnum Dei, diſcipuli vero propter hæc verba obſtupuiſſent, mentem ſuam declarans, & moderatus eadem repetiuit verba, dicens: Quam difficile eſt confidentes in pecuniis introire in regnum Dei. Cui ſententiæ ſubſcribit ad Timotheũ Paulus quoq; dicẽs: Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſape, neq; ſperare in incerto diuitiarũ, &c. Proinde ex Ioanne apoſtolo vos filĩ commonefaciẽs: Nolite, inquam, diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, nõ eſt charitas patris in illo. Nolite diuitias diligere, nolite auare quęrere, nolite tenaciter retinere, nolite in diuitiis confidere. Nolite ſupflue vti. Vſus enim diuitiarum vtrinq; eſt malus & damnabilis, ſiue tenaciter nimis ſeruentur, vt pauperibus inde nulla fit conſolatio, ſiue prodige profundantur ad luxum.

1. Tim. 6

Ibidem.

Marc. 10

1. Ioan. 2

Diuitiarũ abuſus duplex vitãdus.

Gene. 13
Genc. 30
Iob. 1

Opes terrenas in medio eſſe inter bonum & malum.

Marci 10
Luc. 18
Prouc. 30

Qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide.

F

Tribus modis peccaſſe hũc diuitem per abuſum diuitiarũ.

Tribus hic modis diues delinquiſſe aſtruitur per abuſum diuitiarum, quare iuſte reprehenditur. Primus abuſus fuit, quod ad oſtentationem conuertit diuitiarum vſum, quærens gloriam in his & oſtẽtationis faſtum. Siquidem refertur byſſo, & purpura veſtitus. Quorum certe alterũ ad oſtentationem foris, puta purpura, alterum ad carnis mollitiẽ intus pertinebat. Vtrobiq; igitur deliqt, qui & ad gloriã inanẽ p̃ciofis vtebatur veſtibus foris, & ad luxum carnis vtebatur molliſſimis intus. Si enim preciofis vti veſtibus vbiq; reprehenſione careret, nõ laudaſſet Ioannem Baptiſtam dominus, q̃d veſtimento vſus fuerit ex pilis camelorũ. Nam de Ioãne turbis loquẽs: Quid exiſtis, inqt, videre? Hominem mollibus veſtitum? Amẽ dico vobis: Qui mollibus veſtiũtur, in domibus regũ ſunt.

Matth. 11

Lucæ 16 Hoc eſt,filij huius mundi ſunt,nimirũ prudentiores filijs lucis,licet nõ ſemper &vbique,ſed in generatione tãtum ſua:filij certe huius mundi, & (vt verbis vtar ſcripturæ)conquiſitores huius ſeculi diſcunt hic prudẽtiam carnis, qa in regione ſua ſunt. Sed apparebit poſt, cum hæc vita defierit, quam ſtultã Deus declarauerit ſapientiam illorum.Obſerua tamen hic,quod nõ prohibetur pro eminẽtia,aut dignitate ſtatus, melioribus interdum vti veſtibus, ſi tamẽ moderate, & ſi abſque oſtẽtatione id fiat. Hic eñ oſtentatio & luxus dãnatur. Quo circa manifeſtatur alter q̃q; abuſus, q̃ rerum affluentia hic diues peccauit. Secundus fuit abuſus diuitiarum, q̃d ad carnis oblectationem mollibus vtebatur veſtibus, epulabaturq; quotidie ſplendide. Quo ſane voluptuoſa eius epulatio,q̃ carnem ſaginabat, ſplendiduſq; ſimul ciborũ apparatus,quod iactantię erat & vanę gloriæ,vehemẽter reprehenduntur.Cibus nãq; p̃cioſus, aut bonus,ſeu delectabilis poteſt ſumi citra culpã,vt iuxta ſaluatoris ſentẽtiam,hominem interiorem, quod intrat in os,non coinquinet,cum etiam ſecundum Apoſtolum,omnis creatura Dei bona ſit, & nihil reijciẽdum, quod cum gratiarum actione percipi poſſit, modo ſumatur ad neceſſitatem, & ad corporis ſuſtentationem, non ad ambitionem, & oſtentationem,non ad voluptatem in deſideriis carnis,non ad ſuperfluitatem & luxũ,ſed ſobrie,temperanter,ac modeſte,iuxta ſui ſtatus conditionem.Neq; enim ad æqualem, aut vniformem edendi modum omnes ſunt inducendi,quin liceat aliquibus melioribus vti cibo.Vnde damnabile non eſt his qui in eminentiori ſunt ſtatu conſtituti,& qui à tenerioribus annis precioſis educati ſunt cibis, aut quos valetudo excuſat in firma delicatioribus vti cibis, modo deſit ingluuies,& edacitas,quamuis inconſultiſſimum ſit,vt cum timore Dei his modeſte vtantur,lugeantque ſuam,aut neceſſitatem,aut conditionem,quod viliori, aut communiori hominum edulio, aut non poſſint,aut non liceat eis ſuſtentari. Sed quam felices o filij æſtimandi ſunt hi, qui ex deuotione,aut virtute ſuperfluis abſtinent, precioſiſſima quæq; ſibi interdicũt, ſibi delicata ſubtrahunt, paucis & vilibus contenti? Hoc genus hominum olim in eremis & deſertis locis, aut monaſterijs inueniebatur,& adhuc hodie, tam in monaſterijs probe inſtitutis, quam in plebe inter deuotos ac pios homines inueniuntur, qui abſtinentijs carnem ſuam macerant,& iuxta Apoſtolum cum ſuis concupiſcentijs eandem crucifigunt, idque illius amore,qui ieiunium & famem pertulit, acetum & fel guſtauit,quæ carni ſunt duriora, mollioribus prætulit, & pro nobis ſæpenumero in oratione & ieiunio pernoctauit. Huiuſmodi homines non requirendi ſunt apud noſtros Lutheranos, qui Ioannem Baptiſtam quoq; ſi inter eos viueret hodie,pilis camelorum veſtitum, vino & omni re quæ inebriat, abſtinentem, atq; locuſtas tantum & mel ſylueſtre comedentem perſequerẽtur,& ſeu hominẽ, qui ſua,imo(vt illi dicere ſolent)diaboli inuẽta præferret Chriſti Euãgelio,qui à Chriſto deficeret,&in ſuis fideret operibus,qui cœlorum regnum ſuis cõparandum operibus putaret,& qui redemptione Chriſti ſe haud egentem exiſtimaret, à ſe fugarẽt, calumniarentur,inſtarent & vrgerent,ſi q̃ fortaſſe modo veſtimentum hirſutum, ac piloſum ei detrahere,ſi eremum & abſtinẽtias interdicere, & ſi ad latam carnis viam illum reducere poſſent. Tertius abuſus diuitiarũ in hoc epulone hic notatur, quod ex his, quæ ſibi ſuperfluebant, pauperis ac mẽdici inopiã nõ ſubleuabat.Heu chariſſimi,quã inutilis,quã ſupflua,quam deniq; pernicioſa quotidie à multis fit profuſio diuitiarum,quæ in cõuiuia ad oſtentationem, ad gloriam, ad faſtumq; & apparatum,& ad animarum deſtructionem exhibetur. Ibi vnum prandium,ſeu conuiuium ingenti aureorum numero vix redimitur. Vbi quatuor,aut quinq; horis prãdetur:vbi corpori morborum varietas cõparatur,vita adimitur,&quod pauperibus foret erogandum,dilapidatur.Ex pauperũ nanq; faucibus,quicqd tã inutiliter cõſumitur, nõ aliter atque cibus extrahitur. Quot eñ ex ſplendidis huiuſmodi conuiuijs,quę ad apparatũ, nõ ad neceſſitatẽ inſtruũtur,aut eorũ precio alerentur vno die pauperes? Deliqt igitur grauiter hic epulo,q ad oſtentationis faſtum prodigus,ad miſerẽdum vero ſubueniendumq; pauperi,&durus,&tenax fuit.Hoc eñ ſequitur,

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus.

Non

Melioribꝰ vti veſtibus cui quando liceat.

Matth. 17

1. Tim. 4

Delicatioribus vti cibis quibus liceat.

Galat.

Matth.

Matth.

Mar.

Lucæ

Ioan.

Lucæ

Malach.

Matth.

H

Non ratione caret, quod diuitis nomẽ tacetur,pauperis vero & mendici nomen exprimitur.Certe non eſt hæc mundo cõſuetudo,vt nomina & caſæ mendicorum ſciantur:notiſſima autem ſunt omnibus & nomina & palatia diuitum.Hos mundus loquitur,hos prædicat,hos honoribus extollit:pauperes nemo reſpicit. Verum quã diu hoc durabit?In hac vita tantum. Siquidem cum interierit diues, ſecum non ſumet omnia,nec deſcendet cum eo gloria eius,quia anima eius in vita ipſius benedicetur.Et hæc opinio felicitatis duntaxat eſt apud homines.Nam Deo aliud longe eſt iudicium.Diuites enim hic æſtimant alijs hominibus feliciores vtpote quorum filij ſunt ſicut nouellæ plantationis, filiæ vero compoſitæ & circumornatæ vt ſimilitudo templi:promptuaria eorum plena, eructãtia ex hoc in illud.Boues eorum craſſæ, & oues fœtoſæ,& reliqua diuitiarum felicitatis q; terrenæ, quæ Pſalmiſta enumerat, illis abundant.Vnde,Beatum,inquit,dixerunt,cui hæc ſunt:ſed magis beatus eſt,cuius dominus Deus eius.Itaq; beati hic diuites nunciantur,quia vocauerunt nomina ſua in terris ſuis,veruntamẽ Deo ſunt incogniti.Non enim nouit eos dominus, nec memor erit nominum eorum per labia ſua:neque enim nomina eorum inuenit ſcripta in libro vitæ, ideo ſunt ei quaſi non ſint.Pauperes vero qui ſunt ciues regni ſui,nouit, & vocat eos nominatim. Huiuſmodi hic erat Lazarus, cuius miſeria hic quoque cum egeſtate deſcribitur.

Pſal. 48

Pſal. 143

Ibidem

Pſal. 48 pſal. 13

Eſaiæ 40 Ioan. 10

Qui iacebat ante ianuam diuitis hulceribus plenus,cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis: & nemo illi dabat.Sed & canes veniebãt & lingebant hulcera eius.

Vide quomodo diuiti epuloni, ſuperbo, ambitioſo,duro,immiſericordi, atque indelitijs viuenti opponitur ediuerſo pauper hic Lazarus,mẽdicus,hulceroſus, egenus atque ab omnibus derelictus. Cui ſatis ad pœnam fuiſſet,ſi infirmus fuiſſet ac hulceroſus tantum,alioqui diues: aut ſi opes defuiſſent,paupertas eum ſatis cruciaret,licet ſanum.Iam vero ſcribitur pauper fuiſſe & mendicus:quo intelligitur procul dubio neceſſitate atque paupertatis angustia preſſus.Iacebat autem ad diuitis ianuam, quia ſtare aut ambulare non poterat. Erat eñ hulceribus plenus,vnde dolores quoque ſemper illi aderant.Cupiebat quoque minima,puta ſaturari de micis cadentibus ex diuitis menſa,ſed nemo illi dabat. Egebat itaque & eſuriebat,ſed non erat qui refice ret. Audiebat quotidie ſymphoniã & chorum lætitiamque familiæ in domo diuitis, ſe vero adeo videbat deſpici & relinqui ab omnibus,vt humaniores erga ſe inueniret canes,quam homines. Illi enim quod natura illis indiderat,hoc pauperi admonentes miniſtrabant,puta linguam medicinalem.Hominum vero nemo adeo fuit miſericors,qui vel micas egeno daret.Tractari blande videbat canes,ſe contemni.

Lazari mendici quãta dilgentia cuangelica miſerias enumerer.

Vide quam cumulatum ea,quæ ad miſeriã ſimulq; ad exercitium & probationem virtutis aderant Lazaro, quamque ſtudioſe hic enumerantur,vt ſciamus vnde eius meritum creſcebat: & ediuerſo vnde diuitis impietas augebatur, vt ſubinde perſpicuũ fieret,quam iuſte pauper reciperetur ad coronam,& quam iuſte diues detruderetur ad gehennam.Cogebatur itaque egenus Lazarus,infirmus & eſuriens diuitem hominem videre pecunioſum,ſe in paupertate conſtituto:cogebatur glorioſe veſtitum cernere,ſe frigeſcente. Videbat illum ſplẽdidis epulis conuiuari,ſe famem patiente. Rogabat denique pro micis tantum, ſed non erat q illi eas largiri aut tantillo compati voluiſſet. Hæc Lazarus ſuſtinens ſuſtinebat.Sed in corde qd? Nõne triſtitiã? Nam(vt verbis vtar Gregorij) qualẽ putas tũc in aĩo ſuo tentationẽ ſuſtinuit pauper? Si eñ in diuite hæc oĩa nõ vidiſſet,minorẽ tentationẽ ſuſtinuiſſet.Iam vero ante oculos ſuos diuitis oĩa videbat læta, dũ ſe quauis ſentiret carere conſolatione. Videbat diuitẽ illũ cũcta mũdi felicia comitari,arridere ac blãdiri ei oĩa:ſe hic fieri indies infeliciorem,& ex cõtuitu felicitatis alienæ ærumnas ſibi fieri,quas patiebatur, infeſtiores. Sic omnibus his confluentibus creſcebat Lazaro cum tribulatiõe profectus: quõ diuiti quoque ſupplicium futurum multiplicabatur:quia impietatem ſuam ex præſentia cumulabat pauperis.Si enim pſens ille pauper non fuiſſet, ſi ante diuitis non iacuiſſet ianuã,ſi non rogaſſet fame & infirmitate conſumptus,ſi nõ minima quę que & viliſſima petiſſet:ſi deniq; nõ adeo fuiſſet infirmus, vt alibi eleemoſynam ſtipemque mendicare valeret, vel modi-

Gregorij Lazari mendici crux interior quanta fuerit.

K

Diues ꝙmodo ſuã infelicitatem augmẽtabat

cam immiſericordiæ ſuę excuſationem habere potuiſſet diues. Iam vero nihil eſt q̃d illum excuſare poſſit, quia nihil de pauperis neceſſitatibus illum latuit, cui abundauit etiam, quo conſolari illum potuit, ſed cordis duritia præpeditus noluit. Itaque hoc modo ſtatus erat diuitis ac pauperis in hac vita cõtrarius. Spectemus nũc, cuiuſ modi fuerit poſt hanc vitã ſtatus vtriuſq;.

Factum eſt autem vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in ſinũ Abrahæ. Mortuus eſt aũt & diues, & ſepultus eſt in infernum.

Vides nunc cuius ſtatus erat præferendus, dum ambo hic viuerent. Vbi nunc epulonis gloria, voluptas, opes & potẽtia? Quis in vita ipſius eius locum non elegiſſet? quis illum beatum non diceret? Et vbi nunc miſeria eſt pauperis? Quis olim eius calamitoſum viuendi genus appeteret? Quis illum non infelicem diceret? At modo q̃d? Iuſta ſunt iudicia tua domine, & omnes viæ tuæ, miſericordiæ & æquitas. Miſericordia ante ſatis prærogata eſt, nũc tempus erat vt iuxta æquitatem vterque operibus ſuis digna reciperes ſtipẽdia. Ex altaſti apud te illum quem hic depreſſeras, & quem mundõ exaltaueras, humiliaſti. Conceſſeras ei bona multa, quibus redimere potuiſſet peccata ſua, regnumq; elee moſynis comparare cœlorum. Admoueras ei præterea pauperem, cuius calamitas illum rogaret puocaretq; ad miſerandũ. Sed quia intelligere noluit, nec bonis inſpirationibus acqeſcere, tandẽ cogebat iuſtitiam quoq; ſentire. Videte chariſſimi filij, cuius nemo non horrebat olim calamitatem & ſtatum, id eſt, Lazari, quã glorioſe eſt nunc coronatus? Nunquid ſemper eris Lazare miſer? nunquid ſemper deſpectus? nunquid ſemper infirmus & egenus? Aut tu ſemper eris o diues hic felix? Mini me. Sed quemadmodum audiſtis, factum eſt, Deo & diuitis voluptati, & miſeriis pauperis finem imponere volente, vt moreret mendicus, & portaretur ab angelis in ſinũ Abrahæ. Humana illi hic defuerant obſequia, quare nunc illi ab angelis quoque ſeruitur. O felix anima, quæ hic, niſi à canibus, nemine alio viſitabaris, nunc vero tibi non vnus ſufficit angelus, ſed angeli occurrunt multi, qui te portent. Quilibet eñ angelus animæ tam felici optat miniſtrare, O filij magna huius olim fuit calamitas, ſed hanc videte quantus ſequitur honor. Vbi nunc paupertas, vbi mendicitatis ſaccus, vbi hulcera, vbi famis & frigoris anguſtia? Ablata eſt omnis miſeria, & angelis illum portantibus requiem accipit in ſinu Abrahæ. Sinus Abrahæ ante Chriſti paſſionem, quies erat illa ſecreta ſanctorũ patrum in lymbo, nunc vero cœleſtis eſt patria ſanctorum, qnæ idcirco Abrahę dicitur ſinus, quia pater idem eſt credentiũ. Qui enim ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahę.

Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno, Hic voluptatibus & huius mũdi gaudijs dũ hic viueret, erat ſepultus: nunc ad ima deſcẽdẽs inferni, tenebris & flãmis pinde ac ſepulchro obuoluitur.

Eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in ſinu eius.

Vides quia in pœnis conſtitutus diues oculos leuauit, vt videret conſolationem felicis mendici, quem olim ipſe felix deſpexerat? Iuſte igitur, quia tunc oculos leuare vt miſeretur, noluit, nunc leuare cogit et videre vnde magis crucietur. Quod Gregorius conſiderans, de illo diuite ait: Oculos quos illi hic culpa clauſerat, ibi aperuit pœna. Vidit igitur ad maiorem ſuam pœnam Lazarum in ſinu, id eſt, in quieta & certa expectatione æternæ beatitudinis q̃eſcere. Iuſtũ eñ erat oculos illos immiſeri cordes puniri, in hoc quo hic noluerunt miſereri.

Et ipſe clamans, dixit: Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret liguã meam, quia crucior in hac flamma.

Sæpius & diu Lazarus ad diuitẽ olim clamauerat, quo vel tacente eius calamitas, inopia & hulcerоſa infirmitas ſatis clamabant. At auribus clamauerunt ſurdis: & ideo etiam gratis. Euenire igitur illi, quod Sapiens ait, neceſſe erat: Qui obturat aures ſuas ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non erit qui exaudiat. Rogauit autẽ damnatus hic diues ſui miſereri, non q̃d doleret de culpa (obſtinatus enim, vt omnes damnati, erat, quare de peccato non dolebat) ſed de pœna, quam cupiebat mitigari. Itaque non rogabat ſui miſereri; pœnitens

Lazarimẽ dici gloria quãta

Sinꝰ Abrę ne q̃d ſit.

Epuloſi. pulrus in inferno q̃ diratur.

Gregori,

Epuloſ in inferno q̃ modo rogauerit ſui miſereri.

pœnitens de ſuis patratis ſceleribus, ſed de comparatis ſupplicijs, neq; Deũ offendiſſe, ſed ſemetipſum læſiſſe dolebat. Vide quoque quia diues patrem vocat nunc Abrahã, quem olim tñ imitari nolebat. Ille enim miſericordia, pietate, hoſpitalitate & clementia fuit inſignis. Quem ſi fuiſſet imitatus, recte patrem vocaſſet Abrahã. Modo vero cum degener ſit ab Abrahæ virtute, non incongrue reſponderi poteſt ei: Si filius es Abrahæ, opera facere debuiſſes Abrahæ. Vide præterea, quia magis cruciari ſe querebatur in lingua. Nec mirum, quia putatur etiam plus deliquiſſe inguſtu ac delectatione ciborum, in lætitia iocandi aliſq; delictis linguæ. Per hæc autem grauius quis punitur, per quæ grauius peccat. Vide ad tantam inopiam diuitem redactum, vt qui minima negauerit, puta micas panis, ad petẽda minima perductus eſt, quæ illi quoq; negata ſunt, vt ſequitur.

Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris.

Diues hic ab Abraham filius vocatur generatione tantum ſeu propagatione carnis, non imitatione virtutis. Cui dicitur, quod multa receperit bona in vita. Nemo enim adeo eſt malus, qui non aliqua bona faciat, tametſi adeo digna non ſint, vt æternam felicitatem mereant, vtpote nõ ex charitate, ſed in peccatis operata. Quia tamen de genere fuerunt bonorum, Deus adeo iuſtus eſt, vt illa irremunerata non ſinat. Dat igitur operum huiuſmodi autori temporalia bona in mercedem. Hoc modo putandus eſt diues aliqua bona egiſſe, pro quibus hic diuitias, delitias, ſanitatem, honores & id genus ſimilia receperit. Lazarus quoque non adeo fuiſſe perfectus creditur, quin aliqua admiſerit mala, licet dãnatione æterna propter Dei miſericordiã non digna, quæ hic in illo purgata ſunt. Quamobrem hic ſua mala, & ille ſua bona in hac vita recepiſſe dicitur. Quæ bona illũ ad pœnam miſerunt, ſicut hunc mala, quæ perpeſſus eſt, exaltauerunt ad coronam.

Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt, vt hi q̃ vol ũt hinc tranſire ad vos, nõ poſſint, neque inde huc transmeare.

Chaos hoc magnum, quod inter electos & reprobos interſtat, eſt diſtantia, inæqualitas ac diſparitas meritorum, quod rigore diuinæ iuſtitiæ immutabiliter firmatum eſt, vt electi in bono confirmati, & reprobi in malo mancant obſtinati. Hi igitur (dubium non eſt) ad electos nonpoſſunt accidere. Sed quod electi ad dãnatos per compaſſionem quoque ſingularẽ nõ accedant, facit quod cum Deo in voluntate ſunt vniti, eiuſq; adeo conſentiunt iuſtitiæ, vt damnatis nihil poſſint, nihil velint compati, aut eſſe auxilio.

Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei, habeo eñ quinq; fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locũ tormentorum.

Pro ſuis hic rogat non quod illis optet ſalutẽ. Inuidia enim dãnatorum adeo eſt obſtinata, vt quomodo nemini, ita ne ſuis quidem optent bonum. Sic & beatorum tam perfecta e regione eſt charitas, vt nemini non velint bonum. Damnati igit cũ ſuis ſalutem non optent, quare, inquis, tũc hic pro ſuis fratribus relictis orat? Dicendum, non propter illorum ſalutem hoc ipſum precari, ſed ne per illorum damnationem maiorem ipſe acquirat pœnam, quippe qui illis occaſiones, exemplum malum, & bona reliquerat temporalia, irritamenta ad peccandum. Vnde non pro illis, ſed pro ſe magis hanc denunciationem optabat, ne grauiori ſuccũbere cogeretur ſupplicio. Quamuis etiam veriſimile ſit, vt inter eos qui ſaluandi ſunt, damnati ſaluari optent magis ſuos, quam alienos, ſtante generali ad omnes nihilominus illa inuidia, qua neminem velint ſaluari.

Et ait illi Abraham: Habent Moſen & prophetas, audiãt illos. At ille dixit: Non pater Abrahã, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agẽt. Ait autem illi: Si Moſen & prophetas nõ audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

Diuiti hic roganti, vt ad ſuos fratres hic Lazarus mitteretur, negatũ eſt: ſed ad ſcripturam omnes remittimur ſacram, cuius tanta eſt, autoritas, vt nedum homini, ſed etiam ne angelo quidem de cœlis venienti, ſi aliud quid, q̃d ſcripturæ eſſet contrarium, docuerit credendum eſt. Sed quicquid vel angelus vel homo contra ſcripturæ iuxta Eccleſiaſticam catholicamque eluci

Chaos magnum q̃d ſit.

Epulonẽ dijuttem, p quibuſdã bonis ſuis hic recepiſſe mercedem.

Inuidia damnatorum qualis ſit.

Scripturę ſacræ autoritas quãta ſit. Gal. 1

elucidationem explanatæ assertiones euã gelizauerit,anathema sit . Maior est certitudo scripturarum,quæ autoritate Eccle siæ receptæ sunt, quam cuiusuis mortui reuelationis. Nã si ex mortuis resurgenti vellent huius fratres credere, maxime crederent Christo,qui ex mortuis resurrexit. Verum ficut scripturæ,sicut Mosi & pphe tis non credunt,ita nec Christo ex mortu is. Chariſſimi commonefaciat nos exẽ plum hoc,siue historia, quo sobrie, iuste ac pie viuamus in hoc seculo,peccatorum nostrorum purgationem tam humiliter quam patienter sustinentes.Optemus magis hic cum Lazaro egestatem & infirmitatem pati,quam(ficut de Mose loquitur Apostolus)cum diuite temporalis peccati habere iucunditatem.Quod nobis largiat Iesus Christus in secula benedictus,Amẽ.

Tit.2

Heb.11

SERMO I. IN EADEM DOminica. Quam multipliciter à malis boni discernãtur,vtq; qua drupliciter peccetur circa diuitias.

O Actũ est vt moreretur mendicus,& portaretur ab angelis in sinum Abrahæ : mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.Lucæ XVI. Proponitur nobis chariſſimi hic comparatio quædam duorũ hominum non æque hic felicium,nec post hanc vitam pariter felicium,diuitis scilicet & pauperis,cuius vtraq; conditio in Euãgelio describitur.Introducitur enim diues quidam fulgens purpura & auro,splendide epulans & precioso amictu honoratus, comitiua stipatus famulorum, alacer & sanus:& ediuerso egenus, mendicus , ægrotus,hulcerosus,famem patiens , & omniũ interim auxilio destitutus.Ponite hęc duo spectacula ob oculos vestros. Interrogo vos,vtrum horum duorum æstimatis feliciorem? Qui timet Deum,non dubito, qn mox Lazari(sic enim hic pauper vocatur) conditionem & statum probabit. Sed ego iudicium,quod secundum rationem quidem dicitur seu datur post auditam sentẽtiam,non requiro,sed audire cupio electionem & optionẽ vestrã,cuius vitã hic & statũ dũ vterq; viueret,si electio vobis & arbitrio vestro cõcederet,eligeretis? Quis dubitat,qn cũ diuite malletis hic esse felices, q̃ cum Lazaro pauperes? Audistis iam ex Euangelio quid vtrique acciderit,& propter ea fortasse inter spem metumque fluctuaret electio Sed ego interrogo,ac si vtriusque nescire tis finem,sed vtriusque præsentem intuereminitantum conditionem,vt hodie multorum, quorum nescitis finem, contemplamini:cuius, inquam , optaretis amplecterein ive conditionem? Quis dubitat dicturos vos omnes diuitis: in cuius statu æque salutem vobis promitteretis , q̃ modo indubitato,dum viueret,sibi ipse p misit.Quis enim diuitem illum cernens, omnibus quæ mundus miratur plenum, gaudentem ac glorioſum non honoraret, non genu ei flecteret,non gaudij illius particeps fieri cuperet , nihilo minus sperans vt dixi,cum omnibus his futuram felitatẽ? Neque enim de eo legitur,quod aliena rapuerit,sed tantum, quod concessis sibi bonis immoderate fuerit vsus , (cuiusmodi hodie homines prædicantur liberales & honesti)& quod egeno auxilium nullum impendens eleemosynam fecerit:contra q̃ quoque nostri temporis diuites glossam & excusationem non ignorarent. Erat itaque diuiti illi palatium amplum,erat familia multa , erat diuitiarum copia, erat honor.Ab omnibus enim agnoscebatur, ab omnibus honorabatur,nominabatur, magnificabatur.Quis ediuerso hulcerosi, miseri,calamitosi,egeni , mendicique hominis ærumnas aut optaret aut eligeret? Imo quis non omni eas qua posset virtute, fugeret ? Sed audite filij chariſſimi, quam cæcum est nostrum iudicium, quã vana p̃sumptio.Audite quid Euangeliũ dicat:Factum est vt moreretur mendicus,& cẽ quæ sequunt.Eligite modo si vultis statũ diuitis.Dicite nunc? qd ex diuitijs vestris expectatis? Quomodo non tremitis o diuites,qui habetis consolationem vestrã in hoc seculo? Quomodo non timetis, qui ridetis nunc,qui epulamini & gaudetis,audientes hoc iustum Dei , sed absconditum iudicium? Quid habetis quod ves excuset, quod illum excusare non potuerit, sperãtes vt nõ simile vobis iudiciũ eueniat,qñq dem in culpa(si vere hãc noscere tis)parum estis dissimiles? Aduertite aũtem quantum discreuit Deus inter diuitem & pauperem.Primo,eos discreuit in nomine. Siquidem apud illum pauper nomen habet, diues nomine caret. Pauperem enim noscit ex nomine, diuitem non cognoscit ex nomine. Quia& diuites hic nomina

Gregori.

P

Epulonis diuitis in licirasqui ta hic fuerit.

Luc.16 Diuitijs riculaquita. Ibidem.

Quã multiplicitur Deus homos distinguat à seIis. Matth 1.

sua magnificant ac nominari volũt in terris,Dei nomen interim obliuiscentes:ideo Deus etiam nomina eorum delet de libro vitæ.Non ergo diuitem nouit quomodo fatuas virgines non nouit,quibus dum ad clausam regni cœlestis ianuam pulsarent dictum est: Nescio vos . Quomodoq; his qui in Christi nomine prophetasse & multa signa feciſſe se iactabãt, responsum est: Nescio vnde sitis. Discedite à me operarij iniquitatis.Hoc itaque diuitis nomen (qa vitam eius non probauit Deus)non ostendit se scire.De impijs enim dicitur in Psalmo:Non ero memor nominum eorum p labia mea.Mendici vero nomen expressit, quod scriptum tenebat in libro vitæ: Gaudete,inquit,& exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Discreuit igitur in nomine eos,dicens: Homo qnidam erat diues.Et erat mendicus quidam nomine Lazarus. Secundo discreuit eos in donis.Diuiti enim temporalia bona(vt filijs hominum solet)dedit,quibus si vellet, vti posset,& elleemosynam absc̃odere in sinu pauperis,vt pro se oraret.Ipse Dei abusus est donis in superbiam.Porro pauperi ea Deus dona,quæ suis charioribus hic solet dare amicis,dedit, inopiam, infirmitatem,hulcera,impotentiam,mendicitatem, famem ac desolationem.Hæ fuerunt diuitiæ & gemmæ pauperis . His nobilis factus est & generosus,his conformem sese exhibuit regi suo. Tertio , discreuit eos in vitæ egressu.Nam pastor bonus cognouit ouem suam,quãdoquidem in vita quoque ab oue agnitus est,& eius vox audita, idcirco sepulchrum fecit ei glorioſum.Nã fecit eum portari ab angelis in sinu Abrahæ.Mortuum quoque diuitem pastor illius diabolus seu suum parochianum agnouit,siquidem sepeliuit eum in infernum.

Quarto,discreuit eos post mortem. Siquidem Lazarus sedit,quomodo per Esaiam promissum fuit, in pulchritudine pacis,in reqe opulenta & in tabernaculis fiduciæ.Diues sedit in cruciatu gehennæ ardentibusq; flammis. Quinto, discreuit eos in expectatione. Siquidem Lazarum post Christi passionem ex lymbo in felicitatẽ transtulit æternam, vbi nullus ei dolor aut gemitus,cuiusoĩa desideria exaudiuntur & satiant,vbi nihil ad fastidium illi adest,nihil abest ad desiderium & felicitatẽ,p̃stolaturo geminam gloriam,vt corpo re resumpto per resurrectionem in vtroq; gaudeat beatus.At vero diues hic continuis indeficientibusq; punitur incendijs, & corporis quoque post iudicium expectat, crematione flebilem. Qui in inferno positus ad Abraham clamans,rogãdo multa petiuit,sed ex omnibus (vt Euangelium testatur)ne vnum quidem impetrauit.Vt igitur dixi,quis est qui non paueat, quis hæc legens non tremat iudicia Dei? Eum nanque quem omnis homo beatum ac felicẽ hic prædicabat,cui nemo non optabat fore similis,recipit infernus. Is vero qui hic contemptus & hulcerosus fuit, ab angelis portatur in sinum Abrahæ. Agite nunc diuites,plorate & vlulate in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comedentur. Aurum vestrum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit,& manducabit carnes vestras,sicut ignis.Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Sed dicit quis:Nunquid non Abraham q̃ que diues fuit? In eius tamen sinu Lazarus hic requieuit.Quare ergo diuitibus tãtum periculi est? Dico vobis filij, q̃d Christus dixit Iudæis:Si Abrahæ estis filij, opera Abrahæ facite . Si per Abrahæ aliorum ve sanctorum diuitias vos excusari vultis, opera Abrahæ faciatis.Abraham hospitalis fuit egenis tribuens .Iob quoque diuitiarum suarum peregrinos & pauperes fecit participes,vt ipse de se confitetur,dicẽs: Ostium meum viatori patuit,foris nõ mãsit peregrinus,cẽ . Hoc modo vos sanctorũ opera facite.Non ametis diuitias, nolite velle esse,aut fieri diuites.Si Deus has vobis dederit,vtamini illis sobrie ad Dei gloriam,non ad contumeliam:vtamini illis ad pauperum sustentationẽ, & ad pios vsus, vt sitis iuxta Pauli admonitionẽ diuites in operibus bonis,pni bene agere,facile tribuere & cõmunicare.Nã quõ diuitiæ non obsint,docet nos Psalmus,dicens:Diuitię si affluant,nolite cor apponere . Ideo cum Iob nec gaudeatis ad diuitiarũ accessum, nec si etiam vos deseruerint,tristemini.Nemo enim cum dolore amittit,quod non amat.Quod enim quis cum dolore amittit, conuincitur diligere. Itaque sciendum contingere vt quadrupliciter sic pecces circa diuitias.Primo peccas si diuitias modo illicito coaceruas,aut sic iuste coaceruatas possi-

Eccle.41 Mat.25

Matt.7

psal.15

Luc.16

Q II.

Eccl.2.9

III. Ioan 10

Esaiæ 11

IIII. Esaiæ 32

V

psal. 15.19

R Iacob.9

gene.43

Ioan.8

gene.18

Iob.31

Diuitijs q̃ modo ad Dei gloriam vtendum sit.

1. Tim.6

pfal.61 Iob 1

Gregori.

Peccatũ quadruplex circa diuitias

poſſides. Teneris enim ad reſtitutionem quicquid aut fraude, aut violentia. aut vſura, autper potentiam, aut per ſupplantationem proximi obtines. Huiuſmodi nanq; oportet reſtitui, ſi ſaluari cupis. Et quid p deſſe tibi poſſunt ea quibus occidis & per disanimam tuã? Vos potentes, diuites & p fecti, qui pauperes premitis, ſicut ſi quis vuas torquet in torculari, recordemini q̃modo rex Iſrael Ahaba Nabaioth petiuit vineam illius, daturus pecuniam pro ea.

3. Reg. 21 Quam cum ab eo impetrare (nolebat em̃ hæreditatem ſuam vendere Nabaioth) nõ poſſet, Iezabel vxor regis Nabaioth interfici iubet, zelans pro viro ſuo, ne deſiderio ſuo fruſtratus animo affligeretur, ſed vineam obtineret. Indignatus ſuper hoc dominus, prophetam ad regem miſit, qui illi nũciaret, qua plaga ipſum, vxorem atque omnem eius poſteritatem propterea eſſet deleturus. Animaduertite igitur vos præfecti & iudices, quorum eſt defendere pupillos & viduas, aduenas, pauperes & peregrinos quomodo Deus reſpicit & iudicat. An ignoratis, quibus ſimulationibus, aſtu & dolis hæreditates à veris hæredibus tollitis, vt vobis vendicetis? An Deus non videbit, aut non iudicabit? Et vos negociatores, an fraudes, figmenta periuria, impoſturas, mendacia veſtra ignorat Deus? An putatis, quæ hoc modo, aut per vſuras, aut illicito quouis alio quæſtu acquiritis, veſtra ſint? Videbitis quæ modo non creditis, in fine vitæ veſtræ, quantum illi & illi debeatis, quibus ea quæ iniuſte vſurpaſtis, non reſtituiſtis. Et quid tunc hæc vobis p derit vltima agnitio, quam nulla poteſt ſe

1. pet. 2 S qui emendatio? Rogo igitur vos p

Bona iniuſta reſtituenda eſſe. mortem domini noſtri Ieſu Chriſti quam ſuſtinuit pro vobis, vt modo, hoc eſt, hodie quicquid apud vos eſt, quod non eſſe veſtrum debito ordine, aut certum, aut ſuſpectum, aut dubium eſt, illud vobis faciatis alienum, & quibus pertinet, reſtituatis.

Lucæ 16 In hoc genere iniquus fuit diſpenſator villicus diuitis, qui bona domini ſui diſſipauit, & donauit in commodum ſuum, quibus voluit, propterea laudatus, nõ ex hoc quod inique fecit, ſed quod ſibi iuxta humanam prudentiam, quæ ſtultitia damnabilis eſt, apud Deum, callide ac temporaliter prouidit. Hoc modo non conſulo vt

1. Cor. 3 temporaliter, ſed vt æternę veſtræ ſaluti p uideatis, & ſitis ſecundum Deum ſapientes, reſtituatisque quicquid veſtrum non eſt, quicquid iuſte non habetis, & quicqd à regno Dei uos poſſet excludere. Satius eſt vobis pauperes intrare in regnum cœlorum, quam diuites mitti in gehennam.

II. Secundo pecatur, diuitias aut bona temporalia, auare retinendo. In horum ſunt numero qui ſemper colligunt, quibus tam deeſt quod habent, quam quod non habent. Cuiuſmodi diues quidam in Euan-

Lucæ gelio legitur, qui multa congregauerat bona, adeo vt horria dilatanda ampleandaq; decerneret, ſibi ipſi dicens: Anima habes multa bona in multos annos repoſita, &c. Hoc modo diues ille hodiernus deliquit, adeo durus, adeo tenax & inclemens, vt nõ poſſet pauperi ſua vel ſuperflua communi care.

III. Tertio peccatur, temporalia in illicitos ſuperfluoſque vſus exponendo. In hoc genere delinquentium eſt recenſendus, qui portionem ſuam hæreditatem à patre acceptam diſſipauit, atque cum meretricibus conſumpſit. In hoc quoq; delicto

Lucæ epulo ille hodie notatus, innocens non fuit. Conuiuabatur enim ſplendide. Siquidẽ de illo ſcriptum non eſt, quod reprehenſus fuerit, quod bono tantum vſus fuerit cibo, ſed quod quotidie epulabatur ſplendide, vt intelligas ibi abundantiam, luxũ & oſtentationem.

IIII. Quarto peccatur, tẽporalia bona ſeu diuitias nimis amando. De hoc genere diuitum erat qui ad Chriſtum veniens iuterrogabat, quid vt ſaluus

Matt. fieret, eſſet facturus. Qui cum Dei manda ta iuſſus eſſet ſeruare, & ille ſe omnia ſeruaſſe iactaret, adiectum eſt à domino: Vnum tibi deeſt: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ poſſides, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo. At ille triſtis abceſſit. Quare triſtis abceſſit? Quia vt ſequitur, habebat poſſeſſiones multas, à q̃bus ægre patiebatur ſe auelli. Amabat em̃ eas: quare triſtitia illi erat ab his diuidi. Dominus noſter Ieſus Chriſtus nobis miſericordiam ſuam largiatur, vt ſic tranſiamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Qui cum patre & ſpiritu ſancto vnus Deus viuit & regnat in ſecula benedictus. Amen.

SERMO II. IN EADEM DOminica. Quod in Dei ſemper timore ſit viuendum, atque hoc mundo parce vtendum.

Mor

T Diuitiæ q̃ re hominibus noc iuæ.

Ortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno. Lucę decimo ſexto. Non in ſuggillationem cuiſpiam hic quicquã dicturus ſum, ſed ad omnium exhortationem: quandoquidem huius dominicæ Euangeliũ hæc habet verba. Sciẽdum igitur, quamuis diuitias habere neq; virtutis neq; vitij ſit, facit tamen corruptio noſtra, tametſi opes iuſte acquiſitæ ſint, vt his aut vix difficillime vti poſſint, qhabẽt eas, abſque delicto. Aut enim tenacitas ſe admiſcet, vt vbi ad pietatem, ſiue in Dei cultum, ſeu in animarum commodum liberaliter deberent erogari, tenacius retineant, aut vbi ambitio & oſtentatio nobis imperant, tam inutiliter quam abſq; ratione p fundantur. aut certe voluptas ex diuitijs ſuperbiaq;, non neceſſitas nutrit atque fouetur. Itaque varia ſunt diuitiarum pericula, e quibus occaſiones innumerę generantur delinquendi. Vna res eſt tantum, qua diuitiæ ſaluti conferunt animarum, nempe vt contemnantur. Si has didiceris contemnere, atque propter Chriſtum non amare, tunc non nocebunt diuitiæ. Primo igitur ſi abſq; periculo vis eſſe diuitiarum, diſce eaſdem non amare, diſce in illis non gaudere, diſce in illis conſolationem non recipere. Gratias age Deo tuo, qui à

Diues q̃modo poſſit eſſe abſq; periculo diuitiarum. mendicitate te ſeruans, abſq; grandi tuo labore te paſcit. Cum videris egenum, ex animo illi compatere, & te illi tanquam ciui regni cœlorum humilians, cogita propterea illi temporalia non eſſe data bona, quod recepturus ſit à Deo æterna. Tibi vero metue, ne propterea fortaſſe tu temporalia receperis à Deo bona, quod dicendũ

Lucæ 16 tibi ſit in nouiſſimo: Fili recepiſti bona in vita tua, ſisq; de numero illoꝝ qui hic receperunt mercedem ſuam. Propter diuitias

Mat. 6 nõ optes honoratior haberi, nec finas vt q̃ſi famulus ſacerdos te ſequatur, aut ad mensam tibi ſeruiat. Affabilis eſto ad omnes homines quaſi illis ſimilis: maxime autem pauperibus te exhibe communem, nec aliquid in te appareat, vnde alijs præferaris q̃ſi glorioſior. Eſto diuitiaꝝ tuaꝝ dñs, nõ ſeruus vt abſq; retractione cordis eas q̃s (vbi expedierit, aut vbi religio, Dei vetimor poſtulauerit) elargiri. Teipſum vero diſpenſatorem temporalium bonorum, nõ poſſeſſorẽ arbitrare: ideo nulla ſit tibi triſtitia, nulla lætitia, ſiue minuant pecunię ſiue augeantur. Itaq; noli gaudere ppter affluentiam tẽporaliũ rerꝝ, in Deo tm̃ & in eius benigniſſima miſericordia tibi gaudium ſit, qui tibi indigno tanta dedit, & te miniſtrum ſuũ conſtituit ſuper bona ſua, in pauperes, peregrinos, infirmos egenoſque diſtribuenda. Propter adminiſtrationem vero temporalium bonorum tu quoque vnus electorum fis, mercedem pauperum (quandoquidem recipis ex diuitijs cũ ctis neceſſaria tantum) cum pauperibus accepturus. Noli quoq; triſtari, ſi tollantur tibi temporalia bona, ſed recole ea tua non eſſe, nec amanda, ſed cum Iob dicito:

pſal. 16 Diuitiæ qñ prodeſſe poſſint.

Iob 1 Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placet, ita factum eſt. Sit nomen domini benedictum. Noli nimium ſollicitus eſſe pro tuis prolibus. Si timuerint ipſi Deum, ſufficiet eis, quicquid iuſtoꝝ bonorum reliqueris. Qui enim te paſcit, paſcet q̃que & filios tuos. Si vero impios reliqueris filios, tunc digni non ſunt vt aureum habeant nummum. Abſit igitur à te, vt propter proles aliquid aut facias, aut intermittas, quod à dño in te fuerit arguendũ. Charior ſit tibi anima tua, quam proles tua.

prolibus ne parcẽs nimiũ timeant ꝑ diuitijs

Ante omnia igitur miſerere primũ animæ

Eccl. 30 tuæ placens Deo, filijs tuis, ſi fuerit in poteſtate tua, tantum relinque, vt non egeãt.

Thob. 4 Pauperibus & egenis, ſi tibi multum fuerit, abundanter tribue: ſi parum, & hoc libenter in Dei amorem, & propter Dei amorem impende. In vſu temporalium bonoꝝ vt ad gloriam Dei neceſſarijs vtaris, ſuperflua, curioſa, oſtentatiua & voluptuoſa deuita. Potius cogita quam multos inde alere poſſis egenos ex hiſq̃ ſupflue alij inutiliterq; conſumunt. Poſtremo, vt Deũ timeas, atq; præ oculis habeas, ſemper verſatur in corde tuo quod diuiti dictum eſt damnato, ſemper, quando ad voluptatem luxum, gloriamve ſiue ciborum ſiue veſtiũ incitaris, hæc vox ſonet in corde tuo: Fili

Luc. 16 recordare q̃a receꝑiſti bona in vita tua, ꝑpterea nũc cruciaris. Reſpõde igit tibi ipſi:

Abſit à me, vt bona mea hic recipiam. Ego ex oĩbus bonis & donis Dei aliud nõ quærã q̃ neceſſitatem & gloriam Dei. Sċio nõ me hic poſſe habere felicitatem, ſed futuram expectare. Quod vt melius poſſis, audi qd Ezechiel ex pſona dicat dñi de So

Ezech. 16 domitis, q̃ cœleſti fuerũt igne conſumpti: Hæc fuit iniqtas Sodomæ, ſuꝑbia, ſaturitas panis & abũdantia & ociũ: & manũ e-

Lucæ 16

Regula diuinæ iustitiæ certissima quę.

X

geno & pauperi non porrigebant. Similia leguntur quoque de diuite epulone, byſſo purpuraq; veſtito & quotidie cõuiuante.

Certiſſima autem diuinæ iuſtitiæ regula eſt, vt ſicut nullum bonum irremuneratum, ita nullum malum remanet impunitum. Deinde, quod nemo tam inuenitur bonus, qui non aliquid habeat quo delinquat: nemo tam iuſtus, quinon aliquando peccet. Sic nemo tam eſt prauus, qui non interdum æqui boniq; nõnihil agat. Cæterum, ſicut bonis delicta exigua bonitatem non adimunt omnem, ita prauos modica bona non efficiunt iuſtos. Qui ergo boni ſunt pro leuioribus peccatis hic temporaliter affliguntur. Quam afflictionem quo æquiori animo mortales ferant, eo citius purgantur, & regnum conſequuntur beatum. Qui vero reprobi ſunt, paucorum (q̃ hic geſſerunt) bonorum retributionẽ hic quoque accipiunt temporalem: & pro peccatis magnis, quæ hic expiari nequeunt ſine charitate, pœnas dabunt poſtea ſempiternas. Hic iam eligat quiſque, vtrum velit aut temporaliter hic lugere ac pati incommoda, & tandem ab his non modo liberari, verum perpetuis etiam bonis frui aut bonis delectabilibus huius vitæ affluere, frenoque nullo obedire ac diſciplinæ cohiberi, & tandem carcere perpetuo inferni obſtringi? Huius enim rei cauſa dñs Ieſus hiſtoriam hanc recenſet, duorum vitam diſſimilem, exitum quoque & præmium diſpar vtriuſque deſcribens. Non eſt vt aut ore, aut ita viuens opere dicas: Ad patriam cœleſtem tendere volo, nec tñ tẽporalia hæc gaudia nõ amare. Cõtra dicit nã q; tibi Chriſtus. Nemo, ingens, poteſt duobus dominis ſeruire. Aut em̃ vnũ odio habebit, & alterũ diliget, aut vnum ſuſtinebit & alterum contẽnet. Quem vnum certe ſi obtinere volueritis, neceſſe eſt vt hæc mundi gaudia nõ ametis. Quod nobis largiat Ieſus Chriſtus in æternũ benedictus, Am. Lucæ 16

DOMINICA SECVNDA POST SOLENNITATEM S. Trinitatis, epiſtola prima Ioannis tertio.

XI

NOlite mirari fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quoniam translati ſumus de morte ad vitam, quoniã diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus p̃ fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

IN hac epiſtola, quę dñica hac legenda nobis p̃ſcribitur, præmonitio fit nobis, ne exterreamur aduerſitatibus, perſecutionibus ac mundi odijs, quibus Dei ſeruos mũdus, premit neceſſaria, recordantes illius apoſtolicæ ſentẽtiæ: Oẽs q pie volũt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur: eiusq;, quam hic, Ioannes dicit: Chariſſimi, nolite mirari ſi odit vos mundus. Cum em̃ vos qcquid eſt mundi contẽnatis, illi diligant q filij ſunt ſeculi & amici, magnificantq;, neceſſe eſt, vt diſſentiatis. Diſſentiões aũt & diſcordias ſequunt odia & p̃ſecutiones. Proinde Apoſtolis ſaluator ad paſſionẽ iturus, p̃dixit: Si mundus vos odit, ſcitote qa me priorẽ vobis odio habuit. Nam ſi de mundo eſſetis, mundus q̃d ſuũ eſt, diligeret. Quia vero de mũdo nõ eſtis, ſed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus. Sequit: Nos ſcimus qa trãſlati ſumus de morte culpæ ad vitã, gratiæ, qa diligimus fratres. Chriſto nobis hoc ſignum cõſtituẽte, qñ dicebat: In hoc cognoſcent oẽs qa mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Itaq; in hoc, inqt Ioãnes certũ ſignũ habemus in nobis, q̃d trãſlati de morte ſumus ad vitã, qñq̃dẽ diligimus fratres

2.Tim.3

Ioan.15

Ioan.15

fratres ſpirituali amore in Deo. Hoc ſecurius quã nos dicere potuerũt Apoſtoli, q ſe in gratia Dei confirmatos p̃ ſpiritus ſancti plenitudinẽ receptã nouerunt. Nos aũt pie qdem ſperare poſſumus, nemo tñ certo ſcire poteſt, an amore odio ve dignus ſit: niſi q̃d ſignũ habemus ex charitate fraterna, ad ſortẽ nos ptinere electoꝝ. Cæteꝝ ediuerſo, q nõ diligit Deũ ac pximũ p̃ charitatẽ, manet ĩ morte, hoc eſt ſub dãnatiõe niſi cõuerterit ſe, ppetua. Oĩs q odit fratrẽ ſuũ, homicida eſt. Qui nõ diligit, dixit, manet in morte. Cũ vero non diligere ſit minus adhuc quã odiſſe, quõ odiẽs nõ manet, ſi non diligens manet in morte. Igit qui odit fratrẽ ſuũ, nõ ſolum manet in morte, ſed etiam homicida eſt. Primo, propriã ſuã animã necãs. Deinde, etiã infirmiorẽ proximum ad odiũ rancorẽve puocans. Si ille quoq; in anima moriat̃, ipſe ſuo illũ odio necauit. Et ſcitis quoniam oĩs homicida non habet vitã in ſe manentẽ. Eſt enim obnoxius æterni dãnationi, vtpote in culpa conſtitutus mortali. In hoc cognouimus charitatem Dei, erga nos, qm̃ ille animam ſuã pro nobis poſuit, quum non deeſſet ſapientiæ eius alium inuenire modum, quo nos redtmeremur, niſi ſummam illam oſtendere voluiſſet charitatem, qua maiorẽ nemo habet, vt animam ſuã poneret pro amicis ſuis: imo etiam pro inimicis poſuit illam. Et nos debemus pro fratribus animas, id eſt, vitam corporalem noſtram ponere. Vita nanque noſtra corporalis, ſeu corpus noſtrum, vt res viliores debent à nobis æſtimari, quam anima proximi noſtri, ita vt vitam noſtram corpuſque noſtꝝ demus potius in mortem, quã proximũ noſtrum, etiam inimicum noſtrum ſinamus mortale peccare delictum, vbi id monendo cauere poſſumus. Qui habuerit huius mundi bona temporalia, vid eritque fratrem ſuum neceſſitatem ex penuria euidenter pati, & clauſerit ei viſcera pietatis, nihil illi tribuens neque ſubueniens, quomodo charitas Dei manet in eo? Minime manet in illo. Quippe qui non habet charitatem, vtpote durus & auarus atque immiſericors. Filioli non diligamus verboꝝ blanditijs, nec promiſſionibus tantum linguæ, ſed opere præſtemus charitatem ac veritate. Opera noſtra atque adeo res ipſa, quantum diligamus vel inimicos noſtros, charitas in nobis manifeſtet.

Ecclo

B

Ioan.15

EXEGESIS EVANGELII dominicæ ſecundæ poſt. S. Trinitatis ſolennitatem, Lucæ XIIII.

C

DOminica ſuperiori proxima deſcriptus nobis eſt ſtatus duorum hominũ, neque hic in vita neq; poſt mortem æque ſe habentium. Alter em̃ horum hic vixit felix, poſt mortem miſer: alter hic miſer fuit, poſt mortem felix, quo diſceremus mũdum contemnere, non fidere terrenis, nec abuti conceſſis rebus. Amatores enim ſuos hoc modo beat mundus, vt perpetuo eos faciat infelices. Hodie vero proponitur nobis, quam miſericorditer ſumus vocati tã ad gratiæ quam ad cœleſtis glorię cœnam, quæ etiam ſint, quæ auocent nos, vndeve impedimur, ne veniamus. Itaq; dicit Euangelium.

Homo quidã fecit cœnam magnã

Antequam hæc diceret verba Chriſtus monuerat quõ eſſent conuiuia ſeruanda. Vocandos enim ait conuiuas pauperes, & qui non habent vnde retribuant, ſed retribuatur nobis in reſurrectione iuſtorum. Ad hæc quodam dicente: Beatus eſt qui manducabit panem in regno Dei, dixit Ieſus: Homo quidam fecit cœnam magnam. Quis iſte ſit homo, dubium non eſt qnin ſit dñs noſter Ieſus Chriſtus, verus Deus & verus homo in vna perſona. Vocat̃ aũt homo, dũ clementia & humana eius beignitas in parabolis eſt deſcribenda: dicit etiam quidam homo, q̃d ſingularitatem ſignificat. Eſt em̃ Chriſtus reuera homo ſingularis & ab alijs diſcretus. Eſt em̃ ſolus ex omnibus de ſpiritu ſancto conceptus, hominis, hoc eſt, Mariæ virginis, & nõ viri filius. Eſt etiã ab omni peccato alienus: nec homo tm̃, ſed etiam Deus. Hic fecit cœnam magnam Duplicẽ cœnã Chriſtus ſuis exhibet electis. Prima cœna eſt gratię, quam Deus facit homini reuerenti à peccato. Huius habemus parabolam Euangelicam de eo, qui patrimoniũ ſuum acceptũ peregre profectus cõſumpſit inutiliter & in peccatis. Quo reuertente pater occidit vitulum ſaginatum. & conuiuium fecit ad gratulandum reuertenti ad ſe filio. Vitulus ſaginatus & occiſus Chriſtus domi-

Lucæ 14

Chriſtus vti dicat̃ homo quidam.

Lucæ 1

D

Cœna duplex quã electis exhibet Deꝰ Lucæ 15

Vitulus ſaginatus

& ociosꝰ quid mystice signet.

nus noster est, omnium virtutum & gratiarum plenus, hic suæ passionis nos reficit gratia. Per hanc enim redemptionis nostræ efficimur participes & incorporamur Christo, vt eius simus membra Dei filij & hæredes. Ex illo enim spiritualis gratia in oĩa mẽbra diffundit, quæ viuificat nos, impinguat, recreat & confortat. Eam enim ob rẽ Christus clamat: Venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis, & ego vos reficiã. Itemq; Ego sto ad ostiũ, & pulso. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cũ illo. Eius cœnare est suæ gratiæ nos participes facere. Itaq; cœna gratiæ cibos habet suos. Quæris qui cibi sint? Cognoscere seipsum, detestari propria peccata, odisse pro pria vitia, amare virtutes, inquirere & diligere beneplacitum Dei. Vocatur autem cœna ideo, quia est ante ingressum requiei, ante dormitionem mortis necessaria animæ refectio. Dicit quoque cœna magna, quia maximus & omnipotens est, qui cœnam exhibet. Est etiam magna propter cibi nobilitatem. Caro mea, inquit, vere est cibus. Dicitur præterea magna, quia magna charitate nobis est parata. Maiorem nanque dilectionem habet nemo, quam vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Est alia cœna gloriæ cœlestis, de qua scriptum est: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Vis huius cœnæ audire præparationem? Apostolus ait: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ pparauit dominus diligentibus se. Dicitur etiam beatitudo cœlestis cœna, quia post laborem recipitur cœna, ita refectio gloriæ post omnia certamina, consummatisq; laboribus & miseriis huius vitæ percipitur. Deinde sicut post cœnam instat requies, nec reditur ad laborẽ, ita percepta beatitudine cœlesti, non redit ad huius vitæ certamina ac laborem.

Rom.8

Matt.11 Apoc.3

Cœnę primæ cibi qui sint.

Cœna hęc cur dicat magna.

Beatitudo cœlestis cur cœna appellet.

E II.

Apoc.19 Esaiæ 64 1.Cor.2

Apoc.14

Amodo enim dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Est prętera cœna magna propter domus cõuiuij amplitudinẽ, de qua scriptum est: O Israel, quã magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Secundo, magna dicitur propter conuiuarum multitudinem. Multi enim, Christo teste, venient ab oriente & occidente, & recumbẽt cum Abrahã & Isaac & Iacob in regno cœlorũ. In Apocalypsi quoq; Vidi, inqt Ioannes, turbã magnã, quam dinumerare nemo poterat. Tertio, propter ministrantium nobilitatẽ dicitur magna: figuratur enim in conuiuio, Assueri regis, qui singulis mensis ministros præposuit de principibus suis, hoc est, de angelis suis. Hi enim omnes sunt ad ministratorij spiritus. &c. Quarto, dicitur magna propter ferculorum abundantiam, dignitatem & preciositatem, Dominus enim Deus ipse preciosissimis est cibus huius cõuiuij. Hęc est, inquit, vita ęterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Quam magna multitudine dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te: Si magna est timẽtibus te, quanta est regnantibus tecum? Reuera vt iterum Psalmista dicit: Melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Et sanctus Augustinus: Tanta est, inquit, iucunditas vitæ æternæ, vt si etiam non liceret in ea manere, nisi vnius diei mora, propter hoc innumerabiles anni delitiarum huius vitę contemnerentur. Quinto, est magna cœna quia omnium desideriorum plena est satietas absque fastidio. Interim enim semp nobis deficit aliqd, nec plena vnquam est nobis aut requies aut felicitas. Sed tunc, ait Psal. satiabor, cum apparuerit gloria tua.

Barue.3

Matth.8

Apoc.7

Ioan.6 Ioan.15

Esthet.

Heb.1

Ioan.17

psal.16

Et vocauit multos.

F

Vocatio Dei multiplex est, qua nos inuitat ad cœnam. Primo, vocat nos voce, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Et iteq; Pœnitentiam agite, appropinquabit enim vobis regnum cœlorum. Est autem vox non solũ quæ auditur cum sono, sed est etiam vox quædam inspirationis, qua nos Christus vocat pene continuus. De qua ait Psalmista, Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Et iterum: Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Semp enim diuina adest homini inspiratio, instinctus bonus, atque interna Dei allocutio sancta, vbi, tñ est auditus, nec diuinæ vocis contemptus. Secundo vocat per literas seu per nuncium. Literæ Christi nostri domini sunt eius Euangelium & sacra scriptura: Nuncij eius sunt sancti pdicatores. Quibus in pson dixit Apostoloq;. Sicut misit me pater, & ego mitto vos ad prædicandum. Et ideo dicit alibi q̃ que: Qui vos audit, me audit, & q vos spernit, me spernit. Tertio, vocat nos manu, nutu aut signo. Manu vocare, est beneficijs inuitare.

Vocat homines: 2. modis. Matt.11

II. Literæ Christi sunt. Nuncij Christi sunt. Ioan.20 Lucæ10

III.

psal.16

Deus vt nos vocet manu & nutu.

uitare. Bonitatẽ enim suam nobis sæpenumero ostendit in beneficijs pśentibus, vt futura eo securius cœlestia speremus. Nutu vocare, est quando aliena videmus aut prospera aut tristia, vnde discimus Deum iratum aut placatum, significaturque nobis in euentu alieno, quid nostræ conueniat saluti. Nam si hominem in peccatis viuẽtem subito inueneris aut inopinate mortuum, quid tibi hic loquitur euẽtus tristis, nisi vt vitam tuam corrigas, à peccato contineas, nulloque tempore in peccato inueniaris perseuerare mortali, ne tibi similia deteriorave contingant? Quappter Christus cum sibi nunciatum fuisset quorundam Galilæorum sanguinem mixtum esse à Pilato cum sacrificijs eorum, dixit: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Putatis quia ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, similiter omnes peribitis. Signo deniq; vocat, id est, tribulatione. Scimus nãque propterea à Deo tribulationem nobis mitti, qua redeamus ad ipsum, sicut scriptum est: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum dñe. Idcirco dũ tribulationem aut infirmitatem sentimus intelligamus oportet nos à dño moneri atque reuocari. Faciamus igiturquod faciebat Psalmista: Tribulationem, inquiens, & dolorẽ inueni, & nomen dñi inuocaui. Est enim calamitas (vt dixi) quæuis, signũ, quo terret nos dñs, vt filios, quos ne pereant, cupit reuocari. Minatur enim nobis, terret nos, quia præseruari nos vult à periculo peccatorum, quomodo mater filium arcet à flumine, à casu, à sectione, hoc est, à cultro seu gladio. Hoc modo nobis multifariam loquitur Deus, & vocat nos etiam per creaturas.

Lucæ 13

Ibidem.

G

Deus vt nos figuo ad se Vocet. psal.82

psal. 114

Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia.

Seruus missus qs sit. Marc.1 Matt.3 1.Ioan.2

Seruus hic missus chorus est apostolorũ, prædicantiumque ordo. Qui omnibus clamans nunciat: Pœnitemini & credite Euangelio. Itemq;: Pœnitentiã agite. Et: Nolite diligere mundũ, neq; ea quę in mũdo sunt. Transit enim mundus & concupiscentia eius. Itemq;: Præterit figura huius mundi. De reliq̃ q vxores habent, sint quasi non habentes, & qui gaudent, sint quasi non gaudentes. Hæ voces quid sunt, nisi serui domini. i. cuiuscunque boni prædicatoris vox & clamor, vocantis ad cœlestẽ cœnam? Hora cœnę est vltima ętas mundi. Nos enim, Paulo teste, sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Et in fine mũdi cœna hæc, quando duplicem stolã tũc oẽs accipient electi, exhibebit. Potest nihilo minus applicari, quod de hora cœnę dicitur, ad hominis ætatem, vt hora cœnæ dicatur, quando homo iam senescit. Tunc enim sæpenumero electos suos qui à rectitudinis via hallucinati sunt, vt resipiscant, reuocat, inducens eis recordationem suæ iustitiæ & timorem, finis vitæ celerem expectationem, mundi gaudiorum fallaciã & vanitatem, & præsentis vitæ miserias, & infelicitatem. Quod vero parata omnia dicit, intelligi debet per Christum, puta peccatorum remissio, chirographi peccati deletio, nostri reconciliatio, regni cœlorum apertio, donorum spiritus sancti communicatio, & quicquid aliud est, quod in salutem hominis fuerit necessarium, in Christi nobis morte paratum est.

1.Cor.7 Ibidem

Hora cœnæ q̃ fit. 1.Cor.10 prouer.31

Lucæ 1.3. & 24 Coloss.2 Col.1 Mar.25 Lucæ 13

H

Et cœperunt simul omnes excusare

Excusatio hæc non de verbis intelligitur, sed de operibus. Omnes enim sua amabant impedimenta salutis. Quæ tametsi sibi quoque viderentur impedimenta, hic tamen carere aut abstinere noluerunt, sed excusabant se quasi impeditos, qui venire nequirent. Hæc autem excusatio vocante prędicatore aut diuina inspiratione, quasi nũcio aut seruo, nihil aliud est, quam diuino instinctui, aut humanæ exhortationi non acquiescere & non consentire, & licet omnes hoc ipsum peccatores faciant, tamen tres tantum, perinde ac tria peccantiũ genera, aut tres peccandi status, qui se excusarunt, hic recensentur.

Exeusatio qd in hoc loco signi ficet.

Primus dixit. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te, habe me excusatum.

Per villam dominationem aliquam accipimus atque occupationem terrenam. Quamobrem significari hic intelligimus superbos & ambitiosos, quos est se excusare. Hi enim superbiæ & ambitiõi seruiẽtes, ci-

Villa qd mystice signet.

to recipiunt impedimẽta, p quæ diuinæ inſpiratiõi nõ acqeſcant. Sunt aũt de huiuſmodi hominibus multi, q̃ p tutela honoris ſui (vt ipſi loquunt) magis aũt p gloria, p excellentia, & p ſupbia ſua zelantes, impedimenta animarũ admittunt grauia, Dei quoq; præcepta negligunt, ne ſuas amittant diuitias & dominationes, neve æſtimatio eorum in modico lædatur aut minuatur. Et hæc impedimenta priuatus eis amor p ſuadet quaſi licita & neceſſaria, per quæ volunt & ſibi perſuadent etiã ſe eſſe excuſatos. Rogare eñ ſe haberi excuſatũ, eſt aliquam in medium ferre aut p̃tendere cauſam, quare ad ſuam ſalutẽ ſeſe non diſponit. Omni eñ ſuperbo nihil adeſt familiarius, quã ſemp ſe excuſare. Obſerua ẏba ſingula, & quomodo ſuperbiæ vitium in ſingulis indicet, inuenies. Superbia eñ facit ex cõſuetudine quaſi neceſſitatem. Qui eñ vanam gloriam diligit, quicquid loqtur, p ſui excuſatione aut defenſiõe eũ loqui quaſi vrgẽs neceſſitas impellit. Ideo dicit: Neceſſe habeo. Quia vero à ſe digredi, & ſui fieri immemor probatur ſupbus, dicitur etiam exire, ſcilicet à ſe, putans ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit. Cum præterea alĩs placere, alĩs præferri cupit, tunc illũ oportet videre, id eſt, ſtudium excogitandarum viarum, quibus id obtinere poſſit, aſſumere.

Superbia ex conſuetudine q̃d efficeat.

Galà.6

Alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & neceſſe habeo probare illa. Rogo te habe me excuſatum.

I

Iuga boũ quinq; q̃d velint.

Iuga boum quinque ſignificant quinq; ſenſus, qui iuga propterea dicuntur, quia ſenſus oẽs geminati ſunt, vt viſus in duobus oculis, auditus in duabus auribus, guſtus in lingua & palato, olfactus in duabus naribus, tactus in duabus manibus, licet alioqui per totum corpus diffundatur tactus, & geminari poſſit, quo ad tactum externum & internum. Iuxta hunc igitur intellectum curioſitas ſenſuum poteſt intelligi, qua interior homo ad exteriora ſeſe effundit, ſuorum interiorum prorſus neſcius, alienorũ inueſtigator curioſus. Poteſt nihilominus hic intelligi auaritia. Per iuga eñ quinque boum, quinque vult paria boũ ſignificari, q̃ne empta voluit probare, cuius occupatione retentus cœpit ſe excuſare, ne ad cœnam inuitatus vitæ veniret, aut potius auaritiam ſuã, cum ſcriptũ

Curioſitas ſenſuũ q̃d faciat.

ſit: Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Diſplicet enim hoc, vt per Hieremiam ſignificatur, grauiter Deo, illo per prophetam dicente: Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris: Non peccaui.

Pſal.140

Hiere.2

Et alius dixit: Vxorẽ duxi, & ideo non poſſum venire.

Quamuis vxorem duxiſſe illicitũ non ſit, tamen cum coniugũ ſit abuſus frequẽtior, vbi copula coniugalis non ad prolẽ ſuſcitandam, ſed ad voluptatem admittit, non mirum eſt, vt per rem iuſtã (coniugiũ enim æque ſeruatum non excludit à regno Dei) ſignificetur res iniuſta, puta carnis voluptas ſeu luxuria. Videte aũt quam egregie ad Euangelium alludit ſententia quoque Ioannis in epiſtola ſua. Euangelium enim vos volens nominare, qui præcipue mundi ſpeciem tenent, nil aliud quam quod Ioannes dicere videtur: Omne q̃d eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Obſerua quoq;, quod is, qui vxorem ſe dicit duxiſſe, non rogat excuſari. Voluptas enim carnis adeo eſt importuna, adeo eos quos capit ſemel, abſorbet, vt honeſtatis & verecundiæ immemores non ſolum non excuſent, verum etiam vltro confiteantur quaſi neceſſitatem, deſperando dicentes: Non poſſum continenter viuere. Quod quid aliud eſt, quam non poſſum ad cœleſtem cœnã venire?

Coniugij abuſus q̃ ſit.

Gregor.

1.Ioan.2

Voluptas carnis q̃ ſit importuna.

Et reuerſus ſeruus, nunciauit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos & claudos introduc huc.

Serui huius denunciatio, eſt prædicatorum ſanctorum gemitus in oratione corã Deo plangentium, quod verbum Dei à ſe prædicatum non inueniat locum, vbi reqeſcat, aut vbi faciat fructum. Idcirco pater familias iratus, non paſſione iræ feruentis, nec affectione vindictæ, ſed voluntate & zelo tranquillo iuſtitiæ, malum punire volentis. Quia vero prior inuitatio ſeu elgatio ſerui præcipue fuit ad principes ſynagogæ, ſcribas & phariſæos atque ſeniores, qui, vt dictum eſt, excuſarunt ſe iterũ: nunc ſeruus mittitur ad ſimplices & illiteratos, hoc eſt, ad plebẽ Iudæorũ iubeturq; cito

K

Ira patrifamilias quid

cito exire, & introducere ad cœnã cæcos, id eſt, indoctos & inſcios, pauperes, id eſt, donis ſpiritualibus deſtitutos, & mundo deſpectos, debiles item ad bene operandum, & claudos, id eſt, inſtabiles. Sicut enim Gregorius dicit: Sæpe infirmi, & in hoc mundo deſpecti, tãto celerius Dei vocem audiunt, quanto in hoc mundo non habent, vnde delectentur. Erat autem propterea cito eundum, quia pro ſaluandis animabus, nõ debet interuenire mora, aut negligentia.

Gregori⁹

Per ingratitudinem indigni cœnæ cœleſtis facti ſunt, quotq̃t vocati venire noluerunt. Quamobrem poſtea cum libẽter etiam intrare voluerint, nõ poterunt. Obſeruemus igitur filij chariſſimi vocationẽ noſtrã, & in omnibus quæ nobis accidũt, aduertamus quare nobis hæc miſerit Deus: quæ ſit item volũtas eius beneplacens, & perfecta, vt hanc non negligamus, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Roma.12

Et ait ſeruus: Domine factum eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt.

Quaſi diceret: Quos vocari iuſſiſti, & qui ex plebe Iudæorum ſunt conuertendi, iam ſunt ad fidem introducti. Intrauit eñ frequentia Iudæorum ad dominicam cœnam: ſed locus eſt, quo adhuc recipiatur etiam numeroſitas Gentium. Ita enim factum eſt. Nam Paulo & Barnaba ad ſynagogas Iudæorum intrantibus, & Dei illis verbum annunciantibus, cum reſiſterent Iudæi his quæ dicebantur à Paulo, dixit Paulus: Vobis, ſcilicet Iudæis, oportebat primum prædicari verbum Dei, ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad Gentes vobis repudiatis, vt ad cœnam æternæ vitæ eas vocemus.

Actor.13

Et ait dominus ſeruo: Exi in vicos, & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

L

Mittitur hic chorus prædicatorũ ad populum gẽtilium, populum ſine lege, rudem, & inciuilem: ideo ad ſepes, & vicos ire iubetur, & eos compellere, hoc eſt, rationabili perſuaſione inducere, vt intrare ad cœnam dominicam conſentiant. Compellere debent prædicatores populum ad ſalutaria, quomodo Apoſtolus ad quendam horum ait: Prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, increpa, obſecra in omni patientia. Compelluntur aũt, non quia nolentes intrãt, ſed quia eorum mutatur voluntas, Deo ad hoc media debita ordinante, vt velint iam quod ante noluerunt. Per infirmitates enim & aduerſitates illos plerunq; inducit, vt ſalutaribus monitis aſſentiant.

2.Tim.4

Cõpellere intrare quid ſit.

Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

SERMO IN EADEM DOminica. In quam multiplici ſint genere, qui à domino vocantur.

M

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Lucæ XIIII. Hæc eſt illa cœna, quam ſuo nobis ſanguine prẽparauit dominus & redemptor noſter Ieſus Chriſtus, in cruce pro nobis moriens. Ibi enim pro nobis occiſus eſt vitulus ſaginatus, in conuiuium nobis paratus, in ſpiritualem cœnam præſentis vitæ, qua introduceremur in cœnam cœleſtem. Hanc ad paſſionem iturus, diſcipulis quoq; ſuis promiſerat, dicens: Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam. Et iterum: Vado parare vobis locum, &c̃. De hac cœna quoq; loquitur, vbi dicit: Beati ſunt ſerui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilãtes, Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Vt igitur breuiter dicam filij, cœna hæc vita eſt æterna, qua omnes electi epulantur, requieſcuntq; à laboribus ſuis, pleni gaudio, quiete, ac felicitate perpetua. Hæc autem cœna, hoc cœleſte cõuiuium, vt Auguſtinus ait, duobus inſtauratur ferculis, in abſentia ſcilicet omnis mali, & in affluentia omnis boni. Quæ fercula iuxta diui Bernardi ſentẽtiam, tam magna ſunt, vt menſurari non poſſint, tam longa, vt non poſſint terminari, tã multa, vt non valeant numerari, tam precioſa, vt non poſſint æſtimari. Id enim quod promittit Deus, vt verbis vtar Auguſtini, fide non capitur, ſpe non attingitur, charitate non comprehenditur, deſideria & vota tranſcẽdit, acquiri poteſt, æſtimari non poteſt. Illud enim eſt ſolum, verum & ſummum bonũ,

Ioan.10

Lucæ.22

Ioan.14

Lucæ.12

Cœna dei quæ ſit.

Apoc.14

Auguſti. Fercula duo cœnæ Dei quæ ſint. Bernard⁹.

Auguſti.

quod non de creatura, ſed de creatore concipitur. Quod cum acceperis, nemo tollet à te, cui comparata omnis aliunde iucũditas mœror eſt, omne decorum fœdum eſt, oñe poſtremo quod delectare poteſt, moleſtum eſt. Ad hanc cœnam vocauit generaliter omnes, qui neminem vult perire: ſingulariter aũt multos, eos ſcilicet, qui bus ſingularia dona, ſingulariaq; contulit beneficia, atq; auxilia ad ſalutem. Beati igitur qui ad cœnam hanc nuptiar; agni vocati ſuut, beatiores qui perueniunt miſerrimi plane qui venire renuunt. Sunt enim qui excuſare ſe in Euãgelio narrãtur, quorum excuſatio nulla eſt alia, niſi quod tẽporalia præferunt cœleſtibus. Debet itaq; Chriſtianus omnis vocationem ſuam intelligere, debet quęcunq; ſibi eueniunt, de manu Dei ſuſcipere, Deo quod ad ſalutem ſibi hæc miſerit, credere, ſub ipſius potenti ſe humiliare manu, atq; iuxta vocationẽ ſuam dominũ ſequi. Certiſſimum igitur fili tibi hoc ſit, ſi Deo cupias ſeruire, ſi eius mandata & beneplacita facere, te ſecure, fideliterq; de eius manu accipere, quicquid tibi miſerit ille, quicqd ſuper te venire permiſerit, quicquid dederit, quicquid ſubtraxeritve, ſiue conſoletur, ſiue affligat, ſiue te attrahere, ſiue proĳcere videatur: tu modo illi confide, & quod tibi euenerit, de manu illius accipe. Vide præterea & expende, quid tibi boni ex hoc poſſis procurare. Quicquid enim tibi à domino mittitur, in ſalutem tuam mittitur. Tu modo eo fic vtere, vt ſaluti tibi ſit quod tibi miſſum eſt. Nec tuum eſt diſcutere, per quem tibi dominus mittat, aut afflictionem, aut conſolationem, ſed mittentis tu inſpice autoritatem & prouidentiam, attende charitatem, & diſce quid ex illo quod euenit tibi, ſit lucrandum. Hoc enim modo efficies, vt tentationes quoq; & pericula omnia te vocẽt atq; trahant ad Deũ, quæ alioqui à Deo vi debantur retrahere. Obſerua tamen q̃d ad hanc cœnam intrare te oportet cum veſte nuptiali. Quæ veſtis ſit nuptialis, nemini puto non eſſe notum, nempe charitatẽ. Sine hac enim, ne martyrium quidem prodeſſe poteſt ad ſalutem. Hæc eſt autem, inquit, in epiſtola Ioannes, charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus. Qui autem ſeruat mandata eius, vt idem dicit, in illo manet, & ipſe in eo. Chriſtus quoque: Si diligitis, inquit, me, mandata mea ſeruate. Deum enim non diligere conuincitur, quiſquis eius non ſeruat mandata. Non igitur diligamus lingua tantum, ſed opere & veritate. Qui enim fatetur ſe diligere Deum, nec mandata eius obſeruat, mendax eſt. Eam ob rem quum diues quidã Chriſtum interrogaſſet, quid ſibi foret faciendum, vt vitam poſſit ingredi æternam, hoc eſt, vt cœnæ illius ſempiternæ fieret particeps, quid audiuit? Profecto hoc tantum: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata Dei. Scimus niſi Chriſti rẽdẽptione, nobis non patere ianuã regni cœleſtis. Scimus quoq; Dei mandata nobis eſſe tradita, nõ vt eadẽ duntaxat ſciamus, ſed vt faciamus etiam. Neq; enim auditores legis, ſed factores legis iuſtificabũtur apud Deum. Et niſi Dei obedierimus mãdatis, extra ſtatũ nos conſtituimus ſalutis. Itaq; Chriſti ſanguinis redemptione nobis parata, cum nihil reſtet nobis aliud neceſſarium quo ſaluemur, hoc eſt, quo à morte trãſeamus ad vitam, niſi vt ſeruemus mandata Dei (quę ſeruantes non peccãbimus aliquãdo) cur circa alia inania, & infructuoſa tam multa occupamur? Quare non omnẽ nauamus operam, quare omni vigilantia nõ ſumus ſolliciti, quo Dei perficiamus præcepta? Mandata enim Dei ſeruare, ſanitas animæ eſt. Mandata Dei ſeruare, ad dies feliciſſimos perducit. Quis enim veſtrum eſt filĳ, qui non diligat dies bonos, & vitam longam? Adhuc ſemel interrogo: Quis veſtrum eſt, qui non diligat dies beatos (beatos dies dico, vbi nulla eſt triſtitia, nullus timor, nulla offenſio, vbi pax, gaudium, & ſecuritas) & vitam, non dico longam, ſed ſempiternam: Neminem profecto ſcio, qui hãc nõ velit, qui non optet, aut qui pro hac non precetur: quandoquidem omnium laborũ noſtrorum eſt finis vita beata. Enumera iam hominũ negociatorum, militũ, ſcholaſticorum labores & incommoda. Quos ſi interrogauero, quare hæc faciant: reſpõdent ſe hæc pati, vt dies aliquando bonos, & vitã obtineãt quietã. Attendite filĳ, ſi labores hic magni aſſumuntur propter quietem aliquando perfruendam, nõ diu duraturam, quanti ſunt labores tolerandi ꝓpter dies bonos, & quietam vitam, imo ꝓpter felicem & beatam nunquã finiẽdam? Referuntur aũt in Euangelio in triplici genere homines ad cœnam vocati. Quidam enim vocati ſunt, ſed non venerunt. Qui-

N

2. Petri 3

Apoc. 19

1 Petri 5

Eueniẽtia cuncta de manu Dei ſuſcipienda.

Matth. 22 Veſtis nuptialis habẽda quę.

3. Ioan. 5

1. Ioan. 3

Ioan. 14

1. Ioan. 5

1. Ioan. 2

Matth. 5

Rom. 2

0 Ioan. 6

Mandata Dei iuſtis, quia beatum dopoſſeſſio. Pſal. 33

Luc. 14.

Quidam vocati veniunt. Tertĳ compellũtur vt intrent. Primi qui vocantur & non veniunt, ſunt hi, qui in triplici quoq; ordine hic enumerantur, quemadmodum in epiſtola ſua Ioanneſeos inſinuat, in tribus peccatis vniuerſa vitia cõprehendens, cũ dicit: Omne quod eſt in mundo, aut eſt cõcupiſcentia carnis, aut eſt concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Sic Chriſtus tres hic narrat vocatos, qui noluerunt venire, ſuperbum ſcilicet & curioſum, ſeu auarum & luxurioſum. Ad hæc enim tria genera peccatorum alia quæcunq; reducuntur. Neque enim hi ſoli non veniunt ad cœnam domini, ſed non veniũt etiam alĳ peccatores in peccatis perſeuerantes. Non eñ mentitur Apoſtolus vbi Corinthĳs ſcribens, dicit: Nolite errare. Neq; enim fornicarĳ, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; maſculorũ concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi (eſtne hoc etiam peccatum, hodie filĳ eſſe ebrioſum?) neque maledici, neq; raptores regnum Dei poſſidebũt. Ad Galatas quoque ſcribens: Manifeſta, inquit, ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prędico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur Itaq; hi omnes licet vocati, non tamen intrant (ſi ita inuẽti fuerint) ad cœleſtem cœnam, hoc eſt, ad æternam beatitudinem.

P

Secũdi qui vocantur & veniũt, ſunt pauperes, quo verum apparet quod Apoſtolus dixit: Infirma mundi elegit Deus, q̃ confundat fortia. Diuites enim & potentes, docti ac ſapientes mundi, cum habeãt vnde in hoc mundo florent, vtpote cæteris præſtantiores, ſuperbiunt, & parum de cœna futuræ vitæ cogitant, præſentibus contenti. Magis enim eos præſentis temporis opes, læticiæ & honores conſolantur, quam ſpes futurorum. Adeo enim his quæ vident, inhiant, vt ad futura, quę à prędicatoribus ſanctis prædicãtur, vix aduertant. Pauperes vero quo maioribus calamitatibus premuntur, eo humiliores fiũt. Aeque igitur peccatores intelligi poſſunt, & qui vocati veniunt, & qui venire cõtemnunt. Sed hi pctõres ſunt ſuperbi, qui ſeipſos ignorant, elati & magni in oculis ſuis, & ideo ſui vocationem contemnunt. Illi vero, quia ſeipſos peccatores eſſe cognoſcunt, ſunt humiles & veniunt. Peccatores itaq; ſupbi reſpuuntur, humiles eligũtur. Hi autem qui vocati veniunt, hic in quadruplici ponuntur differentia. Siquidẽ nominãtur hic pauperes, cæci, debiles & claudi. Pauperes ſunt, qui nihil à ſe pręter peccata habere cognoſcunt, in oculis ſuis vacui virtutibus, inopes gratiæ de ſuis viribus non præſumunt. Hi itaque quia humiles ſunt, ad Dei cœnam idonei introducuntur. Debiles ſunt, qui ex timore, vt Petrus, & fragilitate delinquunt. Sunt quidam voluntatis plerunq; bonæ, ſed non adeo fortes, quin turbine tentationum accedente vacillent, aut ſuccumbant. Hi quoque ſuam agnoſcentes fragilitatem, dum ad dominum clamant, & in adiutorio habitant altiſſimi, mox reſurgunt, & ad cœnam veniũt. Tertĳ ſunt cęci, qui per ignorantiam peccant. Inter quos ſe Paulus cõſtituit, dum Timotheo ſcribit, ſe aliquãdo fuiſſe perſequutorem, blaſphemum & cõtumelioſum. Sed ideo, inquit, miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Quarto loco nominantur claudi, id eſt, claudicantes. Vellent hi quidem ſaluari, ſed à delictis ſe continere nõ poſſunt, quia amor priuatus in eis nimius eſt, nec ſibi vim poſſunt inferre, quemadmodum ſcriptum eſt: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Q

Tertĳ ſunt, qui compulſi veniunt. Felix, inquit Auguſtinus, neceſſitas, quæ ad meliora compellit. Et Seneca: Infirmitati meæ gratias ago, quæ coegit me non poſſe, quę non debeo velle. Hi itaque compelluntur intrare, quibus amaritudines, aduerſitateſque dominus mittit, propter quas illis, aut peccare non libet, aut ex illis, vt non etiam poſſint, impedimentum obſiſtat. Itaque in hoc genere intelliguntur hi, qui peccare quidem volunt, ſed aduerſitatibus impediuntur. Vnde contingit ſæpenumero, vt in ſe redeant, & malitiam ſuam arguant, & corrigant. Proinde in Oſee peccatrix anima introducitur, fornicatura à Deo ſuo, dicens: Vadam poſt amatores meos, qui dant mihi panes meos, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum. Cui dominus reſpondens, Propter hæc, inquit, ſepiam vias

Eſaiæ 5

Lucæ 14

Pauperes quinam ſint vocati. Matth. 26 Mar. 14

Luc. 22 Debiles vocati qui ſint.

Pſal. 119. & 19

Cæci vocati qui. 1. Tim. 1

Claudi quinam ſint vocati.

Matth. 11

Auguſtin. Seneca. Neceſſitas felix quę.

Oſee 2

1. Cor. 1

Ad cœnã Dei vocatorum genus triplex

1. Ioan. 2

Galat. 5

am vias tuas ſpinis, & ſepiam eã maceria, hoc eſt, ego circundabo te neceſſitatibus, & concludam anguſtijs & calamitatibus, vt ad iniquitatem tibi, tametſi velis malum agere, via nõ pateat. Propterea ſequtur: Et ſemitas ſuas nõ inueniet. Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quęret eos, & nõ inueniet. Sed quid, inqs, prodeſt illi vias habere à Deo ſibi concluſas, nec ad amatores, cũ quibus fornicaretur, poſſe venire, quãdiu prauitas in animo dominatur, nec malitia fuerit correcta voluntatis? Ad hoc, inquã, illi prodeſt, vt videns etiam in malis ſuis, qualem optat, ſe nõ habere felicitatem, tandem reſipiſcat, tandem det illi vexatio intellectũ, tandẽ ſentiat ſe à ſuis delectationibus derelictam, dũ etiam viro ſuo, hoc eſt, ſponſo ſuo dño Deo eſt deſtituta, cuius amore deberet foueri, cuſtodia protegi, & vigilãtia gubernari. Hũc vero, quia iam reliquit, etiam ſe ſentit derelictam, & iucunditate peccati carẽs (quam quæ fierat) calamitatibus ꝙo infeliciter pꝑſa, nuſquam, id eſt, neq; à Deo, neq; à mundo inuenit conſolationẽ. A mundi enim conſolatione animam illam excludit miſeria & calamitas, à diuina peccatum, ſeu inquinata conſcientia. Rediens igitur in ſeipſam, ſuam plangit infelicitatem, ſuam inſipientiam, ſuamque ingratitudinem & malitiam. Porro de ſponſi bonitate confidens, redire ad illum decernit, dicens: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tũc, magis q̃ nunc. Vides ne quomodo per hoc, quod viam eius Deus ſpinis ſepiuit, per hoc quod ea, in quibus delectari ſolebat, amaritudinibus repleuit, quod poſt concupiſcentias ſuas eam abire non ſiuit, quod eam delinquere volentem virga corripuit, quod in chamo & fræno maxillam eius conſtrinxit, illam ad ſui cognitionem, ad reſipiſcentiam que reduxit? Vides iam quod abſque vi illata, ſeruata animi libertate hæc anima immutata eſt, & quæ in via erat perditionis ac inferni, ad Deum redire compulſa eſt? Similem quoq; parabolam habemus Euangelicam de filio prodigo, qui à patre ſuo patrimonio accepto, in regionẽ profectus longinquam, totum hoc quod accepit, in meretriceos turpesque ac ſuperfluos vſus profudit. Cum itaq; conſumptis omnibus, iam non ſolum quod luxui, verum quod neceſſitati etiã opus eſſet, nõ haberet, cuidam ciui adhæſit, ſeruiens illi in cuſtodiendis porcis. Vbi in graueſcente fame ad tantam eſt inopiam tandem redactus, vt de ſiliquis porcorum ventrẽ cuperet reficere eſurientem, ſed nemo illi dabat. Fames igitur & calamitas quam patiebatur, illum in ſe reduxit, vt videret inſipientiã ſuam atq; ſuũ cognoſceret errorem. Quocirca in ſe reuerſus dixit. Quã multi mercenarij abundant in domo patris mei panibus, ego autem hic fame pereo. Surgã igitur & ibo ad patrem meũ, & dicã ei: Pater peccaui in cœlũ & coram te. Iam non ſũ dignus vocari filius tuus, ſed fac me ſicut vnũ de marcenarijs tuis. Vides quid illi profuerit fames & calamitas? Nunquid enim ſcelerũ ſuorũ, dum ſumptus adhuc ad peccandũ patrimoniũ ſuppeditaret, illũ pœnituit? Nũ ad patrẽ tunc ſibi redeundũ ſtatuit? Minime. Cęterũ vbi nihil ei non defuit, vbi miſeriã expertus eſt, vbi infelix hic eſſe cœpit, pœnitens ad patrem ſalubri conſilio ſtatuit redire. Occaſiones igitur dum diuina miſericordia nos conuertendi quærit, dum per multa occurrentia vel aduerſa vel iucunda ex nolentibus nos (ſalua noſtra libertate arbitrij) volẽtes facit, dicitur compellere nos intrare. Beati qui ſic compelluntur, vt velint. Huiuſmodi enim compulſio, nõ violentia, aut coactio eſt, ſed introductio, & blanda, felixq; mutatio. Quã nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus largiatur, qui eſt in ſecula benedictus, Amẽ.

Oſee 2

Eſaiæ 4

Oſee 2

Eccle. 18 Pſalm. 31

R

Lucæ 15

Compelli intrare quinam dicantur.

Lucæ 14.

DOMINICA III. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola prima Petri quinto.

XII.

HVmiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Omnẽ ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquã leo rugiens circũit, querẽs quẽ deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide, ſcientes eandem paſſionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam, in Chriſto Ieſu modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq;. Ipſi gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Cui reſiſtite fortes in fide, ſcientes eandem paſſionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam, in Chriſto Ieſu modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitq;. Ipſi gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

R

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A MVlta eruditione beatiſſimus Petrus hic nos inſtituit apoſtolus. Primo enim ad humilitatẽ, quę baſis eſt vniuerſi ſpiritualis ædificij noſtri, hortatur nos dicens: Humiliamini ſub potẽti manu Dei. Quaſi dicat: Viles exiſtimate vos, & nihil eſſe coram Deo, agnoſcentes ingratitudinem veſtram, deſidiam, atq; animi infirmitatem, ſub Dei omnipotẽtia, virtute ac iuſtitia, cui vt ſubiecti ſitis, neceſſe eſt. Conſiſtit autem humilitas vera primo in obedientia, ne te contra Dei erigas præceptum, ne contemnas illud, aut negligas. Deinde in vera pœnitentia, vt de peccatis tuis, nihil tibi blandiaris, te nõ excuſes, ſed vituperes ac iudices. Quantum emi Deo diſplicet ſuperbia peccatoris, tantum pœnitentis humilitas, atque verecundia ei placet. Tertio conſiſtit humilitas in vera patientia, qua flagella pro peccatis tuis de manu domini ſuſcipias, patienterque feras. Flagellatus fuit Pharao, & induruit: flagellatus eſt Nabuchodonoſor, & ingemuit. Ille ad obſtinationem, hic ad pœnitẽtiam. Ille ad damnationem, hic ad ſalutem proficiens. Quarto, ſita eſt in reuerẽtia, qua bene ſentias, qua diligas, qua honorem denique tuis præpoſitis, ac ſuperioribus exhibeas. Humiliamini igitur vltro ſub Deo, & p illius honore ſub hominibus. Quod ſi feceritis, voſque ſubieceritis, & eius manum tuleritis patientiſſime, cum magno fructu id facietis. Itaque humiliamini, vt exaltet vos in tempore viſitationis, quum ſcilicet aduenerit ad iudicandos vos, aut in morte ſingulariter, aut generatim in fine mundi, vt vnicuique iuxta merita ſua retribuat. Proinde nunc humiles eſtote, vt tunc glorioſi inueniamini. Omnẽ ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, non eam tantum, quæ eſt pro temporalibus rebus, ſed omnem, puta pro quibuſuis neceſſitatibus veſtris. Sitq; poſthac vna vobis duntaxat cura, humiliari ſcilicet per depreſſionem, ac mortificationem, per abnegationem, per pœnitentiam, per obedientiam, per patientiam, & per prælatorum veſtrorum reuerentiam, quoniã Deo ipſi cura eſt de vobis. Eſt enim humilium protector dñs, ſicut Pſalmus dicit: Cuſtodiens paruulos dominus humiliatus ſum & liberauit me. Huiuſmodi paruulus fuit Abrahã, cui dixit dñs: Noli timere Abrahã, ego protector tuus ſum. Et certe quanta fuerit Deo cura de illo, ſacra teſtatur ſcriptura. Si quidem in Vr Chaldæorum, & dum peregrinaretur vel in Aegypto, vel in Paleſtina, vel dum præliaretur contra quatuor reges, & numeratis vernaculis ſuis illos inſequens, quam abduxerant, prædam oẽm de illorum manu excutiens recuperaret, num de Abrahã cura Deo nulla fuit? Itaque ſequitur: Sobrij eſtote. Sobrietas pulcherrima eſt virtus, ſita non tãtum in reſtricto vſu corporalis alimenti, ſed omniũ rerũ etiam, quę pertinẽt ad voluptatem, vel animi vel corporis. Nam ſobrietas non in his tantum quibus carni, ſed in his etiam quibus ſpiritui ſeruitur, puta in lectione, ſcientia, meditatione & corporis afflictione eſt neceſſaria: vt nihil immodeſtũ, nihil non temperatum, nihil non rationabile ac diſcretũ in nobis fiat. Eſtote igitur ſobrij & vigilate per ſtudia, exercitia, operaque bona, ne vſquam offenſioni diuinæ, nec machinationi diabolicæ in vobis detur locus, quia aduerſarius veſter diabolus, quem continue vobis quomodo habetis inſidiantem, ita ſemper ſuſpectum habere, atq; contra eundem in armis eſſe vos decet. Hic tanquam leo rugiens circumit implacabili odio vos perſequens, & occaſiones, ſtudia veſtra, naturales conditiones, & occupationes veſtras conſiderans, quærit quem deuoret, ſeu quem per mortale peccatum, perque amiſſionem gratiæ diuinæ ſibi incorporet. Cui fortes reſiſtite in fide. Fortes decet ad reſiſtendum hoſti nos exhibere. Itaq; fortitudo animi in pugna eſt neceſſaria, omnisque procul abijcienda, tam ignauia, quam puſillanimitas. Reſiſtite autem in fide, credentes e cœlo auxilium vobis affuturum.

Sapien. 6

Pſal. 114

Gene. 15

Gene. 12 Gene. 14

Humilitas vera in quibus conſiſtat. I. II.

III.

Exodi 9. 12. & 14 Daniel. 4

IIII.

Apoc. 21

B

Sollicitudo omnis vt in Deũ reijcienda.

Sobrietas in quibus ſita ſit.

Quod

Quod in fide quoq; imploretis à domino, nec in vobis confidatis, sed in Dei adiutorio: quo vos erigatis contra diabolum, cuius nulla est virtus, vbi illi fides restiterit.

Iacob. 4 Resistite igitur diabolo, & fugiet à vobis. Nec vos molestiæ huius tædeat, sciẽtes vos nõ solos esse, qbus bellum est cũ diabolo, sed vestræ fraternitati, hoc est, omnibus electis, qui in mundo sunt, passionem quoq; hanc euenire. Militia nanq; est vita hominis super terram. Et omnes qui placuerunt

Iob. 7 Iudith 8 Deo, per multas tribulationes transierunt

C fideles. Deus autem omnis gratiæ benignissimus collator. Nihil enim nobis debetur pro his, quæ nos soli hic absque Dei gratia gessimus, quam pœnæ & supplicia. Quippe qui à nobisipsis nihil habemus aliud quam non esse, ab omni bono deficere, ad vitia, ad nostri destructionem, ad perditionem quoq; procliues esse, & in peccata non tam labi, quam ruere. Reliqua quęcũque bona sunt, à Deo sunt. Itaq; Deus omnis gratiæ, qui vocauit nos in gloriam suam, vt adoptionis simus hic per gratiam eius filij, atq; bonorum cœlestium hæredes

Roma. 8 in Christo Iesu, seu per Christum Iesum, modicum quidem passos. Passio est introductio in gloriam, quãdoquidem de Christo scriptum est: Oportebat Christum pa-

Luc. 24 Matth. 10 ti, & sic intrare in gloriam suam. De filijs quoq; Zebedęi scriptum est, quod petenti

Mar. 10 bus per matrem cõfessum cum Christo in eius regno, responderit Christus: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Significãs nimirum passionem necessariam ingredi volentibus in gloriam æternã. Dicit autem Petrus hic modicum quidẽ passos. Quare modicum ęstimat? Quia præsentis vitæ oĩs afflictio modica & momẽtanea

2. Cor. 4 est cõparata immẽsitati gaudij cœlestis. Sequitur: Ipse, hoc est, Deus, qui in vobis cœpit, perficiet, cõsummabitq; gratiam suam in vobis operantem, ipse voluntatem vestram bonam confirmabit perseuerantia. Ipse denique hanc roborabit ne deficiatis in tribulationibus. Ipsi gloria, quo omnes illum adorent, prædicent, ac laudent. Ipsi imperium, cui omnes sese subijciant in sęcula sęculorum, Amen.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ III. post dominicam Sanctissimæ Trinitatis, Lucę decimoquinto.

D Prima dominica S. Trinitatis succedente dominicæ dominus nos ad timorem compũgi voluit, saltem seruilem: historiam de epulone narrans militiam, quo nos mundo non fideremus, temporaliaq; Luc. 16 discerememus contemnere, carere gaudijs, illicitisq; quibuscunq; voluptatibus. Sequenti post illam dominica allicit nos ad cœnæ Luc. 14 cœlestis desiderium, memores nos esse volens vocationis nostræ, & parata oĩa quæ sunt nobis ad salutem necessaria, modo volũtas bona, studiumque veniendi accedat. In hac tertia dominica nos peccatores inuitamur ad accessum ipsius saluatoris per pœnitentiam. Qua in re ne terreamur Dei Luc. 15 iustitia, misericordia nobis proponitur nostri saluatoris, nunciaturq; gaudium fieri in cœlo super peccatore pœnitẽtiam agente. Tantum abest, vt peccator pœnitens nõ audiatur, aut nõ mereatur veniam. De hoc est Euangelium hodiernum.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, vt audirent illum.

Dominus noster Iesus Christus, non semel verbo, opereq;, cur in mundum venerit, monstrauit. Nempe, vt quæ perierant, Matth. Esaiæ Matth. oues resuscitaret, quod aberrasset reduceret, quod infirmum sanaret, & vt totum dicam, vt peccatores sibi reconciliaret. Dignatio misericordissima hæc fuit, nõ necessitas. Nemine enim eget Deus. Propter peccatores igitur eum venisse in mundum certissimo constat. Propter peccatores incarnatus est, passus est, & mortuus est. Et quid propter peccatores nõ fecit? Quid propter peccatores non tolerauit? Verum propter quos peccatores inquis? Quandoquidem Eccle. 1 scriptum est: Altissimus odio habet peccatores. Nunquid propter eos qui suas defendunt sordes, qui gloriantur in peccatis suis, & qui in transgressionibus præceptorum diuinorum perseuerant? Minime. Nemini enim mandauit Deus, nemini con- Eccle. 15 sentit (tametsi non semper impediat) impie agere. Siquidem scriptum est: Altissimo o- Sap. 14 dio est impius & impietas eius. Cum his itaq; peccatoribus nullam habet Deus fa- 1. Tim. 1 miliaritatem (nouit enim qui sunt eius) vt-

pote

pote induratis & reprobis. Nouit cum qui bus peccatoribus conuersaretur: nẽpe his qui illum desiderabant, & quibus se poterat exhibere saluatorem. Quod enim omnibus ęque nõ se exhibet saluatorẽ, ex ipsius impotẽtia non est, sed qa illum suis malitijs à se homines excludunt. Neminẽ em̃ ad bonum cogit, ne virtus non sit virtus,

E sed violentia. Sunt igitur alij peccatores qui odiunt peccata sua, qui se peccatores erubescunt, qui alios iustos æstimant omnes, præter se. Oculos suos in se retorquent, sua peccata attendunt, seipsos accu

Pctores q nam recipiantur à Christo. sant. De alienis peccatis nihil se occupant, nec iudicant. De omnibus enim melius, q̃ de seipsis sentiunt, ideo se continue plangunt. Quamdiu tamẽ (quicquid fecerint) Christus ad eos non venerit, aut ipsi venerint ad Christum, tam diu adhuc peccatores manent. Ad hos peccatores (quia sunt humiles & sibi cogniti) accedit Christus, cum his manducat & bibit, non vt foueat, palpetve & lactet in peccatis, sed vt eos à peccatis eripiat, & super eorũ gaudeat pœnitentia, faciatq; inde cõuiuium regni cœlesti & gaudiũ. Eam ob rem dominus tam exhibuit se affabilem, benignum, misericordem, pium, ac dulcẽ, vt peccatores huiusmodi humiles sumptis animis, resumptaque fiducia appropinquarent ad se. Appropinquabant autem non gressu corporis tantum, sed & mente. Nil enim pedibus tantum accessisse profuisset, si corde à longe, & à Christo alieni stetissent. Ad hanc

Psalm. 33 accessionẽ admonet nos Psalmus, dicens: Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Certe non confundentur, quia nemini Deus peccata improperat, eadem corrigere volẽti. Et Ia

Iaco. 5 cobus ait: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Fecerunt hoc Matthęus, Matth. 9 Luc. 19 Zachæus, Maria Magdalena, & reliqui in Marci 16 numeri, quibus illud Pauli quadrabit dicEphe. 2 tũ: Qui eratis aliquando longe, nũc prope facti estis. Appropinquatio igitur illa

Appropinqtio ad Deum laudabilis quæ. laudatur, vbi vita & moribus ad Christum acceditur, vbi totius vitæ agitur conuersio ad Deum.

Et murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Eccles 9 Psal. 100 Quamuis scriptum sit: Viri iusti sint tibi commensales, & in Psalmo legatur: Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam: quo Pharisæi quoq; Christum rem facere illicitam putabant, quod peccatoribus se præbuit amabilẽ, & in conuersatione communem, haudquaquã Christo nocere potuit cum peccatoribus edere & cõuersari. Proinde quemadmodum infirmiores homines sunt ab improborum conuersatione dehortandi, ne ab eis discãt quod deforme sit imitari: ita laudãdi sunt perfecti, qui se communes exhibent peccatoribus, non quod negligentię abominationesq; eorum illis placeant, sed vt ad correctionem eos vitam, tam verbo, q̃ vitæ exemplo reducãt. Hoc modo quoq; Christum, qui inquinari non potuit, quiq; ad hoc venerat, vt ex peccatoribus iustos, ex infirmis faceret sanos, decebat maxime, vt perinde ac medicus inter ægrotos, inter peccatores saluator, affabilis ac mãsuetus viueret. Murmurabant autem Pharisæi aduersus illum, qui compati debuerãt peccatoribus, & super his pœnitentibus (quod angeli quoq; faciunt) gaudere. Sed reuera compertissimum est, quod magnus sentit Gregorius, falsam iustitiam (cuiusmodi pharisaica erat) habere indignationem, veram habere compassionem. Indignabantur falsi iusti his, qui veri esse iusti satagebant. Super iniquos enim, & verus, & falsus irascitur iustus, dissimili tamen animo & mente. Iustus enim verus irascitur ex zelo, ac amore iustitiæ, falsus autem iustus liuore irascitur vindictæ. Spernit em̃, cui irascitur, proximum suum. Iustus sæpe numero durioribus increpat verbis delinquentem. Sed aduertendum est, licet austerioribus verbis aggrediatur in corrigẽdo proximum, internam tamen illum seruare dulcedinẽ charitatis. Intellige fili patrem tibi peccanti irascentem. Ideo enim tibi irascitur, ideo te arguit, vt à peccatis retractũ te faciat meliorem. Porro mali non sciunt corrigere, quia finem correctionis nõ quę runt, nec ex charitate arguunt, sed vt dedecore, ignominiaq; homines afficiant. Nõ igitur zelus rectus, sed superbia, arrogantia, & liuor in Pharisæis erat, qui pctõres despiciebant, se illis præferentes. Pctõrum nanq; consortia non ideo, ne illorũ fallerentur, paulatimq; abducerẽtur erroribus, fugiebãt, sed qa eos vt se indignos despiciebant, atq; cũ quibus ipsi iustiores nõ deberent cõuersari, illos spernebãt. Eam ob rẽ

Cõuersari cũ improbis q- bus licitũ sit.

F

Gregorius

Ira iusti quid sit, quid ve intendat.

Christum, alioſque iuſtos inquinari ex cõ uerſatione familiari, cum peccatoribus exiſtimabãt. Huiuſmodi Simon ille erat, qui dominum recepit conuiuio, in quo mulier peccatrix ad dominum acceſſit, ſuis lachrymis pedes eius lauans. Quod cernens Simon intra ſe cogitãs, dicebat: Si hic eſſet propheta, ſciret vtiq; quæ & qualis eſt mulier quę tangit eũ, qa peccatrix eſt. Putabat enim dño, vt ſe tangendum prębęret peccatrici, non cõuenire: haud dubium, ſi ad ſuos mulier pedes veniſſet, calcibus eam repulſurus. Phariſæi aũt duas cauſas ſe habere putabant murmurãdi, puta q̃d Chriſtus pc̃tõres reciperet, & cum illis mãducaret. Grandis Phariſęorũ querimonia, q̃d iuxta Prophetã, dominus eſſet clemens & miſericors, patiens & multum miſericors, prę-ſtabiliſq; ſuper malitia. Grãde crimẽ, ac Phariſæorum cẽſura dignum, quod dominus ad ſe redeuntes pc̃tõres benigne ſuſciperet, reſuſcitans de puluere inopes virtute, & de ſtercore eleuans pc̃tõrum paupe-res, vt collocet eos cũ principibus populi ſui cœleſtis. Hoc modo frater quoq; ſenior quum domũ ex agro rediret, audiretq; ob fratris ſui reditum, qui luxu oñe inhoneſte patrimonium ſuum cõſumpſerat, patrem conuiuantem, & omnem familiã gaudentem, inuidit, atq; (qui ſimul propterea gaudere debuerat) intrare noluit. Hoc modo Phariſæi quoq; nõ probabant, ſed rem æſtimabant indignam, quod cum pc̃tõribus manducaret Chriſtus. Se vero, cũ quibus ederet, haud dubium æſtimabant dignos. Verum, cum ſuperbiam eorumq; liuorem nõ ignoraret Chriſtus, audi tamẽ q̃ benigne cũ his liuidis murmuratoribus agat. Neq; enim eos dure obiurgat, ſed pie inſtruit per parabolam. Ideo ſequitur:

Lucæ 7

Murmuratio phariſęorum contra Chriſtum quid intẽderit.

Ioel. 2

G

Pſal. 112

Lucæ 15

Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam?

In hac parabola nihil vult dicere aliud, quam iniuſte illos murmurare ſuper hoc, quod animas ipſe diabolica fraude amiſſas, atque abductas quæreret reducendas: quandoquidẽ qui centum habet oues, vnam ſi perdiderit, requirit, reducereque ſatagit in locum & ordinem vnde excidit. Quod quare non ſimiliter eſt faciendum in animabus, ſi id fit de ouibus? Homo itaque ille Deus eſt, qui habet centum oues, id eſt, vniuerſitatem creaturarum, angelorum & hominum. Per nonaginta autem nouem indicat choros angelorũ, quibus ſi adhuc vna addatur, fiunt centum. Sunt itaq; angeli oues per innocentiam, obedientiam & dilectionẽ. Eſt quoq; natura humana ouis, ſed quę in primo homine ſeducta aberrauit ac periit, vt Pſalmiſta habet: Erraui ſicut ouis quæ periit. Et Eſaias ait: Omnes nos quaſi oues errauimus. Hanc ouem perditam, nonaginta nouem alijs in deſerto, hoc eſt, in cœlo (vbi paſcua ſunt æternæ viriditatis) relictis, Dei filius quęſiuit. Hoc enim ipſe fatetur, dicens: Miſſus ſum ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Quomodo autem quæſiuit? Carnem aſſumendo humanam, prædicando, miracula faciendo, patiendo iniurias, vitæ exempla monſtrando, & nos ſua morte redimẽdo. Quapropter in Ezechiele dicit: Ecce ego ipſe p me viſitabo oues meas, ſicut paſtor viſitat gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarũ. Chariſſimi filij attendite, quantam in nos miſericordiam erogauit Deus, quod qui angelis peccantibus non pepercit, nobis nõ ſolum pepercit, ſed pro nobis etiam delicta noſtra ſoluit.

Angeli & homines cur voc tur oues.

Pſal. 118 Eſaiæ 53

Matth. 18

Ezech. 34

1. Petri 2.

Et cum inuenerit, imponit in humeros ſuos gaudens.

H

Inuenit ouem perditam Deus, cũ humanam naturam aſſumpſit, quam tunc in humeros ſuos impoſuit, cum pc̃tã noſtra pertulit ſuper lignum. Pro nobis enim omnibus ipſe paſſus eſt, pro nobis vulneratus eſt, & eius liuore ſanati ſumus. Nam & pater de eo dicit: Propter ſcelus populi mei percuſſi eũ. Humeri ergo Chriſti, cornua ſunt crucis, quibus nos vnde excideramus ad patriam, hoc eſt, ad ouile cœleſte reportauit. Hoc Eſaias præuidens, dixit: In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Oues diſperſas per varias peccatorum concupiſcentias Chriſtus congregauit, vt ipſe met dicit: Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum cõgregat gallina pullos ſuos ſub alis, & noluiſti. Hæc enim congregatio nihil aliud eſt, quã iuſtificatio peccatoris. In ſinu

Quis pdita quãdo reperta fuerit. 1. Petri, 2. Eſaiæ 53

Ibidem.

Eſaiæ 40

Matth. 23

ſinu ſuo agnos portare dicitur, cum ad ſe conuerſos in pace & tranquillitate fouet conſcientiæ, Tunc enim tranquilla tua poteſt eſſe conſcientia, cum peccata tua damnas præterita, & futura execraris. Fœtas ipſas quoq; portat. Fœtæ dicuntur animæ illæ, quæ ex noua conuerſione diuina gratia impregnantur, vt multitudinem operũ pariãt bonorum. Quas portat, dum in ſuo eas ſeruitio diuina conſolatione cõfortat, vt non ſentiant laborem.

Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.

In ſua aſcenſione Chriſtus haud dubiũ magno ſtudio omnes angelos, hominesq; ſimul aſcendentes refecit: potiſſimũ quod ouem perditam, id eſt, naturam humanam ad paſcua cœleſtia reduxit. Gratulandum enim maximopere eſt in peccatoris cõuerſione. Primo, quod Chriſti imago reformata eſt. Secundo, quod fructus meritorũ ac paſſionis Chriſti nõ eſt ocioſus. Tertio, quod angeli operam ſuam, hoc eſt, cuſtodiam, protectionẽ & gubernationẽ, quam homini impendunt, non locarunt gratis, ſed gaudiũ de anima habent ſaluata, & fructum ſuæ percipiũt reſtaurationis. Aduertendum quoq; eſt quod dicit dñs. Nõ congratulamini oui, cui maxime videbat gratulandũ, ſed congratulamini mihi, qa Deo eſt gaudium vita noſtra, & cum nos ad cœlum reducimur, ſolennitatem lætitię illius implemus. Nam & laborem ſuum quem pro nobis fecit moriendo, quaſi nihil reputat præ amore noſtri. Neque enim ſibi dicit gratulandum, quia redemit, ſed quia inuenit ouem, minorem æſtimans ſuã vitam, quam ouem, vt quod comparauerat ſanguine ſuo, inueniſſe ſe dicat, tanti faciens rem vel ſic inuentam.

In pc̃tõris cõuerſione gratulandũ eſſe propter tria.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quã ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia,

Mirum hic videtur & dubiũ, an Deus præferat pœnitentiam innocentiæ, q̃d dicit maius gaudiũ (repetitio enim ſermonis eiuſdem idem ſignificat) fore angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non egent pœnitentia. Sanctus Paulus cõuerſus ad Chriſtum, dubium non eſt, quin gratiſſimam Deo fecerit pœnitẽtiam. Sancta Maria etiam Magdalena vas dilectiõis & amoris, gratiſſimam quoq; feciſſe Deo pœnitentiam quis dubitet? Deinde gaudium magnum in ſua pœnitentia, & in feruore nouitatis vitæ aſſumptæ eam angelis feciſſe quis neget? Sed nunqd maius fuit gaudium angelis Dei, vel ſuper Paulo, vel ſuper eadem Maria Magdalena pœnitẽtibus, quam ſuper puritate, innocẽtia q;, aut Ioannis Baptiſtæ, aut beatiſſimæ virginis Mariæ? Hæc enim ab omni peccato eſt prę ſeruata, ille à peccato in matris vtero ſanctificatus. Hunc igitur ſenſum haud quaq̃ voluiſſe mihi videtur dñs intelligi, ſed vt D. Gregorius aſtruit, ſolere multos inueniri innocẽtes, qui grauia peccata nõ admiſerunt, atq; ideo quo minus Deũ offenderunt, tanto etiam feruore minori, minoriq; auſteritate ſibi imperare. Quia eñ non multa illicita admiſerunt, ideo licentius etiam licitis vtuntur. Eſſe vero alios q in multis deliquerunt, qui feruentiori cupiunt ſtudio perdita recuperare, fracta reſtaurare, neglectaq; ſupplere: illis quia grauia non admiſerunt delicta, ſufficere videtur, quod à peccatis contineant, & conceſſis rebus vtantur. Porro his qui multa illicita fecerunt, non item vt ab illicitis tantũ abſtineãt, ſufficere videtur, ſed à multis etiam licitis ſe refrænant. Itaque in huiuſmodi verum eſt, maius gaudium fieri ſuper peccatore pœnitentiam feruenter agente, quam ſuper iuſto tepide, aut nõ feruenter ſe erga Deum exercente. In ſumma igitur hoc intelligendum eſt, vt cæteris paribus (quod ſanctus Thomas ait) ſemper præfertur, ſiue plus amatur innocens iuſtus, quam pœnitens, aut à peccato cõuerſus. Aliquando tamen conditiones mutãtur, vt pœnitens reſurgat melior, atque feruentior innocente, & tunc haud dubium præfertur. Certe non auderem ad omnia ſanctam Teclam præferre S. Magdalenæ peccatrici, licet illa virgo innocẽs, hęc peccatrix fuerit. Creditur eñ Maria Magdalena, licet poſt peccata pœnitens ardẽtior fuiſſe in charitate, quam fuerit Tecla in ſua virginitate. Sic enim dicit Gregorius Magnus: Sciendum eſt, quoniam ſunt pleriq; iuſti, in quorum vita tantum eſt gaudium,

Actor. 9

Lucæ 7

Lucæ 1

Gregorius

Gaudiũ fieri ſuper pc̃tõremagis, q̃ ſuper iuſto, qui intelligendum ſit.

S. Thom.

Gregorius

vt eis quælibet peccatorum pœnitẽtia præ poni nullatenus debeat. Hic ergo colligen dum eſt, quantum Deo gaudium faciat, quando humiliter plangit iuſtus, ſi facit in cœlo gaudium, quãdo hoc quod male geſſit, per pœnitentiam damnat iniuſtus?

Aut quæ mulier habens drachmas decem: & ſi perdiderit drachmã vnã, nonne accẽdit lucernam & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit corã angelis Dei, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

K Eadem eſt parabola, eadem ſimilitudo, ideo ex prioris parabolæ expoſitione facile ſenſus hic idem elucet. Hoc vnũ poteſt hic dici, per lucernã ſignificari humanitatem Chriſti, quam Dei filius in eo ꝺ̃d eam aſſumpſit, diuinę charitatis feruore accendit, diuinæ ſapientiæ ſplendore illuminauit, omniq; virtute perfectiſſimã, candidiſſimamq; fecit. Hæc itaq; ſapientia incarnata inter homines cõuerſando domum, id eſt, ſynagogam euertit, prędicando, monendo, increpando, inuitando, vt drachmã amiſſam, i. animas imagine Chriſti inſignitas, quas quærebat, inueniret & ſaluaret. Venit eñ filius hominis quærere & ſaluum facere, quod perierat, Chariſſimi omnes nos errauimus, oñes peccauimus, & à paſcuis cœleſtibus excidimus. Cognoſcamus animarum noſtrarum paſtorẽ, audiamus & ſequamur eius vocem. Valeat magis in cordibus noſtris vox Chriſti, quam ſuſurrium diaboli, carnis aut mundi. Nihil nos adeo trahat ad omnem obedientiam, quam purus Dei amor. Cui in omnibus optemus placere, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Luc. 15

SERMO IN EADEM DOminica. Quid ſit appropinquare Deo, & eruditiones quæ ſint in hoc Euangelio.

L GAudium maius eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitẽtiam agente, q̃ ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigẽt pœnitentia. Lucæ XV. Clementiã bonitatemq; ſuã neſcio quõ peccatoribus maiorẽ potuiſſet inſinuare Chriſtus, quõ ad ſpẽ potuiſſet veniæ eos magis erigere, quã ꝺ̃d fiduciam tãtam prærogauit peccatoribus, cum eiſdem conuerſando, cum eis manducando & bibendo, eoſq; benigniſſima morum ſuorum dulcedine, vultus venuſtate, verborumque ſuauitate alliciendo. Non ſe auſterum exhibuit, quem fugerent timidi, ſed perbenignum, ad quẽ confugerent etiam deplorati. Atq; ideo (quod prima eſt eruditio huius Euangelij) legimus, ꝺ̃d ſumpta benignitatis Ieſu occaſione appropinquarunt ad eum peccatores & publicani, iuxta humanitatem Chriſti loquendo, dubium non eſt, corporali conuerſatione hoc hominum genus, quod conſcientia grauabatur, acceſſiſſe ad Chriſtũ. Nam diuinitatem pedibus accedere haud poterãt, quæ vbiq; orbem terrarum implet. Quare Deo appropinquat nemo, nemo ab eo recedit, niſi ratione ſimilitudinis, aut diſſimilitudinis. Appropinquare igitur illi, eſt ſimilem ei fieri. Ab eodem recedere, eſt diſſimilem ei fieri. Ecce duas res habeo in manu, puta ſcripturã, picturamve in duabus chartis nõ eodem magiſtro, nec æque graphice depictas. Volens diſſimilitudinem artis indicare: de viliori pictura quid dico? Nihil hæc pictura ad illam appropinquat, maxime ab illa diſtat, Itaque cum vtranq; in manu iuxta teneam, diſtare tamen eas à ſe dico, non propter locum, ſed propter diſſimilitudinem. Parum eſt autem, quod ſinit nos appropinquare ſibi, quandoquidem etiam appropinquat nobis, ſicut ſcriptum eſt: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Vult igitur nos ſibi aſſimilari virtutibus. Neq; enim vel in Chriſto omnis ſimilitudo nobis eſt appetẽda. Nam ſunt quædam, quæ ſoli diuinitati cõueniunt, habentia excellentiã, potentiam, gloriam & magnitudinẽ. In his nihil nos mouere debet ad appetitum ſimilitudinis. Neque enim debemus omnia velle ſcire, quæ nouit Deus, nec poſſe miracula facere nobis eſt appetẽdum, nec in gloria ei ſimilis fieri, aut potentia. Ibi enim nõ oportet appropinquare, nec aſſimilari nos Deo. Sic enim Lucifer voluit appropinquare, & Deo fieri ſimilis: In cœlum, inquiens, aſcendam, ponam thronum meum à latere aquilonis, & ſimilis ero altiſſimo: ſed in abyſſum deiectus eſt. Itaq; Deo ſoli gloria, nec nobis hãc licet appetere, niſi ad illius, glori

Barue.

Lucæ 1

Appropinquare Deo quid ſit. Recedere à Deo qd ſit.

Iacob. 4

M Deo in bus aſſimilari debemus, & in quibus non

Eſaiæ 14

Rom. 8 Deut. 32

gloriã moderatis circunſtantijs. Deo quoque ſoli competit vindicta. Ideo mea eſt vltio, inquit, & ego retribuam. Ideo ne hæc quidem à nobis eſt petenda. In quo igitur aſſimilaberis Deo, vt ei appropinques? Nẽpe vt ſis mundus & ſanctus. Sancti, inquit, eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Vt ſis perfectus. Vnde ait: Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Vt ſis miſericors. Eſtote ait miſericordes, ſicut pater veſter miſericors eſt. Vt diligas inimicos tuos, ſicut alibi dicit: Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos, vt ſitis filij patris veſtri cœleſtis, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Chriſto igitur appropinquare, id eſt, virtutibus eidem conformari, vtiliſſimum eſt ſtudium, ac exercitium. Ibi nihil poteris periclitari. Exemplar eſt enim omnium virtutum. Fac igitur tu iuxta exemplar, quod tibi in monte, ſcilicet Caluarię, mõſtratum eſt. Vidiſti humilem inter latrones, ſuſtine tu quoque tui contemptum, & noli te efferre. Vidiſti pacientiſſimum, nec exprobrantibus, & illudentibus reſpondere verbum. Et tu diſce pati verba contumelioſa, & verbera dura. Orauit pro crucifixoribus. Tu quoque pro his, qui te offenderunt, ora. Guſtauit fel & acetum, & tu quoque voluptuoſis abſtine, & non neceſſarijs. Breuiter, in omnibus operibus humanis, quæ de Chriſto legis, audito hanc vocem: Exemplum tibi dedi, vt & tu ita facias. Secundo, accedendum nobis eſt ad Chriſtum oratione, amore & voluntate. Amor coniungit, atque præſentes ſibi efficit eos, qui loco diſtant non exiguo. Oratio via eſt, qua nobis quotidie eſt eundum: & hæc eo eſt, ad impetrandum potentior, quo ante per amorem ei magis ſumus vicini. Quid vltra? Omnia nobis eſt Chriſtus, ideo in omnibus, quæ nobis aut neceſſaria, aut moleſta ſunt, ad illum accedere oportet. Quapropter Ambroſius item dicit: Omnis anima accedat ad Chriſtum, quia omnia eſt Chriſtus nobis. Si vulnere carere deſideras, medicus eſt. Si febribus æſtuas, fons eſt. Si grauaris iniquitate, iuſtitia eſt. Si auxilio indiges, virtus eſt. Si mortem times, vita eſt. Si cœlum deſideras, via eſt. Si tenebras fugis, lux eſt. Si cibum quæris, alimentum eſt. Et hoc pro prima inſtitutione ſit dictum hu-

Exẽplar omnium virtutum Chriſtus.

Exod. 23 Num. 6

Lucæ 23

Matth. 27

Ioan. 13

N Accedendũ quõ fit ad Deum.

Ambroſi.

Ambroſi.

ius Euangelij, puta vt appropinquemus Chriſto, in imitatione vitæ illius ei conformari, aſſimilarive aliquo modo cupientes. Secunda eruditio eſt, vt diſcamus quam ſapienter Chriſtus fecerit, cum peccatoribus manducans, ac bibens, nedum benigne. Neque enim magna caruit diſpenſatione, quod tam familiarem ſe illis exhibuit. Erant enim inter Iudæos in multiplici opinione homines conſtituti. Quidam rigoroſe viuebant, & hunc rigorem pro tempore & loco, puta ad commoda animarum, in conuerſionem peccatorum, vbi id ratio exigebat, relaxare non poterant. Erant enim nimis ſuperſtitioſi. Alij ſapientiam curioſa inueſtigatione quærebant, alij miraculorum obſeruabant nouitatem. Omnibus his Chriſtus miſericordiæ ſuæ tetendit laqueos, quia capere voluit omnes, atque ideo retia eis ſalutaria, congruaque, quibus vt ſagaciſſimus venator animas caperet, obtendit. Miſit Ioannem auſteram agentem coram hominibus vitam, quo eos qui in auſteritate vitæ aliquid fiderent, conuerteret. Traxit alios communiter viuendo, atque benignitate, ac manſuetudine alliciendo. Quo enim ſe non deſpici videbant peccatores, eo magis tanquam ad vere miſericordem, qui peccata donaret, ſe conuertebant. Alios attraxit prædicando, vt dicerent ſe nunquam audiſſe hominem loquutum, vt Ieſus loquebatur. Alios quoque miraculis inuitauit, qui eius opera videntes, dederunt gloriam Deo, & gaudebant in omnibus, quæ fiebant glorioſe ab eo. Verum hæc Phariſæi omnia calumnijs peruertebant. Quod Chriſtus quoque cõqueritur apud Matthæum. Venit Ioannes neque manducans, neq; bibens, & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis, & mandacans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Eſt tamen quoque alia ratio, quare adeo familiariter, communiterque cum hominibus vixit Chriſtus. Quia enim omnibus venit, exemplum in ſe inuitabile cunctis præbere debuit. Si enim nimis rigoroſam, abſtinentemque vitam duxiſſet, aut ſolitariam, quis illum potuiſſet imitari? Vitæ illius auſteritas quoſdam exterruiſſet, ne accedere illum fuiſſent auſi. Maiori igitur fructu animarum communem exhibuit vi-

Sapientiã quantam Chriſtus exhibuerit cũ peccatoribus mãducando.

Matth. 3 Lucæ 3. 4. & 7

Ioan. 7

Marc. 7

Matth. 11

O

Vita & munem ꝯre Christus duxerit.

tam,vbi alios alloquio,alios familiari aſpectu,alios benigno acceſſu,alios in templo, alios in conuiuio ad ſe traxit, atq; ad ſalutem conuertit. Diſce hic tu quoque,ſi centum lucrandi animas noueris vias, ſi centum artes & modos ſciueris,quibus homiñ à peccato ſperes reducendũ, potius omnes experiri,omnem impẽdere conatũ, nihil non motũ relinquere,donec peccatorem ad Deum reducas. Prodeſt autem maxime nobilibus ingenijs manſuetudo cũ maturitate morum zeloſa,& cum exhibitione charitatis. Recipitur enim libentius, quicquid cum manſuetudine mandatur, quicquid ad modum obſecrantis aut fideliter ſuadentis magis rogatur, quam præcipitur. Opus enim eſt illi,qui ex tua correptione fieri debet melior. Primo,vt te ſentiat fideliter conſulentem, vtpote qui illi bene velis. Deinde, vt tam benigno etiam modo adhibeas conſilium,vt non exaſperetur magis,quã molliatur. Tertia eruditio Euãgellica nobis vetat iudicare peccatores. Quod enim Phariſæi ſæpius contra dominum murmurabant recipientem peccatores, non ſuam prodiderunt iuſtitiam, ſed ſuperbiã & iniquitatem. Bis enim murmurantes, inique iudicabant Phariſæi hos peccatores pœnitentes. Arbitrabantur enim iniqs & peccatores eos, qui ad Chriſtum accedebant,qui erant iuſti. Iam enim conuerſi erant ad Chriſtum,ideo iuſti.

Correptiõ quinam faciant fructuoſam.

Iudicare temere pctõres quantum habeat periculi. Lucæ 5 Lucæ 15 Ioan. 6

P Secundo ſe iuſtos ipſi putabant,cũ eſſent peccatores. Erant enim ſuperbi,proximis ſe præferentes, eoſdemq; ſpernentes, Atque ideo ſyncerã non potuerunt cum illis hebere compaſſionẽ. Vbi enim ſuperbia eſt,ibi charitas nõ eſt. Quod ergo nos in illis pernitioſum,iniuſtum, ac noxium videmus,hoc nobis abſtinendum eſt. Nõ igitur damnemus proximum, tametſi nõ recta in eo viderimus. Credẽdus enim potius eſt illico reſipuiſſe nec ſuæ immemor fuiſſe ſalutis,vt malo perſeueret in propoſito. Filioli pro generali vos regula doceo, moneo & rogo,quicquid audieritis, quicquid videritis, ſemper exiſtimate proximum veſtrum ſuam ſalutem nolle negligere: ſed & ſi peccauerit,interim tamen pœnituiſſe,& iam bonæ eſſe voluntatis eum credite. Hoc ſentite, hoc confidite de omni homine(niſi non ſolum verba,ſed & opera eius oñino aliud clament) ſcilicet eum eſſe pœnitentem, & in ſtatu ſalutis. Hoc nanque in incerto, ambiguoque verſatur, & quibuſcunque omnino ſecretum eſt, imo nobis quoque ipſis abſconditum, ſimus ne boni coram Deo, an reprobi, ſed Deo iudicium huius relinquendum eſt. Noſtrum vero erit bonis exhortatiõibus, beneficijs, exemplisque virtutum omnes inuitare,prouocareque ad bonum. Iterum proſpiciendum quoque nobis eſt, ne peccata in nobis ſpiritualia occulta fouentes, aut non diſcutientes diſſimulemus, puta phariſaicam ſuperbiam, arrogantiam, inuidiam & huiuſmodi,quæ nonnunquam ſub virtutum quoque ſpecie latent: quæ dum non agnoſcuntur, non eradicantur etiam. Idcirco quod alijs,hoc maxime etiã debemus nobiſipſis curare, ſcilicet vt eadem caueamus. Grauiora enim ſunt vulnera,& plus habent periculi, quæ ſunt ſecreta, & interna, quam ea, quæ adeo ſunt manifeſta, vt videri,tangique poſſint. Spiritualia quoque vitia pernitiõtiora ſunt carnalibus. Sequitur igitur ex his omnibus, peccatores hoc modo à nobis eſſe tractandos. Primo,vt culpæ,ſeu vitio demus correctionem,compaſſionem naturæ,& gratiæ gratulationem. Quarta erudito eſt ſentire erga nos clementiſſimam benignitatem Dei. Vide enim eum qui requiri deberet, ipſe quomodo nos requirit? Certe adeo,vt etiam læticiam ſibi & angelis ſuis fieri teſtetur, ſi peccator redeat ad pœnitentiam. Neque tamen hic tantum aſtruit, ſed in parabola quoque de filio prodigo ſeipſum nobis declarat, vbi narrat, quomodo pater filium miſerum dum audierat reuertentem, non ſolum non patrimonij profuſionem illi exprobrat, nec conuitijs infectatur, nec arguit dure, ſed occurrens in amplexum, & oſculum accipit reuertentem, veſtibus donat, ſymphoniam & chorum inſtituit, gaudioque illum diem dedicans, conuiuium exhibet, quod perditus ille filius redierit, & ſaluus ſit. Quare autem illam parabolam de filio prodigo,&eius patre,aut de oue hic errante, ac patre familias reducente narrat, niſi vt oſtendat ſimilia ſe facturum cum peccatoribus ad ſe redeuntibus? Accedit huc quoque quod gaudium angelis eſſe maius dicit de peccatore pœnitentiam agente,quam de iuſto non egente pœnitentia. Non tamen hæc verba ita generaliter ſunt intelligenda, quaſi melior ſit pœnitens innocen

Regula generalis contra temeraria iudicia.

Vulnera ſecreta & ſe pericu loſiora.

Q Benignitas Dei erga nos quanta.

Luc, 15

nocente,ſed pœnitentem illi præfert iuſto qui ſe non egere exiſtimat pœnitentia, vtpote malorum grauium ſibi non conſcius. Nam ſunt iuſti & innocentes, qui leuia peccata(ſine quibus in mundo hoc nõ viuitur)tantum plangunt quantũ alij crimina. Quis neget hos gaudium facturos angelis Dei licet iuſtos, habentes tñ quod amare plangant? Siquidem quanto Deo feruentius diligunt,tanto eidem inhærẽt fidelius,eoque acriori,ſi vel paululum à rectitudine exorbitauerint, dolore torquentur. Poſtremo,diſcendum eſt hic triformem eſſe pœnitentiam laudatam. Prima eſt enim purgans peccata. Hac lauit ſe mulier illa ſancta Maria Magdalena, quæ ad dominum intrabat in conuiuium,non cõuiuantium præſentia exterrita,quia eius animo non inſidebat de hominibus cogitatio,ſed deſiderium ſaluatoris. Secunda eſt pœnitentia orans,cuiuſmodi in Ioanne reperitur Baptiſta. Hic enim non ſolum pœnitentiam ſibi inſtituit,ſed ad eremum, id eſt,ad locum pœnitentiæ congruum etiã puer relictis parentibus exiuit. Tertia pœnitentia eſt conſeruans, ne peccetur. Hoc modo opera pœnitentiæ feciſſe putatur

R pœnitentiæ laudatæ triformis Lucæ 7

Mar, 3

1, Cor, 3

Paulus,qui caſtigauit corpus ſuum, & in ſeruitutem redegit,ne forte cum alijs prædicauerit, ipſe inueniretur reprobus.

Filij chariſſimi,effuſio hæc paternorum viſcerum diuinæ miſericordiæ ſuper nos cõ pungat excitetque nos,& ardẽtiſſimo vulneret amore. Cogitate quam iniuſtum ſit offendiſſe benigniſſimum patrem, Num ſatis non eſt hactenus illum offendiſſe? Nũ ſatis non eſt peccaſſe? Num decet nos fidelisſimum dominum & patrem nos requirentem,nos expectantem,ad noſtrum reditum anhelantem gaudio priuare,& eius amori illudere? Heu filij merito ſola nos eius charitas vulneraret adeo, vt totam vitam noſtram,ſi quo modo,imperfecta aut reprehenſibilis eſt,in eius cultum,honorẽ pariter ac amorẽ mutemus. Sit ſemel finis operibus noſtris illicitis. Deinceps deo noſtro tantam nõ faciamus iniuriam,vt eius præcepta,vt eius beneplacita negligamus: quia quo maiorem nunc nobis miſericordiam ad noſtri reductionem prærogat,eo nos durius ad ſe non conuerſos damnat dominus noſter Ieſus Chriſtus iudex ſeculorum vniuerſorum,iudex venturus in æternum benedictus,Amen.

DOMINICA IIII. POST FESTVM SANCTISSIMÆ Trinitatis, Epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Romanos octauo.

X III

EXiſtimo,quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt,nõ volens,ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit,& parturit vſque adhuc. Non ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis noſtri in Chriſto Ieſu domino noſtro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A ANte lectionẽ hãc dixerat beatus Paulus, nos Chriſti fore cohæredes,& ſi tñ cõpaſſi fuerimus, Chriſto quoque conglorificandos. Ne tamen hoc videatur cuipiam graue,puta cum Chriſto pati, continuat: Exiſtimo autem. Non dubitatiue loquitur, ſed quaſi humilitatis cauſa verbo dubitationis,cum nihil hæſitet, vtitur. Exiſtimo autem quod haudquaquam ſint condignæ paſſiones huius tẽporis,quantumlibet ſæuę aut duræ videantur,ſi reſpiciatur,aut ſi cõparentur ad futurã gloriam quæ reuelabit in nobis. Nã omnẽ tribulationẽ,etiamſi equulei & ignes adhibeantur,futurę gloriæ meditatio,vbi

mentem obſederit, leuem ducet ac momẽtaneam. Si, inquam, placendi Deo appetitus menti humanæ inſederit, vt iam cõformari Chriſto in deſiderio fuerit homini, tribulationem huius vitæ omnem pro nihilo ducere illum facit. Nã expectatio creaturæ, id eſt, homo expectans (dicitur enim homo cratura iuxta illud Euangelij: Prædicatæ Euangelium omni creaturæ) expectat in ſe futuram reuelationem filiorum Dei, hoc eſt manifeſtam felicitatem ac beatitudinis manifeſtationem. Hæc enim vbi adepta fuerit, manifeſtabitur quod filij ſumus adoptionis: Nunc quidem quod creatura ſumus apparet, ſed quod filij Dei ſumus, non dũ apparet: manifeſtabitur aũt id per reuelationem gloriæ cœleſtis in nobis. Quod vero interim non apparet, eam ob rẽ eſt, quia vanitati corruptioni, ac mutabilitati nunc ſubiecta eſt, creatura mortalis humana non volens. Non volens inquam, quia non elegit has pœnalitates & ærumnas huius vitæ: ſuſtinet tamen patienter, propter eum qui eam huiuſmodi pœnis & miſerijs ſubiecit, idque in ſpe, quod non ad ſui perditionem, ſed ad ſui ſaluationem ab optimo Deo & patre his ſubiecta ſit, vnde ea leuia & tolerabilia quæ ſuffert, exiſtimat. Sic Iacob duros ſuſtinuit labores, amore & expectatione Rachaelis ſibi coniungendæ, qui tamẽ labores, cum eos ſuſtineret, non duri, ſed leues, dieiq; ſeptem annorum, quibus expectabat, pauci videbantur præ amoris magnitudine. Sequitur: Quia & ipſa creatura mortalis liberabitur à ſeruitute corruptionis, & à ſollicitudine veſtium, ciborum aliarumq; neceſſitatum, quibus in hac vita propter corruptionem humanam ſeruire cogitur, per generalem vltimam reſurrectionem. Interim enim in hac vita nõ manifeſtat pater quantum diligat filium, ne filius inſoleſcat, ſed ſub diſciplina nũc & ſub flagellis illum continet quamdiu hic peregrinatur. Liberabitur autem, cum pertigerit in adoptionem libertatis filiorum Dei, quod erit in plena ſecuritate, felicitatis æternæ. Interim (quod nobis cõpertũ eſt) omnis creatura, id eſt, homo (in quo oĩs cretura habet communionem, aliquidq; in eo participat) ingemiſcit pro calamitatibus multiplicibus, quas hic ſuſtinet. Ingemiſcit autem homo deſiderio liberationis amoreque beatitudinis, & parturit interim dolore & labore operans vſque adhuc. Nam quomodo maioribus ac anteceſſoribus noſtris idem gemitus pro eadem re fuit, ita nobiſcum quoque is perſeuerat vſque in præſens. Non ſolum aũt creatura vniuerſa mortalis, id eſt, homo ingemiſcit: ſed & nos quoq; & apoſtoli primitias ſpiritus habentes, puta qui ſpiritum ſanctum & ante alios & abundantius accepimus, intra nos gemimus ſub pondere laborantes præſentis vitę, & cum gemitu deſiderantes adoptionem filiorum in nobis plenam manifeſtari, tanquam redemptionem corporis noſtri. Tunc enim & nõ ante nec aliter liberabimur à mortalitate, & à calamitatibus omnibus huius corruptibilis vitæ. Interim vero adeo nemo vacat à gemitibus, adeo à ſuſpirijs nemo eſt liber, vt nec mihi profuerit Paulo, quod in tertiũ ſim raptus cœlum, nec Petro, quod dulcedinẽ diuinæ deguſtauerit ſuauitatis in mõte Thabor, nec alijs alia, quin cum gemitu præſtolemur adoptionis iam factæ reuelationem, atque redemptionem corporis noſtri, in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Mar. 16

Gen. 29

B

C

D

Aõa. 3

2. Cor. 5

Matt. 1 Mar. 1 Luce 3

Miſericordię laus quanta.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ quartæ poſt Solennitatem ſanctæ Trinitatis Lucæ VI.

Eſcio chariſſimi, ſi quid miſeris poſſit ſuauius dici, quidve audiant libentius q̃ de miſericordia. Quo em̃ magis qs eget, illud frequentius cogitat, auidius deſiderat, libentiusq; audit. Omnes aũt nos peccauimus, & egemus gratia & miſericordia Dei. Ex peccato enim primorum parentum noſtrorum de paradiſo in hanc miſeriæ vallem eiecti ſumus, vbi neque foris, neque intus integram poſſidemus pacem. Cogimur enim vel inuiti multa ſuſtinere, complura ſentire, quæ alioqui nolumus: puta infirmitates ærumnas, aduerſitates, tentationes, afflictiones, famem, ſitim, æſtum, frigora. Itaque quod modis affligimur, tot etiã nobis cupimus miſereri. Quãobrem nihil nobis dulcius miſericordia: hanc à Deo, hanc ab hominibus nobis cupimus impendi. Quam tamen quomodo obtineamus, legem nobis Chriſtus inſinuat, dicens: Beati miſericordes, quoniam

Rom. 3

Gene. 3

Miſericordia Dei peccatoribus quam debeat eſſe dulcis, Matt. 5

niam ipſi miſericordiam conſequentur. Omnes, inquit, deſideratis veſtri miſereri, & miſericordiæ vobis opera impendi. Sitis igitur ipſi quoque alijs miſericordes, & miſericordiam conſequemini. Proxima igitur dominica cum nobis ſignificatum ſit, quam pronus, quanq; paratus ad miſericordiam ſit Deus, adeo vt perditos nos atque aberrantes à ſe requirat, gaudens inueniat, inuentos ad ſuã reducat nos domum, hodie legitur nobis Euangelium q̃ diſcimus, quomodo miſericordia illa nos dignos faciamus, in proximos noſtros eã dem quam in nos erogat Deus exhibentes, vt hodie Euangelium docet. Itaque Chriſtus dicit:

Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt.

Tanta laus eſt miſericordiæ, vt ipſa nõ ſolum amicos, ſed Dei nos etiam efficiat filios. Reddit enim hæc virtus nos cõformes Deo, & quaſi quædam ſigna ſublimis naturæ noſtris imprimit animabus. Omnem enim curam, dilectionem, miſericordiam, quam à Deo petimus, quã ſperamus, quam recipimus, quanq; expectamus, eandem vult nos in proximos quoque noſtros effundere. Vnde liquet, quã tam à Deo miſericordiam nobis optamus fieri, tantam vt effundamus in proximũ oportere: quia eadem menſura, qua nos menſi fuerimus, remetietur nobis. Hunc enim nos exhibere in proximum animũ neceſſe eſt, cuiuſmodi animum effundere in nos volumus Deum. Sciendum itaq; miſericordiam, compaſſionem ſeu triſtitiam eſſe de aliena miſeria, cui ſubuenire, dum poſſumus, inuitamur. Non eſt autem in Deo miſericordia hoc modo, vt eſt quædam compaſſio aut dolor triſtitiave alieno malo, nec vt ſunt etiam paſſiones reliquæ appetitus ſenſitiui in hominibus: ſed eſt miſericordia in eo, vt ſonat miſericordia actum voluntatis, quo volumus miſero ſubueniri, Hoc modo eſt in Deo miſericordia tanta, vt haudquaquam illi poſſit humanæ æquari. Quapropter cum dicitur, Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter cœleſtis miſericors eſt, hoc verbum, ſicut, non æqualitatem mandat, ſed ſimilitudinem & imitationem, vt quo modo nobis miſeretur Deus, miſereamur nos quoq; noſtris proximis, puta gratuito, & imeritis, & à quibus nihil ſperamus retributiõis

Matt. 7

Miſericordia quid ſit

Miſericordia quo modo ſit in Deo.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condẽnabimini. Dimittite & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis.

Omnis miſericordia proximo exhibita bonum eſt aliquod, quo eius poteſt miſeria ſubleuari. Ideo ad omnia generatim miſericordia ſe extendit, quibus à miſeria homo eſt leuandus. Duas autem ſpecies dominus ponit miſerendi, in quibus ſingulis datur beneficium, & ad has aliæ omnes reducuntur. Prima ſpecies eſt, vt proximo des aliquid, puta aut eleemoſynam aliquam corporalem, vt eſt eſca, cibus, veſtis, & c. aut ſpũalẽ, puta inſtructionẽ cõſilij, cõſolatinoẽ, & c. Hoc indicat p̃ẏba, Date, & dabitur vobis. Date, inquit, temporalia, & dabuntur vobis cœleſtia. Rogat te mendicus. Quid? Panem. Rogas tu quoq; Chriſtum mendicus, Quid? Regnum cœlorum. Num audebis tu negare homini panem, qui à Deo poſcis regnum cœlorum? Dato igitur tu panem proximo, vt tibi regnum à Deo non negetur cœlorũ. Quod ſi nolueris, qua fronte audebis petere à Deo tanta dona tantaque beneficia? Conſtituit itaque tibi legem, vt tantum tibi expectes à ſe dandum, quantum tu paratus es egeno dare. Hoc tamen non intelligit iuxta menſurã dati, ſed iuxta menſurã charitatis, hoc eſt, bonæ voluntatis. Maiora enim Dei ſunt dona, quæ retribuit, imo & quæ prærogauit, qnam tu egeno poſſis dare: ſed intelligendum ita eſt vt plura & maiori charitate benefeceris pauperi, eo plura nobilioraque dona recipies à Deo. Nõ igitur diligamus verbo & lingua, ſed opere & veritate. Si enim quis, inquit, Ioannes habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum egere, & clauſerit viſcera ſua ab eo (puta vt illi neceſſaria non tribuat) quomodo charitas Dei eſt in illo? Cum ergo beatius ſit dare quam accipere, propterea quod illud charitatem habeat, hoc neceſſitatem, non ſitis filij ſegnes, non ſitis tenaces, non ſitis denique formidoloſi ad tribuendum neceſſaria egentibus. Non audias puſillanimẽ cogitationẽ: Fortaſſe adhuc ipſe egebo. Humana hæc cogitatio eſt nõ diuina, de futuris cogitare cũ puſillanimitate. Non poteſt tibi (crede mihi) pire, qcqd Chriſto dederis, p̃ſertim in aliquo membrorum ſuorum egen

Miſerẽdi ſpecies duæ quæ ſint.

I.

Lucæ 6

Auguſti.

1. Ioan. 3

Acto. 20

egenti. Altera eſt ſpecies beneficij, ceſſare à malo, aut non inferre malum. Si em̃ potes proximo inferre, habes fortaſſis ſimul & copiam & cauſam quare id facias: p Dei tamen amore, non vis, cum poſſis, aut cum ira ſuadeat quoque ei malum inferre, iam beneficium proximo contuliſti. Care re enim malo, bonum eſt. Verbi gratia: Quando non detinet quis vinctum cum poſſit, quando non vlciſcitur, quando in iuriam non retaliat, in hoc præſtat beneficium. Biſariam autem contingit, vt nõ inferas malum. Aut enim malum eſt in opere quod inferre poſſis (vt dixi) expetendo vindictam, ſumendo ſupplicium, priuando gratia, fauore, aut beneficijs tuis. Et hoc prohibuit dñs, qñ dixit: Dimittite, & dimittet vobis. Aut eſt in cogitatione, vt cum male inceperis ſentire de ꝓximo, vnde eius æſtimatio, eiuſq; fama apud te periclitatur. Magnum enim eſt, cuiuis malũ, male de ſe audire, male iudicari, cõtemni, aut ſperni. Sic e regione magnum eſt beneficiũ, de ſe bona ſentiri, ſua opera ęq̃ interp̃tari, non condemnari aut abijci. Hoc dñs malum prohibens, & mandans bonum: Nolite, inquit, iudicare, vt non iudicemini, nolite condemnare, vt non condemnemini. Sciendum tamen hic proximo non prohiberi omne iudiciũ. Eſt enim iudiciũ de manifeſtis, vt ſi videam hominem ex alieno agro metentem, hoc iudicare poſſum quod vidi, id eſt, quod in alieno agro meſſuit. Siquidem hoc mihi eſt manifeſtum. Veruntamen de occulto non poſſum iudicare illũ, aut de eo, quod neſcio. Neq; eñ propterea illum debeo iudicare furẽ, q̃d in alieno agro meſſuit, quia animum eius furandi, vnde fur eſſe dicendus eſt, non poſſum videre. Poteſt enim fieri, vt animo furendi meſſuerit ex alieno agro quod tamen quamdiu neſcio, ſi iudicauero furẽ, temere iudico. Poteſt autem fieri, vt iuſſu illius cuius eſt ager, aut eiuſdem permiſſione, aut per errorem ibi meſſuerit (quod magis cogitare debeo) tñ quamdiu veritas me latet, non debeo ꝓximum iudicare vltra, q̃d mihi eſt manifeſtũ. Hic ſæpe delinq̃t, vt hoĩes factũ aliq̃d videntes, cor etiã q̃d non vident, ac intentionem pręſumant iudicare. Videntes enim apparẽs malum, mox pnũciant temere, quod ex odio, q̃d ex ambitione, q̃d ex vana gloria, & huiuſmodi id genus vitio, hoc factũ, dictum ve ſit, q̃d temerariũ eſt iudicare, & hic phibitum, ſicut hic phibita oĩa ſunt alia huiuſmodi iudicari, quæ bono animo, maloq; fieri poſſunt. Semper enim bono potius animo facta putari debent opera huiuſmodi, & charitate excuſari, quam in deteriorẽ deputari partem. Itaq; non iudicare hoc modo (vt dixi) eſt miſereri. Facis enim illi bonum, quẽ nõ iudicas. Sciendũ q̃q; dñm non phibere hic iudiciũ, q̃d fit à poteſtate, vtpote ab eo q autoritatẽ ex officio habet iudicandi, vt iudex ordinarius, qui iuxta cauſarum merita aut demerita cogitur iudicare, & aut condemnare rerum, aut inſontem abſoluere. Eſt præterea tertio aduertendũ, quamuis incerta oĩa ac dubia in meliorem ſint partem interp̃tanda, & ſentiendum de omnibus bene, quantũ eſt poſſibile, quantumq; excuſatio admitti poteſt, nemoq; iudicandus temere: tamẽ quando remediũ eſt peccato adhibendũ, quando occaſio delinquendi excludenda, quando item cuſtodia animabus ſtatuenda, ita omnia ſunt hæc exhibenda remedia & pericula, cuncta aut proſcindenda aut p̃cludenda, ac ſi de grauioribus ac deterioribus, quæ euenire poſſent, homo foret ſuſpectus. Abſq; enim hoc q̃d iudicetur homo, debet cuſtodiri, regi arceriq; ne peccet, non quaſi is qui credatur velle, ſed qui ſciatur poſſe peccare. Hoc enim non eſt iudicare, ſed prudenter timere, & pericula ꝓuidendo cauere. Nam quod ad arcas & adoſtia ſeræ adhibentur, non quempiam eſt furem iudicare, ſed poſſe quempiam furẽ data occaſione, effici, credere. Deinde dicit: Nolite condemnare. Nolite ſi etiam peccantem cernitis, eum condemnare, id eſt, inter peccatores tanquam damnandum habere, Poteſt enim fieri vt vbi ceciderit, mox pœniteat, iuſtiorq; quam ante fuit, reſurgat. Non eſt igitur qui peccator fuit damnandus, aut pro peccatore ſemper habendus. Et non condemnabimini, Deo vos ex peccatis reſuſcitante. Dimitte iniurias vobis illatas. Induite, inquit, beatus Paulus, viſcera miſericordiæ, ſupportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. Et dimittetur vobis. Idem in Eccleſiaſtico habetur: Relinq; proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi ſoluentur peccata tua. Videsne quomodo in tuum arbitrium ſuam Deus poſuerit infinitatem

B

Miſerẽdi ſpecies altera q̃ſit.

Malũ nõ inferre vt contingat biſariam.

Temerarium iudicium quod.

tam miſericordiam? Date conſilium & auxilium egẽti, & dabitur vobis hic gratia & conſolatio, & poſt hanc vitã gloria æterna

Menſuram bonam & confertam, & coagitatam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum.

Pauperes in quos opera miſericordiæ contuliſtis, ſua oratione dabunt, hoc eſt, dari vobis à Deo impetrabunt menſuram bonam, &c̃. Nam & Cornelio Centurioni dictum eſt: Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Dabunt autem vobis menſurã bonã & confertam, vt copioſius ſit p̃mium ſeu retributio veſtra, quã opus. Nihil igitur metuatis minus vobis reddi à Deo, quam vos eius dederitis amore egenis: qa pauperes, qbus dediſtis, imo loco pauperũ ego (cui feciſtis q̃cquid vni ex minimis meis feciſtis) reddam in ſinum veſtrum, in gremium cordis veſtri menſuram bonã, hoc eſt, non minorem, ſed iuſtam, vt competit vobis, confertam, id eſt, cumulatam, & coagitatam, hoc eſt, compreſſam & ſuperfluentem. vult per horum verborum exaggerationem, quam magna ſit multitudo bonorum, quam immenſurabilisq; æterna felicitas, quam præparauit Deus diligẽtibus ſe, ſignificari.

Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.

Aequitatis huius primam partem Chriſtus pronunciat, dicens: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Alteram vero ediuerſo beatus Iacobus inferens, dicit: Iudicium ſine miſericordia ei, q nõ facit miſericordiã. Eadẽ igit menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. Quod ita eſt intelligendum: Si bonũ ac iuſtum feceris, iuſtum ac bonum tibi retribuetur. Si malũ feceris ꝓximo, malũ iterũ accipies. Si malũ feceris culpæ, malum tibi reddetur pœnæ. Non enim hic ſenſus eſt verborum, vt ſi iniquum inferas quid ꝓximo. Deus tibi iniquũ aliq̃d ꝓpterea, aut inique retribuat, Deus enim iniuſte nõ iudicat, nec iniquus eſt vindex maloꝝ, ſed tu ſi ꝓximo iniuriam intuleris: ſi iudicaueris, ſi condẽnaueris, ſi auxiliũ negaueris atq; cõſiliũ, ſi deniq; cõſolationẽ eius neceſſitati ſubtraxeris, ipſa temeritas tua atq; malitia reuertet tibi in ſinũ tuũ, vt eo ipſo q̃ feceris alteri malum, tibi malum compares.

Dicebat autem illis & ſimilitudinẽ: Nunquid poteſt cęcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt?

Similitudo eſt & veritas, ſed in ſeipſo veritas, ad alia autẽ nihilominus ſimilitudo. Quadrat autem in eos, qui antequam ſunt ipſi ſatis inſtructi, magiſterium affectant. Nam ita dicit: Nunq̃d cæcus poteſt cæcum ducere? Ac ſi diceret: Qui ſeipſum neſcit, qui ſui curam non habet, qui animam ſuam propriam non diligit, quõ poteſt, quæ tibi conueniunt, ſcire? quõ poteſt tui curam habere? quõ te poteſt diligere, q ſeipſum non diligit? cum ſcriptum ſit: Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Si igitur is, qui iniquitatem diligit, ſeipſum odit quomodo idẽ te poteſt in Deo diligere? Nemo autem te non diligens, ſalutaria tibi prouidebit. Ergo cæcus, ignarus, ſui negligens, tibi cæco ducatum poteſt quidem promittere, ſed pręſtare nequaquam. Ridiculum certe eſt cæcum cæco dari ducem, multo autem id eſt periculoſius, ſi cæcus ipſe velit eſſe dux cæci. Hanc ad Apoſtolos & ad omnes prælatos dixit ſimilitudinem, innuens quo timore acquieſcendũ ſit, vt quis prælationem in alios accipiat, cum abijciatur hic, quiſq; non poſſit ignorantes docere, cæcos ducere, aut lapſos erigere. Eſt autem maxime in eos dictum, q affectant præeſſe, non in eos qui prælationis fugiunt onus, vtpote ſuæ infirmitatis conſcij. Nihilominus tñ ſi diuina ordinatione, ſuperiorumq; compellant autoritate, debent obedire. Hos enim Deum timẽtes, Deum quærentes, atque omnia quam maxime poſſunt, in Dei beneplacitum ac honorem dirigere ſatagentes, non deſerit Deus, ſed q̃cq̃d humana illis deeſt eruditione, hoc diuina illis inſpiratiõe infundit.

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ. Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius.

Omnes ſumus diſcipuli, diſcentes aut ex inſpiratione & lumine diuino, aut ab hominibus. Si itaque per magiſtrum intelligitur homo, non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, in eo ſcilicet, quod diſcipulus eſt, & in quantum eſt diſcipulus, ac in his, quæ didicit à magiſtro. Porro ſi quid magiſterio didicit diuino, in hoc hominis non fuit diſcipulus: ibi poteſt etiã magiſtri hominis fieri magiſter. Vltima igit perfe

H

Cæcus q̃ modo dicatur cæcam ducere.

perfectio discipuli est erga magistrum suum, vt sit sicut eius magister, in his quæ ab illo didicit. Neq; enim ea potest ab eodem discere, quæ illemet ignorat, qui debet docere. Est ergo sensus, vt sit hoc q̃que in p̃latos dictum, qui male viuunt: Non est discipulus sup magistrũ. Nõ potest à te, inqt, discere subditus tuus aut discipulus, vt fit contemptor seculi, pius, castus, ac virtuti deditus, qui exemplo tuo virtuti contraria doces. Quomodo enim tu illi dices, nõ furandum, qui furaris? non ebrietati studẽ dũ, q̃ calicibus perpetuo studes epotandis? Non igitur quam tu melior effici potest, q̃cunque se tuum discipulum gerit. Nam si melior fit, ex alio hoc habet magisterio, non tuo. Quod si de Christo hæc verba intelligãtur: Sensus est, vt alibi dicit: Non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Ego q̃ sum magister vester, passus sum me iudicari, condemnari, nec vlcisci tamen id volui, sed p̃ malis reddidi bona. Quomodo ergo tu, qui discipulus meus es, & ex vita mea, discere te oportet (Exemplum enim dedi vobis, vt & vos ita faciatis) quomodo inquam, tu non vis dimittere iniurias? Perfectus autem eris discipulus, si vita tua mihi conformis fuerit. Mei enim imitatio, tua est, perfectio.

Rom.2

I Ioan.13 Ioan.15

Ioan.13

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui? trabem autem quę in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides?

Festuca mystice quid signetur.

Per festucam, modicum, & veniale vult dicere peccatum quod si videris in tuo fratre, quomodo non vides etiam, interim in tuo oculo esse trabem? Aut quomodo præsumis festucam ex alieno educere oculo, trabem in tuo habens? Per trabem em̃ grãde aut lethale peccatum vult intelligi, Nõ igitur conuenit ei qui peccator est, alium corrigere minorem peccatorem. Verbi gratia: Ex ira fortasse quispiam peccauit in verbo leuiter, non refrenans passionem suam. Tu vero hoc grauiter iudicas, condẽnas & corrigas motus odio aduersus delinquẽtẽ. Nõne recte tibi dicet? Medice cura teipsum? Et quõ aliũ doces, teipsum nõ doces? Quõ alium vides, teipsum nõ vides? Quõ alium in modico delinquentem corrigis, teipsum non corrigis? Correctio certe fieri debet ex charitate. Ordinata vero charitas incipit à seipso. Tu vero fratrẽ nõ diligis, quem odis. Quomodo enim diligeres proximum, qui non diligis teipsum? Nam si trabem de oculo tuo non educis, quomodo teipsum diligis? Aut quomodo (vt dixi) credam vt diligas proximũ, non diligens teipsum? Quid autem p̃ficit homini, si lucretur vniuersum mundum, detrimentum sui faciat?

per trabẽ qd mysti ce signet.

Lucæ 4 Rom.2

1.Ioan.

Correptio vera fit charitate & non odio.

Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui.

Hypocritam nominat eum qui iustum se fingit, ceu qui aliena curare queat vulnera, ipse sanus, cum grauiora in se habeat interim vulnera, licet ea cæcus non videat, recte igitur hypocrita dicitur, qui graui censura sæuit in leue peccatum proximi, sua vero grauiora peccata dissimulat. Monetur ergo seipsum ante corrigere, odium & liuorem in corrigẽdo alio abiicere (hoc enim infectus vitio, nemo potest de fratris festuca recte iudicare) monetur intentionem lucidam & oculum simplicem habere: & ita, quõ fratris eiiciat festucam, curare. Quapropter charissimi, cauete superbiã, cauete inuidiam, cauete odium, cauete irã quoque. His enim passionibus seruientes, neminem corrigetis vtiliter. Syncera igit̃ sit charitas in te, fit ad fratrem compassio in delicto constitutum, sis tu quoque non æque in eodem delicto, aut maiori oportet, si volueris, salubris vt fiat delinquenti correptio tua. Alioquin eum quem velis esse emendatum, si in eodem aliove manifesto tenearis peccato, haudquaquam corripias, sed obsecra & inuita, vt tecũ se corrigat, Dñs aũt charitatem tuam videns vtrique gratiam dabit se corrigendi, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. In quibus similes Deo esse nos congruat, & in quibus misericordes in proximum.

K

ESTote misericordes, sicut pater vester misericors est. Lucæ VI. Ex magna misericordia orit̃, quod dominus nobis mandat misericordiam. Nihil em̃ nobis, q̃ miseri sumus, & misericordia egemus, est vtilius quam

quam misereri, ignoscere, cõpati, & miseris subuenire. Quo fit vt misericordiam suam Deus quoq; largiatur nobis. Siqdem misericordiæ nobis impendendæ vt Deo iusta fit ratio, mandat ipse nobis dicens: Estote misericordes. Si enim fuerimus misericordes in pximos nostros, fiet, vt nos quoq; misericordiam à Deo cõsequamur. Sunt aũt multa in hodierno Euangelio, q̃ nos instruunt ad pietatem. Primũ est q̃d nobis p̃cipit̃ esse misericordes. Nemo potest esse misericors in Deum, quia Deo cũ sint diuitiæ, sapientia, potentiaque infinita, ipse non potest esse miser, nec bonorũ tuorum eget. Nihil illi prodest, si illum honoraueris, nihil si contempseris, obest. Nihil illi confers seruiendo, nihil subtrahis deserendo. Tibi prodest aut obest, si illi seruias, aut si non seruias. Nam ipse æque sine te, atque tecum est felix. In proximum igitur tuũ vt sis misericors, oportet. Ad illum te misit, in quem quod in Deum nõ potes, exerceas. Hac misericordia in proximum, misericordiam tibi Dei comparare licet. Nemo enim est hominum cui nõ desit aliquid. Neque enim in hac vita mortali quisquam esse beatus potest, nec tam diues vspiam in hac vita reperitur, qui nulla re egeat. Imo sæpissime contingit, vt paup præstare possit, quod diues non possit. Adeo varia sunt Dei dona, adeoq; multifariam distributa. Dicit itaque: Estote misericordes. Estote, vt omnium erga vos animos esse velletis. Primo tñ hic obserua, quod modum quoque adiungit miserendi & similitudinem. Sicut, inquit, pater vester cœlestis misericors est. Cruciatur quis amore adulteræ, fortasse illam obtinere nõ potẽs. Nõ eius Deus misereꝛ, vt adiuuet illius desideriũ, nec patrocinatur peccato. Non miseretur latronis esurientis, aut in nemore errantis, vt illum ad latrocinium rapinamve ducat. Nec alijs conatibus anxijsque concupiscentijs peccatorum, vt perfici antur, subuenit: sed ad salutaria ducens aut reducens hominem in hoc pius miseretur. Præstat sæpe beneficium indignis, sed non ad hoc, vt peccent, sed vt peccatis abstineant. Sæpe etiam negat, ne peccetur. Quomodo tu febres calidas patienti, aut peste correpto, non misereris amico, aut noxium potum porrigas, sed illi licet roganti ministrare recusas, Scis enim ei esse venenum aut noxium.

Lucæ 6

Instructiones huius Euãgelij.

Psal.13

Misericordiam cuinamex libere p̃cipimur.

Miserẽdi modus qs sit.

Pari modo nullius miserearis ad consentienda promouendaq; peccata. Sed quo modo Deus nostri miseretur, ita tu in rebus tantum licitis proximi miserearis. Sic enim Christus ait: Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cœlestis bona dabit petentibus se? Iustas itaque preces quomodo exaudit Deus, datque nobis salutaria, sic tu in licitis tantum miserere proximi tui: quandoquidem in prauis desiderijs locum non habet misericordia, vt illis consentias, sed hæc ibi misericordia est, vt eadem arguas, illisque repugnes. Sciẽdum quoque nomine misericordiæ hic significari turbationem animi, seu compassionem, quæ impenditur his, qui in aliqua sunt afflictiõe, quibus prodesse optamus, quo eleemosyna, omniaque pietatis ac misericordiæ opera, tam spiritualia, quã corporalia comprehenduntur. Opera corporalia misericordiæ sunt, vt cibum præbeas esurienti, potum sitienti, vestias nudum, suscipias hospitio peregrinum, infirmũ visites, in carcere cõstitutum redimas. Quibus additur ex Tobia, vt mortuum sepelias. Opera misericordiæ spiritualia sunt, vt cũ afflicto compassionem habeas, offendenti iniuriam dimittas, peccantem corrigas, ignorantem instruas. Hæc sunt opera charissimi presentis vitæ Deo acceptissima, adeo vt pro his impletis in iudicio extremo coronemur, pro neglectis vero damnemur. Recole verborum, quæ in Matthæo de his operibus scripta sunt. Ibi enim loquens de extremo iudicio Christus dicit: Cum aũt venerit filius hominis in maiestate sua, & oẽs angeli cum eo, tunc sedebit su p̃ sedẽ maiestatis suæ, & congregabunt ante eum oẽs gentes, & segregabit eos ab inuicẽ, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris sunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere, &c̃. quæ ibi sequuntur vsque illic: Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine quando vidimus te esurientem & pauimus, aut sitientem & dedimus tibi potum? &c̃. Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

L

Miseri cordię nomine qd hic signi ficetur.

Misericordia in quibus proximo fit exhibẽda.

Matt.7 Lucæ 11

Opera misericordię quæ

Tob.4.

Opera misericordię spiritualia quæ

Matth.25

Tunc dicet his qui à finistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, q̃ paratus est diabolo & angelis eius. Esurijui enim & non dedistis mihi manducare, & cætera quæ sequuntur. Vnde euidentissime liquet, quam placeant Deo misericordiæ opera, quando hęc in iudicio rememoranda, tunc referuntur, quasi hæc sola sint, propter quæ facta dominus det iustis & redemptis regnum cœlorum: his vero qui eadem omiserunt, propterea daturus sit ę̃ternum supplicium. Et quamuis hæc sola non sint quæ fieri oporteat (sunt enim alia item multa, quæ nobis Euangelium facienda tradit) ita tamen recensẽt, ita nobis obijciuntur, vt stante ipsa redemptione nostra per Iesum Christum dominum nostrum consummata, significentur hæc nobis occasio fuisse, q̃re coronemur aut damnemur. Neque enim tunc à finistris nemo erit, qui hic fidem Christi & Euangelium receperit. Erunt proh dolor multi, imo plures quam à dextris. (Multi enim sunt vocati, pauci vero electi) qui crediderunt, pro quibus redẽptionis nostræ per Christum, non minus quam pro electis effusum est, precium, q̃ baptizati sunt: imo iuxta verba Christi, erunt quidam à finistris, qui in Christi nomine prophetarunt, dæmonia eiecerunt, & multa signa fecerunt (non absq; fide) nihilominus tñ damnabuntur, quia nõ fecerunt opera misericordiæ: vt intelligas quantum absit à veritate, vt sola fides ad salutem sine operibus sufficiat his, qui cum operari valeant, nolunt. Secundo, obserua in operibus misericordiæ oculum esse simplicem habẽdum, vt propter gloriam Dei tantum proximo subuenias, ex misericordia illi compatiens, & nihil aliud quæras. Deinde nõ ad hos tantum misericordes nos esse oportet, ad quos natura nostra nos inclinat, vt sunt consanguinei, amici, & ij, qui nobis benefaciunt: sed ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei, & his, q̃ sua reliquerunt, q̃ suis pro virtute spoliati sunt, & q̃ Christo domino nostro seruiunt, non suo ventri. Hæc est autem hic magis laudata seu Deo accepta charitas, quæ aliam non habet misserendi rationem, quare scilicet proximo benefaciat, nisi Deum. Quia eñ Deũ diligit, diligit & fratrẽ suũ propter Deum. Ita que hominis vt miserearis, Deus solus est causa miserendi. Ideo eñ misereor, q̃a scio quod is cui misereor, Dei filius est, frater meus est, cœlestis regni ciuis est, mihi cohæres est, mercatus quoque Christi sanguine est. Hanc ob causam misereri fratri, diligere q̃ fratrem, optima est miserendi ratio: & hæc nusquam clarius fulget, quam in dilectione inimicorum. Secũdum q̃ in hoc Euãgelio instruimur, est, vt sciamus in quibus debeamus esse misericordes, aut in quibus benefacere debeamus proximo. Vbi tamen ignorandum non est, misericordiam à lege naturæ quoque homini esse inditam, tametsi Christus hic eandem non iussisset. Est enim lex naturæ mortalium cunctorum animis inscripta, vt q̃d sibi velint fieri homines, hoc faciant alijs q̃que: & ne alijs inferant, quod ferre ipsi recusant. Itaq; tria dominus iubet, quę maximopere nobis fieri optamus oẽs. Primũ est, q̃d tibi vis, puta, vt sit consultum famę & opinioni tuæ. Grauat te existimatio iniqua, quã proximus habet de te. Tu igitur qa inuitus hãc sustines, noli ipsum quoq; existimatione iniqua grauare. Prohibuit enim hoc dominus, dicens: Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Iudicium hic Christus firmam sentẽtiam nominat, qua sentis quasi certus de bonitate aut iniquitate proximi. Temerarium autem hic iudiciũ vult prohiberi de proximo, vbi clarissima nõ est certitudo peccati, vbi intẽtio potest excusari, & vbi bono idipsum possit animo fieri. Nam huiusmodi manifesta peccata, quæ bono animo fieri non possunt, vbi ex certis indicijs cognoscunt, nõ illicitũ est, ea iudicari peccata. Neque enim vult Christus vt dicam malum bonum, quomodo dicere non debeo bonum malum. Iudicium igitur temerarium quo iudicas fratrẽ peccare mortaliter, seu de peccato mortali, peccatum tibi adducit mortale. Si de veniali fratrem iudicas, venialiter quoque delinqs. Mensura eñ qua mensus fueris, tibi remetietur. Quapropter vt verbis vtar diui Augustini, si suspiciones (quæ sunt vbi qs dubitare de bonitate incipit proximi, nihil tamen iudicio concludit aut definit) vitare nõ possumus, quia homines sumus: iudicia tamen hoc est, definitiuas sententias continere debemus. Ad idem pertinet quod Christus hic dicit: Nolite condemnare, & non condemnabimini. Nam qui non iudicat, non etiam condemnat. Optimum igitur consilium & remedium,

Matth. 20 & 21

Matt. 7 Matt. 10

M

Iaco. 2 Oculi simplicem in misericordijs operibus esse habendum.

Gala. 6

Rom. 16

II. In quibus benefacere debemus proximo.

Tobi. 4 Tria quæ nã hic inuenient, Matt.

Luc. 6 Iudicium ferendum in alterum intelligi dum.

N

Effigies Iudicium temerarium qui dofit, peccati mortale & ęi venialę,

Augustin.

um, in quibuscunque alienis rebus firmissimum tenere cũ Deo pactũ, nolle scilicet iudicare, sed indiscussa oĩa in incertoque, vt sunt, relinquere, & æque ac si nihil vidisset, audisset ve, q̃ ad charitatem, erga eũ dem se proximum habere. Secundũ est, quod peccata tua seu iniurias, quas in alterum, committis multas, quomodo dimitti vis tibi atque ignosci, pari modo tu alijs q̃ que dimitte. Cur animi rãcorem seruas? Cur temetipsum affligis? Redi in gratiam cum proximo tuo, quia nihil dulcius charitate. Non falleris, sed certam pro te sentẽtiã tenes, vt si dimiseris ꝓximo, dimittet tibi Deus quoque peccata tua. Non igitur absq; causa posuit in oratione, quam te docuit orare, atque remissionem peccatorũ à se petere, conditionem, quam si seruaueris haud dubie misericordiam impetrabis. Sic enim iuberis orare: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vides quam tibi condicionem apposuerit. Dimitte, inquit, nobis, sicut dimittimus. Iam si proximo non dimittis, quid aliud oras, quam contra te? Ac si dicas: Dimitte mihi peccata, sicut ego peccata dimitto. Ego vero quia non dimitto fratribus, te quoq; rogo, vt mihi non dimittas. Vides quam sit tibi necessarium remittere peccata aliena? Habes præterea, de hoc parabolam de seruo nequam, cui grã de à domino debitum, qa rogauit, sui misereri idem seruus, est dimissum. Hic vnum ex conseruis inueniens sibi debentẽ, quem coegit tribulatione vt solueret. Eam ob rẽ à domino reuocatus, audiuit: Serue nequã omne debitum dimisi tibi, qa rogasti me: nonne & te misereri oportuit conserui tui sicut & ego tui misertus sum? Et iussit eũ in carcerem, detrudi, donec solueret omne debitum. Addensq; dominus Iesus dixit: Sic faciet vobis pater meus cœlestis, si nõ vnusquisq; vestrum remittat fratri suo ex cordibus vestris, hoc est, non simulatorie, sed vere & in synceritate dimittat. Alio quoque loco dicit: Benefacite his qui oderunt vos. Quod certe excelsius est aliquid & perfectius, quam dimittere offensam. Tertium est, q̃d tibi subueniri postulas, atque necessaria dari, quando eges. Pari modo tu quoq; esto liberalis ac promptus in subueniendo alienis miserijs. Da libenter & hilariter eleemosynam, vt omnia tibi sint mũda. Absconde eleemosynam in sinu paupe peris, & ipsa orabit pro te. Sicut enim aq̃ extinguit ignem, ita eleemosyna resistit peccatis. Beatus igitur qui intelligit super egenum & pauperem. Siquidem de nobilissimis exercitijs hoc vnum est, quamuis parum à diuitibus frequentatum. Eleemosynam hic voco omnem subuentionẽ, qua consulis succurrisque egeno. Ad hãc cum Tobias senior suum fuisset exhortatus filium, tandem subiungit: Præmium enim tibi bonum thesaurizas, scilicet, per eleemosynam, in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Verum ne dicant auari: Si dedero, me ipsum necessarijs priuabo & mendicum efficiam. Haud quaquam. Scriptum nanque est: Fœneratur domino, qui miseretur pauperi. Scitum est illud Salomonis quoque: Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate erunt. Neque enim mentiri potest hic veritas: Date & dabitur vobis. Beatius enim est dare, quam accipere, quia illud est charitatis, hoc necessitatis. Et in prouerbijs Salamon: Qui dat pauperi, inquit, non indigebit, qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Placeat igitur filioli charissimi, vobis cõ filium Danielis, quod regi dedit Nabuchodonosor, cui dum propter peccata videret imminere malum, dixit: Placeat tibi consilium meum, & peccata tua eleemosynis redime, & misericordijs pauperum. Hoc modo tibi quoque dico fili, quod Tobias suo dixit olim filio: Ex tua substantia fac eleemosynam, & ne auertas faciem tuam ab vllo paupere. Ita fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Postremo, nonne Tobiæ Cornelioque dixit angelus, orationes eorundem & eleemosynas ascendisse in conspectum Dei? Tertium, quo nos ex hoc Euangelio instruimur, tam prælati quam subditi est, vt prælati sint docti, subditi obedientes. Prælatos enim, qui alijs prę sunt, aliosque docere debent, vult esse doctos, illuminatosve, vt videant & discernant, quæ subditis conueniant. Alioq; contingit, tam subditis quam doctoribus seu prælatis, vt in foueam cadant, cæcum cæco ducente. Quum enim teste Gregorio, pastor p abrupta graditur, necesse est, vt ad præcipitium grex sequatur. Non autem de scientia quę inflat, hic loquitur, sed de sapiẽtia spirituali, qua hoc q̃d docetur,

Matt. 18

Matt. 5

O

III. Eleemosynæ laus & efficacia quanta.

Eccl. 29

Pſal. 40

Tob. 4

prou. 19

prou. 11

Acto. 20

prou. 28

Dani. 4

Tob. 4

Tob. 12 Acto. 10

III. P

Prælatis quænam necessaria sit sciẽtia.

Gregori⁹

etiam à docente amatur. Quando nanque in vita prælati quod docet, concupiscitur, tunc eius præcepta esse bona, tunc eius eruditio creditur salutaris, quia prior ipse, quã docet, facit. Subditos vero vult esse obedientes & humiles, vt agnoscant se non esse super magistrum, sed sub magistro: tunc q̃ demum perfectos, si fuerint quomodo eorum est, aut esse debet magister, puta sermone & opere præstantes. Quartum & vltimum, quo nos instruit Christus, est nimium curiosos non esse in explorãdis & corrigẽdis alienis peccatis. Ante omnia enim in nostra delicta oculatos nos esse oportet. Quæ si recte iudicauerimus, nullius ad nostra momenti videbuntur peccata aliena. Nostra igit̃ peccata defleamus, & excusemus aliena. Non sine magna necessitate, deliberatione, nec sine animi synceritate, proximorum delicta corripiamus, idque in spiritu lenitatis, memores sententiæ, quam Christus Iudæis adulteram lapidandam offerentibus dedit. Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. Estote itaque filij misericordes in inuicem, sicut pater vester cœlestis misericors est, cuius per misericordiam estis filij.

Actor.1

IIII. Curiositas nimia in explorandis alienis peccatis cauẽda

Ioan.

Præstante hoc vobis domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA QVINTA POST DOMInica sanctæ Trinitatis, Epistola prima Petri tertio.

XIIII

Omnes vnanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto, sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam. Quia oculi domini super iustos, & aures eius in præces eorum. Vultus autem domini super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patiemini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.

pſal.33

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

Multa hic Petrus apostolus vtiliter ad institutionem veri docet Christianismi. Admonet enim nos primum, vt simus vnanimes eodem spiritu & fide orantes: Vnanimitas autẽ omnibus pariter Christianis est necessaria. Vnus nanque est spiritus Christi, qui regit, fouet, nutrit, atque diffunditur in omnes. Sicut enim varia ac multa membra in vnitate corporis vno spiritu viuunt, reguntur ac seruãtur: ita in vna fide & charitate membra omnia corporis mystici spiritus Christi vnus connectit & viuificat. Qui enim Christi spiritũ non habet hic non est eius, id est, non pertinet ad hanc fidelium vnitatem, qua sibi inuicem, & Deo per fidem & charitatem cohærent. Sequitur: Estote compatientes, vt tanquam vnius corporis membra alter alterius sentiat dolorem atque afflictionẽ, ne membrum in corpore sit stupidum ac mortuum: sed aliena perinde atque sua sentiat, cuiusmodi paulus fuit membrum dicens. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Fraternitatis amatores, subaudi, estote: vt non solum homines singulos, sed ipsam etiam congregationem in charitate vnitã ametis,

Rom, 8

Gala.6

1, Corin

ametis, optantes ac satagentes, vt hęc vnio in Christo fidelium semper augescat, quo nemo, quæ sua sunt tantum, sed quæ multorum, quærat, Misericordes: quod ex fraternitatis amore vt emanet necesse est, qua alter alterius inopiam suppleat, & donet alter alteri, si quid aduersum illum habuerit. Modesti, ne illis qui vestra ope egent, q̃ busue subuenitis, sitis duri aut inclementes: sed verecundiæ illorum consulentes, communiter cum illis familiariq; charitate viuatis. Humiles quoque estote, ne de pluribus aut potioribus à Deo bonis receptis superbiatis, nec de alijs sentiatis viliter. Non reddentes malum pro malo, quod beluarum est ferocium, nec maledictum pro maledicto referatis. Ab huiusmodi enim abstinere multiplex debet vos ratio vrgere. Primo, ne illi, cuius mores tu improbos detestaris, efficiaris similis. Secundo, ne contentionibus seruiens, teipsum dehonestes. Tertio, ne aduersariũ tuum ed audiendum maiora in te prouoces. Quarto, ne repugnando malum tuum augeas, puta, vt qui in rebus aut fama damnum fueris passus, malum reddendo aut maledictum, in anima quoq; teipsum lædas. Quinto ne impatientia tua quenquã scandalizes. Intuentes enim te cum altero rixantem, vtrunq; vt duos gallos compugnantes ocioſi spectabunt, ridebunt vtrũque & contẽnent. Sexto, ne grauiori vulnere quam ille tu teipsum lædas, amittens patientiæ virtutem, pacem pectoris, tranquillitatem cordis, lædẽs charitatem, multisque despicabilem atque exosum te reddens. Septimo (quod potissimũ est) vt cœlesti tuo magistro dño nostro Iesu Christo obedias, dicenti: Benefacite his qui oderunt vos, eiq; te conformes: qui cum malediceretur, non maledicebat. Non igitur reddatis malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto: sed ediuerso potius benedicatis maledicentibus vobis. Quia adhoc vocati estis per fidem, vt benedictionem hæreditate possideatis æternam. Idque fiet, cum dicetur vobis: Venite benedicti patris mei, possidere paratum vobis regnum à constitutione mũdi. Qui enim vitam diligit beatam & æternam, appetitque dies videre bonos, qui dabuntur nobis post hanc vitã. (In hac enim vita dies nostri, vtpote peregrinationis & exilij, boni esse nõ possunt) ille coerceat, linguam suam à malo, ne loquatur noxia, illicitaue. Quod Apostolus quoque monet dicens: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Et labia eius ne loquatur dolum. Non loquatur pacem cum proximo suo, cum sit malum in corde ipsius. Non sit dolus in lingua illius, vt aliud os proferat, aliud pectus regat. Declinet autem à malo & faciat bonum. Hæc enim duo, duæ sunt partes iustitiæ. Inquirat pacem, quam cnm omnibus, quantum in se est, maxime autem cũ Deo possideat, & sequatur eam: tam per viam iustitiæ, quam per patientiæ viam eandem seruãs. Quia oculi domini sunt super iustos, qui per patientiam æquanimiter tolerant malos, non reddentes malum pro malo. Vultus autem domini super facientes mala. Legimus S. Dauid Semei maledictionem sustinuisse pessimam, dum fugeret à facie Absalon. Qui tamen noluit eius maledicentiam à suorum vlcisci q̃s piam, dicens: Sinite eum maledicere. Reddet enim mihi dominus benedictionem pro maledictione hac, puta, non vlta, nec retaliata, sed patiẽter tolerata. Vnde in Psalmo quoque dicit: Audiuit dominus, & misertus est mei. Ita enim contingit. Misertus dominus Dauid restituit eum in regnũ suum, & maledicentia iniqui in caput illius non vsciscente Dauid restituit. Ergo quõ dñicæ misericordiæ respectus est, super iustos, ita vltiõis & iudicij diuini respectus est super iniquos, vt perdat de terra memoriam eorum. Non est ergo quod timeatis aut trepidetis vt pusillanimes, nec vnde inconstantes efficiamini in aduersitatibus. Quis enim vobis nocere poterit, si æmulatores virtutis atque imitatores boni fueritis? Calamitates quidem & persecutiones habebitis ferre, sed quando hæ vobis nocebunt, cum diligentibus Deum omnia vobis cooperentur in bonum? Quisquis igitur sub persecutione deficit, non eum q̃ persecutionẽ intulit, sed se, qui psecutionẽ ferre, cum illi hæc nisi bonum operari nõ posset, recusauit, accusat. Itaque adeo vobis hi qui benefacientibus mala irrogant, non nocent, vt etiam si quid propter iustitiam patiamini, fitis beati, saluatore teste, qui dicit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorũ est regnum cœlorum. Sequitur: Timorem autem eorum quæ iniqui possunt inferre, tãquam vobis aduersa, ne timueritis, saluato

4.Cor.10

2.Cor.8

Rom.12

B

1.pet.3 Malum p malo reddere ratio multiplex nos prohiber.

Matt.5 1.per.2

Matt.25 pſal.33

Ephe.4 Pſal.27

Rom.12

C

1.Thes5

2.Re.16

Pſal.19

Pſal.33

Rom. 8

Matt.5

re quoque dehortante: Nolite timere eos qui corpus occidunt, &c. Nec conturbemini, pacem vestram amittentes propter aduersitates transitorias. Dominum autē Iesum Christum in cordibus vestris sanctificate, agnoscentes eius maiestatem: cui in sanctitate & innocentia cum laude & gratiarum actione seruiatis, quæcunque vobis patienda occurrunt, in eius gloriam referentes, sciensq; quia ipse nouit pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos.

Matt. 10

1. pet. 2

EXEGESIS EVANGELII dominicæ quintæ post domi nicam sanctæ Trinitatis. Lucæ quinto.

DErtare videbatur cū turba dominus Iesus, alterutrumque videntur se mutuo prouocare aut inuicem contendere, dū Christus à studio nō cessat benefaciēdi ac prædicandi, turbæ insurgunt, vrgent, importuneque insistunt Christi audire sermonem. Non grauatur hac turbæ importunitate dominus, nec fatigatur, sed placet illi insatiabilis hæc fames. Proponit aūt nobis hoc Euangelium post illud, in quo erga nos nuper misericordiam Christi dicimus, in quo instructi quoque quomodo hanc ad nos proximis miserendo debeamus deriuare. Discamus hic turbæ deuotæ exemplo ardenter sitire & esurire verbum Dei. Itaque dicit Lucas Euangelista:

Cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genazareth.

Turbę desiderium hic ferme impetuosum insinuatur audiendi verbum Dei cū dicitur: Cum irruerent turbæ. Tanta fuit fames, tanta hominibus fuit esuries verbi Dei, vt vbicunque Christus foret, turbæ sequerentur, ipsumque adeo vrgebant ad mare, vt nauim intrans inde hominibus in littore stantibus prædicaret. Immiserat nanque Deus eis famem (vt Prophera dicebat) non panis & cibi, sed famem audiendi verbum Dei, Beati plane qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satiabuntur. Nemo tamen cibum hunc esurit, nisi q illum gustauerit. Esuries autem hæc iustitiæ, non hic satiatur, sed in futura vita. Quo enim hic plus reficitur, plus esurit homo. Ideo præ magno desiderio, audiendi Christum, turbæ comprimebant & impellebant, adeo vt locus Christo in terra deesset standi. Sed non mirum. Quis enim illū non cuperet audire, cuius verba sapientia plena, plena eloquentia, plena suauitate, plena eruditione, plena benignitate totū corrapiebant audientis? Quis non videre desideraret cum, cuius plena erat facies gratiarum, quæ corda intuentium in gaudium inuitabat? Tristitia omnis abcessit, vbi Christi eos faciem contingebat contemplari. Tam pulchrum itaque, tam sanctum, tam suauem, tam eloquentem, tam denique perfectum omnium virtutum exemplar non libenter videre, sanæ non esset mentis. Propterea dicebant quidem ad capiendum Iesum à Iudæis missi: Nunquam sic locutus est homo, vt ille loquitur. Fames hæc sancta est, fames hæc diuini verbi signum est sanitatis, quomodo cibi fastidium est signum infirmitatis. Sed dicis: Quid faciebat illi turbæ, vt ita curreret post Christum? Et ego te quoque interrogo, qd fit ferro, quod trahitur à magnete? Si magnes potest trahere ferrū, quomodo non posset homo trahi à Deo? Et qd mirę est hominem trahi à Deo, cū Christus neminem dicat ad se venire, nisi quem pater traxerit? Sed quare, inquis, pharisæi non simiter irruerunt, vt verbo vtar Euangelico, in Iesum ad eius audiendum sermonem? Dicendum, pharisæi sibi satis videbantur docti, nec se eruditione Christi existimabant egere. Siquidem se lumina esse putantes (cum essent tenebræ) ad lumen non venerunt, sed in tenebris manebant. Qui autem in tenebris ambulat, & tenebras amat, odit lucem. Certe multi ex turba in tenebris fuerant, sed tenebras suas non amabant, ideo lucē requirebant, hoc noluerunt agere pharisæi. Tu autem vide hic, quam libenter hanc turbæ importunitatem dñs pñssimus patitur. Adeo nanque sitienter seruiebat profectui animarum, vt cibum propterea quandoque sumere differret. Siquidem discipulis aliquādo cibū afferentibus atq; dicentibus: Rabbi venit: mandu-

Mar. 4

Amos 8

Luc. 1

Ioan. 6

Ioan. 8

B

manduces. Ego, inquit, cibum habeo mā ducare, quem vos nescitis. Hoc dicebat propter aduentum turbæ ex ciuitate venientis, quam erat docturus, vt alibi & in alio Euangelista legitur. Hic vero stabat secus stagnum Genazareth, quod alioqui mare vocatur Galilææ.

Ioan. 6

Et vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderāt, & lauabant retia.

Naues duæ quid signent mystice.

Duas naues circuncisionem & præputium intelligimus. Ex vtroque enim populo Iudæorum & gentium, aliquos erat vocaturus, qui vtrobique nouerat suos, in vnam Ecclesiam, in qua, tanquam in naui erat, eos per huius maris turbines, ac tempestates ad littoris, hoc est, ad patrię ductu rus tranquillitatem. Piscatores vero (qui iuxta literalem intellectum Petrus erāt & Ioānes) descenderant & lauabant retia cōplicanda, quia nihil cœperant, gratisq; fesse fatigauerant per noctem. Piscatores itaque sunt doctores sancti & prophetæ, qui sine Christi gratia gratis laborarunt, propterea quod neminem, donec ipse veniret, saluum poterant facere. Retia horum, studium est prædicatiōis, quod nōnunquam laxatur, nonnunquam lauatur & plicatur. Non enim omne tempus prædicationi est idoneum, sed alio tēpore lucrandis est animabus insistendum, alio item tempore sui vacandum custodiæ.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas.

F

Nauis Petri, mystice quid.

Non ociosum est, qd Petri nauiculā dñs ingreditur. Eius nanq; nauis Ecclesiam, in qua transfretari, in qua dum procellosum hoc mare nauigamus, saluari nos oportet, significat. Vide autem quam recte dicat: Intrauit in vnam nauim. Neq; enim nisi vna duntaxat est Ecclesia, quæ à spiritu sancto sanctificatur, mouetur, viuificatur & regitur. De qua in Canticis scriptū est: Vna est columba mea, pfecta mea. Vna est matri suæ electa genetrici suæ. Hæc Ecclesiæ (tametsi multi eam hæretici diuidere voluerint) vnitas à Christo vsq; ad nos deriuata est: nempe per Petri nauiculam significata, & à Petro, eiusque successoribus gubernata. Vnde mirum est, cum semper à tempore Christi interim nō nisi vna permanserit Ecclesia, quę nunquam etiam non fuit, quomodo Neochristiani, seu Lutherani, qui intra annos triginta cœperūt, possint se Ecclesiam dicere, quæ tamen etiam apud illos vna nō est, sed dissecta. Nunquid ante triginta annos Ecclesia non fuit? Nonne hæc eadē per vniuersum orbem terrarum diffusa eadem semper fuit? In hāc itaq; Christus intrauit, in hac Christi spiritus docet. Habent hæretici quoq; naues suas, scissas tamen ac diruptas, in qbus nō Christi, sed Satanæ spiritus prædicat ac regit. Si itaq; Christum audire vis prędicantem, ad nauē accedas Petri oportet. Ex ea enim tibi Christus loquitur. Non præteundum autem est, qd dominus rogauerit Petrum nauem reducere à terra pusillum. Qui imperare debuit, rogat. Vide Christi benignitatem, humilitatem, mansuetudinemq;. Creator creaturā, dominus seruū, magister discipulum, Deus hominem, pro tantillo obsequio obsecrat.

Luthera-ni q̄ absur de Ecclesiæ nomē sibi vendicent.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

Sermonem suum miraculo confirmare voluit. Petroq; pro labore & charitate, qua illi nauiculam accommodauerat, atque à terra paululum abduxerat, dare mercedē. Ideo illi dixit: Duc in altum, hoc est, longe à terra in profundum duc nauem. Et ad reliquos simul: Laxate, inquit, retia vestra in capturam. Significare volens Petro & eius successoribus singulariter nauis directionem, hoc est, Ecclesiæ regimen, seu gubernationem esse commissam: reliquis vero, tāquam inferioribus retium laxationem, hoc est, prædicationem. Retia enim tendicula sunt prædicationum, quibus capiuntur animæ. Hæ enim ex libris Mosi, ex Prophetis, ex Psalmis, ex Euangelijs, ex canonicisque scripturis, vt retia, connectuntur, quibus animæ captæ ad littus pertrahantur. Dicit itaque Petro dominus: Duc nauem, id est, Ecclesiam in altum, hoc est, in sublime disputationum, ad inuestiganda, extrahendaque profunda scripturarum. Dubia enim & ambigua interpretandi, atque soluendi in scripturis soli Petro, atq; eius successoribus tradit Christus autoritatem. Sunt qui nauim, id est, Ecclesiam duci intelligunt in altum secularis dignitatis, quando prędicatione sanctorum,

Retia apostolica quæ sint.

Cantic. 6 Ecclesiā semp vnā duntaxat fuisse.

ctorum,imperatores,reges,principes,doctores atq; mundi lumina ad Christū conuertuntur.

Et respondens Simon,dixit illi:Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus,In verbo autem tuo laxabo rete.

G Præceptorē Christum Petrus agnoscit,non solum voce, sed etiam opere. Ad eius enim vocem mox obedit, qui ante ex propria voluntate &consilio suo,dum tētaret, nihil capere potuit. Ostendit itaque Simon vere Simonem,id est, obedientem esse, atque sua obedientia, quam dignus erat futurus Christi discipulus, præmonstrat. Calefactus nanque ex prædicatione Iesu, propter eius verbum laxare vult retia. Quamuis enim expertus iam esset hoc in loco,& tempore hoc nō esse pisces, qui capi possent, magis tamen Christi voluit inhęrere verbo,quā suo consilio:imo credidit plus verbo Christi,quam suę experientię:sperans,tāetsi paulo ante nihil capiēdum reperiret,propter verbum tamen Iesu sine piscibus laxaturus retia nō rediret. Sed hoc,quo ad literam. Mistice vero si eius accipiuntur verba,verissimum est per totam noctem Mosaicę legis nullū piscem captum.Nemo enim opus fecit, quo aperire,aut sibi,aut alijs potuit regnum cœlorum.Est tamen nihilo minus quoque alius Iēsus spiritualis.In nocte enim laborat, quisquis bonum extra gratiam Dei in tenebris peccatorum mortalium operatur. Huiusmodi enim operibus nullis redditur præmium æternę beatitudinis.Nox enim peccati mortalis est sterilis.

In nocte quis labo ret.

Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur.

Vides quam fructuosa fuerit humilitas quam frugifera obedientia Petri, quę meritorum multitudine ditatur,vbi volūtas propria inaniter laborauerat:Salutaris sit necesse est hęc predicatio, locupesq; animarum captura,quę in verbo Iesu pro ipsius obedientia ad gloriam Dei,non ad suū quæstum perficitur. Vide hic statum præsentis Ecclesię Boni malique pisces capiūtur,quibus ad littus(vt Euangelista habet parabola)tractis,boni elegantur,mali ejiciantur foras.Hæc discretio in fine mundi fiet.Iam enim mixti sumns cum malis boni,maliq; cum bonis.Sed littus indicat rete quid militantis Ecclesiæ trahebat.Propterea hic refertur,quod rete rumpebatur Abundantia enim malorum per schismata,& hæreses rete scindit,pacemque & prędicationis rumpit vnitatē. Per aliam nauim,in qua erant,qui aduocabantur socij, Ambrosius Iudæam intelligit,ex qua erant Iacobus & Ioannes.Ex hac itaq; naui altera,scilicet Iudęa,quotquot fuerunt conuersi, simul adunati sunt gentibus cōuersis,& pisces à Petro captos ad littus perducere iuuerunt. Idem enim apostolis studium prędicationis piscationisq; animarū siue ex Gētibus, siue ex Iudæa cōuertenda rūfuit,vnaq;cura cūctos p fidē Christo adducere.Tanta autem fuit cōuersorum multitudo ex vtroque populo circuncisionis, scilicet & præputij, quasi duabus nauibus adunata,vt pene submergerentur. Periclitabatur itaque nauicula minabaturq; submersionem,sed euadebat.Nunquamenim deseritDeus Ecclesiam suam,sed ad finem vsq; regit atq; perducit.

Rete Ecclesiæ est rumpi tur. H

Matth. 13

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me,quia homo peccator sum domine, Stupor enim circundederat eum,& omnes qui cum illo erant in captura piscium,quam ceperāt. Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi,qui erant socij Simonis,

Ex euidentia miraculi didicit Petrus magnæ esse sanctitatis & autoritatis Christum. Quare se illius præsentia indignum agnoscebat.Aliquid eñ sublimius, quam ante,de eodem nunc sentiebat. Nihilo minus tamē ante miraculum hoc dominum esseChristum credebat.Quod liquet ex Ioannis Euangelio, vbi narratur frater eius Andręas illi dixisse : Inuenimus Messiā,q dicitur Christus:& duxit illū ad Iesum.Viso tñ hoc miraculo, & fides & deuotio in eo creuit.Quo aūt Christi excellentiā magis agnouit Simō,eo etiā magis in illo sui creuit cognitio,eoq; illi sua vilitas e regiōe collocata magis manifestabat.Vñ ꝙdChristum

Ioan.1

stum à se recedere rogauit,non indeuotionis,sed profundissimę fuit humilitatis.Nā spiritualem Christi præsentiam, gratiæq; illius adiutorium maxime desiderauit:sed illa se indignū iudicans,dominū rogauit: Exi à me domine,quia homo pctōr sum. Hoc modo Centurio quoq; excellētiam Christi, suamq; e regione tum infirmitatem,tum vilitatem attendens:Domine, inquit,non sum dignus vt intres sub tectum meum.Singularis itaq; reuerentiæ, deuotionis ac humilitatis erga Christum fuisse cognoscitur Petrus, qui ad genua ante illum procidit:quod tamen aliorum nemo fecisse hic legitur,licet oēs stupor de miraculi magnitudine circundaret.Quo etiam satis manifestum est, quā nihil sibi, quam nihil suis meritis, sed Christi totum hoc, quod factum erat,pietati adscripsit.

Matth. 8

Et ait ad Simonem Iesus:Noli timere,ex hac iam eris homines capiens.

I Qui ex captura piscium exterritus es & paues,noli timere,noli esse pusillanimis quia non solum te non deseram, sed faciam etiam te verum,egregiumque piscatorem,non pisces,sed animas capientem.Est enim pijssimo cordi Iesu familiare, vt cor contritum, humiliatumq; non despiciat, sed consoletur & confortet.Ideo prædicit Petro,ipsum cōsolando, ad sublimiorem paulo post, hoc est, ad apostolatum eum assumendum, & Ecclesiæ prædicatorem futurum.Hoc enim dicere voluit,dicens illum animas capturum, & prædicationis sagena piscaturum homines, iuxta illud Hieremiæ:Ecce ego mittā piscatores multos,& piscabuntur eos. Fuit itaque Petro promissum,quod postea impletum est, vt esset piscator hominum, nō nummorum, vt hodie quidam sunt prælati. Nam diuitias si ipsius nosse volueris, audi in Actis illum loquentem:Argentum &aurum non est mihi,quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.

Cordi Iesu quidnā maxime familiare Psalm.50

Hiere. 16

Actor.3

Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Trinam legimus vocationem Petri,& quorundam aliorum apostolorum. Prima fuit ad solam notitiam Christi.Nam vt refert Euangelista Ioannes, Andreas qui primo notitiā acceperat Iesu,adduxit quoque Petrum fratrem suum ad Christum,

Vocatio Petri quorundāq; aliorum, triplex. Ioan.1

dicēs illi:Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus.Sed vterq; rediit ad propria. Secunda fuit ad familiaritatem, quod facto hoc miraculo contigit. Relictis enim omnibus sequuti sunt saluatorem. Redierunt tamen post vnum,aut alterū diem ad propria.Tertia fuit ad apostolatum,quam scribit Matthæus, quæ alia quadam die post hoc miraculum facta est. Et tunc ad propria non rediens,cum Christo mansit.

Luc. 5

Matth. 4 Marci 1 Luc. 5

Simile fere aliud huic miraculo post Christi resurrectionem scribit Ioannes, vbi Simonem Petrum,cum quibusdā alijs apostolis abijsse refert piscatum,qui nocte illa nihil prendiderunt.. Mane autem Iesu in littore stante,& vt in dexteram nauigij rete mitterent hortante, ilico ceperunt centum quinquaginta tres magnos pisces. Sed cum tanti(inquit)essent pisces,non tamen est scissum rete,nec piclitati sunt.Porro hic rumpebatur rete,atq; pene submersi sunt. Itaq; significatur in præsenti miraculo,per piscium captionem Ecclesia militans,in qua mali bonis miscentur, in qua varia etiam num occurrunt pericula, doctrinarumq; oriuntur sectiones, sectæ, hæreses & schismata, quod est rete prædicationis rumpi.At vero in secunda, vltima que piscium captione, quæ post resurrectionem contigit Christi,nihil periculi narratur,imo palam dicitur:Cum tanti essent pisces,nō tamen scissum esse rete.Quo certe significaturEcclesia triumphās cui prorsus abest omnis scissura,omneq; periculū.

Ioan. 21

K Rete Ecclesiæ qñ dicatur rumpi.

Nunc igitur filij in naui Petri (in qua Christus docet)cōstituti, in sancta orthodoxaEcclesia vos esse intelligite.Hęc enim illa vna est nauis, inquam Christus intrauit,in qua quotidie adhuc docet & prædicat,quam Petro ducēdam, gubernandāq; atq; eius successoribus commisit. Nempe vna ac eadē ,quæ ab apostolis vsq; in nos est deriuata,non alia,cuiusmodi multę fuerunt hæreticorum,quæ interierunt,& vltimo ante paucos annos vnam sibi hæretici nostri fecerunt,quā tamen mox in multas sectas sibijpsis repugnantes diuiserūt atq; cōtrarias.Hos filij deuitate, hanc factarum pdicatores fugite,in naui sancti Petri,imo Christi,Christū docentem audite,vt p rete Euangelicæ pdicationis ad littus,& per obedientiā quam pstare vestris debetis prę latis,trahi mereamini,& à domino nostro Iesu Christo inter electos pisces ad coronā asserua-

asseruari, eodem largiẽte dño nostro Iesu Christo, q̃ est bñdictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Decem, quæ in hodierno nos Euangelio ædificant, doceri.

LVcæ V. Laudabilem turbæ appetitum, laudabilem esuriem, sitimq; ad audiẽdos domini sermones, ad eruditionem sanctam ab eodem accipiẽdam hodierno in Euãgelio audiuimus, q̃ delectata Christi verbis, Christi moribus, Christi signis, & miraculis, eius deniq; cunctis operibus, non poterat ab eodem separari. Est autem hoc ignauiæ nostræ vehemens reprehensio, q̃ ad verba Christi fastidiosi, tepidi, frigidi, & negligentes sumus. Quocirca vt excitetur in nobis deuotio, dicam quã multa in hoc sint Euangelio, quæ excitant, ædificant, erudiuntq; nos ad bonũ. Primum in hoc Euangelio, quod nos instruit, est turbæ appetitus insatiabiliter desiderantis verbum Dei. Sequebatur enim dominum quocunq; ibat, siue in ciuitates, siue in deserta, siue ad mare, & eius sermone reficiebatur. Et nobis nihil vtilius sane, nihilq; honestius contingere potest, quam vt ardẽti feruore quæramus, sequamurq; Christum, & illi adhæreamus, seruiamusq;. Filij, quicquid aliud quærimus, temporale est, periturum, fallax, & nihil, quod esse quidem apparet, sed nihil est nisi vanitas, & imago alicuius boni. Propterea Psalmista clamans, dicit: Filij hominum, vsquequo graui estis corde, puta ad sequendum dominum? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Quæritis magni esse in oculis hominum. Vultis quoq; filios vestros fore magnos in mundo. Ad hoc enim nitimini & laboratis, vt quanto vos in precio habet mũdus, habeat eos quoq;. Verum equidẽ vobis dico: Quomodo vos estis decepti, sic filios vestros quoq; decipitis. Nunquid enim tunc felices atq; beatos feciſtis filios vestros, dum opes, honores, & reliqua, quæ in mundo præminere homines faciunt, illis procuratis, & retibus diaboli, quibus ad inferna trahantur, eos inuoluitis? Hoc eos docete, vt Deum timeant, Deum diligant, ad audiẽdum Dei verbũ fitientes accurrant, Dei custodiant mãdata, vt pauperum misereantur, vt egenis, indigentibusque omnibus libenter subueniant, tunc eos optime ditastis, & ad honores cœlestes promouistis. Docete illos, & vestris operibus ostendite eis, vt thesaurizent sibi thesauros iustitiæ, atque virtutum, quos fures non tollant, nec tineę demolliantur, nec ærugo consumat. Hæc facientes, cum filijs vestris salui eritis. Itaque hoc est irruere in Iesum, ipsum sitire, ipm amare, ipsius sequi vestigia, ipsum desiderare, ac rogare, vt habeas propicium, eius optare gratiam, illi inhærere, & ab eo non diuidi. In summa dicam: Qui ex Deo est, libenter Dei verbum audit. Si libenter audit, quærit hoc, & irruit ad audiendum. Quod si non libenter auditis, signum est, quia ex Deo non estis. Secundum, quod hic ædificat, ac instruit, est benignitas redemptoris, quod turbam videns importunam, ac verborum eius sitibundam, adeo vt irruerent in eum, non est grauatus. Studebant enim propius semper accedere, quo melius perciperent, quod auide audiebant. Interea tamen quum impellebant dominum retrocedere, vsque ad stagnum, seu mare, non ipse inique tulit hominum importunitatem, nec labore actæ dio fatigabatur, sed in nauiculã ascendẽs, abductus paululũ à terra, docebat turbas. Non igitur piissimus Iesus molestia, nõ tædio, non assiduitate vincitur prædicandi, sed deuotioni acquiescens turbæ, p̃dicationẽ terra, mariq; cõtinuat. Inuitat hoc suo exemplo omnes prælatos & docet, quãto oporteat feruore & indefinenter populis prædicare, quanto zelo lucrandis animabus insistere, & circa animarum lucra quã nullo, aut tædio, aut fatigatione vinci. Nõ igitur seipsos debent quærere, nec sibi, vel licitis occupationibus ad priuatum commodum vacare, aut semper ocio contẽplationis insistere, sed ea curare, quæ sunt subditorũ, animabus sibi creditis inuigilare, sermonis pabulum illis adferre, exẽplo bonæ actionis non minus, q̃ verbo plebẽ roborare. Tertium, quod hic ædificat, est Christi humilitas rogãtis Petrum, vt à terra abduceret paululum nauem. Non imperat, non iubet, sed rogat creator & mũdi redemptor. Quare autem hoc facit, nisi quia nos cum superbi sumus, magis volumus rogari, quam rogare? Nam etiam alieno fi cogamur obsequio vti, si subsidium nobis necessarium fuerit proximorum, vix tamen

Documẽta huius Euangelij decem.

Sitis turbæ audiẽdi verbũ Dei quãta

Psalm 4.

Esaiæ 5

Proles vti instituendi sint,

Matth. 6 Luc. 11

In Iesum quõ fit irruendum

Ioan. 8

Benignitas redemptoris proponitur imitanda.

Prælati quãto zelo lucrandis animabus debeãt insistere.

Humilitatis Christi exemplum.

men vel ipsa necessitas cogit nos, vt humiliari pro obsequio rogemus. Nolumus enim aut indigentiam nostram agnoscere, nolumus, quam inopes, aut indocti, aut impotentes simus, agnosci, nolumus nos humiliare. Erubescimus nos inferiores cognoscere his quos rogamus. Nolumus tãdem nos debitores gratitudinis atque reddendæ charitatis constituere, nec pro acceptis beneficijs obligatos nos agnoscere. Christus tamen cũ esset Deus, & Dei filius, cum esset omnipotens & summus, cui angeli deniq; gaudent seruire & obtemperare, à piscatore paupere obsequium rogare non erubuit. Quartum, q̃d hic nos instruit, est obedientia Petri. In multis eñ hic reperitur Petrus obediens, & Christo deuotus. Namprimo, accommodauit dño (quod deuotiõis & charitatis fuit) nauem. Deinde ad petitionẽ domini reduxit à terra paululũ nauem. Tertio, rete ad verbum domini laxauit, atq; ad piscandum se paratuit. In qua obedientia concurrunt multa, quibus ipsa commendatur, atq; seipsa clarior, ac perfectior efficitur. Est nanq; difficilis, est prompta, est simplex, estq; fidelis.

Difficultatem multa faciunt obediẽdi. Primũ est operis infructuositas. Hoc modo p̃bata fuit sanctæ Eufraziæ obediẽtia, quæ iussa grãdia saxa portare de loco vno ad alium, atq; inde in priorẽ locũ reportare, nihil tñ murmurauit, ppter operis inutilitatẽ, sed studiosissime impleuit. Hoc modo B. hic Petrus potuisset obedientiam recusasse, & obiecisse infructuositatẽ. Nemo eñ libenter gratis, & vbi nullus respondebit fructus, opatur, qa non habet q̃ cõsoletur laborẽ, proinde, & qui arat in spe, scilicet messis, debet arare. Petrus vero p experientiam didicerat non adesse pisces, infructuosumq; noctis laborem exantlauerat, quare detrectare potuisset laborẽ, ne & illũ gratis perderet. Verũ infructuosum nõ credidit Christo obedire. Nam etsi nulli pisces caperẽtur, sciebat tamẽ obediendi studium absq; merito, p̃mioq; nõ esse. Secundũ quod facit difficultatem est, dum fatigato iã laboribus denuo imponit opus. Post laborẽ eñ nemo nõ optat quietem. At Petrus nunquam adeo potuit fatigari, vt pro Christo illum vel iterandi laboris pigeret: tanti eñ iam faciebat Christũ, vt illius obedire voci nullũ æstimaret esse laborẽ. Tanto ad Christũ feruebat amore, vt non timeret (si ita Christus sineret) pro Christo etiam gratis laborare. Si eñ is qui diligit hominem, laborẽ nõ sentit (quamuis laborans) quem ob illius gratiam fert, quomodo qui pro Deo laborat, grauabitur? Semper enim per amorẽ respicit in illius beneplacitum, cuius gratia laborat, cupit illi placere, eius optat gratiam & fauorem, eiusq; honorem zelatur. Amor itaq; non sustinet pigrum & acediosum, qui sua commoda quærit, & requiem, non ea quę sunt Christi. Tertiũ, q̃d obediẽdi generat difficultatẽ, est propriũ consiliũ & superbia, cui nihil nisi propria placẽt. Cõtra consiliũ aũt proprium quempiam aliquid efficere, difficultas est magna. Non eñ tũc creditur prælato, sed sapientior esse sibi videtur is, qui huiusmodi est, & q̃ debet obedire, quam qui præcipere. Difficultas hæc quoq; Petrum non impediuit. Siquidem consilio & prudẽtiq humanæ, licet esse cõtrarium id, quod dominus iubebat, puta vbi per noctem totam piscando gratis laborauerãt, nihilq; ceperant, mox redire ad eundem locum, & denuo velle piscari, veruntamen hanc suam prudẽtiam, suumq; consilium contempsit Petrus, magis credens, maiorẽq; fiduciam habens in verbis Christi, quam suo in ingenio, labore & experientia. Vicit itaq; Petrus omnẽ obediendi difficultatẽ. Vnde sequitur eius fuisse obedientiam (quod secundo loco posueram) promptam. Nam nihil moratus, mox dominicis ẏbis paruit. Quod eñ dixit: Præceptor per totã noctem laborantes nihil cepimus, non id dixit propterea, q̃d grauate obediret, sed vt indicaret, quã obediret cõfidenter, ac si diceret: Licet expertus sim nũc laborẽ piscãdi infructuosum, veruntamẽ quia tu iubes, iam mihi nõ erit ociosum piscandi onus, nec infructuosa, nec vacua ad me redibunt retia. Hic apparet quoq; quam simplex fuerit Petri obedientia & fidelis, credentis minus proprię experientiæ, quam Christi verbis, credentis pisces, qui dum suo consilio, suaque industria piscaretur, non aderant, mox propter verbum domini adfuturos. Quintum, quod in hodierno instruit Euangelio, est, quod dominus voluit nauem à terra reducere pusillum. Quo virtus discretionis innuitur, quam prælati discere debent in animabus regẽdis, vt nõ nimis maxime in principio vrgeant ad ambulandum

N Obedientia deuotionq; Petri erga Christũ quãta.

Obediẽdi difficultatem quæ faciant.

Philip. 2

O Consiliũ propriũ cauendum quã mala homini inferant.

Discretio in regendis animabus necessaria quæ sit.

dum oues, ſed exemplo Iacob paulatim ſi
Gene.31 nant eas progredi. Paulatim enim longius eas à terrenis abſtrahent, eſtq; prudentiæ ac diſcretionis, ne nimietate in initio, aut impetu oues lædantur, ac impediantur magis, quam promoueantur. Debet enim prælatus non in extremis verſari, nec ad illa vrgere, ſed regia debet ambulare via, hoc eſt, in medio virtutum, ne quid minus, ne quid nimis. Non erit impetuoſus, ſed prudens, ad diſſimulandam, ad expectandamq; temporis opportunitatem, vigil quo poſſit tempore vtiliſſime animorum mederi languoribus. Paulatim enim inſtituendi, ſeu nouiter inſtituti ſpiritu creſcunt, creſcunt fide, creſcunt aliis quoque virtutibus, definente interea in illis priuato amore, ac propria voluntate, qua paulatim, tandemq; ſentiant, quod nõ ſentiebant, credant, quod non credebant, rogent, quod rogati facere recuſabãt. Quod enim à terra reduci iubet nauem non procul, ſed puſillum, docet ſaluandum ſtatum communem fidelium, cui permittitur, vt
2.Cor.7 hoc mundo vtantur tanquam non vtẽtes, vt gaudeant, tanquam non gaudentes: & cum omnia habeant, nihil tamen ſint animo poſſidentes, hoc eſt, nihil terrenum ſic diligant, quo cordis poſſeſſionem, aut animi teſtentur inhæſionem. Sextũ, eſt

P fides Petri. Credidit enim ſe pro obedien-
Fides Petri cuiuſmodi. tia (quæ mundi ſapiẽtibus ſtulta videri poterat) non deridendum, quem fides roborabat adeo, vt crederet fieri non poſſe, quo hæc Chriſti iuſſio foret inanis, aut abſque fructu. Ideo dixit: In verbo tuo laxabo rete. Septimum, quod ædificat, eſt charitas & aſſiſtentium, adiuuantiumque benignitas. In alia nãq; naui ſocij mox vbi nutu tantum ſunt vocati, acceſſerũt, vt Petro ſubuenirent, parati. Placet Deo vehemen
Charitas fraterna quãta bona efficiat ter charitas, quæ eſt in proximum. Quam obrem opera miſericordiæ ac charitatis, tãquam ea, quæ ſunt gratiſſima Deo, aliis operibus, quę reſpectum proprij habent cõmodi, eſſent, vbicunq; id fieri poſſit, merito præferenda. Octauum, eſt Petri humilitas, ac reuerentia erga Chriſtum. Trepidabat enim propter ſuam indignitatem,
Humilitas ac reuerentia Petri erga Chriſtũ, quam in oculis ſuis habebat Petrus, Chriſti vero maieſtatem & potentiam expauit. Ideo ad genua ante dominum procidit, rogans, vt à ſe exiret, & à ſe peccatore (cuius præſentia foret indigna & contumelioſa Deo) recederet, quaſi diceret & rogaret, ne ſe tantum humiliaret Chriſtus & vilificaret, vt cum homine pctõre familiariter cõuerſaretur, Docet autem in hoc nos reue-
Reuerentia ad prælatos habenda. rentiam habere ſemper magnam ad prælatos noſtros. Niſi enim ſublimiter ſenſeris de prælato tuo ac bene, non poteſt tua eſſe obedientia ſimplex atque perfecta. Non num, quod inſtruit, eſt quod Chriſtus Petrum puſillanimem confortat, ac erigit humilem. Nam conſolatur eum, dicens: Noli timere. Nec ſolum conſolatur, ſed maiora etiam illi promittit beneficia. Erudit autem Chriſtus prælatum, quam eſſe debeat
Prælatus quã debeat ac eſſe ꝛc ſolaret ſuos ſubditos. conſolatorius cum omnibus, tamen præcipue humilibus & puſillanimitate deiectis. Nocet enim nõ parum, imo vehementer impedit ſeruum Dei puſillanimitas, niſi fuerit homo maxime acquieſcens, & nõ pertinacis ingenij, voluntatis aut conſilij, qui poſſit ac velit conſulere prælatum, ſeu patrem animæ ſuæ in omnibus, illumque audire, illi credere & obtemperare. Debet igitur prælatus, præcipue eos qui timent, & qui trepidant, conſolari ac confortare, ne ſpiritu deficiãt. Decimũ eſt, quod Q
nos hic ædificat, propter quod etiam hæc omnia fiebant, quia relictis omnibus ſecuti ſunt ſaluatorem. Itaq; iam de piſcibus captis nihil cogitabant, quia ceperat eos ſaluator, quos tanto poſt ſe, tamq; feruido tactu abducebat amoris, vt corpore quoq; illum ſequerentur. Itaq; filij, hæc eſt piſcatio Chriſti, capere & abducere poſt ſe animas: & hoc modo piſcatus eſt piſcatorem Petrum. Sunt autem poſt Chriſtum alij quoque piſcatores, quorum principem conſtituit pro ſe Petrum, eiuſdemq; vicarios, prælati Eccleſiarum ad homines attrahendos Chriſto. Sed conquerũtur horum quoque multi, & dicunt: Per totam
Prædicationem poſſe impediri ꝛc per diuitias cauſas. noctem laborantes nihil cepimus. Quod tamen aliquando ex culpa accidit piſcatorum, aliquando ex vitio piſcium, q̃d piſcator nihil capiat. Primo, id eſſe poteſt ex defectu temporis, puta ſi in tempore non debito piſcatio fiat, quo ſcilicet piſces ſe, aut ad ima abſcondunt, aut vt deliteſcant, ſuis latibulis ſe continent. Hoc modo prædicator gratis laborat, quando non ſunt inter auditores aliqui prædeſtinati ad vitã. Gratis, inquit, laborat, quia piſcem nullum capit. Non tamen omnino gratis, quia erit
Hiere.31 merces opi eius. Siue tamen ceperit piſces, ſiue

ſiue nullos ceperit, ſciat animarum piſcator nihil ibi eſſe ſuum, niſi vt ſanam prædicet doctrinam, & quos docuerit verbo, exemplo non deſtruat. Nam vt aliquem capiat feliciter piſcem, vt impium aliquẽ ad Deum conuertat, non hominis, ſed Dei opus eſt, licet hominis miniſterio peragendum. Sunt etiam qui prædicant in nocte ignorãtiæ nulla eruditiõe ſuffulti. Sit itaq; prædicator ſtudioſus obſeruator temporis, vt tũc maxime p̃dicet, qñ plebs magis parata idoneaq; fuerit ad recipiendum. Sciat q̃q; quibus retibus oĩ tẽpore debeat vti. Interdum eñ facili perſuaſione, interdũ terroribus, interdũ blãditijs cõuertuntur auditores: & ſup hoc vigilandũ eſt inter remedia, quod magis ſit efficax. Secũdo, contingit ex defectu loci, fortaſſe q̃d illo in loco nemo eſt, qui p̃deſtinatus ſit ad vitã, ideo nemo conuertitur. Si eñ in loco piſcatur, nõ ſatis profundo, vbi locus eſt arenoſus, & parũ aquę, ibi nihil piſciũ capitur: & vbi profunda hoĩs Dei gratia nõ penetrat, inanis eſt oĩs p̃dicatio Tertio, piſcari contingit ocioſe ex retium ſeu inſtrumentorũ defectu. Retia eñ ſi rupta fuerint, piſces elabuntur. Retibus ruptis piſcãtur hi, qui q̃d verbis affirmãt, factis negãt: aliud p̃dicant & aliud operãtur. Quarto, cõtingit piſcationem eſſe ocioſam propter piſces, q̃ non poſſunt capi. Aut eñ ſunt piſces, nimis magni, aut nimis parui, aut nimis aſtuti, aut nimis lubrici. Hoc modo hoĩes in poteſtatibus, diuitijſq; conſtituti, vix conuertuntur, qa nimis ſunt magni, & difficultas eſt magna illis annũciare veritatẽ. Ideo enim quia ab omnibus timẽtur, quia multũ nocere poſſunt, raro eis veritas dicitur: nã etſi quis dixerit illis veritatẽ, hanc nõ recipiũt.

Retibus ruptis qs myſtice piſcetur.

Piſciũ genera quatuor cur myſtice capi non poſſint.

R Alij piſces ſunt nimis parui, hoc eſt,
Eccle. 11 puſillanimes, & hi capi difficulter poſſunt, quia oĩa etiam tuta timent. Vnde ſcriptum eſt: Qui obſeruat ventũ, nõ ſeminat, & qui puſillanimis eſt nimium, nõ agit opera bona. Nuſquã enim vult lædi, nusq̃ audet laborare, tuta timet, & ſuſpecta habet oñia. Tertij ſunt piſces nimis aſtuti, q̃ quærunt vbiq; elabi. Homines itaq; doloſi & nimium aſtuti, raro per p̃dicationem capiũtur. Habent enim gloſias ſuas, quibus ſeſe excuſant, & Eccleſiæ p̃cepta eludunt. Quarti piſces ſunt nimis lubrici, vt anguilla, quos
1.Tim.3 quanto ſtrinxeris fortius, tanto citius elabuntur: hoc modo homines ſeipſos amantes, & carnis deſideriis ſeruientes, male euadunt rete prędicationis. Tot enim peccatis ſeruiunt, quot in ſe peccandi concupiſcentias ſentiunt. Nam qui multis variiſq; deſideriis ſuis ſatagunt ſatisfacere, ſemper vt occaſionem habent delinquendi, ita & excuſandi, atque correptionem elabendi. Eam ob rem prædicationem declinãt Euangelicam, fugiunt correptiones, noluntq; venire ad lucem, ne arguantur opera eorũ.
Ioan.3

Quomodo itaque Chriſtus per ſuos piſcatur, & retibus prędicationum verbi Dei capere quærit animas: ſic diabolus quoq; ſua retia extendit, quibus incautos capiat, & abducat, Et quid dicemus? Nonne maior pars hominum in mundo eius retibus capitur? ſicut ſcriptum eſt: Cadent in re-
Pſal.140 Retia diaboli quæ ſint. tiaculo eius peccatores. Quæ ſunt, inquis, retia diaboli? Omnia illa quæcunque non ſunt Dei, quæ mundi ſunt, quæ temporalia ſunt, quæ tranſitoria & corporalia ſunt, quæ ab hominibus hic amantur, quę carnem delectant, retia ſunt, quibus diabolus animas piſcatur, & quæ homini dum inſidiatur, in abſcondito tendit. Nihil poteſt facere homo, in quo illi rete diabolus non oppãdat, quo opus deſtruat bonum, impediatve, vt in hominem euertat. Vigila igitur tu, quia & vigilanti & dormienti tibi retia tendit, ſiue comedas, ſiue bibas, non dormitat peſtifer ille piſcator, ſed inſidiatur ſemper quærens quem capiat. Habet generatim retia, quæ cunctis mortalibus nouit illiciẽdis idonea, nouit quo fallat modo. Habet & retia cuiuis homini ſingularia, quibus imponat incautis, iuxta cuiuſcunq; naturales conditiones, conſuetudines, exercitia, occupationes, & ſtatum congruẽtia. Propterea filij, vigilate in ora-
1.Petri.4 tionibus, & eſtote prudentes, ac circunſpecti, nihil vobiſipſis confidentes, ſed fiducia veſtra ſit in Deo. Habitate iñ adiutorio
Pſalm.90 altiſſimi, & in protectione Dei cœli commoremini. Antequam faciatis quicquam, antequam in rem aliquam incertã, aut periculoſam conſentiatis, primo per orationẽ ad Deum confugite, Deum pro illumina-
Quõ diaboli retia euadere valeam. tione veſtri, pro directione, pro cuſtodia à peccato, & pro liberatione à periculo inuocate. In hoc mundo quoq; nõ aſtuti, ac doloſi, ſed puri, ſimplices, ac innocentes viuere ſatagite, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

DOMINICA SEXTA POST DOMINICAM

S. Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Roman. sexto.

XV. QVicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudine mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui ẽm mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam viuemus cum illo. Scientes, quia Christus resurgens a mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo, in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A HOrtatur apostolus nos Paulus ne post baptismum à peccatis abluti, atque in nouitatem vitę regñati, prisinis vitijs ac peccatis iterum inuoluamur, dicens: Quicunq; baptizati sumus in nomine Iesu, in morte Christi baptizati sumus. Ibi enim peccatis nostris parata medicina, qua sanaremur, applicata est. Ibi peccatorum nostrorum, puta ex virtute mortis Christi, receepimus expiationem. Quemadmodũ igitur Chri-
1. Petri 2. stus pro nobis mortuus est, & nihilominus tamen viuit, ita nos quoque mortui esse debemus pcto, viuere autem Christo. Haudquaquam aũt mortui essemus pctõ, adhuc in illo perseuerãtes. Consepulti deniq; sumus cum Christo per baptismum in mortem, dum quemadmodum mortuus ipse tribus diebus in sepulchro iacuit, ita nos tribus vicibus baptismo immergimur, vt ibi sepeliantur tanquam in sepulchro peccata nostra, lateantq; in mortem. Vnde quomodo Christus resurrexit à morte per gloriam patris, ita & nos spũ resurgentes, deinceps in nouitate vitæ, non in operibus mortuis ambulemus. Quomodo enim Christus primum mortuus est & sepultus, deinde resurrexit, ita nobis quoque primum in morte Christi, quę auferet peccata mũdi, necesse fuit peccatis mori & cessare à delictis, cum Christo resurrecturis in nouitatem vitæ, qua deinceps nõ dormiamus iterum in morte peccatorum nostrorum, sed viuamus Christo in nouitate vitæ ambulantes, & de bono ad melio
ra semper proficientes. Præterea, quomodo Christus ad vitam resurrexit immortalem, ita ad vitã nos gratiæ resurgamus peccato posthac nunquam intermorituram. Si ẽm, hoc est, quia ẽm de ritu veteri vitioꝝ tanq; de terra mala arbores euulsæ in Christi morte sumus complantati in terram bonam, id est, in vitam gratię, vt fructum qui
Ioan. 15 maneat, adferamus: & hoc ad Christi mortis similitudinẽ, qui dũ arbor est vitæ, propter nos tamen corpore mortuus est, & in sepulchro quasi hyemis tempore sub terra radix plantæ latuit, in resurrectione vero tanq; tempore veris refloruit: ita nos quoque non in terra, sed in aquis baptismi, vbi virtus mortis Christi est nobis applicata, mortui sumus nõ corpore, sed pctõ, resurrecturi in ipso ad nouitatem vitæ, vt quomodo in Christo sumus cõplantati ad similitudinem mortis eius, ita ex succo quoque gratię eius, ex radice huius vitalis ligni
B resurgentes viuamus per ipsum. Hoc scientes, quia vetus homo noster, id est, vita prior quam in peccatis duximus, crucifixus est, dũ in fide Christi crucifixi à peccatis resipiscimus, recipitque peccatum finem ac interitũ sui. Ad modum ẽm Christi

sti crucifixi, vetus hic homo noster, homo peccati, figitur in cruce pœnitentiæ, continentiæq; salutaris cum Christo, vbi membra sua ad priores actus iniquitatis non licet illi deinceps mouere, aut retrahere, q̃ sic destruatur vitiosa conuersatio nostra, seu corpus peccati, quod aliud quam peccare non nouerat, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est cum Christo, eo modo & intellectu, vt supra dictũ est, iustificatus atque liber factus est à peccato, vt illi peccatum non noceat, nec illum impediat etiam. Si autem cum Christo mortui sumus peccato, vt vltra in nobis peccatum non viuat, credimus nunc simul etiam vita gratiæ, & posthac gloriæ viuemus cum ipso. Scimus autẽ quod Chri-
Ioan. 13 stus resurgens ex mortuis, iam non moritur, nec iterum eius à corpore anima separanda est. Neq; enim est eius resurrectio vt Lazari, aliorumve, qui ad vitam mortalẽ sunt resuscitati, quia mors Christo vltra nõ dominabitur, propterea quod immortalis resurrexerit. Atque ideo quod mortuus est peccato, non suo, qa non habuit pec-
Esaiæ 53 catum, sed nostro (posuit enim in eo pater iniquitates oñium. Et ipse vulneratus est propter iniquitates nostras) mortuus est semel, puta in die Parasceues. Quod vero post resurrectionem viuit secundum humanam naturam, viuit Deo, id est, ad gloriam & honorẽ beatissimæ Trinitatis, quę illum suscitauit ex mortuis. Ita & vos existimate vos mortuos quidẽ peccato in baptismo, viuentes autem Deo in obedientia voluntatis eius per gratiam ipsius, quæ nobis data est, in Christo Iesu dño nostro.

EXEGESIS EVANGELII dominicę VI. post dominicam S. Trinitatis, Matth. V.

C Matth. 5 AEpenumero Christus dixit verbo, opereq; ostendit, quod non venerit legẽ soluere, sed implere: & nunc quoque in his præsentis Euangelij verbis clarissime ostendit, quam perfecta sit sui Euangelij iustitia supra legem, quandoquidem, vt dicit apostolis suis, nisi maior fuerit illorum omniumque qui per illos crediturí sunt, perfectio, quam scribarum ac phariseorũ, non eos intraturos in regnum cœlorum.

Legitur autem non incongrue hoc Euangelium post illud, quod proxima præcessit dominica, in quo ad nostram ædificationem turbæ fitientes Dei verbum recensetur deuotio. Hic vero vtiliter, non nisi iustitiam esurientibus proponitur, quanta Christianorum esse debeat iustitia, vt feruore excitato, illam mox æmulentur apprehendere & obseruare. Dicit itaque:

Nisi abũdauerit iusticia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

Per iustitiam hic non vna exprimitur virtus singularis, sed generatim pro omni accipitur virtute & probitate, vt iustitię nomen æquitatem, vitęq; rectitudinem significet. De qua iustitia Hieronymus dicit: Ve- Hierony. Iustitia vera qd sit.
ra iustitia nihil est aliud, quam non peccare. Non peccare autem necessario simul cõprehendit Dei præcepta seruare. Quomodo ẽm non peccaret Dei præcepta trãsgrediens? Secundum Augustinum vero, iustitia est pulchritudo animi, qua hoĩes pul- Augusti.
chri sunt in conspectu Dei. Huius (iuxta eundem) duæ sunt species. s. declinare à malo & facere bonum. Hoc modo Noe dicitur iustus inuentus coram Deo. Abraham Pſalm. 33 Gene. 6 Eccle. 44 Gene. 18
quoq; orans pro Sodomitis dñm: Si decẽ, inquit, fuerint in ciuitate viri iusti inuenti, &c̃. In Ezechiele quoq; dicitur: Si iustus receſſerit à iustitia sua, &c̃. Itaq; hæc iustitia, hæc rectitudo vitæ, quæ omnes includit virtutes, maior sit necesse est in apostolis & prælatis Ecclesiæ, quã in Pharisæis, qui erant prælati synagogæ, maior in populo Christiano, quam Iudaico, maior in sacerdotibus & monachis, quam in plebe, alioqui non intrabunt hi (qui esse debent perfectiõis maioris) in regnum cœlorum. Nisi, inquit, iustitia vestra, scilicet Euangeliũ profitentiũ, abundauerit & perfectior sit, quam scribarum & Phariseorum, non intrabitis. Quapropter videndũ, in qui- D
bus pharisæorum iustitia fuerit, quam esse Iuſtitia pharisæorũ in quibus fuerit minor
debuit, minor. Primo, erat minor in iudicando. Peruerso enim ordine iudicabant. Nam alios accusabãt grauiter, seuereq; iudicabant, seipsos vero aut dissimulabant, aut leuiter iudicabant, cum ediuerso sibi ipsis esse debuissent duri, alijs propitij, sicut scriptum est: Iustus in principio accusator est sui. Erant igitur Pharisæi pctõres, Prouer. 18
sed seipsos non iudicabant. Pctm̃ vero q̃d

non plangitur,non deletur : ideo peccata eorum in illis manebant. Secundo,Phariſæorum iuſtitia erat in cognitione,non in affectione. Sciebant enim quid eſſet faciendum, non tamen item hoc amabant. Hoc hodie multis etiam grauibus viris contingit, qui ſciunt quid facto opus ſit, non tamẽ idipſum facere poſſunt. Sunt in conſilijs vtiles,non tamen quod laudant, quodq; ſuadent,eque affectant. Tertio, erat Phariſęorum iuſtitia minor, quia docebant quod rectum erat, non tamen idipſum faciebant. Quamobrem Chriſtus de illis nos præmonuit, dicens: Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi. Quæ dicunt,facite,quæ autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim & non faciunt.

Matth.23

Quarto,minor erat in æſtimatione. Iniquę enim comparabant legis præcepta, & ſuas ſeniorumve traditiones. Nam ſuperſtitiones traditionum multas obſeruabãt, legis vero præcepta,Deiq; mandata, propter illas tranſgrediebãtur. Quinto, minor erat quam eſſe debuit Phariſęorum iuſtitia in perfectione iuſtitię: cuius duę ſunt partes,puta declinare à malo,& facere bonum. Putabant enim ſe non obligari, niſi ad opera externa,nullam in animi affectibus culpam agnoſcentes. Illicitum ſciebãt mœchari,affectum autem,concupiſcentiam & voluntatem mœchandi habere latentem,quamdiu nihil prodiret in opus,non æſtimabant peccatum. Item,non concupiſcere vxorem,aut rem alienam,de externa dũtaxat exhibitione,qua molitur quis impetrare quod prohibitum eſt,intelligebãt. Vnde ſtudium externum,aut conatum in verbis,oſculis, & huiuſmodi ad concupiſcentiam adulterij pertinentibus damnabant,non autem ſolam concupiſcentiam, aut voluntatem malam latentem. At Euangelica iuſtitia prohibet aliena opera iudicare,ſeipſum vero accuſare, damnareq; laudat: ſicut legimus de publicano, q de templo exiuit magis iuſtificatus,quam Phariſæus,quia ſeipſum condemnando iudicauerat, cum ediuerſo Phariſæus ſe quidem commendaret, publicanum vero damnaret. Itaque hæc Phariſaica eſt iuſtitia.

Matth.15

Iuſtitiæ partes duę quæ.

Deut. Matth.5

Ibidem.

Matth.7 Ioan.7 Proue.18 Luc.18

B Iuſtitia Euãgelica quę ſit.

Porro Euãgelica iuſtitia eſt bonum agnoſcere & amare,docere & facere,maiora quoq; facere,& minora nõ relinquere. Euangelica inſuper iuſtitia non ſolũ opera,ſed & voluntatem malam damnat animorum. Qui viderit,inquit Chriſtus,mulierem ad concupiſcendam eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quapropter recte dominus dicit: Niſi iuſtitia veſtra abundauerit plus quam ſcribarum & Phariſæorum,non intrabitis in regnum cœlorum. Intelligitur autem hoc dictum non de Phariſæis malis, odio, inuidiaque plenis. (Illorum enim nulla fuit iuſtitia) ſed de his qui dici poterãt iuſti,hoc eſt,de Phariſæorum iuſtitia, & de conſuetudine eorum generali.

Mat.5

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Prohibitum eſt antiquis patribus.ſ.occidere. Quod nõ de brutis aut plantis(quę etiam aliquã habent vitam) intelligẽdum eſt,ſed de hominibus. Irrationabilia nanq; omni tempore licet occidere, hominẽ vero aut alium aut ſeipſum occidere illicitum eſt. Non tamen agit contra hoc præceptũ, qui ordinate & ex autoritate occidit. Quo, inquis,ordine,aut cuius autoritate licet occidere? Diuina. Deus enim ſolus dominus eſt vitæ & mortis: omnia ipſius ſunt, & in manu eius ſunt omnes fines terræ, quia ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Quare ſi voluerit conterere omnia, quis contradicet ei? Itaque Deo iubẽte occidere licet. Poteſt enim Deus hominem tibi occidendũ committere. Neq; tu peccas ſi Deo obedieris,& hominem(tametſi innocẽs fuerit) propter ſolum eius præceptum occideris. Tua em̃ illum autoritate non occidis, ſed diuina, vt occidas, iubente. Propterea Abraham adeo non deliquit occiſurus Iſaac innocẽtem filium ſuum Deo iubente,vt etiam vehementer laudatus, & apud Deum ſit exaltatus propterea. Facturus tamen id erat Deo iubente,quod alioqui iuſte facere nõ potuit: nempe iugulaturus innocentem. Quis enim diceret patri licere occidere filium ſuum? Prorſus nemo. Non eſt enim pater dominus vitæ filij ſui, nec eripere illi debet quod non dedit. Deus vero poteſt innocentem occidere,quia & noxius & innocens Dei eſt. Quomodo ergo p ſeipſum poteſt occidere hominem,ita poteſt occidendum per alium committere. Bifariã autem hoc præcipit Deus. Aut enim cum qui debet occidere ſingulariter propterea iubendo alloquitur,quomodo Abrahæ,aut generatim præcipit,vt Sauli: Vade, inquiens,percute peccatores Amalec. Aut mandat hoc per legem, vt eſt illud: Maleficos nõ patieris viuere. Et crebro habetur in lege de lapidatiõe criminoſorum. Miniſter autem legis eſt is, qui à Deo cõſtitutus eſt iudex & vindex malorum. Omnis em̃ poteſtas à Deo eſt. Qui vero occiderit abſque iudicio legis, reus erit iudicio. Iudicium non ſemper ſententia, quæ per allegatorum diſcuſſionem datur, intelligitur, ſed etiam eſt ipſa ventilatio cauſę atque diſcuſſio, vbi inquiritur, reus ne ſit qui iudicatur an abſoluendus. Qui igitur occiderit, reus erit iudicio, quo diſcutitur ſcilicet, an per legis ſententiam plecti meruerit, qui reus accuſatur, an dimittendus. Non enim omnis qui occiderat, occidebatur: ſed abſoluebantur etiam quidam, iuxta diuinæ legis ſententiam.

Exod.20

Que ordine & autoritate liceat occidere. 1.Reg.1 Pſal.94 Pſalm.50

1.Reg.15 Exod.22 Leuit.24 Ioſue.7 Sapien.6

Roma.13

Iudicium qd quandoq; ſignificet.

Ego autem dico vobis: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

F Matth.5 Exod.22

Videtis, inquit, quomodo legem non veni ſoluere, ſed implere. Lex iubet nõ occidere: quod vos quantum ad externa opera attinet, duntaxat prohibitum intelligitis, vindictæ tamen appetitum, occidendive animum haudquaquam damnatis, aut eſſe peccatum agnoſcitis, quamdiu foras nihil eruperit vindictæ. Ego vero legẽ impleo, quia quod lex iubet, hoc ego q̃q; iubeo, non occidendũ ſcilicet. Nihilo minus & hoc quod legi deerat, hoc eſt, quod non exprimebatur in lege verbis, impleo, ſiue perficio: damnans & interdicens non ſolũ homicidium, ſed etiam occidẽdi animum, malam volũtatem, vindictæq; appetitum. Ego itaq; dico vobis, omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, hoc eſt, diſcuſſione, qua patefiat, an deliquerit nec ne. Quidam textus inueniuntur, vbi adiecta ſunt hæc duo verba, ſine cauſa. Qui em̃ ex cauſa iraſcitur, non eſt propterea iudicandus. Vnde qui vitio iraſcitur, nõ perſonæ, volens illum emendari, non affligi, nec vltionem expetens, ſed correctionem, iuſte iraſcitur, nec ſine cauſa. Qui vero ſine cauſa iraſcitur, puta ex paſſione & vitio animi, reus erit iudicio. Hic tamen noſtra lectio non habet ſine cauſa, ne paſſioni locus detur excuſandi, ſed commotio & ſimul omnis ira truncetur. Ira enim viri iuſtitiã Dei non operatur. Quapropter de paſſionibus, quando ſint peccata, hoc ſciendũ eſt, aut paſſionem eſſe malam de ſe, id eſt, ſuapte natura, vt eſt inuidia, quę repugnat charitati, & eſt peccatum, cum ex ſuo genere ſit mala: & hoc modo ira nõ eſt pcm̃, quia ex ſuo genere nõ eſt mala, cũ poſſit eſſe & bona ac vtilis. Ira enim vt etiam eſt appetitus vindictæ, non ſemper eſt mala, ſed poteſt eſſe licita. Nam ſi appetas vt quis puniatur delinquẽtium, qui commeruit, & hoc quantum commeruit, id eſt, non vltra demeritũ, nec ab eo qui autoritatẽ habet puniendi, vtpote in poteſtate cõſtituto iuxta ordinem legis. Petis inſuper non aliter id fieri, niſi ad finem honeſtum ac bonum, puta vt melior fiat is, qui peccauit, cæteriq; peccare timeant. Hoc modo ira, vel vt eſt vindictæ appetitus, non eſt illicita. Vt em̃ Chryſoſtomus ait: Si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur: quia patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolum malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum. Alio modo ira, aut alia quælibet paſſio, vt eſt paſſio inordinata, ac immoderata, tunc eſt mala, quemadmodum paſſio quæcunque eſſe poteſt mala, propterea q̃d aut eſt nimia, aut irreformata, aut rationem perturbet. Quando ergo vindicta ex zelo iuſto & modo licito appetitur tantum, & iræ motus ſub diſciplina cohibetur ac fræno, ita vt rationi ſubiecta eandem non præcedat, ſed ſequatur, atque ab ea dirigatur, vocatur ira zeli, & eſt bona. Porro vbi iniuſtum quid appetitur, & ira paſſio eſt, ac vitium rationem, aut præcedens, aut ita ſequens, vt tamen nõ ſecundum rationem, ſed ſecundum paſſionem irę iudicium fiat, tunc ira noxia eſt, illicita, inordinata ac mala.

Paſſiones aię quãdo ſint pcm̃.

Ioannes Chryſo.

Ira quando ſit bona, & quãdo mala.

Qui autem dixerit fratri ſuo rhaca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

G Rhaca quid ſignet.

Rhaca ſignificat indignantis animi motum, quo non ſolum quis iraſcitur, ſed iram ſuam etiam externe geſtibus, aut voce indicat: tunc ira fit in gradu aliquo grauior. Tertio, ira ſi præterea eo proceſſerit, vt contumeliam addat, dicatque fratri ſuo fatue, aut ſimile quid iniurioſum, adhuc grauius peccat. Ponit itaque dominus tres gradus iræ, qbus ſingulis tres quoq; ſuppliciorum e regione gra-

Iacob.1

Iræ gradus tres qui ſint.

dus opponit dominus,ita vt ſuppliciũ grauius gradui iræ grauioris quoq; reſponderet.Verbi gratia.Eſt ira quandoq; ſola,animiq; commotio ſeu conceptus rancor,huic dabetur iudicium,hoc eſt,ira hæc diſcutienda eſt,an deliquerit nec ne, diſcernendumq;,vitium ne ſit an zelus. Scriptũ nanque eſt:Iraſcimini & nolite peccare. At vbi ira verbis furorem ſpirantibus,geſtibusq; oſtenditur (quod non raro offenſionem, læſionemq; generat proximi)huic debetur conſilium,quo tractãdum eſt,quo ſupplicij genere puniendus ſit,qui deliquit.Primus gradus incertitudinem habet peccati. De hoc enim inueſtigatur,an deliquerit.

Pſalm.4

Secundus gradus pro conſtanti relinquit hoiem deliquiſſe, ſed quam peccarit grauiter,adhuc incertũ eſt,ſed tractãdum, conſultãdumq;, vt pctõ ſuppliciũ æquum opponatur. Tertius ſequtur gradus,quãdo ira non ſolũ verbis & geſtibus ſeſe prodit,turbationem commoti animi indicãs, verum etiam proximo contumeliam adijcit ac contemptum,vt ſi quis alium adorſus dicat fatuum ira ſtimulante,reus hic dicitur æterni ignis.Sic enim habes:Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis.Vide valde iuſtã iudicis æquiſſimi ſententiã,qua ſeueritate nos prohibuerit contemnere proximũ, aut cõtumelia eundem afficere. Sciendum tamen,contumelioſum verbum,aut probroſum dicere fratri non ex contumelia,id eſt,non animo inferendæ contumeliæ,ſed ſtudio corrigendi, atq; à pctõ, erroreve retrahendi, non eſt illicitum. Charitas enim durius tunc agit, quo videt languorem delinquentis maiorem.Et fortaſſe qui corrigendus eſt, nõ recipit aut non ſatis auſcultat ſeu acquieſcit, niſi ſeuerioribus arguatur verbis.In ira igitur huiuſmodi ſi forte verbum probroſius,aut exaſperans effutieris in fratrem,aut ſubditum, ilico lenitate aliqua verborũq; dulcedine, aut charitatis ſigno vulneri medearis,quo ex amoris & zeli feruore reprehenſus id intelligat emanaſſe, nec cõtumeliam putet,quæ cum verbis, ſignisve charitatis permixta ac temperata eſt. Optimũ autem corripiendi canonem tibi inſtitues, ſi neminem,donec ira quieſcat, corripias, vt correptionem præcedat compaſſio,& ſi reprehenſionis tunc adhibenda fuerit auſteritas, mitigetur hæc oleo charitatis.Parum enim aut nihil fructus adfert correptio,quæ cum auſteritate incipit,& deſinit in ſeueritatem.Correptio ſi eſſe debeat fructuoſa, is qui correptus eſt à te,placatus, emendatuſque recedat,gaudeatque ſe tibi, maxime autem Deo reconciliatum. Quapropter correptiõis finis ſit miſericordia, & arguẽtis ira terminetur in benignitatẽ.

Probroſũ verbũ q̃n aliis inferre liceat.

Canõ corrigendi optimus quis ſit.

Si ergo offers munus tuum ad altare,& ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te,relinque ibi munus tuum ante altare,& vade prius reconciliari fratri tuo,& tunc veniens offeres munus tuum.

Videte quam ſalubriter vrget nos dominus ad obſeruandam charitatem erga proximum.Neq; enim odio vult nos laborare proximorum,nec finit,vt quem offendimus fratrem, implacatũ, irreconciliatũve relinquamus: adeo vt ſacrificiũ noſtrũ quoq;,ſiueid fuerit oratio,ſiue decima,hoſtia aut oblatio, haudquaquam ſperemus acceptum Deo,niſi charitatẽ habuerimus ad proximum, eandemq; ſi læſerimus, in proximo reformemus: alioq; ſciamus,inquit,munus noſtrum non reſpectum iri, niſi læſum reconciliauerimus fratrem. Ita que dicit:Si offers munus tuũ ad altare,ſiue materiale id fuerit altare, ſiue altare cordis,hoc eſt,animus offerendi: & recordatus fueris, q̃d frater tuus habet aduerſum te. Si recordatus fueris q̃d tu læſeris illũ, aut iniuriam,contumeliamve illi irrogaueris(tunc eñ habet quid expoſtulandũ aduerſus te:nam ſi ille te offenderit,ipſe non habet aduerſus te, ſed tu habes aduerſus illum) relinque ibi munus tuũ ante altare, id eſt,ante offerendi propoſitum, & vade prius recõciliari fratri tuo.Non præſumas offerre Deo munus,quia non acceptum illi erit, quicquid obtuleris,antequam te humiliaueris proximo, rogataque venia illum tibi reconciliaueris. Hoc tamen intelligitur,ſi præſto eſt quem offendiſti. Nam ſi præſens non eſt quem offendiſti, interim doleas oportet, & corde humiliato à Deo petas veniam, rogaturus à proximo quoque,cum ad illum veneris quem læſiſti.Potes autem &magno merito tuo eum placare,atq; tibi reconciliare, qui te offendit,tametſi non tenearis. Hoc difficile fore ſcio ſuperbiæ, quæ vult aliquid eſſe,videri ac haberi: porro humiliati facillimum

H

Quando aliquis quid teneatur aduerſum nos.

Reconciliãdi modus ſeruandus quo.

mum eſt.Sæpe enim opiniõibus fallimur, & familiaris nimium eſt nobis amor priuatus ſeu proprius:vnde fit,vt noſtra ſemper plus æquo excuſemus, ſeuerius vero q̃ oportet iudicemus aliena.Inde etiã nobis vſu venit,vt putemus nos nõ offendiſſe(q̃d in contentionum fit ſtudijs)magis aũt ab altero offenſos,cum tñ reuera coram Deo aliter iudicetur,vbi aut vterque noxius eſt, aut alter,isq; plerumq; qui minus eſſe putatur. Nam ſi duos diſcordare ac mutuis concertare diſceptationibus contingat,vtrique etiam videatur non ſe, ſed alterum cõtentionis anſam ac materiam prębuiſſe, videaturque vtrique non habere ſe, pro q̃ veniam petat ab alio, nec ſibi cauſam eſſe vt quem recõciliet, ſed iudicet ſe potius reconciliandum. Vter iam quæſo hic alterũ debet præuenire ac reconciliare? vterq; enim ſibi innocens videtur. Quis igitur ſe prior humiliabit? Diſceſſerunt eñ à ſe mutuo,& ſuo iudicio neuter eſt reus.Dicẽdũ, veniam prior petet perfectio: pfectior aũt eſt humilior.Si laudem dixero perfectiõis & pfectorum præconiũ, nemo non optat perfectior,imo perfectiſſimus inueniri.Ecce igitur fili, quo probes te eſſe perfectiorem aut perfectionis zelatorem, confitere te fuiſſe impfectiorem,fratremq; offendiſſe tuum.Agnoſce,inquam,tu prior imperfectionem tuã,tuam culpam confitere, veniam prior pete,reatum & offenſionis cauſam tibi imputa,&fratrẽ tuũ ſtude lucrari, te illi humilians & veniam petẽs.Si verbo læſiſti,verbum iterum placa fratrem:ſi illũ grauaſti iniuria,beneficio iterũ conſolare: ſi contempſiſti illum,honore afficias iterum,atque illi te humilies. Quomodo vulnus intuliſti,ita iterum opponas remediũ. Nec erubeſcas de tui humiliatione,qa non ſumus hic o filij,vt altero alter ſe oſtentet aut innocentiorem aut ſanctiorem,ſed q̃niam in via delictorum ſumus.Nihil idcirco nobis aliud arrogemus,quã delicta noſtra,quæ non frontoſe aut temere excuſemus,ſed humiliter ac verecunde agnoſcamus cõfiteamurq;,&offendentibus ex animo ignoſcendo,& ab offenſis, humiliter veniam petendo.Tunc enim inconcuſſam aut ſaltẽ reparatã reſarcitamq; ſemp tenebimns charitatem,concordiam,& cũ omnibus hominibus mutuã pacem,largiente id nobis dño noſtro Ieſu Chriſto,qui eſt benedictus in ſecula,Amen.

Rom.12

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quibus debeamus iraſci, & quàm multiplex ſit ira.

I

Niſi iuſtitia veſtra abundauerit plusquam ſcribarum & phariſæorum,non intrabitis in regnum cœlorum. Matthæi quinto.Iuſtitiam hic vocat,quomodo Auguſtinus eam deſcribens:Iuſtitia,inquit, eſt virtus,tribuens vnicuique q̃d ſuũ eſt.Tribus aũt filij debetis,qbus ſi reddideritis,q̃dde betis ,eritis iuſti. Debetis enim aliqd deo, debetis proximis, debetis & vobiſipſis. Reddere quod debes,eſt ordinate te habere ad illum cui aliquid debes, vt illius caueas offenſam,vt impendas charitatem bñficium,curam ſeu obſequium. Primo aũt ſibijpſi debet homo curam, & hoc ex parte hominis vtriuſq;,hoc eſt, tã animæ quã corporis.Vtrunq; enim regendum curandumq; ſuſcepit à dño ſibi commendatũ. Nec leuis vtriuſq; hæc cura putãda eſt: plerunque enim contraria expoſcunt. Quare non modica diſcretione vigilandum eſt, vt vni ita cura adhibeat, ne alteri ſuum ius, debitũve ꝓripiatur.Itaq; corpori debemus refectionem & diſciplinam. Quorum primum huc pertinet,ne corpus viribus ſubtractis deficiat:alterũ,ne aucta petulãtia laſciuiat & ſpiritui inſultet.Vtrunq; certe piculoſum eſt & extinctio ſpũs. In eundẽ nãque finem tendũt,corpori nimiũ indulgere,& nimiũ ſubtrahere.Nec tñ carebit periculo,tametſi mediũ attigeris,vt neque minus,neq; nimiũ curæ corpori adhibeas niſi etiã curã quam facis, non feceris in deſideriis .i. ex amore & cõcupiſcentia carnali,ſeruiens delectatiõi,non neceſſitati. Eſt igit corpus ira regendũ,vt refræneẽ ab illicitis,vt cohibeat à ſuperfluis, vt moderet in licitis,vt affligatur in delectabilibus, vt conſoletur in aduerſis. Non minor,ſed maior eſt cura adhibẽda animæ, cuius vel puritatem cuſtodire,vel purgationem quẽrere homini neceſſe eſt, peccata ſua accuſando,caſtigando & plãgendo, Deum itẽ rogando,abnegando & mortificando ſeipſum.Hæc oĩa debes tibijpſi. Deinde debes ꝓximo ne illũ lædas.Fit aũt læſio triaſ riam,in corde,ore,&opere.Corde lædis ꝓximũ iudicãdo,cõtemnẽdo,cõdẽnãdo,odiendoque.Ore lædis,famã eius conſpurcando,detrahẽdo, cõuiciando, laceſcen-

Auguſti. Iuſtitia q̃d ſit.

Trib⁹ eſt homo debitor.

Quidnã ſi bñpſi debeat homo.

Corp⁹ noſtrũ quo regendũ ſit.

Rom.13

Animã q̃ nam regẽda ſit,

K

Proximũ noſtrũ trib⁹ modis lædi à nobis.

do &c. Opere lędis, dum afficis iniuria, aut faciendo quod illi eſt moleſtum, autſubtrahendo negandove quod illi eſt neceſſariũ. Denique proximus lædítur in rebus, in amicis & in alijs quibuſcunq; ſi illi tollas q̃ diligit, aut ſi inferas quæ ſunt odioſa. Iuſtitiæ igitur legẽ ſerues oportet, quam natura dictat, faciens quod tibi fieri velis, alteri, & cauens facere alteri, quod tibi nolis fieri. Tertio, debes Deo ſubiectionem & obedientiam vt præcepta facias, vites prohibita. Docet itaq; nos Chriſtus hic legẽ Euangelicam eſſe meliorem atque perfectiorem lege Moſaica, quo ſimul indicat quoq; legem Moſi non fuiſſe malam: alioqui non diceretur lex Euangelica melior, ſi illa nõ fuiſſet bona. Monet quoq; nos ſupra iuſtitiam phariſæorum oportere extendere, nec illorum nobis ſufficere pfectionẽ, ſi regnũ eñ voluerimus intrare cœlorum. Primo itaque iuſtitia phariſæorum fuit onera grauia alligare, quę ipſi digito noluiſſẽt attingere, ſicut illis exprobrauit Chriſtus. Secundo, iuſtitia illorum fuit docere & non facere, quod Chriſtus quoque reprobat, dicens: Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Omnia quæ dicunt vobis, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Tertia erat phariſæorum iuſtitia Dei præcepta negligere, traditiones vero ſeniorum præferre. De quo Chriſtus q̃que illos arguens: Irritum, inquit, feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras. Quarto, maiora & grauiora legis transgredi & pro minoribus zelari. Quapropter Chriſtus illos auerſatus, ait: Væ vobis ſcribæ & phariſæi, quia decimatis anethum & mentham & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis. Quinto, facere omnia propter homines (q̃d Chriſtus arguit quoq;) vt videantur ab eis. Huiuſmodi, inquit Chriſtus, iuſtitia ad ingreſſum non ſufficit regni cœleſtis. Oportebat, inquit, maiora facere, & minora non relinquere. Oportebat facere & docere, oportebat in omni re oculum habere ſimplicem & nullam quærere gloriam ab hominibus. Oportebat cum facis eleemoſynam, tuba non præcinere. Oportebat cũ ieiunas, faciem non extenuare. Oportebat neſcire ſiniſtram quod facit dextra. Nec alijs dare mandata conuenit, ſeipſum vero excutere. Paulus diu non vſus eſt libertate, qua alios tamen docebat licere vti, vt de Euangelio viueret, ſed panem manibus lucrabatur, licet euangelizans, vt ſuo alios ædificaret exemplo: ſibi grauis, alijs indulgentior. Nec ſancti tantam diſcipulis impoſuere viuendi auſteritatem, quantam obſeruabant ipſi, in ſeipſos rigidi, in alios propitij. Voluit igitur dominus grauiora non relinquere, vt leuiora ſeruarentur, nec prorſus leuiora abijcere: ſed illa fieri, & iſta noluit relinqui. Non ergo traditiones aliter reprehendit, niſi quod propter illas legem Dei mandata, miſericordiam & iudicium poſthabebant. Nam & hodie boni religioſi, qui regulas quaſdam ſeu ſtatuta Euangelio adiecerunt, propterea Euangelium relinquunt, vt regulas ſuas ſeruent? Haud quaquam. Quin potius ideo regulas (quas propter Euangelij obſeruantiam ſibi inſtituerunt) ſeruant, ne ab Euangelio deficiant. Verbi gratia: Seruãt ſilentiũ, qa Chriſtus in Euãgelio nõ monachis tm̃, ſed cunctis dicit Chriſtianis, de oĩ verbo ocioſo rationẽ reddendã. Ne igit̃ Chriſto non obediant, ne Euangelicũ q̃dſpernant, ſtatuerunt ſilentiũ. Qui eñ ſilet, ocioſa non loquitur. Qui regulã ſeruat monaſticã, Euangelium non transgreditur. Hoc modo alia omnia illis quamlibet multa & varia inſtituta ſunt, vt de culpis pœniteãt, vt delicta caueant, vt ſeruent Euãgelium, vt carnem fatigent, petulantiam & laſciuiam doment, vt mortificent vitia, obtineant virtutes, mundi gaudia, mundi vana contemnant, voluptates abſcindant, animi puritatem aſſequant, Chriſti inueſtigent beneplacita, eiſdem obtemperent, Deoque plene per humilitatem & reſignationem ſeſe ſubijciant & inhæreant per amorem. Hæc nunq̃d Euangelica non ſunt? Propterea igit̃ quæ ex regulis ſuis cuſtodiunt monachi, ideo ſeruant ac faciunt ea, vt illa iã dicta Euãgelica facilius obtineant, Quod certe nõ cõtra Euangeliũ, ſed p Euãgelio eſt militare. Sic phariſæorũ traditiones q̃q; Chriſtus non reprobabat, ſed quod ꝓpter illas legis transgrediebantur p̃cepta, dãnabat. Seruent itaq; monachi ſua inſtituta, ieiunẽt, abſtineant, macerẽt ſe, obediãt, viuãt ab hoĩbus abſtracti, ſint muti, vigilẽt, pſalãt, orẽt. Quid hic audit mali? Quid audit in his q̃d Chriſtus nõ docuerit, aut q̃d pugnet cũ Euãgalio? Noli phibere eũ qui benefacit (q̃modo ſcriptũ eſt) qn potius ſi potes & tu benefac. Si monachi plus quã tenentur ex Euangelicis præceptis, operentur, quid tua refert? An pati non potes, vt ſe monachi caſtrent propter regnum cœlorum? Aut non potes ſuſtinere, vt deliti as carnis propter Dei amorem ſibi monachi ſubtrahant? Torquet ne cor tuũ hoc, quod in vtroque ſexu neque nubant neq; nubantur, ſed perſeuerẽt virgines, ſintq; ſicut angeli Dei in cœlis? Quid tibi diſplicet, q̃d ꝓpria non habent? An Apoſtolorũ credentiumq; ignoras in exordio Eccleſiæ oĩa fuiſſe cõmunia? Nemo eñ tunc quicq̃ dicebat ſuũ, ſed erant, inquit Lucas, oĩa illis cõmunia. Quid inuides illis q̃d imitari nõ vis? Scio q̃d inuides, nẽpe q̃d Chriſti ſequunt̃ veſtigia, q̃d viuũt, q̃d tibi impoſſibile videt̃, puta in candidiſſima caſtitate, in Euangelica abnegatione, & in voluntaria paupertate. Quæ cũ illi ꝓfiteantur, p̃cipue tu eadem imitari non valens, imo nolens, qa tu gloriã eis inuides, ideo calumniaris, detrahis, perſequeris, idq; ꝓpterea, q̃d in illis Euangelica eſt veritas in opere, cuius tu tibi vendicas duntaxat nomen, cum tamen interim ſic tibi viuere placeat, vt nihil in te poſſit inueniri Euangelicum. Porro ſi obijcias monachos inueniri in quibus nihil reperiatur Euangelicum, hos nõ prohibeo, ſed hortor obſecroque reformã mandos, arcendos, non fugandos aut delendos. Sed de hoc ſatis. Interea tamẽ hic nihil mirandũ eſt, q̃d in lege ſua dñs Euangelica & arctius & ꝓfectius iubet ſeruari præcepta ſua, quam olim in veteri teſtamẽto iuſſerit. Interim enim maiori multo obligatione obſtricti ſumus: quare iuſtum eſt vt maiori deuotione, maiore fidelitate, maiorique ſtrenuitate illi ſeruiamus, qui pluribus q̃tidie beneficijs ſibi nos aſtrinxit. Interim eñ ꝓ nobis incarnatus eſt, paſſus eſt, mortuus eſt, interimque innumera nobis cõtulit beneficia, quare merito nos ei arctius quoq; ad ſeruiendum obſtricti ſumus. Deinde cum felicior nobis det̃ promiſſio q̃ antiqs, puta regni cœlorũ, q̃d nullo pacto in veteri teſtamẽto fuit auditũ, ſed ꝓmittebat̃ diuturnitas vitæ, felicitas terrena, pax, trãq̃llitas, & regũ tẽporaliũ opulẽtia, nõ mirũ eſt, vt magis ardua etiã à nobis p̃cepta exiguantur. Quamuis in veteri q̃que teſtamento non defuerit ſacræ ſcripturæ eruditio ad pfectionem ſtimulãtis. Nã Michæas ait: Væ q̃ cogitatis inutile. Et Zacharias: Malum vir fratri ſuo nõ cogitet in corde ſuo. Quo manifeſtũ eſt nõ ſolum opera, ſed & cogitationes malas à ꝓphetis damnari. Scimus ꝓterea multos ſub lege aut extra legẽ fuiſſe reptos, qui Euangelicam obſeruarent perfectionem. Nam quis neget Dauid Euangelicum fuiſſe virũ? Recole quid paſſus à Saule Dauid fuerit, quõ ſe non fuerit vltus, quę beneficia pro malis retribuerit, quantum ſe hoſti & perſecutori ſuo humiliauerit atque ſubſtrauerit, quã ta item benignitate Semei maledicenti ſibi pepercerit, ignouerit atque remiſerit: & inuenies in eo perfectionem planẽ Euangelicã. De Iob q̃q; viro recto & ſimplice id ipſum qs dubitet? Quis illũ virũ (vt alioquin interim taceam patriarchas atq; prophetas) Euangelicum Euangelicamque in eo viguiſſe perfectionem neget? Secundo admonet dñs non iraſci: ſubintelligitur autem, ſine cauſa. Nam ira data eſt homini, vt vbi iraſcendum eſt, iraſcatur, & quomodo iraſci iuſtum eſt, ita tamen ne delinquat. Quocirca aduertendum eſt iram appetitũ eſſe vindictæ, & hanc quandoq; eſſe bonã & neceſſariam, interdum tolerabilem, aliquando malam. Bona ac neceſſaria eſt, vbi quando iraſcendum eſt, quis iraſcitur. Nã ſi tibi iraſceris propter peccata tua, eadem que vlciſcens in teipſo ac puniens perſequeris, ſi tibijpſi delinquenti negligenti ve indignaris, ſi iuxta Apoſtolum, teipſum dijudicas, iuſte ac ſancte, vt Pſalmiſta iuſſit, iraſceris vt non pecces. Si etiam aliena ſcelera deteſtaris, modo id zelo fiat iuſtitiæ, iuſte iraſceris. Hæc ira iudicibus, principibus ac poteſtati non ſolum licita, ſed maxime eſt etiam neceſſaria. Niſi enim hi vindices ſint malorum, opprimentur interea innocentes & pauperes. Deusque contemnetur. Sunt enim ex male agẽtibus multi, q̃ temporalem magis pœnam metuunt, quæ hic à principibus iudicibus que, quã quæ à Deo æterna infligitur. Hac ira, hoc zelo Phinees fuit commotus, qui Iudæum quendam cum muliere Madiani tide fornicantem occidit. Cui tamen propterea adeo dominus non eſt iratus, vt irã propterea etiam auertit domini à filijs Iſrael. Pari mõ Mathathias cernens Iudæũ ad iuſſum regis idolis immolãtẽ, dolore cõtriſtatus eſt, cõtremuerũtq; oĩa oſſa eius, inflãmataque ira irruens occidit illum. Cuius certe zelus pfuit genti Iudæoꝝ, adeo vt re ſum-

Tob. 4 Matt. 5 Deo quædam nos debere

III.

Phariſæorum iuſtitia quę fuerit.

Matt. 23

Ibidem.

Matt. 7

Mat. 23

Ibidem Acto. 1

Matth. 6 Ioan. 5 Matth. 6

1. Cor. 9 2. Thes. 3

L

Regulæ inſtitutaque omniam naſticã modo a Euãgelio militent. Matt. 23

Silentium religioſorum quo ſpectet.

In calumniatores monaſticæ inſtituti.

Prou. 1

M

Præcepta ſua curius arctius in nouo teſtamento ſeruari iuſſerit

Rom. 5

Mat. 3. 5. 6 11. 12. & 19 Num. 29

Deut. 4. 5

Mich. 7 Zach. 7

Matt. 19

Matt. 22

Acto. 2. 4

1. Pet. 2

Lucæ 9

Thre. 3

N

Iraſcibilis vis cur data ſit homini

Ira bona ac neceſſaria quæ

Ira quæ nã iudicibus & prælatis neceſſaria

Num. 25

1. Mac. 2

1. Reg. 24

2. Reg. 16

Ioh. 1

1. Cor. 11 Pſal. 4

sumptis animis cũctis tandẽ inimicis suis efficerent fortiores. Hæc ira haudquaquã hic phibẽt, modo vt iustum iuste fiat. Est autẽ maxime his, qui in magistratu sunt, necessaria. Qui enim illa caret, cum debeat
1. Reg. 4 irasci, peccat. Eli quia non est, quomodo oportuit, satis filijs suis iratus, à domino
2. Reg. 13 punitus est. Dauid quoque quia Amnon filium suum Thamar violantem non satis dure corripuit, molestias propterea multas expertus est, filiumque planxit eundem
3. Reg. 18 postea interemptum. Ahab quoque rex Israel, nonne quia pepercit regi Benadab Syriæ, iratus propterea dominus per Michæam illi denunciauit, dicens: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Vides quia defuit Ahab zelus & indignatio contra peccatores, id est, homines non secundum quod sunt homines, sed secundum hoc quod sunt peccatores, nec eũ q dignus erat perimi, cum à domino illum haberet sibi traditum in manu, peremit, iratus est de minus in Ahab, atque sicut illi minatus est, ita ab eo supplicium sumpsit. Est igitur ira
Num. 25 O placans dominum, vt in Phinees cui est ira excitans ad zelum atque ædificans, vt in
1. Mac. 2 Mathathia: est ira zelans atque honorem Deo tribuens, vt in Helia, qui occidit pro-
3. Reg. 18 phetas Baal. Hanc iram, id est zelum Christus quoque exhibuit, quando in templo
Mar. 11 Luce 19 de funiculis flagello facto eiecit ementes & vendentes de templo. Hac ira zelatus q̃que est Petrus in Ananiam & Saphiram,
Actor. 5 vt in apostolorũ Actis legitur. Est igitur ira quædam sancta & bona, quæ Dei meretur reverentiam, contemptum, inobedientiam que execrat. Hæc itaque nihilo minus man
Num. 12 suetudine seruire potest. Nam de Moise nõne legimus, quod erat vir mitissimus omnium qui morabãtur in terra, nihilo secius tamen erat iratus, hoc est, zelotes? Man
Exod. 32 suetudinis namque fuit & charitatis, quod pro populo sibi commisso eruit tanto furore, vt se deleri de libro vitæ peteret p̃ nimia dilectione populi: nihilominus in sectis idololatriæ videns, viginti tria milia vi
Ibidem. rorum Leuitæ manibus interfecit. Itaq;
Psal. 4 hoc est irasci & non peccare, sine liuore, nõ ex odio, nõ ex cupiditate, nõ immodestie aut nimis ferue re, sed ex zelo Dei, aut ex zelo animarũ, q̃ peccando seducunt aut corrumpunt, ira, disciplinã, censurãve exercere. Est alia ira tolerabilis, aut venialis, & hæc quadrifariam contingit. Est enim quę dam ira, quæ sepenumero in nonnullis absque vindictæ appetitu commouet. Hęc ira ad impatientiæ magis pertinet rationẽ, quã ad irã, estq;, nisi tam vehemens sit, vtrationem perturbet, atq; sui impotem faciat, venialis. Est alia, quæ est naturalis, vehemens impetuosaq; passio quædam, subito & ad leuissimam quamcunq; feruescẽs occasionem. Hæc si præmeditata non fuerit, sed ex abrupto fuerit exorta, & anteq̃ ad discussionẽ rationis irascẽdi puenerit causa, sæuierit, venialis est. Debet aũt ratio hominis esse vigil, ne q̃ in sensualitate excitata est, passioni vitiosæ cõsentiat, neve illicitum quid verbo aut opere faciat, q̃d ex hac passione manauerit. Est tertia quoque quæ ex passione coloreve iracũdiæ cõmouetur, præmeditatio licet animo, & cũ appetitu quoque vindictæ, exigue tamen nec admodum nociuæ. Hæc quoque propter imperfectionem fere semper venialis est. Quarta est, dum quis cum appetitu q̃ que vindictæ irascitur, si tamen alio non optet modo vindictã, quam iuxta ordinẽ & legem iuris, hic quoque, nisi aut exorbitantia, aut in syncerita te defectus aliqs ad fuerit, venialiter peccat. Hanc irã Christus diuidit in duas species, vt vel sit ira sola, vel sit ira, quæ in signũ, verbum motũque indignationis erumpat, & iuxta hoc ex supplicio contra posito gradus cõstituit, vt ea quæ cum sono motuque indignatiõis fit, grauior habeatur, quam ea quę in scipsa intus continetur atq; immoritur. Tertia ira est lethalis, quæ progreditur vsque ad contumeliam aut iniuriam grauem, de quæ Christus vnum posuit exemplum de eo, qui fratrem suum dixerit ira stimulante fatuum, aut probroso cum verbo alio cõtemptiuo despexerit. Nunquam enim assentit dominus, nec impunitum relinquit vt contemnamus proximum. Prospice igitur tibi dum irasceris, aut dum sentis vel passionem, vel vlciscendi cupiditatem & caue, ne scienter aut consentiens immtoleres, ne iræ obedias, ne fratrem contemnas, ne lædas aut offendas, ne denique aliquid facias, imo ne in te deprehendatur aliquid vnde fratrem tuum contristes aut offendas. Sed passionem fac in te perire in semetipsa, aut iuxta verbum Psalmistæ Desine ab ira, & derelinque furorem soli zemulari,

Ira tolerabilis aut venialis

p
ira lethalis quæ
Mat. 5

Psal. 36

æmulari, vt malignetis. Neque enim sufficit, vt intra te iram contineas, ne hæc erumpat, ne sæuiat, ne quem lædat, sed occidere etiam in te necesse est furorem, ne quod est in te malum, maneat, crescat, indureturq;. Nisi enim conceptam iram iterum elimines, quæ perseuerat, cito ira in odium mutatur, Quod ne fiat, neque in te, neque in proximo tuo, monuit Christus reconciliationem accelerandam offensi fratris, q̃d tertio loco in fine commonefacit Euangelij. Tertium itaque est, quod monet dominus, vt nihil credamus, quicquid obtulerimus, Deo interea, gratum aut acceptum, eidem à nobis fieri, quamdiu fratrẽ reliquerimus ex nobis contristatum, & placare illum contempserimus, aut nobis reconciliare. Hoc autem ideo Christus monet, quia nos vult oẽs esse charitatis studiosissimos, sine qua, vt reliqua alia nobis minime subueniunt, ita ante omnia nobis conandum est, vt hanc integram veramq; ad omnes non solum ipsi seruemus, sed quantum in nobis est, vt alij erga nos quoque in pace & charitate viuant quieti, prouideamus. Videtur difficile ac graue non irasci, sed additur, si lapsus fueris, etiam quomodo resurgas, Quanta igitur res est quę hic iubetur, quam ardua, aut quam grauis, vt aut nõ offendas proximum, aut si offenderis, vt iterum ab eodem humiliter veniam petas, ipsum places, atque offenden ti te hilariter veniam tribuas & ignoscas? Esto humilis, & nihil hic erit tibi graue. Scimus enim, vt Ioannes dicit, 1. Ioan. 3
quoniam Dei mandata grauia non sunt nisi superbis atque confidentibus in se. In teipso hoc expende. Nosti contumeliam aut iniuriam irrogare, nosti proximum cõtemnere, nosti illum contristare, & nescis illum placare, reconciliare, honorare, ac te illi humiliare? Etiam si Christus hoc non præcepisset, naturæ lex te doceret, placare scilicet eum, quem offendisses. Deinde, si Mat. 6
Christus quoque non mandasset iniuriã dimittendam, tua necessitas, qua peccata tibi dimittenda flagitas, sententiam tibi ferret, vt pari modo tu quoq; miserearis proximi, ignoscens illi quomodo tui velis misereri, tibique ignoscí. Det nobis dominus noster Iesus Christus adimplere quod iubet, vt semper mansueti, nihiloque minus iusti & misericordes inueniamur ad sui laudẽ & honorẽ, q̃ est bñdictus in secula, Am.

Quanto studio frater cõtristatus & offensus placãdus sit.

DOMINICA VII. POST DOMINICAM S. TRINITATIS, Epistola beati Pauli apostoli ad Romanos sexto.

XVI

HVmanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationẽ finem vero in vitam æternam. Stipendium enim peccati mors est, gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A HVmanum & leue vobis aliquid q̃d ferre possitis, dico. Non enim loqui vobis possum, vt spiritualibus, feruentibus & pfectis, sed vt adhuc carnalibus: ideo q̃d viriũ ve strarũ mẽsurã nõ excedat, iniũgo. Sicut olim ante conuersionẽ exhibuistis mẽbra vestra seruire libidini, immũditiæ luxuriæ cę, q̃ polluistis corpora vestra, & ficut eadẽ exhibuistis seruire iniqtati cũ iniuria pximoq; trahẽti ad iniqtatem aliã maiorẽ (iniqtas eñ generat iniquitatem) ita nũc serui facti Christi post agnitã veritatẽ exhibete membra vestra ad seruiendũ iustitiæ & vir 1. Tim. 2
tutibus ad obtinendã sanctitatẽ. Iustũ eñ est eadem membra, qbus olim ad Dei contemptum, ad Deiq̃ cõtumeliam abusi fuistis, nunc in ministeriũ, in obseqũ & in honorem

1. Cor. 3

norem conuertere Christi. Cum enim seruietis peccati, satisfacientes concupiscētijs & illicitis desideriis vestris, liberi interim alienique fuistis à domino iustitiæ. Nulla enim virtus, nulla honestas, non lex neque iustitia imperabat vobis, quia diuina spreuistis præcepta, idcirco male liberi fuistis. In peccatis itaq; & vitijs vestris viuētes, quem fructum, aut quam vtilitatem habuistis tunc in quibus nunc cum sanæ estis mentis, propter illorum turpitudinem erubescitis? Nam finis illorum vitiorū atq; malorum operum est mors, id est, æterna damnatio. Itaque de seruitute peccati fructum habuistis ignominiam & confusionem, & in fine habituri eratis mortem æternam. Verum nunc liberati baptismo p virtutem passionis Christi à peccato, cui olim seruiebatis, & nunc serui facti Deo, habetis fructum vestrum, hoc est, charitatē vobis à Deo infusam, & bona opera insanctificationem, quæ est virtutem consummatio, finem vero laboris vestri, quem in Dei seruitio sustinetis, habetis vitam æternam. Stipendium enim peccati est mors. Hæc eñ sola, tā ea quæ est naturæ, quam quæ inferni, debetur peccato: gratia autē Dei vita æterna. Videsne cum rectius inferre putaret, postquam dixisset: Stipendium vero iustitiæ vita æterna, non tamen sic (ne humano merito plus tribuens daret nobis superbiendi occasionem) sed aliter intulit, nempe ita: Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Stipendium reuera peccati est mors, sic recte etiā iustitiæ vere debetur vita æterna. Sed absit vt tibi
Lucæ 17 arroges iustitiam veram. Si enim tibi arrogas, non iustitia, sed vt Pharisæo illo supbia est. Vera enim iustitia ex te non est, sed
2. Cor. 4 ex Deo est. Quid enim habes, puta bona, quod nō accepisti? Quappter si acceptu rus es vitam æternā, iustitiæ qdem stipendiū est, sed tibi gratia est, quō & tibi ipsa iustitia gratia est. Si eñ ex te esset iustitia, recte tibi deberet vita æterna, cum iustitiæ debeatur vita æterna. Iam vero nō ex te, sed ex Deo est iustitia tua: ergo ex gratia Dei est, si tibi donetur vita æterna. Neq; enim habes alia merita, quā Dei munera, qbus cum vita æterna redditur, gratia pro gratia redditur in Christo Iesu domino nostro.

EXEGESIS EVANGELII DOminicæ VII. post dominicam S. Trinitatis. Marci VIII.

B

Arijs diuinitatē suam probat argumētis dominus noster Iesus Christus, nec vspiam aliqd intermisit, qd incommodum salutemq; fuerit nostrā. Fecit miracula non solum multa, sed & varia. Sanauit infirmos, & hoc à varijs languoribus. Conuertit aquam in vinum: hodie vero, Matt. 11 Mar. 3 Lucæ 6 Ioan. 2 vt alio tempore quoque fere similiter, ex septem panibus quatuor hominum milia refecit. Cum enim sequeretur illum turba maxima, quam fame afflictam & esurientem formidabat relinquere, ne deficerent in via longe à patria distantes (ea enim q̄ secum in via assumpserant cibaria, cōsumpserant) misertus ipse est benignissimus dominus turbæ & refecit eos. Nullū tñ hic miraculum est, quod dominus turbæ misereretur, vtpote qui totus est piētissimus sed quod ex septem panibus quatuor milia satiauit virorum. Quid enim mirū vt semel misereat, qui nunq̄ non misereri? Opera enim domini vniuersa misericordia & Psal. 24 psal. 32 veritas. Misericordia, quoque eius plena est terra, quia à fonte olei nihil aliud manare potest, quam oleum: & à fonte misericordiæ quid emanabit, nisi misericordia? Quod ergo misereri, neq; rarum, neq; mirum est: q̄d vero ex misericordia hoc modo p̄fiat beneficiū, miraculū est, & virtutis tñ diuinæ. Itaque ait Marcus Euangelista: Matt. 8

Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent, quod manducarent, conuocatis discipulis suis, ait illis: Misereor super turbam.

Turba multa erat cum Iesu, puta, vt ex fine Euangelij liquet, quatuor milia hominum. Hi attracti dulcedine verborum, virtus, morumque Christi simul ac miraculorum gloria, secuti fuerant saluatorem in desertum. Et quamuis cibaria sumpserant, haud dubiū itineri necessaria, hæc tamen infra biduū consumpta sunt. Neque enim putabāt se longius progredi, aut tam diu dño commorari. Verum salubriter eos seduxit dominus, atque secum detinuit suæ eruditionis suauitate: adeo vt eius dulcedine capti, ab eo ęgre possent separari. Quærebant em̄ ante oīa regnū Dei. Dulcior eis Matt. 6 Lucæ 12 erat refectio animæ, quā corporis. Ideo vsque

Matt. 6 Lucæ 12 sque in tertium iam diem peruenerāt, nullam sollicitudinem habentes de cibo. Atque ideo dominus, quod promittit de loco, voluit re ipsa ostendere, quod scilicet
Matt. 6 C omnia adijciantur his, qui primum quærunt regnum Dei. Itaq; dominus Iesus sciens ciborum inopiam, procurandique cibaria impossibilitatem, nihilominus tamen inter hæc turbæ quoque attendēs necessitatem, conuocatis discipulis quasi de remedio cum illis cōsulturus, dicit: Misereor super turbam. Quare discipulos cō uocat, cum apostolorum neque egeat, neque vsus fuerit auxilio? Dicendum, dominum Iesum omnia propter nos fecisse. Cō uocat idcirco discipulos, cum illis tractaturus, quo instrueret prælatos, tametsi sciant quid sint facturi, non contemnere aliorum & subditorum maxime consilia, sed illis deferre honorem, eos interrogare, patienterque audire: & sic tandem quod optimum nouerit, aut suasum fuerit, agere, Misereor, inquit, super turbam. Quod homini naturale est, nemo non absque difficultate facit. Nihil autem libētius vult Deus, quam misereri & parcere. Siquidem q̄modo igni ex sua natura competit calefacere, ita Deo proprium est congruitq; eius naturæ, misereri & parcere. Neq; enim pōtificem habemus, qui non possit compati
Heb. 4 infirmitatibus nostris. Nec scimus alium qui adeo sit pronus, adeoque velit ex intimo cordis nostri misereri, sicut ipse: quippe cum nos simus opera manuum eius, &
Psal. 94 oues pascuæ eius. Dicit itaque suapte compassione: Misereor super turbam.

Discipulos, quare conuocauerit Iesus.

Quia ecce iam triduo sustinent me, nec, habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via, Quidam enim eorum de longe venerunt.

Vide pijssimum cor Iesu, quam diligenter expendit, quam distincte enumerat necessitatem turbæ, periculumq; eius cupit auertere. Animaduertit quod secum triduo iam manserant se continuo secuti. Sciebat eis quoque cibum deesse, tam propter loci inconuenientiam, quam quia quæ portauerant secum absumpta erant. Videbat igitur in se totam repositam auxilij spem, vt miraculo subueniret. Et obserua, quomodo hæc omnia explanat apostolis quasi futuri miraculi prænunciās causam, hoc est, ipsam necessitatem. Voluit enim nos docere, non præsumere de singulari miraculo expectando, vbi humano modo ad esse nobis potest remedium, quo vtamur. Quod si defuerit, totos nos proijciamus in bonitatem Dei. Cum enim (vt inquit rex Iosaphat) ignoramus quid
2. Pa. 20 facere debeamus, hoc nobis residuum est, vt manus nostras ad Deum leuemus. Nullo enim pacto Deus noster nos deseret, vbi aliud à nobis aut à creatura auxiliū habere non possumus. Aut enim eripit nos, aut subuenit, aut facit vt inter pericula fimus absque periculo. Quod si tantum tibi esset periculum, aut etiam nihil aliud expectes, nisi subuenerit Deus, quam mortē, confide fili, quia Deus te non derelinquet. Non tamen putes quod seruet semper te Deus à periculo mortis, sed quod te à malo & periculo quod tu formidas, eripiet. Nam cum sis mortalis, oporteatq; te alioq; mori cum placuerit Deo, si te modo permittat mori, vel ex fame, vel ex frigore, vel alia necessitate, nec te liberet, quomodo vel les liberari, liberabit te ab alio malo graui ori, & hoc per mortem, à qua, si sapiens fores, non cupies nisi ad Dei gloriam liberari. Qui enim tu scis, an magis tibi expediat vita quam mors? Cum ergo nescias, illi committe & crede eum facturum, quod tibi nouerit vtilissimum; Neque enim non nouit, neq; abnuit bona data dare filijs suis, præsertim confidentibus in se. Crede igitur, si in illum speraueris, ab omni malo à quocunque humana non poterit liberare industria, te liberabit. Quod si tibi salubrius fuerit pati, aut mori, quam ab horū vtroque liberari, non liberans liberabit te. Non, inquam, liberans te ab hoc malo, q̄d malum æstimas, liberabit te à grauiori malo, q̄d ignoras. Innitere igit plena cōfidentia sup diuina bonitate, eiusque puidentia: non tamen ita, vt contemnas aut neglīgas quærere aut admittere consilia humana. Nam in hoc quoque, quod vteris remedio consiliove naturali, Deo te expedit vt committas, rogans illum, vt aut remedium sufLucæ 11 fragari tibi hoc faciat, aut remedij fructu te destitui, quōcunque illi placuerit. Hoc si feceris, in cunctis diriget te Deus.

Quantum nos Deore fignare de beamus.

Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine?

D Notatur hic diſcipulorum adhuc rudium imperfectio. Viderant enim miraculum de quinque panibus (quod ab hoc caliud fuit) & duobus piſcibus, quantam ſcilicet turbam his Chriſtus ſaturauerit. Videbant quoque paulo ante, quam multa ſigna & miracula in languidos fecerat, omnes ſanans liberansq; à quacunque detinebantur infirmitate. Sed inter hæc vide, qua benignitate vtitur dominus Ieſus erga illos. Neque enim eos ignorantiæ aut imperfectionis coarguit, ſed re ipſa, ac miraculo, illos inſtituere vult, ſibiipſiſq; eos oſtendere. Volebat nihilominus docere, quam patienter eos qui ignorant aut imperfecti ſunt, conuenit nos quoque portare, ac magis diſſimulãter quam torue aut dure eorum ignorantiam inſtruere. Nulla enim inſtructio melior eſt, quam ea, quæ non cum impetu infertur, ſed paulatim ſenſimq; introducitur, dum errans aut ignorans eo perducitur, vt ſuum ipſe errorem deprehendat. Hoc modo nõ raro Chriſtus vtitur ad diſcipulorum inſtructionẽ.

Ioan. 6 Matt. 14

Ioan. 5 Luc. 4

Inſtructionis mod⁹ optim⁹

Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram.

Vides, quanta vtitur ſimilitudine prioris miraculi de quinque panibus & duobus piſcibus? Nam vt ibi hic eos interrogat quoque, & vniformi vtrobique vtitur modo loquendi. Eſt etiam in vtroque miraculo par & locus & cauſa. Per hanc igitur ſimilitudinem & rei & locutionis dñs diſcipulos excitare voluit, quo prioris recordarentur miraculi, quomodo ſemel in deſerto quoque ſatiauerit quinque milia. At illi nihil conſiderantes, cogitabant tñ de humana prudentia, quæ tñ illis non poterat ſubuenire. Sciebat & ipſe dominus indubitatã poſſibilitatẽ naturalẽ ad turbã tantam paſcendam. Nihilominus tñ ante quam miraculum exhiberet, dixit: Miſereor ſuper turbam, & cætera, prouocare diſcipulos quoque volens ad miſericordiam, vt pro eſuriente turba rogarent memores prioris miraculi. Quod cum nõ intelligerent, interrogauit eos Ieſus de panibus, quo tandem manifeſtum fieret, ex villa aut vico nullã eſſe alimoniã adminiſtratam, ſed ſeptẽ duntaxat in tanta turba manſiſſe panes. Diſce hic, quantũ deſideriũ, quantaq; ſuauitas in turba fuerit

Mar. 6 Ioan. 6

E verbi Dei, quæ adeo ſpirituali fuit refectioni intenta, vt corporalem oblita fuerit ſumere cibum. Siquidem (vt dixi) in tãta multitudine non vltra ſeptem inueniebantur panes. Eſt quoque non diſſimulanter prætercundum, quod apoſtoli ad gloriã Chriſti, vt in Euangeliſta Matthæo, qui idẽ hoc miraculum narrat, liquet, non erubuerunt ſuam confiteri ignorãtiam ſuamq; imperfectionem. Dicitur autem hic, quod turbæ diſcumbere ſunt iuſſæ ſuper terrã. In priori enim miraculo circa feſtum Paſchæ, quãdo quinque ſatiauit hominum milia, diſcubuerunt ſuper fœnum. Tunc enim in calidis illis regionibus fœnum ſeu gramina ſecanda pro fœno multa erant in loco, quæ tempore nunc æſtiuo propter ſolis ardorem nunſquam erant.

Mar. 15

Ioan. 6

Et accipiens ſeptem panes, gratias agens, fregit & dabat diſcipulis ſuis vt apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant piſculos paucos, & ipſos benedixit, & iuſſit apponi.

Vide quam ſtudioſe vbiq; ſuo nos exẽplo inſtituit, vt eo maxime tempore, quãdo Dei dona ſumimus, Deo gratias agamus, donaq; eius benedicamus: q̃d nihil p fecto aliud eſt, q̃ vt oremus, vt ſumptio illius rei quæ benedicitur, ad Dei gloriam, & ad vtriuſque hominis percipiatur ſalutẽ. Vnde manifeſta fit impietas hæreticorum dicentium cibos & aquam, ſal quoq; & id genus ſimilia, quæ benedicere conſueuit Eccleſia, non benedicenda, ſed benedictiones has iniuriam eſſe creatoris, qui creauerit omnia bona, & iuxta Apoſtolum, omnem Dei creaturam eſſe bonam: ideo in cõtumeliam creatoris inquiunt fieri, ſi benedicatur aliqua creatura, quaſi ante benedictionem crediderimus hanc fuiſſe malam. Si itaque benedictio huiuſmodi Dei iniuria eſt, maxime iniurius erit in patrem ſuum Chriſtus Dei filius, qui poſtquã creata à patre oĩa dicta ſunt bona, benedicere præſumpſerit quædam, tanquam meliora eadem ſua benedictione facturus. Sed abſit vt creaturã Dei putemus malam, qa nec Chriſtus hoc arbitratus eſt, nec ita benedixit quaſi q male factã benedicendo reformare voluerit. Sed hoc, q̃d bñfactum eſt à Deo, benedicit vt ad vſum nobis non puniat inſalubrẽ. Hoc modo nos quoq; bñdicimus, nõ creaturã quaſi malam corrigere præſu-

Dona dd bñdicere quid ſit.

1. Tim. 4

Gene. 1

Creaturæ Dei quõ

bñdicat eccleſia.

repræſumentes, ſed hoc benedicendo oramus, vt per vſum creaturæ huius benedictionem nos à domino accipiamus cœleſtem, nobiſq; ad animæ & corporis eius ſumptio proueniat ſalutem. Cæterum, q̃d quædam alia vt aquam benedictam, ſal & ſimilia, quibus magis ad deuotionem quã ad corporalem vtimur ſuſtentationem, benedicimus, per virtutem orationis, nobis certum aliquid donari à Deo petimus, q̃d quiſquis hac creatura vſus fuerit, percipiat. Sunt igitur exorciſmi in Eccleſiæ vſu & benedictiones, puta ciborum, pomorum, cæreorum, frõdium, herbarum & huiuſmodi, non aliud quam orationes Eccleſiæ, quas ſacerdos miniſter nomine totius populi fundit ad Deum, & virtutem effectumque ac beneficium humiliantibus ſe ad huius creaturæ perceptionem, & in fide hoc ipſum, ad quod conſecratum eſt, poſtulantibus impetrat. Verbi gratia.

Benedictiones & exorciſmi Eccleſiæ quid efficiant,

F Aqua benedicit in Eccleſia ad repellẽdas ſatanæ (vbicunq; reſpſa fuerit) machinationes, noxia quoq; ac peſtifera alia auertenda. Qua qui fuerit vſus, hoc propter quod conſecrata eſt aqua, & q̃d ſacerdos in perſona Eccleſiæ Deum rogauit, ſi tamẽ in fide vſus fuerit, aſſequetur. Quod niſi foret, quomodo verum eſſet quod Chriſtus dicit: Quicquid orantes petitis, fi et vobis? Itemque: Quicquid patrem petieritis in nomine meo, dabit vobis: qñ hoc q̃d Eccleſię nomine & in pſona omnium petitum eſt, non auditur? Sunt ergo benedictiones harum rerum, vt dixi, orationes, quæ Deo humiliter porrectæ & in fide poſtulatę, ex fide quoq; vt oportet in vſum ſumptæ, benigne à domino exaudiuntur.

Aquã cur & ad quid bñdicat Eccleſia,

Mar. 11 Ioan. 15

Et manducauerunt, & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt, quod ſuperauerat de fragmentis, ſeptem ſportas.

Manducauerunt & ſaturati ſunt ex ſeptem panibus domino eoſdem multiplicãte. Non crederentur autẽ qui manducauerant ſaturati, niſi de fragmentis quæ appetitum ſuperauerunt manducantium, vt comedere plus hac vice non poſſent, ſeptem colligerentur ſportæ plenæ. Siue ſportæ ibi fuerint, ſiue non fuerint (habet em̃ quæſtionem apud curioſos, vnde ſportæ venerint ad ſolitudinem ſeu eremum) tot fragmenta panũ collecta ſunt, vt ſportas ſeptẽ poſſent implere. Non eſt tñ adeo incõ ueniens, ſportas ibi fuiſſe. Siquidem inter tot hominum milia non pauci, ſed fere omnes aut viaticum ſecum acceperũt, aut de viatico aliorum, quod vicini, amicive ſumpſerant, ſuſtentati ſunt. Vnde enim vſque in tertium diem fuiſſent dominum ſecuti in ſolitudinem, niſi panes ſecum ſumpſiſſent, quos comederent?

Non ergo dubium eſt, multos ſumpſiſſe pro ſe & ſuis neceſſaria, vt duobus reficerentur diebus, alijſq; nõ habentibus participarent. Si itaque quod neceſſe erat, cibos & panes ſecum ſumpſerunt, qd mirum, ſi cophinos aut ſportas quoq; habuerint, qbus neceſſaria ſecum deferrent? Puerilis igit & ridicula eſt interrogatio, vnde ſportæ ad eremum venerint, cum non ſolum verimile, ſed neceſſarium videatur, ſportas adfuiſſe apud eos, qui cibos portauerant pro his, quos ex vno pago, aut vna familia, aut certe ex vna domo familiaritas aut neceſſitudo contraxerat. Quamdiu igitur panibus cibove occupatæ alio erant ſportæ portabantur cum turba vſq; in ſolitudinem. Porro cum tertia die omnes eſſent euacuatæ, tu miraris, vnde venerint cophini aut ſportæ? Certe potuit fieri, vt tantam multitudinẽ ſequerẽtur, qui panes ferrent in ſportis venales, ſuumq; ex turba q̃ ſtum agerent. Quibus panibus omnibus vſq; ad ſeptem conſumptis, Chriſtus eos, qui abſque periculo iam non poterant reuerti, miſericordiſſime ſatiauit.

Erant autem qui manducauerant, quaſi quatuor milia, & dimiſit eos.

Euangeliſta Matthæus explicat quatuor milia, quia iſta eſt libertas ſacræ ſcripturæ, vt minutias numeri parum curet. Siue enim in modico exuperet, aut paulo minor ſit numerus quam narratur, nihil contra veritatem eſt. Quia tametſi diſcrepantia aliqua in locis alijs ſacræ ſcripturę inuenta fuerit, ſi modiciſſima (puta in numero aut loco) ſit variatio, nihili pendenda eſt huiuſmodi contrarietas. Neq; em̃ in huiuſmodi multum penſi habet ſcriptura. Iam filij nobis videndum eſt, qui turbæ huius deuotionẽ imitemur triduo dominum vſq; ad inediam ſequẽtis. Sequamur nos quoq; conuerſi ad dñm, oportet. Sequamur aũt in deſertũ, colligationẽ peccatoꝝ peccandiq; occaſionẽ omnẽ relinquẽtes. In nouitate enim vitæ hoc modo am-

G Matt. 15

Sequi Ieſum in deſertũ quõ debeamus

bulantibus, & nouiter conuerſis, nihil tã eſt neceſſarium, quam abſtractam ab hominum familiaritate, à ſociali conuerſatione, ab inutili deniq; occupatione vitam agere. Sequamur autẽ triduo. Prima ſit dies, qua gementes peccata noſtra cuncta plangamus, gemendo confitendo, & pœnitentiæ opera faciendo. Secunda dies ſit, qua propoſitum firmemus contra omne peccatum, contra omne malum, & contra hoc quodcunque non placuerit Deo. Tertia dies ſit, qua ſtudium imitationis vitæ Chriſti ſumamus, vt quæ placita ſunt ei, faciamus ſemper. His tribus diebus filij, quibus non inſipienter occupabitis totã vitã veſtram, ſi Chriſtum fueritis ſecuti, ſi illũ fueritis præſtolati, cibabit vos pane vitæ, reficiet cibo cœleſti: quo confortati, redibitis in patriam veſtram, vnde excidiſtis, ppetuæ felicitatis. Quod nobis omnibus largiat pijſſimus dñs noſter Ieſus Chriſtus, q cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus benedictus, Amen.

Triduo ſequi Chriſtum quid

Ioan. 8

Eccl. 15

SERMO IN EADEM DOMINICA. Septem Dei beneficia meditata, vt panes corpus, animam reficiũt: quadrifariamque quomodo dñs miſereatur. Et de octo huius Euangelij documentis.

HVm turba multa eſſet cũ Ieſu, nec haberent quod manducarent, conuocatis diſcipulis, ait illis: Miſereor ſuper turbam. Marci octano. Non vnum duntaxat, ſed multa docet nos dominus Ieſus in quouis operum ſuorum. Eius enim opera præ aliꝰ operibus omnibus hoc habent, vt nullum ſit quod ſcandalizet, nullum ſit quod non ædificet, nullum q̃d non loquatur & doceat. Quapropter nullum eſt miraculũ Chriſti, quod non ſupra hoc, quod eſt miraculum, potentiæq; diuinæ ſignum, aliq̃d inſtruat, doceatque contemplantem, id quod modo in hoc quoque contingit miraculo. Nam iuxta literam hiſtoriæ dñs Ieſus quatuor milia hominũ eſurientium ſatiauit panibus ſeptem. Nec tñ hoc adeo eſt inſolitum potẽtiæ eius diuinæ. Siquidẽ qs alius ſeminis grana modica multiplicat in terram iacta, facitque vt cum incremento maximo reddantur in meſſe, niſi quiho die ex paucis panibus hominum maximã multitudinem pauit? Quod ergo ex granis facit paucis quotidie, hoc iam pridem, & nunc iterum, ex paucis panibus fecit,

Operum Chriſti p rogatiua quæ

Eſt tamen aliud quoque, quod aut hoc miraculum loquitur, aut in hoc miraculo, iuxta ſpiritualem ſenſum intelligitur. Dominus enim Ieſus in hunc mundum venit peccatores ſaluos facere, colligere diſperſos, & reducere errantes. Veniens itaque cœpit prædicare, & confluxerunt ad eum turbæ multæ. Vndecunque enim venerũt qui poſcerent opem & conſilium ab eo, omnes benigne recepit, miſericorditer adiuuit, & ſapienter docuit. Sequutæ ſunt igitur illum turbæ multæ, puta ex Iudæis, ex gentibus, & ab initio naſcentis Eccleſiæ vſque in finem. Qotquot autem ſequebantur illum, cum eo profecti ſunt in deſertum ſeu in ſolitudinem, quo ſegregati à conuerſatione generali hominum, ſubducerent ſe quoque omni occaſioni peccãdi. Qui enim peccandi renuit vitare occaſiones, non dicitur continere velle à peccato.

Miraculi huius ſenſus myſticus

1. Tim. 1 Matt. 9 Lucæ 5 Ioan. 11 Mar. 10

I

Eſt igitur propter innocẽtiam vita abſtracta ac ſolitaria quærenda. Eſt nihilo minus alia cauſa propter quam quærenda eſt vita abſtracta ac ſeparata, puta vt ibi diuinum inſtinctum liberius inſpirationesq; ſacras percipiat homo. Neque enim in ſolitudine mundo feruitur, vt in ciuitate. Hoc tamen maxime de ſolitudine intelligitur cordis, quę occupationes excludit mundi. Propterea in Oſee dicit dominus: Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Videns itaque turbas, miſerebat. Et niſi profecto miſertus eſſet noſtri, veniſſetq; ad nos, periſſemus omnes. Fuit igitur eius aduentus præcipue nobis neceſſarius, vt Apoſtolus ait: Deus qui diues eſt in miſericordia ſua propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, conuificauit nos in Chriſto, cuius gratia ſaluati eſtis. Quod autem dicit inter eos eſſe, quorum miſereturquoſdam, qui de lõge venerũt, ſignificare vult nos peccatores grauiores, quibus dicit Apoſtolus: Vos qui longe eratis aliqñ, nunc ppe facti eſtis in ſanguine Chriſti. Tres aũt dies pœnitẽtiæ ſunt exercitia, vt qcqd cogitãdo qcqdve operãdo deliqmus, q̃ſi tribus diebus flẽdo & gratiã Dei ſuſpirãdo diluamus. Poſſunt nihilominus p tres dies, tres intelligi ætates hominum: Pueritia, Iuuentus & Senectus. In quibus ſi Chriſto quis inſeparabiliter adhæſerit, ad refectionem cœleſtis perueniet conuiuij. Interim tamen in deſerto pœnitentiæ reficiet nos ſeptem panibus. Qui ſunt inquis, panes iſti ſeptem? Dico ſeptem ſunt beneficia Dei, quæ in mente dum recolũtur, reficiunt & ſatiant. Primum eſt, q̃d à domino Deo nos eſſe creatos ſcimus: & hoc nõ ocioſe, ſed vt hic ipſum diligamus, illi ſeruiamus, nos illi ſubijciamus. Ipſum inquam, Deum & creatorẽ noſtrum, nos vero miſeras eius inutilesq; creaturas intelligamus. Creauit autem nos, vt participes nos ſuæ æternæ beatitudinis faciat. Vide iam fili, an non reficiat hic panis, quãdo meditatio tua circa hoc occupatur, vt ſentias quanta dulcedine, quanto amore, quantaque miſericordia te, cum non eſſes, vt eſſes, fecit. Et ad quid te fecit, niſi vt illũ cognoſceres, cognoſcendo amares, amando illo fruereris? Vide igitur quãti habitus ſis à Deo, qui tibi dedit eſſe, vitam, animã rationalem æternæ beatitudinis capacem.

Vita ſolitaria cur ꝑcipue q̃renda ſit.

Tres dies myſtice quid.

Aetates hominum tres q̃nã

Panes ſeptem myſtice ſignt.

Ad quid Deus hominẽ creauerit Col. 3

Auguſti.

Secundus panis eſt quod te præcio fiſſimo filij ſui ſanguine redemit. Cum enim necdũ eſſes, cũ inimicus eſſes, cũ moxnatu filius æternæ eſſes dãnationis, puidit tibi quo damnationis huius effugeres ſententiam. Siquidem pro te paſſus, crucẽ & mortem ſuſtinuit, cuius in baptiſmo te participem faciens ſibi incorporauit, vt poſth ac omnia eius merita ſint tua, ſisq; filius ei ad optionis æternæ. Tertius panis eſt, vt mediteris, quanta miſericordia & benignitate te peccantẽ diſſimulauit, ſicut Apoſtolus dicit: An ignoras o homo quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Quod putas iam in inferno æterno ſupplicio damnatos, qui paucioribus quam tu, peccatis Deum offenderunt? Vnde tibi igitur, vt te peccata peccatis cumulante, tanto tempore te cum diſſimularetur, tanto tempore parceretur, & hactenus pœnitentia expectaretur? Si hæc recte meditaris ac expendis, omnia membra tua merito tremẽtdum vides ſingulari huc vſque admirabilique miſericordia ad pœnitentiã te ſeruatũ. Audi igitur vocem dominicam, audi vocẽ patris: Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Vide igitur vt huic miſericordiſſimæ expectatiõi tuæ reſpõdeas quoq;, eo pfectius te ad Deũ cõuertẽs, eo diligens illũ feruẽtius, atque humilius te, hoc eſt ingratitudinem tuam deflens, quo tardior ad eum fueris reuerſus,

Beneficiũ redemptionis quã ti æſtimãdum Gal. 5 Apoc. 5

1. Pet. 2

K

Diſſimulatur vir de us nos peccantes. Rom. 2

Ezech. 18

Quam liberalis, quanque gratuita eſt ſuper me miſericordia tua domine (ait ſanctus Bernardus) Ego peccabam, & tu diſſimulabas: ego non continebam à ſceleribus, & tu ab vltione abſtinebas: prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, & tu domine prolongaſti pietatem tuam.

Bernard.

Quartus panis quem rumines, quoq; reficiaris eſt, q̃d q̃uis ingratũ, quãuis delinquẽtem, non tamen beneficijs ſuis Deus te deſtituit. Pauit te, à periculis eripuit & cuſtodiuit te, gratiam hominum, fauores, tranquillitatem, ſanitatem, & reliqua id genus beneficiorum munera innumera tibi tribuit. Si quid denique ei acceptum feceris, ad illum nunc conuerſus, non minus id gratum erit illi, quam ſi nunquam peccaſſes. Poſtremo operibus tuis bonis ac virtutibus, non minus, quamuis delinqueris olim grauiter, te pœnitente retribuet, quã daret innocenti, ſi ad operandum modo æqua te excitauerit charitas, quæ excitauit innocentem. Neque enim imputat dñs peccatum, vt minus accepto ferat, qcquid à pœnitente, quã quod ab innocente offert modo charitate id pari fuerit factum. Imo crede mihi, non minus amat Deus eũ, qui poſt multa ſcelera ad ipſum redit pœnitẽs, quam eum qui nunquam peccauit. Quam uis de retributione futura (qñquidem merita plerunq; ſunt diſſimilia) hoc ſentiendum eſt, vnumquemq; recepturum iuxta opera ſua, non vt in pœnitente peccata dimiſſa damnentur, ſed vt bona opera in vtroque iuxta menſurã ſuã coronent: mala aũt aut hic, aut poſthãc vitã purgent. Propterea hunc panem ruminans: Quid dicã, quidã inquit, o bone Ieſu de tua miſericordia, qui non minus conuerſum peccatorẽ diligis, quam innocentẽ. Quintus panis eſt, quod diligentibus Deum oĩa facit cooperari in bonum. Vide & expende hic fidelitatem diuinam. Siue enim agas, ſiue patiaris, ſi modo ad Deum toto fueris cõuerſus corde, ipſe faciet vt non ſolum bona, verum etiam pcĩã tua tibi occaſionem operent boni maioris. Sextus panis eſt, quẽ mãducabis, ſi meditatus fueris Dei bonitatem & benignitatẽ erga te. Nã bonã voluntatẽ, vbicunque defuerit facultas operandi, p opere ſuſcipit Deus, cõputat atque coronat. Siquidẽ bonorum noſtrorũ non egens, bonam recipit voluntatẽ. Voluntas autem tunc bona eſt, ſi nullum bonum q̃d

Proue. 16

Rom. 8

Electis vti omnia cooperentur in bonum.

L

Rom. 8

Bonitas et benignitas dei erga homines quanta Pſal. 15

Voluntas bona di-

rendaquę fit. psal.30

egere valet,imperfectum relinquat. Septimus panis eſt victima refectio æternæ felicitatis.Quam magna,inquit Pſalmiſta, multitudo dulcedinis tuæ domine,quam abſcondiſti timentibus te. Perfeciſti eis qui ſperant in te. Inebriabuntur enim ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos,Meditare igitur, quando poſt multas huius vitæ miſerias,poſt labores & ſudores requies beata dabitur, quam dulcis erit vox illa: Venite benedicti patris mei,percipite regnum,quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Interim autem filij hos panes ſeptem in deſerto huius vitæ comedite, auſcultateque ad domini vocem dicentis:Venite ad me omnes,qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos.Hi enim panes ſeptē probe maſticati excitabūt & comedenti appetitum, & guſtui ſaporem præbebunt. Eſt itaq; miſericordia domini ſuper nos magna nimis, quippe qui quadrifariam miſeretur. Primo namque in miſerando non accipit, nec reſpicit perſonam cuius miſeretur, qa abſque reſpectu & diſcrimine miſeretur omnium,ſicut ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico dicente:Miſeratio hominis circa proximum ſuum, miſericordia autem Dei ſuper omnem carnem. Siue enim peccator, ſiue pœnitens, ſiue iuſtus fueris,non te abſcondes à calore dilectionis eius. Diligit enim omnes, ideo miſeretur omnium. Verum, ſi dicis quomodo peccatores diligit,cum ſcriptum ſit, Altiſſimus odio habet peccatores:Dicendū: Deus non diligit peccatores,iuxta hoc q̄d ſunt peccatores,nec propterea,quia ſunt peccatores, ſed eos q modo quidē peccatores ſunt, ideo diligit, vt diuinam dilectionem erga ſe & miſericordiam ſentientes, fiant non peccatores:imo vt faciat eos non peccatores,hoc eſt,pœnitentes.Nam teſte Auguſtino:Si Deus peccatores non dilexiſſet, de cœlis ad terram non deſcendiſſet.Quod ipſe quoque teſtatur dicens: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiā. Diligit itaq; peccatores vt faciat iuſtos,eos ſcilicet qui Dei miſericordiā circa ſe intelligunt.Quamuis enim omnium Deus miſereri cupiat, non poteſt tamen miſereri,niſi eos qui eius amant recipereq; volunt miſericordiam.Sunt enim qui præcludunt& abijciunt Dei miſerationem. Sunt q ſuperbiunt,qui ſunt in oculis ſuis ſani, licet vehementer ſint infirmi.Sunt qui præſumūt de ſua virtute,q Dei miſericordiam nō requirunt:quorum Eccleſiaſticus meminit, dicens:Non exoraverunt pro peccatis ſuis,antiqui gigantes,qui deſtructi ſunt,cōfidentes ſuæ virtuti.Secūdo,miſeretur pœnitentibus. Quomodo enim pœnitentiā non miſereī,quō eos non diligeret,quandoquidem angelis Dei teſtatur eſſe gaudium in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente:Tertio diligit iuſtos, ſicut ait in libro Prouerbiorū:Ego diligētes me diligo. Secundo,miſereī dñs indefinēter, nec peccatis vinci humanis, ſicut ſcriptū eſt:Miſericordia aūt dñi ab eterno.& vſq; in æternum ſuper timentibus eum.Neq; ēm miſericordia eius principium habet neq; finem.Et ideo Iudith mulier ſancta Oziā reprehendit,quod domino tempus conſtituerat miſerendi,dicens: Hos quinq; dies expectemus miſericordiam à domino. In quibus ſcilicet ſi nihil recipimus auxilij à domino,trademus noſmetipſos.Reprobauit aūt hoc Iudith,dicens:Vos qui eſtis, q tentatis dominum:Non eſt iſte ſermo,qui miſericordiam prouocet,ſed potius qui iram excitet & furorem accendat.Poſuiſtis vos tempus miſerationis dñi,& in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei: Semper itaque miſeretur dominus. Abacuc propheta dicente: Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Tertio, miſeretur Deus abundanter, quia dives eſt in miſericordia.Quod Anſelmus explicat, dicens: Quid miſericordius intelligi valeat,quam quod peccatori æternis tormentis deputato,& non habenti vnde redimat ſe, Deus pater dicat:Accipe vnigenitum meum, & pte? Et ipſe filius:Tolle me,& redime te? Nondefuit enim Deo modus alius nos redimendi, quam vt moreretur pro nobis. Sed Deo placuit offendere charitatem ſuā erga nos immenſam,quam cuidētius mōſtrare non potuit,quam moriēdo pro nobis,& noſtra debita ſua morte ſoluendo.

Quarto,miſeret Deus cōueniēter. Neque ēm ad peccata miſeretur, neq; delinquētibus cōniuet. Miſereī quidē peccanti vt reſipiſcat,ſed non vt in peccatis perſeueret.Iuſte igitur & vere loquebatur ſanctus Tobias, dicens: Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras,& ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam.Poſtremo,ſciēdū in hoc eſſe Euāgelio edo, quæ

Eccl.28

pſal.13

Eccl.12 peccatores q̄modo diligat Deus

Auguſti.

Lucæ 5

Abac.3 Miſeratur vt deus abſtulit Ephes. Anſelm.

1.Pet.3

Miſeret quō Deus cōueniēter.

Tobiæ Documenta huius Euangelij eſto.

quæ nos ædificant. Primum, quod quaſi conſilium capturus dominus cum diſcipulis eos conuocat,atq; quomodo fit turbæ ſuccurrēdum,tractat. Sunt enim qui citra iniuriam aut ignominiam ſui nō fieri putarēt,ſi alios conſulerēt.De his in Prouerbijs dicitur:Vidiſti hoīem ſibi ſapientē videri,magis ſpem illo ſtultus habebit.

Prouer.26

N

Secundū,quod ad paſcendā turbam dominum mouit,non vanitas, ſed pietas. Miſereor, inquit, ſuper turbam. Pietatem autem ſaluatoris mouere poterāt multa.Facile enim moueri poterat, qui ſuapte natura pientiſſimus eſt. Primum quod ad miſerendum inuitabat dominum,erat turba, in qua multi eius erant miſericordia digni,multi ei deuoti,multi boni, multi ſimplices & verecundi. Quare magis moueba tur. Inuenimus enim Chriſtū turbis fæpius bñficia impēdiſſe.Verbi gratia: Beneficiū primo exhibuit inſtructiōis. De quo Matthæus: Vidēs Ieſus turbas aſcendit in montem,&c̄.Et alibi:Cum irruerent turbæ in Ieſum,vt audirent illum,&c̄. Beneficium item exhibuit ſanationis.De quo itē Matthæus:Exiēs,inquit,Ieſus vidit turbā multam,& miſertus eſt eius,& curauit languidos eoꝝ. Tertium fuit beneficium corporalis refectionis,de quo in hoc auditur Euāgelio. Secundū q̄d inuitabat Chriſtum ad miſerendū,eſt q̄d triduo Ieſum ſuſtinuerant,ſeu cū eodē perſeuerauerāt.Perſeuerātia nanq; & rogandi importunitas impetrat citius.Vnde habemus in Euāgelio exempla parabolica,de amico veniente de via,de iudice iniquo & vidua,qui oēs perſeuerando quod petebant,obtinuerūt.

Ad pietatē Chriſti quænam mouerint

Beneficia quænam Chriſtus turbis exhibuit. Matth.5 Lucæ 5

Matth. 14

Lucæ 11 Lucæ 12 Marc.7

Tertium quod inuitabat dominum, erat turbæ indigentia ſeu neceſſitas, quia non habebat quod manducaret. Quartum quia laborauerunt. Quidam enim de longe venerunt. Quintum, qui laboraturi erant,& periculo exponendi,ſi dominus non reficeret eos.Ideo dicit:Deficient in via, ſi dimiſero eos ieiunos. Sextum quia erant in ſolitudine,vbi humano non poterant conſilio mederi fami. Tertiū, quod ædificat,eſt numerus panum myſticus.In prima enim refectione turbæ, hoc eſt,in veteri teſtamento ex quinq; ſunt panibus ſatiati,qui Moſi libros quinq; ſignificant:hic vero ſeptem fuerunt, tempus indicantes gratiæ,q̄ ſeptem donis iam ſpiritus ſancti cōfortamur. Quartū,q̄d ædificat,eſt q̄d diſcūbere hic iubentur ſup terram. In maiori ēm æſtimatione tēporalia legis tempore erant,vtpote quæ Deo ſeruientibus remuneranda promittebantur. Si volueritis (inquit) & audieritis me, bona terræ comedetis. At in noua lege terrena omnia ſuadentur contemni, ſub pedibus eſſe,calcari,relinqui,contemni,&pauperibus diſtribui. Quintum, quod gratias egit,docens nos donaDei cum gratiarum actiōe percipere. Sextum, q̄d benedixit cibum,vt nos cibū q̄q; benedicamus orantes,quo eius ſaluber ſit vſus. Vnde de cibo Apoſtolus loquens: Sāctificatur enim,inquit,per verbum Dei &orationem. Septimum,q̄d iuſſit apponi piſces, haud dubium pro condimento refectionis:q̄ intelligimus diſcretionem optimum eſſe in omni opere bono condimentum. Aut ſeptimum eſt quod iuſſit ea,quibus turba erat reficienda,per apoſtolos apponi, quo cognoſcamus quicquid per prælatos noſtros circa nos agitur,ad ſalutem noſtram pertinens,haud aliter accipiendum eſſe nobis,quam à Deo.Neq; enim in prelatis noſtris humanam debemus aſpicere induſtriam,ſed prouidentiā cōtemplari diuinā, vt eos diligamus,reuereamurq;,illiſq; obedi amus,quos nobis p̄poſuit dñs rectores,patres,& promotores noſtrę ſalutis. Octauū,q̄d multiplicādo panes adeo turbā ſatiauit,vt plura quam eſſent appoſita,ſupereſſent:quę colligi,vtpote in vſum pauperū diſtribuenda,mādauit, volēs nos beneficijs ſuis refectos nō immemores fore pauperū, vt in Euangelio quoq; monet,dicens: Verūtamē quod ſupereſt, date eleemoſynā, & omnia munda ſunt vobis. Filij chariſſimi, accipiatis exemplum deuotionis ex turba illa,quæ toties,continueq; ſequitur dominum præ deſiderio audiendi verbum diuinum. Audiatis igitur vos quoq; cū deſiderio verbū Dei.Detractiones &blaſphemiæ hæreticoꝝ, veſicas ſuas (quibus nihil præter aerem ineſt) inanes exuſſlantiū,nō ſunt verbū Dei. Scitur quid ſit verbū Dei: Nempe q̄d cōforme eſt moribus & operibus Chriſti.Neq; enim aliud docuit,& aliud fecit Chriſtus: ſed ſcriptum de eo legimus, quod cœperit Ieſus facere & docere. Hoc igitur audite, hoc facite, & dominus miſericordiarū erit vobiſcū.Timeatis Deum,&facite quę placita ſunt ei ſemp, &nō inuidēbit,ſed tolerabit cōſolatiōes veſtras

Diſcūbere ſup terram quid myſtice.

Eſaiæ 1 Matth.19 Marc.10 Lucæ 18

Gratię vt ſint Deo agendæ.

Benedicere cibū vt debemus. 1.Tim.4

Piſces myſtice quid hic ſignēt

Turbę paſcendę apponere quid.

Eccle. 17 Multiplicatio panū quid inſinuet.

Lucæ 11

Actor.1

Ioan.8

moderatas temporalesque. Saltem sit ipse præ omnibus charissimus. Habetis vxorũ vestrarum, habetis prolium, habetis denique à seruis & ancillis, ab obsequio, ab amicis, à cibis, & reliquis id genus consolationes vestras. Vtamini illis sapienter, & cum Dei timore, ne offendatis Deum, qui est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA VIII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Roman. octauo.

XVII DEbitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sũt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Roma. 8 ANte verba lectionis huius dixerat Apostolus Romanis: vos autem non in carne estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Qui si fuerit spiritus in nobis, ex debito tenemur non seruire carni, vt satisfaciamus consentiamusve eius concupiscentijs, quamu is teneamur eius infirmitatibus necessitatibusq; in administratione victus vestitusq; curam tanquã animæ instrumento administrare. Itaq; debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Non enim ita sumus debitores carnis, vt curam carnis faciamus in desiderijs. Roma. 13. 1. Tim. 5 Si enim, inquit, secundum carnem vixeritis, desiderijs carnis acquiescentes, moriemini, ea scilicet morte, qua vidua in delitijs viuens mortua dicitur, & quæ damnationem recipit æternam. Si autem spiritu, id est, gratia & virtute spiritus sancti, aut ita: Si spiritu, id est, iudicio rationis opera carnis mortificaueritis, viuetis vita gratiæ, qua intelligitis non substantiam, sed opera ac vitia carnis damnari. Sunt autem opera seu actus carnis, & sũt fructus spiritus. Charitas fructus spiritus est, odium actus Galat. 5 carnis. Charitate igitur si mortificat odiũ, spiritu dicitur mortificari actus seu opus carnis. Adhancaũt mortificationẽ suadet, excitat, & spũs Dei. Porro, qcũq; impellit spũ Dei agũt eñ pellũt, hi filij sunt Dei. Neq; eñ, prsus hi nihil agũt boni, sed ne nihil agãt boni, agũt à spiritu Dei. Hoc modo vobiscum quoque agitur, quare desideria carnis vestra mortificantes filij estis Dei. Nõ enim accepistis spiritum seruitutis iterum sicut olim sub lege (quod seruorum erat) in timore. Lex enim vetus accepta fuit in timore, dum iustitia non amabatur, propter quam lex seruarẽtur, sed pœna timebatur. Iam vero sub lege gratiæ non in timorem datur nobis spiritus, sed in dilectionem, ne serui sed filij potius simus. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo Deo clamamus: Abba pater. Duo hęc nomina sunt, sed idem significant. Alterũ enim, puta Abba, Hebraice sonat patrẽ, alterum Latine & Græco translatũ, & significare vult nobis tanquam filios adoptionis, spiritu ad Deum affectuose nos agi, in quo charitate ardentes dicamus: Pater noster qui es in cœlis. Sequitur, Ipse enim spiritus adoptionis testimonium perhibet, id est, nos cognoscere facit, vt consecuti remissionem peccatorum, deindeque bene agentes filij simus Dei. Tantum supereſt, 1. Cor. 6 vt quemadmodum imaginẽ portauimus terreni patris, ita portare satagamus cœlestis patris imaginem. Est itaque inter dona spiritus sancti vnum hoc haudquaquã infimum, quod testimonium reddit spiritui nostro, quod Dei filij sumus. Si autem filij sumus Dei, sumus quoque hæredes Dei. Quorum enim nisi filiorum paterna est hæreditas? Sumus igitur hæredes quidem Dei, id est, bonorum eius infinitorum sempiternęque beatitudinis, cohæredes autem Christi.

EXEGE

EXEGESIS EVANGELII dominicæ octauæ post dominicam sanctæ Trinitatis, Matthæi septimo.

B ANte huius præsentis dominicæ Euangelij verba, vt idem Euangelista refert, præmonuerat nos dominus, q̃ tendamus intrare p angustam portam in regnũ cœlorum. Plurimi enim volent, aut putabũt, inquit, se introituros, sed non introibunt. Matth. 7 Arcta enim, inquit, est via quæ ducit ad vitam, & pauci ambulant eam. Ne itaq; putemus eos, qui simulant sanctitatem, esse qui contẽdunt angustam portam intrare, aut intrent, & propterea illis nimium confidamus, quasi his qui ambulent in veritate, recipiamusq; impia eorũ dogmata, quibus seducamur, monet nos non nimium illis tribuere, donec videamus, quem fructum eorum simulata opera pariant. Possunt eñ ad tempus simulatores se palliare, sed non diu fieri potest, quin prodãtur fructus: vnde tãdem vita & eruditio eorũ ex Deo nõ esse deprehendatur, Dicit itaq; Christus:

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Prophetas quos hic notat Christus. Prophetas hic nõ eos nominat, qui futura iuxta prophetarum morem sub veteri testamento prænunciabant, sed eos magis, qui prophetarũ oracula nobis exponunt, eorumq; referunt sensum, & sacram nituntur elucidare scripturam. Horum enim q̃dam præmonet vitandos, quos prophetas falsos nominat, & doctores falsos vocat doctores peruersos, qui animarum corruptores, vt suæ impiæ doctrinæ adijciant autoritatem, quo facilius imponãt incautis, fictamq; ostendant sanctitatem: sub nomine autem sanctitatis errores & hæreses seminant. Hos itaq; iubet cauendos. Porro vestimenta ouium, opera & actus sunt boni verarum virtutum, quibus pij ac deuoti conteguntur & ornantur. His tamen aut sub harum specie quoq; inuolunt se mali, dum ieiunia, abstinentiasque ficta humilitate & deuotione simulata ostentant. Non raro autem vitia sub virtutum specie palliantur: quod tunc fit maxime, quãdo intentio operantis fallax est & non syncera. Itaq; opera virtutum cum bona fiunt intentione, vestimenta sunt ouiũ: cum fiunt mala ac subdola ad decipiendum, tunc vestimenta ouium induerunt lupi. Non tamẽ propterea sua odisse debent vestimenta oues, licet his etiam se lupi inuoluant. Veruntamen quomodo lupus, licet ouina tectus pelle, speciem mutat, non animum: ita hęretici & peruersi doctores quã tamlibet sanctitatis fingant speciem, manent tamen corrupti & corruptores animarum. Videte autem quod vestimenta hic vocat ea opera, quę licet pia appareant, non tamen pio semper animo fiunt. Verbi gratia: Eleemosyna vestis est ouina, eam tamen induunt & mali. Dare enim potest eleemosynã impudicus mulieri, vt ad consentiendum malæ concupiscentiæ suæ eandem inducat. Potest ambitiosus propter gloriam, vt videatur ab hominibus, Matth. 6 dare eleemosynam: potest aliud quid vitiosum alius intendere, quare opus faciat misericordiæ. Hæc igitur vestimenta sunt, quia boni, malique eisdem tegere se possunt.

Ouina vestis quænã appareãt opa.

Vestimenta ouium quæ sint.

A fructibus eorũ cognoscetis eos:

C Fructus ouiũ, intelligi vult veras virtutes. Porro falsi prophetę, cum nullam ex se proferãt veram virtutem, nullos bonos, sed multos ex se pariunt fructus malos. Quæ enim fucata sunt, cito panduntur, & ficto in suam naturam relabitur. Opera igitur eorum testantur illos, quia Christi 1oan. 5 gloriam non quærunt, sed vt statuãt suam sectam, vt acceptis fruantur beneficijs, vtq; cupitis non destituãtur honoribus, aliaq; huiusmodi, in quibus se respiciunt & quęrunt, penes quæ dinosci debent. Neq; eñ à veste cognoscẽdus est hæreticus (vestem intelligo opera laudata in sacra scriptura, quæ tamen non sanctificant facientẽ, cum ualis, bonisq; sunt communia) sed in fructibus sunt discernendi. Oues enim iuxta quod sunt oues, fructus faciunt, q̃ à malis fieri non possunt: & mali fructus quoq; suos fœdos post se relinquunt, q̃ bonorum prorsus esse non possunt. Et ppterea S. Au Augustl. gustinus ait: Isti fructus à qbus huiusmodi mali & hęretici sunt cognoscẽdi, nõ sunt bona quæ exterius ptendunt. Talia eñ cũ bono animo fiunt, sunt vestimenta ouium oues tegentia & protegentia: cum vero malo

Ouiũ fructus quinam sint.

malo fiunt animo, vestes quidem sunt ouium, sed lupos tegunt. Ifti ergo fructus quibus agnoscimur, sunt illi, de quibus Apostolus ad Galatas scribit: Manifesta sunt

Galat.5 opera carnis, quę sunt fornicatio, immūditia, &c. Quæ abscondunt hæretici aliquando sub ouium vestibus: produntur tamen nouissime, si diligenter obseruentur.

Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, bonos fructus facit, mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala fructus bonos facere.

Arbor bona quæmā fit. Arbor bona est bonus homo seu volūtas bona, non propter esse bonum naturę, quia illo modo omnis arbor & omnis anima seu voluntas est bona. Loquendum est igitur non de bonitate naturali, sed morali. Dicit ergo: Cuiusuis generis arbor suos profert fructus. Ex spinis nemo colligit vuas, quomodo nec in tribulis ficus quærimus. Sic ediuerso nec vites proferunt spinas, nec ficulnea tribulos. Sed arbor bona quādiu est bona, aut secundū quod est bona, facit bonos fructus, quamuis possit facere malos, sed tunc non est bona: & mala arbor fructus profert malos. Nam si bonos protulerit fructus, iam est bona. Neque enim dominus dicit: Nō potest arbor bona mala fieri, nec mala fieri bona: sed bona arbor non potest facere fructus malos.

Augustī. Cuius exemplum dat Augustinus, dicens similem hanc esse locutionem, & huic loco quadrare, si dixero: Non potest nix esse calida. Si enim calefacta fuerit, nō erit nix, sed aqua. Sic bonus homo potest fieri malus, & malus fieri bonus. Verbi gratia: Sau

Actor.9 lus cū esset malus, erat arbor mala: factus bonus, arbor erat bona. Cum malus esset, fructus malæ ptulit arboris, puta sanctos

2.Cor.11 in carceres cōiicere, occidi facere, persequi Dei Ecclesiam, quæ fuerunt mali fructus. Verum, non longe post factus est bona arbor, bonos pducens fructus, vt sunt euan

2. Cor. 4 Galat.5 gelizare, consolari tristes, arguere facinorosos, pro Christo pati, &c.

Omnis arbor, quæ non facit fructū bonum, excidetur, & in ignē mittetur. Igitur à fructibus eorum cognoscetis eos.

D Videtis quia non solum malorū operum fœcunditatē damnat, sed sterilitatem quoq; bonorum operum. Quisquis itaq; Dei præcepta nō custodit, quisquis Deo & Ecclesiæ non obedit, tametsi aliud malum nō faciat, hoc illi ad damnationē satis erit, quia omnis arbor nō faciens fructum bonum, excidetur per mortē, aut animæ, aut etiam corporis. Excidi enim seu amputari à corpore Christi, est deseri à gratia Dei, puta vt iam non sis particeps vitę corporis Christi, non sis particeps spiritus corporis Christi, nō viuificeris gratia Dei: quod in transgressione fit præceptorum Dei. Si ergo arbor quę non facit fructū bonū, si homo q nō operatur cū debet bonū, in ignē mittetur, qd ei q̄so fiet, q operatur malum? Si pcīm quod fit per omissionē boni tam grauiter iudicatur, quam graue erit iudicium his, qui non solū bona prætermittunt, sed etiam scelera committunt multa? Simi

Excidi à corpore Christi quid sit. Ioan.15 lis est sententia saluatoris apud Ioannem, dicētis: Omnem palmitem in me nō ferentem fructum, pater tollet, & in ignem mittet. Heu dilectissimi, quā vitāda est ocio

Ociositas quāto fudio vitanda. sitas & infructuosa temporis consumptio. Quid dicent hi caleatores, helluones, bibones à mane vsq; sero in tabernis bibentes: quid ociosi, quid qui in noctibus & tenebris obambulāt, & se aliosq; ad luxum, ad voluptatem, ad ocium pernicios um, ad nugas quoq; fistulis, carminibus, cantiunculis, & huiusmodi vanitatibus prouocāt? Et tamen hodie hęc (quia multo fiunt grauiora & detestabiliora) quasi honestæ recreationes, quibus tranfigitur tempus, dicūtur.

Vbi sunt nunc Neochristiani, qui in sola ociosa fide sperant, nihil boni operātes? Nullum enim Dei mandatum negligere possiunt absq; opere malo, id est, absq; pec

Iaco.2 cato: nec Dei vllum possiunt implere præceptum, nisi per opus bonum. Si ergo bona à nobis opera non requiruntur, tunc nulla quoq; obseruatio mandatorū Dei à nobis exigetur. Cur ergo sunt nobis tradita Dei mandata? Cur tam multa benedicto suo ore nobis Christus præcepit? Fortasse vt soli Papistæ hæc Dei teneātur facere præcepta, non autem Lutherani, quibus sola fides sufficit. Et bene quidem. Sed & hoc q̄q; inde sequātes soli esse teneātur Christiani, non autem Lutherani, sed vt arbores ste-

Opa bona ad salutem necessaria. Lutherani vt sint arbores sterilis in ignē mittendi. riles, imo pestiferæ in ignem mittendi. Videant, videāt, qui modo oculis plusquam cementibus aut talpeis finunt se falli, quia

quia non mentitur, quæ hic loquitur veritas: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignē mittetur. Ex fructibus igitur, inquit, cognoscetis eos. Videtur hic pro mercede, quæ est fructus bonorū operum, fructus posuisse. Quāuis em̄ veri, puriq; amoris nō sit quærere mercedem per respectum, aut quæsitiōem sui, id tamen quęrere debemus, quod est merces, id est, Deum, quam clare Abrahæ Deus promittit, dicens: Ego ero merces tua. Itēq;: Ego protector tuus sum, merces tua nimis. Deus igitur, sed & videre Deum, cognoscere Deum, amare Deum, frui Deo,

Gene.15 Merces beatitudinis ęternę quæmā sit merces est beatitudinis æternæ. Hanc mercedem licet maxime quærere, sed nō amore & respectu proprio debet fieri, ppterea quod sibi faueat, quod sibi beatitudinem hanc velit vt rem sibi delitiosam ac quietā. Quando igitur repetit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos, videtur dicere: Qui non bene operatur, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus, hoc est, ex stipendijs eorum, & ex mercede eorum cognoscetis eos.

Non em̄ omnis qui dicit mihi, Dñe, domine, intrabit in regnum cœlorū: sed qui facit voluntatem patris mei, qui est in cœlis, ipse intrabit in regnū cœlorum.

E Tres sunt persequutiones, quæ sanctis in hac vita inferuntur, de quibus nos prę-

Persequutiones sanctorę tres quæ sint. monet dominus Iesus. Prima est manifesta persecutio tyrannorum, quā dominus aliquando declinandam permittit, dicens: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Aliquando tolerandam

Matt.10 monet: Beati, inquiens, q persequutionem

Matt.5 Matth.10 patiūtur propter iustitiam. Itemq;: Nolite timere eos, qui corpus occidunt: sed eum timete, qui corpus & animā habet mittere in gehennā. Secunda est hæreticorū, de

Persequutio hæreticorum quæ sit. qua nos in prima parte Euangelij hic cōmonefaciens docet, nobis cōtra eos esse vigilandum, nec vt columbas oportere nos tantū esse simplices, sed etiā vt serpētes prudentes, qui ne incantatorē audiant, aurem

Matth.10 vnam ad humum vertunt, alterā cauda obturant. Sic nobis hæreticorum prædicatio declinanda est, lectioq; vitanda, ne inficiamur, aut capiamur. Tertia est hypocritarū, & falsorum fratrū, qui vnum erga nos

Persecutio hypocritarum quæ sit. simulāt, & aliud interim quęrunt. Quomodo autem hi, qui speciem habent bonæ vitæ, propter dogma cauēdi sunt nequitiæ: ita hi qui in fide & eruditione sunt integri, fugiendi sunt, si moribus sunt corrupti. Vtrique em̄ sunt cōtagiosi, & inficiūt. Dicit igitur: Non omis q dicit mihi: Dñe, dñe, intra

Matth.15 Marc.7 bit in regnum cœlorum. Non satis est, inquit, per fidem solam & mortuā agnoscere me dominum ac Deū, nō satis est labijs tātum & ore me honorare, nisi opera quoque prodeant ex ea fide, quæ per dilectionem operatur. Propterea dicit alio loco ex

Galat.5 probrans: Quid vocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico? Sed obijcit quis: Si non omnis qui dicit dñe, domine, intrabit in regnū cœlorum, quomodo

Lucæ 6 F tunc verum est, quod per Ioelem dicitur: Oīis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit? Aut quomodo verū est illud Pauli: Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi

Ioel.2 in spiritu sancto? Dicēdum Christū hic loqui de vocali dictione, quæ sola non efficit seruum Christi. Necesse est em̄ vt dicēs Christum dominum suum, & propterea Dei seruus, aut amicus constituatur, dicat

Seruū Dei vere quid cōstituat. Matth.7 hoc ex affectu, ex corde & amore, quod est re ipsa dicere. Non em̄ dicere dñe, dñe, seruum Dei constituit, sed exhibere se Christo seruum, humiliatoq; corde illum agnoscere dominum, facit Dei seruum, & intrare in regnum cœlorū. Hoc modo dubium

Ioel.2 non est eum, quisquis inuocauerit nomen

1. Cor.12 domini, saluum fieri: & neminē dicere dominum Iesum, puta corde, ore & veritate, nisi in spiritu sancto. Nemo enim domini Iesu est seruus, nemo ei ꝥe seruit, nisi in spiritu sancto. Igitur non omnis qui mihi dicit domine, domine, inquit, intrabit in re-

Matth.7, gnum cœlorum. Dixerunt enim fatuę virgines ad ianuā sibi clausam pulsantes: Do-

Matth.25 mine, domine, aperi nobis. Sed dictum est illis: Nescio vos. Sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnū cœlorum. Satis ex teipso percipere hoc potes, quā vera sit hæc sentētia. Tu enim habēs seruum tibi genua flectentem, nudantem caput, reuerenterque loquentem, non tamen mox probas illum propterea, vt dicas fidelē seruum. Sed plura adhuc expetis ab eo, puta, vt volūtatem tuam faciat, & vt honorem tuum & cōmodum zeletur. Sic Deo non sufficit vt templum intres, Missam audias, ores ore, cantes, ieiunes, laneis vtaris vestibus, des eleemosynas,

mosynas, nisi sis ei quoque fidelis, ipsum diligens, ipsi obediens, ipsiusq; zelans honorem. Bona quidem sunt hæc corporalia exercitia, & pœnitentialia, afflictiuaq; carnis, modo in Dei honorem & propter Deum tantum fiant. Nam si fiant quidem, sed honestiatis causa, aut quia alios ita vides agere, nec Deus causa sit, quare hæc facias, non recipies pro illis æternam mercedem. Satius tamen est ea fieri, aliaque opera bona, non ex vitiosa intensione, sed vel ex honestate, vel ex consuetudine, licet non ex charitate vera fiant, quam omnino intermittere: quia vicinior est adhuc Deo, qui licet totus nõ sit ad Deum conuersus, quã ille qui totus alienus est, & Deo suis sceleribus contrarius. Citiusquoque ad ignem accedit, calefierique potest, qui licet iuxta ignem non sit, parum tamen distat, quam ille qui totus ab igne fugit. Sic opera bona non sunt propterea omittenda, quamuis in peccato sit qs mortali constitutus. Possunt enim illi fore occasio, vt ab illis ad Deum conuertatur. Illa tamen sola, nisi Dei fidelis fueris seruus, vt eius gloriam quæras, ei obedias, eius gratiam habeas & amicitiam (quod est esse Dei filium & ciuem regni cœlestis) non introducent te in regnum Dei. Rogo igitur vos charissimi, deponite & separate omnia à vobis pctã. Separate à vobis omnia ad pctm inducentia, abijcite cuncta, quæ sine pctõ agi, aut tractari nõ possunt. Sint homines, sint negociatiões, sint quæstus, sint officia, obsequa, honores, & alia quæcunque. Melius vobis erit pauperes, & indotatis probis intrare in regnum cœlorũ, quam diuites & dotatis, ditatisq; liberis ire ad infernum. Nam si exercitio alicui, aut ei negociationi, quæ sine peccato non potest fieri, vacatis, animam vestram perditis, & proles quoq; vestras, quas bonis male partis ditastis, sicut diuitiarum, ita & peccatorum, æternique incendij participes facitis & hæredes. Abscindite igitur omnia (qd dixi) à vobis peccata, cuncta quoque quæ ad peccandum vos inducunt, aut quæ sine pctõ agi non possunt, & sic studeatis Deo placere, bona assidue opera agere, Dei seruare præcepta, Dei zelari honorem, eius amore incommoda, iniurias & molestias sustinere, ne arbores inueniamini infructuosæ, autumnales, ac steriles eradicandæ, & in ignem mittendæ. Non leue putetis excidi, quomodo leue putandum non est, in ignem mitti.

Exercitia corporalia & pœnitentialia opa q referenda sint.

Bona opa in peccatis facta quid efficiant.

Pctã ci'q occasiões esse abijci medas,

Iudę 1

Duæ nanq; & distinctæ pœnę sunt excidi, & in ignẽ mitti, sicut duo sunt à Deo separari, & flammis infernalibus cremari. De quibus vide quid sentiat Chrysostomus, dicens: Multi gehennã horrent. Ego autem casum glorię illius multo maiorem pœna gehennæ esse æstimo. Intolerabilis est gehenna, etiã si ponat mille aliquis gehennas, nihil tale dicit, quale est excidere à gloria illa, odio à Christo haberi, & audire: Non noui vos. Nũquidigitur o filij pro tam breui, momẽtaneaq; delectatione peccati, tam immensum, æternumq; fine vlla spe liberationis sustinebimus cruciatum? Heu quam inanis est consolatio hęc quorundam desperatissima dicentium: Quid si ad infernum veneros? Inueniam ibi multo plures, non ero solus. Quemodo alij sustinebunt, sustinebo & ego. Proh filij, non ascendat huiusmodi cogitatio in cor hominis Christiani. Nihilo enim propterea inferni pœna erit tolerabilior, sed cruciatus eo maior, quo fuerit in multos diffusior. Neque enim ibi societas minuet, sed vehementer augebit pœnam. Nec locum ibi habebit cuiuidam prudentis sententia dicentis: Solatium est miseris socios habere pœnarum, quia grauis est ibi afflictio, intolerabileque odium inter eos, qui pœnas simul tolerant inferni. Dominus noster Iesus Christus nostri misereat, & faciat nos in vinea sua arbores bonas & fœcundas. Quod vt fiat, sua nos crebrius riget gratia, incrementaque nobis præbeat virtutum, qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Chryſoſt.

Excidere à gloria q̃ sit miserrimũ.

Matth. 25

Psalm. 61

SERMO IN EADEM DOminica. Quomodo lupi ac falsi prophetæ sint hæretici, & hodie qui sint hæretici.

H

ATtendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matthæi septimo. Nunquam ante hac tam necessaria nobis hæc fuit p̃monitio Christi, vt modo. Quare in hæc potissimum tempora respexisse videtur dominus Iesus, quando à prophetis falsis nobis cauendũ monebat. Prophetas aũt non eos vocat, q in veteri testamento vsque ad Ioannem Baptistam fuerunt, sed legis doctores, & eos qui prophetarũ scripta, qui veteris nouiq; testamẽti explanare

Prophetas q̃nã Christus hic vocet

nare cõtendunt scripturas, cuiusmodi hodie sunt multi, in multas sectas & hæreses Ecclesiam scindentes, vt impletum iam videatur, quod saluator dixit: Multi in illis diebus surgent pseudoprophetę, dicentes: Ecce hic, scilicet nobiscum, est Christus & Ecclesia. Quibus contradicent alij, dicentes: Non, sed ecce hic nobiscum. Videtur ne hoc impleri modo? Cum enim per vniuersum orbẽ vna pacata foret Ecclesia, ab apostolorum tempore ad nos deriuata, vna fides, vnũ baptisma, vna obedientia sub vno generali pastore & vicario Christi, successore scilicet sancti Petri pontifice Romano, venit ante paucos annos monachus pestifer Martinus Lutherus, qui totam ferme Germaniam in multas Ecclesias, imo in sectas & hæreses multas diuisit, eandem ab vna ac vera illa Ecclesia vniuersali separans. Non potest autem nisi vna esse Ecclesia, à qua quisquis se separauerit, de corpore mystico Christi se vt membrum aridum præscindit. Sicut enim palmes, quæ in vite non manserit, arescit, ita nisi in Christo qs manserit, nisi in corpore Christi mystico, hoc est, in corpore & in vnitate Ecclesię, in vnitate pstiterit fidei, particeps Christi spiritus, qui regit, nutrit, instruit, fouetq; corpus hoc Ecclesiæ, & omnia eius membra, non erit. Qui itaq; se ab illo separauerit, membrum non est Ecclesię, membrum desinit esse Christi, proscissus est à corpore Christi, imo seipsum proscidit, nec recipit gratiam spiritus Christi, qui Ecclesiam viuificat, sed arescit, moriturq;, vt excisus palmes, nulli rei quam igni vsui futurus.

Matth. 24

Lutherus quis fuerit, quidq; fecerit.

Ecclesiam non posse nisi vnam esse.

Ioan. 15

I

Itaq;, vt dixi, cum vna per vniuersum orbem esset Ecclesia, intra triginta annos quidam profilijt apostata monachus, qui cum multis sibi similibus apostatis monachis se ab Ecclesia diuidens, antiquas olim in concilijs patrum damnatas hæreses restituit, quibus quædam adijciens suæ impietatis figmenta, omnia instituta Ecclesiæ, ritus omnes Ecclesiasticos, officium diuinum, & quicquid ab apostolorum tempore per manus patrum nostrorũ nobis traditũ est, calumniatus est, temerauit, dannauit, deleuit, abiecit, & sine lege, sine canone colluuiem pessimorum hominum apostatarum, fidefragorumq; monachorum & monialium sibi assciuit, quos in nomine diaboli & suo coniunxit, vt simul crucifigerent carnes suas cum concupiscentijs suis, generarent filios & filias, semen iniquũ, malitia, egestate & calamitatibus plenum.

Lutherus quõ à catholica ecclesia defecerit, & in quantas impietates lapsus sit,

Galat. 5

Ex his suis discipulis in omnem Germaniam genimina misit viperarum, qui cõtra Ecclesiam, contra prelatos, contra summũ pontificem, contra monachos, contra sacerdotum cœlibatum, contra Missæ sacrificium, contra inuocationem sanctorum, contra Ecclesiæ sacramẽta, contra sanctos Ecclesiæ doctores prædicarent, imo vt rabidi, furiosiq; canes, detractionibus, mendacijsq; impudentissimis omnem honestatem lacerarent, atq; in omnia debaccharentur sacra. Qui principes quoq; nonnullos dementans traxit eo, vt non magis ad animarum salutem, sed ad monachorũ & clericorum bona temporalia inhiarent. Hi igitur sibi non Ecclesiam, sed synagogam Satanæ atq; Antichristianam sectam ædificantes, sese multiplicarunt. Ex quorum tamen apostolis & prędicatoribus multi, q̃modo à vera catholica Ecclesia ante deceserant, ita à matre quoq; sua adultera, hoc est, hęretica Lutherana Ecclesia deficiẽtes, denuo aliam multo adhuc corruptiorem sibi Ecclesiam finxerunt: & ex his alij itẽ multi sibi constituerunt aliam ab alijs diformem. Itaque varias inter se pugnantes Ecclesias & multas sibi erexerunt, non minus à se mutuo dissidentes, quã à vera Ecclesia orthodoxa & catholica. Quæ tamen omnes inter se in hoc vno consentiunt, vt Ecclesiam illam, quam à Christo recipimus, & quæ in hæc tempora durauit, durabitque vsque in finem, persequantur, lacerent & scindant. Eam ob rem, vt primo dixi, cum Lutherani dicant: Hic est Christus, nobiscum scilicet: ediuerso Carolostodiani aut Zuuingliani pugnant, dicentes contra hæreticam suam matrem: Nõ vobiscum, sed nobiscum est Christus. Quibus Anabaptistæ repugnantes, aliam constituunt Ecclesiam. Et vix est ciuitas aut dominium exiguum, seu ditio alia: quamo vix est pastor apud eos, qui alteri vicino in omnibus consentiat. Quoniam in rebellione, superbia & carnali concupiscentia hæc ab initio hæreticorum Ecclesia fundata est. Ideo sicut cœpit, ita proficit, & ita perseuerabit, vt ne inter hæreticos vigesimus quidem Luthero per omnia consentiat. Sed quotquot pene prædicantes, tot inter eos sunt dogmata. Iam vide Ecclesiam catholiçã orthodoxam à Christo

Luthera ni quõ erã à suo Luthero in pcipũ deficientes, inter sese dissentiãt.

Hæretici in quo solo conueniant.

Hæresis Lutheranæ fundamentũ cuiusmodi.

K

Ecclesia catholica ꝙ facile ab hæreticorum cõgregationibus discernatur

sto eandem, hucusq; manentẽ, in qua Christus, in qua apostoli, in qua omnes, quotquot fuere martyres, quotquot fuere confessores, quotquot miraculis, signis & prodigijs diuinis fuerunt clari, quotquot sancti, quotquot doctores Ecclesiastici recepti, quotquot deniq; Ecclesiasticis & probatis concilijs interfuere, vixerunt: & tunc e regione statue perditissimorum, fidefragorum, apostatarum, aliorumque inde nascentium, & inter se acerbissime digladiantium, sectas infra triginta annos natas, & introcat, vel idiota, vel paganus priuato affectu carens, & interrogetur, vbi fit Christus, vbi Ecclesia: num alibi, dicet, quam vbi semper fuit, & est, & erit? Hoc est, apud eos, quibus seipsum tradidit, & ex quibus Ecclesiam sibi constituit, quæ in præsentẽ perseuerat diem? Nonne apud eam, quę hactenus inter tot impugnationes hæreticorum sola perstitit & vna, & huc vsq; perseuerat, perseuerabitq; vsq; in finem mundi? Quotquot igitur ab illa deficiunt, quotquot ab ea se separant, plane hæretici sunt.

Sed dicit quis: Olim hæretici se macerabant ieiunijs, erogabant eleemosynas, faciebant orationes multas, atque huiusmodi

Matth. 7

ouium vestimentis se (vt ait Christus) contegebant. Hi vero non minus ieiunia virtutumq; odiũt exercitia, quam diabolus crucem. Quomodo sunt igitur ouium vestimentis induti? Dicẽdum, quum adhuc ferueret charitas in Ecclesia, quisquis habebat charitatem, quo eandem habuit maiorem, ea maiora, perfectioraq; fecit opera. Tũc ergo quasi viros perfectos simulabãt se hæretici, in omni continentia & castitate, quo fallerẽt homines iuxta exteriorem hominis faciem sanctitatem æstimantes: nunc vero cum refriguit deuotio, refriguit charitas, & ad effrenem luxum profiliãt omnia, etiam hæretici aliũ inuenerunt modum se palliãdi. Cum enim nolint pijs vacare operibus, alia huic tempori magis cõgrua fallunt impositura, puta vt scripturis perperam interpretandis vtantur, nihil, ꝙd manifeste in scriptura non habetur, recipiant, bona opera, externaq; damnẽt, sola fide se asserãt saluãdos. Eos vero, q bona opera agũt, derideãt, illis insultẽt, qui Ecclesiæ obseruãt præcepta, illis exprobrent, ꝙ suis operibus exinanire velint dñi redemptionem, quod in operibus suis confidãt, hisq; mercari velint regnum cœlorũ: contra vero, eorum fidem prædicent excellentissimam, glorientur, quod nihil boni operis agunt, vnde sibi mercedem sperent reddendam. Hoc modo de mundo, qui nunc totus est carnalis, infinitũ gregem, qui se sequatur, inueniunt. Attendite igitur

Matth. 24

Quibus ouiũ vestimentis occultauerint se olim hæretici, qui busq; hodie.

L

Matt. 7 Vestimenta ouium vestimenta sint.

filij ab illis falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Ouium sunt vestimenta hodie, scriptura sacra, verbũ Dei, Euangelium iuxta literam: cuius nullã recipiunt vel Ecclesiæ, vel sacri doctoris expositionem, sed suam tantum, hãcq; adeo latam, vt quicq; detrahunt, mordeantq;, dicant verbum Dei. Hoc itaq; verbo Dei deprouato abutuntur, sub hoc se fuco muniunt, omnemq; idcirco Ecclesiasticam obedientiam explodũt. Hæc itaq; Ecclesia Lutheranorum intra triginta annos nata, & aliæ inde Ecclesiæ Satanæ, quasi ex vipera pariente eruptæ, nunquid Ecclesia seu Ecclesiæ (nihil em̃ fortasse apud eos refert Ecclesiarum, tum varietas, tum multitudo) dicendæ sunt? Minime. Manẽdum igitur in ea Ecclesia, quæ fuit, est, & erit semp vna & sola. Nam illorum hæresiarchas ex eorũ fructibus cognoscetis. Qui enim fructus sunt eorum, nisi dolosę circumuentiones, impostura, rebellio, inobedientia, maledicentia, nulla castitas, sobrietas nulla, temeritas, animositas, derisio, persequutio, rapina, ad exilium relegatio, bene agendi prohibitio, cultus diuini proscriptio, & totius Ecclesiastici status, ordinis, ritusq;, ac omnium sacrorum exterminium? adeo vt inter Turcas & Arabes præstaret viuere, quã inter perfidos hos corruptissimæ fidei Antichristianos. Credite mihi, clamãt ore verbum Dei, clamant Euangelium, sed nõ fuerunt vnquam hæretici, in quorum vita minus eluxit de verbo Dei, quam apud illos perditos homines ad malefaciendum natos. Vbi enim persuasum illis fuerit, vt peccata omnia eorum sint dimissa absque vlla confessione, & vt pro illis nullam pœnitẽtiam teneantur agere, vt nullũ sit quoque purgatorium, quo nondum purgati mundentur: sed cruenti etiam animarũcidæ, & quotquot fuerint scelerati, modo dicant: Deus propitius esto mihi peccatori, licet in hæresi, in peccatis suis obstinati maneant, illico ad æterna gaudia euolabunt, ea scilicet, quæ Mahumetus suis, quos dementauit, promisit. Attendite igitur

Luthernis nati fuissent hæreticorũ stilenores.

Luce 11

M

filij, cauete vobis à falsis illis ꝓphetis, à seductoribus, ab Antichristianis, qui ore tãtum laudant Euangelium, Christum ore ac verbis confitentur, vita autem & operibus negant. Ne patiamini vos seduci, vt latam viam perditionis, quã paulo ante hoc Euangelium dominus cauendam monuit, ingrediamini. Quam reuera illos amplecti, & arctam viam, quę ducit ad vitam, execrari, nemo nisi totus cæcus non dicet. In manifesto eorum est vita plusquam paganica, sine cultu, sine deuotione, sine affectione, sine Dei amore, sine pace, fine obediẽtia, & (vt dici solet) sine cruce, sine luce, sine Deo. Videte igitur, quam inanis & stulta eorum est gloriatio dicentium, aut per Lutherum, aut per eius (vt ipsimet vocant) antesignanum Erasmum Euangelium in lucem venisse. Absit autem, vt antẽ habuerimus Euangelium, à castis, sanctisq; viris optime de Ecclesia meritis, Augustino, Hieronymo, Ambrosio, Hilario, Chrysostomo, cum innumeris alijs explanatum, quamuis hæc tempora poposcerũt in scriptura diligentius versari, & scrutari eas penitius: quo vafriciei hæreticorũ, qui scripturas à genuino sensu ad suas impietates detorquent, catholici doctores respondeant, atque eorum tumidam animo sitatem obtundant. Absit, inquam, vt Moria, Antibarbarorum, puerorum colloqa, multaque alia sint Euangelium. Absit etiam, vt Lutheri blasphemias Euangelij nomine Christianus aliquis dignetur. Nobis nunquam Euangelium fuit absconditum. Hoc ab initio in Ecclesia claruit semper.

Matth. 7

Tit. 1

Matth. 7

Erasmus vt fuerit antesignanus Lutheri.

Ex qbus fructibus hodierni cognoscitur hæretici.

Erasmi opuscula vt repugnent Euãgelio.

Cæterum quod ipsi vocant Euangeliũ, & verbum Dei, vtinam semper sub scamno latuisset. Vtinam temeritas tanta hominibus ad rebellandum, tam effrenis ad peccandum licentia nunquam prędicata, nunquam data fuisset. Sed oportebat hęreticos tutari famam. Oportebat eos ita docere, q̃modo viuunt, quo persuadeant plebi fic licere, & hoc per adulteratam sacram scripturam, & à vero ad impium sensum aliquem contortam, quo plebi indoctæ satisfaciãt de turpi sua vita, & homines ad contemptum Ecclesię inuitent. Verum quia, vt est omniũ hęreticorum consuetudo, per fas, nefasq; sua impia dogmata quærũt dilatare, & pctã nostra nunc exigunt, vt illi numerum pctõrum suorum impleãt: nos vero Dei, sanctorumque blasphemias, impietates, Ecclesiæq; contemptum videntes

N

Consuetudo hæreticorũ olim quæ sit.

dolore torqueamur. Proficiãt quidem ipsi semper in peius, vt fordescãt magis adhuc, & seducti alios quoq; seducant. Itaq; nos illos interim intelligimus, à quibus tanquam à dolosis peruersorum dogmatum fabricatoribus cauendum nobis dominus monet. Ipsi arbores sunt malæ, quia iam eradicatę, excisęq;, & quatenus fructum bonum attinet, steriles: seductionum vero & seditionum introductores callidissimi, fœcundissimiq;, qui tempore opportuno ab eo, cui modo seruiunt, superbiæ, inobedientiæ, detractionum, spoliorumq; ac aliorum pctõrum suorum stipendia recipient. Neque enim illis proderit, quod dixerint modo: Domine, domine, quia non faciũt voluntatem ipsius. Quin etiam ab alijs ei (licet non minus propterea laudato) laudes & preces tollunt. Ieiunia, vitiorumque prohibẽt mortificationes, opera bona studiaq;, quæ ipse in nobis & nobiscum operatur, ipsi damnant, atq; ex diametro contra Christi pugnant Ecclesiam. Vos autem filij charissimi, quicquid illi obganniant, rideant, obstrepãt, sicut didicistis, sicut ab antecessoribus accepistis vestris. Deum timete, Deum honorate, Deũ diligite, Deo obedite, hoc est non solum præceptis eius, quæ in scriptura sancta vobis mandat, sed & vbi præpositis, prælatis, potestatiq; vos subijcit, ibi subiecti estote magistris & prælatis vestris, imo sicut scriptum est, omni etiam creaturæ propter Deum. Non oportet vt omnia sint in scriptura (quæ vobis à prælatis, aut dominis vestris iubentur) expressa, quandoquidem satis adstringit vos verbum Dei ad obedientiam, ꝙd hominibus vos subijcit, illisq; vt obediatis ꝑcipit.

Apoc. 20

Iob. 15 Iudæ 1 Luthera non exercitia quæ sint.

Matth. 15

1. Petri 3

Sed quare (inquis) hæreticos lupis cõparat dominus? Dicendũ primo, quia lupus pastoris obseruat dormitionem, vt ouem strangulet. Hoc modo hæretici quoque vtuntur, mortiferum semen suum seminantes dormitantibus prælatis. De quo habemus parabolam à Christo similem dictam de eo qui bonum semẽ seminauerat in agro, in quo tamen paulo post apparuerunt zizania. Interrogatus itaq; dñs, vnde zizania in bono crescerẽt agro & inter bonum semen, respondit: Cũ dormirent homines, id est, cum non vigilarẽt prælati & domini, venit inimicus eius, & super seminauit zizania. Permittit aũt dominus hoc fieri, vt pastores vigiles teneat. Nã Augu-

O

Ambros. Lupis cur assimilentur hæretici.

Marc. 13

Auguſtin. ſtinus, Ideo, inqt, diuina prouidentia multos diuerſi erroris hereticos eſſe permittit, vt cum interrogant nos ea, quæ neſcimus, diſcutiamus pigritiam noſtram, & diuinas ſcripturas reuoluamus. Dicit autem & Apoſtolus: Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Secundo, quia luporum eſt ſtudium gregem diſpergere, non adunare, vt in Ioanne habemus: Lupus autem rapit & diſpergit oues. Alibiq; Chriſtus: Qui non colligit, inquit, me cum, diſpergit. Vocantur autem hæretici hic non ſolum lupi, ſed lupi etiam rapaces. Quia genuinũ ſenſum ſacræ ſcripturæ auferunt & abſcondũt: erroneum autem ſenſum, quem ſibi finxerunt, illius loco mendaciter ſupponunt, quia ſcripturis non vtuntur, niſi vbi illam ad errorum ſuorum poſſunt vertere confirmationem. Neq; eñ docere volunt, ſed ſeducere: ſed ea, quæ in ſcripturis ſibi contraria ſunt, tacent. Exponunt ſcripturas quidem, ſed quærunt non quid dicat ſcriptura, ſed quid ipſi dictum velint, vt hoc inde extrahant, quod perſuadere volũt hominibus. Sed vobis ore Pauli loquitur Eccleſia vera, Eccleſia catholica, Eccleſia orthodoxa. Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter id, quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædixi, & nunc iterum dico: Si quis vobis euãgelizauerit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. Hæc ad corverba filij recipite. Eccleſia mille quingentis, & amplius, annis, hoc docuit, quod eadem nunc hodie quoq; docet. Illud ſeruate, & ſiue Lutherus, ſiue Oecolampadius, ſiue Zvuinglius, ſeu alij pſeudo apoſtoli Antichriſti, q in ſuis nunc præcurſoribus, quæ facturus eſt ipſe, præludit, vobis aliud euangelizauerint, quam hactenus ab Eccleſia vobis euangelizatum eſt, anathema ſit. Et de hoc plus, quam ſatis. Si interrogare nunc pergis, cur bonæ arbori Chriſtus hominem comparauerit. Dico illum non leui, aut vulgata id ratione feciſſe. Primo enim, niſi radicem arbor habeat integram ac ſanam, & niſi humorẽ, fomitemq; habeat vnde nutriatur (iuxta illud Iob: Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore, aut creſcere catarectum ſine aquæ) neceſſe eſt vt pereat. Radix hominis ſancti, qui creſcere debet & pfici, eſt charitas. Hęc ſi viuat in homine, nobiles fructus producit: non enim poteſt ignobiles producere, quippe quæ præſtat arbori, id eſt, homini, folia, flores & fructus, hoc eſt, verba, conſilia & opera ſecundum Deum, & in Deum ordinata. Si enim radix ſancta, & rami. Si radix nutritur, fœcundantur & rami. Radix autem, vt dixi, eſt charitas, qua operamur bonum, & vnde habet opus, vt vocetur bonum. Inde enim ſurgit arboris fœcunditas. Inde folia, flores & fructus generantur. Hoc eſt, inde verborum vtilitas oritur, inde prudentia in conſiliis, inde ſanctitas intentionis in opere lucet. Iuſte igitur arbori comparatur homo, cuius omnia virent ex radice charitatis. Quam nobis ſemper adeſſe, virere, creſcereque faciat dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Arbori bonæ cui Chriſtus hominem comparauerit. Iob 8

Galat. 1

Romã 11

DOMINICA IX. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epiſtola B. Pauli apoſtoli I. ad Corinthios X.

XVIII.

Exodi 32

Nume. 25 Nume. 21

Exodi 16 & 17 Num. 16

NOnſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi cõcupierunt. Neq; idololatræ efficiamini, ſicut quidã ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque fornicemur, ſicut quidem ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vno die viginti tria milia. Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & a ſerpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerũt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebãt illis. Scripta autem ſunt ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio

tatio vos non apprehendat, niſi humana. Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A BEatiſſimus Paulus apoſtolus, vbi multa Dei beneficia ad Corinthios ſcribẽs, ludęis exhibita recẽſuit, quę in figura illis cõtingebant, vt beneficia Chriſtianis eadem vere exhibenda ſignificarẽt, tandem etiam ludæoꝝ taxat ingratitudinem, q poſt tranſitum maris rubri, poſt angeloꝝ cibum illis pręſtitum, poſt potũ ſpiritualem ad promiſſam hæreditatẽ nõ peruenerũt, ſed peccatis illoꝝ exigentibus perierunt in deſerto, volẽs ſignificare Chriſtianis quoq; ſimilia mala parata, ſi poſt baptiſmi gratiã, poſt Euchariſtiæ, hoc eſt, corporis & ſanguinis Chriſti ſumptionem, ſi deniq; poſt alia bñficia permulta ingrati peccauerint. Iudæoꝝ enim bona à Deo recepta, & mala per ingratitudinẽ ſuã perpęſſa nobis ſunt in figurã, & vt caueamus, nos cõmonefaciunt. Seqtur itaq; hodierna lectio. Non igitur ſimus cõcupiſcentes maloꝝ, dehortante nos quoq; Eccleſiaſtico, ac dicente: Poſt cõcupiſcentias tuas non eas. Qd'quidam ludæoꝝ nõ fecerunt, qui cibos Aegypti, carnes ſcilicet, poſt manna per concupiſcentiã petierunt. Nos vero cõcupiſcentijs frænatis & profligatis iuxta rationem viuamus, ne ſimiles ſimus incredulis & rebellibus illis, qui tentauerunt Deũ in cordibus ſuis, vt peterẽt eſcas animabus ſuis. Neq; idololatriæ, inquit, ſicut quidam ex illis efficiamini, qui adorauerant vitulum aureum, dum Moſes foret in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quemadmodũ in Exodo ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, hoc eſt, poſt eſum & potum ceperunt in vituli honorem ludos & choreas ducere. Neq; fornicemur, ſicut quidã eorum fornicati ſunt, puta qui cum filiabus Madian de earum ſacrificijs edentes, & adorantes earum deos, fornicati ſunt. Quamobrem in vltionem peccati ceciderunt in vna die viginti tria milia. Occiſi autem ſnut hi, qui peccauerunt, ab alijs fratribus ſuis filijs Iſrael, Moſe id iubẽte. Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tẽtauerunt, Tentando Deũ etiã Chriſtum ſecundũ diuinitatẽ tentauerũt. Chriſtus eñ Deus, & patri coæternus eſt. Ideo ad Hebræos dicit Apoſtolus: Chriſtus Ieſus heri & hodie, ipſe & ante ſecula. Nã dũ filij Iſrael caſtra metarentur in Raphidim, vbi non erat aqua, iurgati ſunt cõtra Moſen pro penuria aquæ, & q illos de Aegypto eduxiſſet in ſolitudinem, vbi non eſſet aqua, tentaueruntq; dominum, dicentes: Eſt ne Deus in nobis, an non? Propter perfidiam itaq; hanc & diffidentiam, miſit in illos dominus ignitos ſerpentes, qui eos mordentes necarent, vt in Numeris legitur: ideo dicitur hic, quod à ſerpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis, aut cõtra Deum, aut contra ſuperiores, prælatos, ac proximos veſtros, ſicut quidam Iſraelitæ murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore, id eſt, ab angelo percutiente, qui eos exterminauit de terra promiſſionis, nõ vt illos de terra quam ingreſſi eſſent ejiceret, ſed vt vltione prævenięte eos, ne ingrederentur, præpediret. Sæpenumero enim murmurauerunt contra dominum & Moſen. Nam filij Core, Dathan quoq; & Abiron, quos cum illorum filijs & habitaculis terra ſe aperiens deglutiuit, vniuerſaq; multitudo murmurauit, quorum magna ſæpe turba proſtrata eſt in deſerto, donec ad vnum omnes, quotquot de terra Aegypti exierãt in deſerto, per quadraginta annos conſumpti ſunt, præter Caleph & Ioſue. Hi ſoli ex numeroſa illa multitudine, qui egreſſi de Aegypto fuerunt terrã promiſſionis cũ filijs eoꝝ, qui in itinere perierant, in deſerto natis introierũt. Hæc autem omnia ſupplicia in figura illis contingebant, quæ nobis ſignificarẽt maiora tormenta parata, ſi illorum fuerimus imitati pctã. Scripta ſunt autem propter noſtram correctionem, vnde à peccatis eorũ exẽplo deterreamur. Propter nos, inquã, in quos fines ſeculorum, vltimaq; mundi ætas deuenit, ſcripta ſunt, qui hæc lecturi ſumus. Itaque nemo ſit ſecurus, ſed qui etiam ſe exiſtimat ſtare (Exiſtimat, inquam, quia neſcit, an ſtet, nec ne, & falli poteſt) Videat tamẽ de futuro ſuo ſtatu magis in-

Ecclę. 18

Num. 11

Pſalm. 77

Exod. 32

Ibidem.

Nume. 25

Hebr. 10

Exod. 17

Nume. 21

Num. 16

Num. 14

B

certus,ne cadat.Itaq; cauete, tãetſi labi vos cõtingat,ne cadatis. Tẽtatio vos nõ apprehendat,hoc eſt,in conſenſum non pertrahat niſi humana, puta quæ eſt de culpis venialibus,&primis motibus peccatorum grauiorum,ſine quibus leuioribus hic nõ viuitur.Ideo autem ſit tẽtatio veſtra humana,vt inde ſicut hoĩes creſcatis ad meliora, non quo vitĩs,vt dæmones,ſuccumbatis.
Matth. 28 Fidelis autem eſt Deus,& verax in promiſſione,qui dixit:Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationẽ ſeculi,quia non patietur vos tẽtari ſupra veſtras vires,ſiue naturæ ſiue gratiæ, ſed faciet etiam cum tẽtatione prouentum,hoc eſt, vtilitatem in vobis operans,ſeu profectum ſpiritualem,dãſq; vobis gratiam,fortitudinemq; reſiſtendi, vt poſſitis ſuſtinere. Nouit eñ qui noſtrã quærit vtilitatem,quando tentationis procellã ſinat exurgere,nouit quando & quomodo inſurgentes debeat tempeſtates reprimere.Omnis nanque tentatio,ſi opem non ferret Deus, vires noſtras excederet. Juxta vniuſcuiuſque igitur vires,tentationes & grauamina moderatur Deus,vt fortioribus maiora det prælia, infirmioribus leuiora.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ nonæ poſt dominicam ſanctæ Trinitatis, Lucæ XVI.

C RECte poſt Euangelium proxima ſuperiori dominica nobis pronunciatum, in q̃ non ſolum mala opera,ſed ſterilitas q̃que reprobatur arboris,nec malefactores tantum,ſed etiam arguuntur ociоſi:hodie ſequitur Euangelium,in quo conſiliũ nobis datur,parabolicaq; ſimilitudo,quomodo prudenter nobis proſpiciamus ipſi nunc, ne confutemur, damnemurque in egreſſu.Nunc igitur de ratione cogitemus reddenda, antequam rationis reddendæ tempus adueniat. Nihil eñ dominus noſter ſalutare tacet,ſed conſilia addit conſilijs, quia miſericordiam ſuam ſuper nos ſemper effundere quærit vberiorem: hoc vnum cupiẽs quo nos ſemper inueniat dignos,in quos miſericordiam,ſalutem,charitatem,dona, beneficiaq; ſua effundat.Itaque dicit:

Homo quidam erat diues,qui habebat villicum.

Homo q̃ diues qui fuerit,

Quis iſte fuerit homo, tametſi quorundam ſententiæ variare videantur,nihil tamen refert,cum idem maneat ſenſus.Nam alĩ dicũt Chriſtum,alĩ Deum ſignificari, æqua vtrobiq; eſt expoſitio. Siquidẽ Chriſtus cum ſit Deus & homo, nõ minus propterea hic intelligitur, ſi quis per hominẽ velit intelligi Deum. De hoc Baruch ſcribit:Qui fecit ſtellas,hic Deus noſter eſt.Et poſt hæc in terris viſus eſt,& cũ hoĩbus cõuerſatus eſt.Dicitur autem Deus pater q̃q; homo,vt ibi:Simile eſt regnum cœlorum homini regi,q̃ fecit nuptias filio ſuo.Propter benignitatem enim diuinæ clementiæ,qua nobis condeſcendit, noſque humaniter ac miſericorditer tractat, non incongrue homo dicitur. Dicamus igitur: Homo quidam, hoc eſt, Chriſtus erat diues.Sed quomodo,inquis, Chriſtus, qui extremam hic paupertatẽ pertulit, homo erat diues?Audi: Cũ eſſet diues, inq̃t Apoſtolus,pro nobis egenus factus eſt, vt eius inopia nos ditaremur.Quantum ad vſum attinet rerum temporalium,&iuxta humanam conuerſationem, nihil in hoc mũdo Chriſtus proprium habuit, cuius tamen mundus erat,& omnia quæ in eo ſunt.Secundum diuinitatem nanque ei cum patre eadem eſt opulentia, eadem maieſtas, vnaq; plenitudo. Secuudum diuinitatem quoq; diues eſt in theſauris corporalibus. Cuius enim ſunt omnia, qui nullius eget, ſolus beatus,& in ſe perfectus, quomodo hic diues dici non debet,ſi quiſpiã vocandus eſt diues?Ipſe igitur ſolus eſt dominus rerum temporalium:nos vero tantum eius ſumus diſpenſatores.Deinde,quõ egenus potuit fieri iuxta aſſumptam naturam humanã,niſi qui ante fuerit diues? ſicut Apoſtolus dicit:Cum eſſet diues, p nobis egenus factus eſt. Deinde in ſpũalibus diues eſt,ſicut Epheſijs ſcribit Paulus,dicẽs: Deus autem qui diues eſt in miſericordia. Eſt tertio diues in cœleſtibus,vt Pſalmus affirmat: Gloria & diuitiæ in domo eius. Itaque in exterioribus quidem & humanis vſibus filius hominis non habuit, vbi caput ſuum reclinaret,licet id paupertatis & inopiæ non propter ſe,ſed propter nos, vt ſpiritualibus nos per eum diuitĩs implerẽmur,ſuſtinuit.

Homo quidam erat diues. Ioan.1

2.Cor.8

Ephe.2

Pſalm.11

Lucæ 9 Matth.8

Qui habebat villicum.

D Villicus Dei quis ſit.

Villicus Dei ſeu Chriſti homo eſt, in ſpiritualibus quidem prælatus,in tẽporalibus princeps,in vtriſque nihilominus quilibet Chriſtianus.Accipitur autem hic villicus pro œconomo aut diſpenſatore. Omnes itaq; nos ſumus huius diuitis & domini ſerui ac diſpenſotores. Nemo enim non aliquod ſibi ab eo commiſſum, vt negocietur,talentum accepit: quod vni cuique idcirco vt illud multiplicet, commiſit,non quo fiat ipſe ditior, ſed vt nos faciat ditiores,& pro fidelitate nos remuneret:ſi tñ non noſtrũ commodũ aut vtilitatem temporalem,ſed illius quærimus honorem.Sumus enim eius ſerui ac diſpenſatores ſeu villici. Nec tamen nos elegimus eum,ſed ipſe elegit nos,& poſuit nos, vt eamus & fructum adferamus, & fructus noſter maneat.Commiſit nobis bona ſua, naturæ ſcilicet dona,fortunę quoque,quę ſunt temporalia,& mutabilia, item & bona gratiæ:quæ omnia in alios diſpẽſemus, quibuſque vtamur ad gloriam eius,&quę vt ipſe dicit,ponamus ad ſpiritualem vſuram,vt lucrum nobis (vbi proximis eadẽ diuiſerimus & vbi bonorum noſtrorum, hoc eſt,bonorum à domino acceptorum alios participes fecerimus)duplicatum ad nos redeat.

Ioan.15

Bona ſpiritualia Deus nobis cõmiſerit.

Matt.25 Lucæ 19

Et hic diffamatus eſt apud illũ,quaſi diſſipaſſet bona ipſius,

Rom.8 2.Cor.7

Vt ante dixi, vnuſque eſt domini villicus,quia nemo eſt qui non à domino acceperit bona,nemo eius bonis non vtitur. Propterea ſolus ipſe vocatur diues,q̃ à nemine aliquid accipit, omnes autem ab eo. Pro his itaque quæ tu recepiſti, ſcilicet p corpore,pro anima,pro vtriuſque hominis dotibus ac viribus,puta pro ingenio, memoria,robore,pulchritudine, pro nobilitate,honore,diuitĩs,pro amicitia quoque hominum & gratia inter homines cõuerſandi,teneberis tẽpore opportuno rationem Deo reddere.Nihil enim habes q̃d non accepiſti. Et ipſe execrabitur iuſte, ſi ſuis acceptis donis ad ſui contumeliam tu vſus fueris.In temporali enim diſpenſatione humana totum eſt domini,quicquid de negociatione aut labore ſerui partum fuerit.Deus autem & dominus noſter vtilitatem omnem in his,quæ ſeruis ſuis commiſit,relinquit illis,modo ad honorẽ Dei, & iuxta eiuſdem beneplacitum hæc expendant. Sed villicum hunc quis diffamat apud dominum? Clamat certe contra nos diabolus,qui ab angelo accuſator vocatur fratrum noſtrorum,hoc eſt,hominum, q̃s angeli ſancti non dedignantur agnoſcere fratres.Accuſant nos opera noſtra,diffamat tandem propria conſcientia.Itaq; diffamatur villicus,quod bona domini diſſipauerit.Hoc dominus ſæpe in prophetis contra animam conqueritur adulteram, quod aurum & argentum,panem & vinũ, aliaque monilia & precioſa,quæ illi dederat dominus,donabat ipſa amatoribus ſuis,cum quibus fornicabatur.Sic tu quoq; ſi ad voluptatem, ſi ad gloriam propriam, ſi denique ad domini tui iniuriam ac contumeliam donis Dei fueris abuſus, mox huius rei fama, operumque tuorum clamor(vt in Geneſi legimus de Sodoma) ad dominum aſcendens te accuſabit.

Apoc.12 Accuſatores noſtri ante Deũ ſint.

Proquib' ratio reddenda ſit Deo.

Eſaiæ 54 Ezec.16.23 Oſee 4

Gene.18

Et vocauit illum,& ait illi:Quid hoc audio de te?Redde rationem villicationis tuæ.Iam enim non poteris villicare.

Multipliciter hominem dominus vocat.Vocat prædicatione.Namdum verbũ Dei audis,ſi compungeris,ſi vitam mutare decernis,ſi peccata deſerere proponis, intra te eſt,in corde tuo quoque eſt,qui te vocat.Extra quidem vocat per Dei verbum, ſiue lectum,ſiue prædicatum, ſiue meditatum id fuerit,intus per inſpirationem.

B Deus vt vocet hominẽ prædicatione

Vocat deinde exemplo alieno, aut conſolando,aut terrendo. Ante oculos tuos moritur homo qui bene vixit, qui Deum timuit,Dei honorem zelatus eſt, Dei ſeruauit mandata.Moritur autem, ſed prius de peccatis ſuis dolens confitetur,& in bona fiducia ad Deum emigrat. Vide quid tum cogitas.O quam iucundum foret ſic bene ad mortem diſpoſitum mori, & tranquille ab omni deſperationis metu, aut puſillanimitate ex hoc mũdo egredi.Quã felix eſt,qui hic vixit,vt felix quoque moriatur.Vtinam ego huiuſmodi mortem felicem inueniam. Hæc cogitans tecum loqueris.Hic itaque vocat te dominus:vocatio tui eſt ad meliorem vitam.Vides ſceleratum alium iuxta aleam occidi, aut iuxta concubinam mortuum inuentum,

Deus quõ vocet alieno exẽplo

aut ebrietati mortem sociasse. Terreris, parum habens spei de illius salute, quem in peccatis suis (vt timendum est) impœnitẽtem vides obijsse mortem. Times tibi (quãdoquidem paria meruisses) similia euenire. Statuis igitur te corrigere, meliorique quam ante hac vita Deo seruire. Et hic à domino vocaris. Vocaris tertio infirmitate, paupertate, carcere, ignominia, & alijs incommodis multis. In quibus vt ad cor redeas, vt vitam in meliora mutes, vt ad Deum te conuertas, tibi inspiratur. Hodie igitur filij, id est, non vltra aut longius differendo, si domini vocem, si vocationem hanc audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sequitur enim vltima vocatio, postquam remorari aut dissimulare non licet diutius. Hæc aũt vocatio vltima sit hora, qua non putatis. Erit enim vobis incertum, quando dominus venerit, an mane, an vespere, an in galli cantu. Ideo horam illam præmeditemini, præueniatis, vt in quacunque vigilia, siue hæc dicatur prima, siue media, siue vltima, dominus veneret, hoc est, siue in pueritia, siue in iuuentute, siue in senectute vos dominus vocauerit, inueniat vos vigilantes & paratos, vt pulsanti, confestim aperiatis. Secundum Chrysostomum Deus vocat, quando timore mortis concutit hominem, hunc que propria conscientia reprehendit. Dicit enim: Quotidie nobis talia exclamat dominus, ostendens fruentem in meridie sospitate, postquam vesperascit, exanimem: & alium inter prandia expirantem, & diuersi diuersimode ab hac villicatiõe discedimus

Deus qui vocet ad se infirmitate.

Psal. 94

Deus vti vocet per mortem.

Mat. 25

Luce 12 Chryso.

F

Dicit itaque dominus villico: Quid hoc audio de te? Diffipas bona mea tibi in salutem data. Abuteris in tempore, ætate, viribus, pulchritudine alijsque donis meis, quæ ad luxum & voluptatem tibi, & alijs in perniciem conuertis. Redde rationem, hoc est, para te ad reddendam rationem villicationis tuæ. Siquidem post hac non villicabis, quia villicandi tempus terminatum est, & in proximo est, vt ex hac vita demigres. Videtis filij, cuiusmodi onus nobis incumbat. Dona Dei multa recepimus. (Quid enim habemus quod non sit Dei donum?) De singulis rationem nos reddere oportet. Sed quid charissimi de operibus respondebimus, qui vnam non possumus excusare cogitationem? Et tamen discutiemur etiam de cogitationibus & verbis ociosis. Si quid enim in nobis vel ociose dictum cogitatumve inuentum fuerit per pœnitentiam non deletum, de hoc à nobis exigetur certa, indubitataque ratio: nec minima culpa carebit supplicio. Videbimus autem tunc infinitas culpas quas modo in nobis non videmus. Et hæc potissima est ratio, quare etiam Deum timentes & pij homines, qui nihil temporale diligunt, hanc vltimam horam formident. Ad hanc rationem reddendam, nihil prodest magis, nihil tam efficaciter succurrit, quam vera profundissimaque humilitas, quæ de se suisque omnibus operibus desperans, subijcit se Deo, & indignam se æstimat, non solum regno cœlorum, sed etiam gratia & quouis vel exiguo beneficio Dei. Nihil igitur in suis confidens meritis misericordiam Dei vnam postulat: huic credit, huic se committit, dicens: Misericordissime Deus nõ est in me bonum, nec ratio quare salues me. Ex me quidẽ desperare possem, sed in te est vnde non diffidere debeo. Vna est nanque ratio quare ad te clamo, quare in te spero. Misericordia tua est magna & infinita. Miserere igitur mei Deus obsecro, secundum magnam misericordiam tuam.

Ludicij horæ cur vltima sit tima da.

Rationi reddendæ qd suffragetur maxime.

Psal. 50

Aít autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco.

Timor periculaque sæpe incautos ad mentem reducunt. Sic contigit huic villico quoque, vt tunc tractaret quomodo euaderet, cum immineret periculum. Tu vero antequam periculum incideris, illud præmeditare futurum, ac tibi prospice. Propterea hortatur nos Paulus, dicens: Dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes. Christus quoque: Ambulate, inquit, dum lucem habetis, & dum dies est. Et Salomon: Quodcunque potest manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Ait itaque villicus intra se: Quid faciã? Non tractauit cũ amicis, nõ doctores consuluit: quia in hac re amici nihil tibi prodesse possunt. Nemo in rem tuã tibi, sed oẽs quod sibi prosit, consuluit. In teipso igitur, quomodo prospiciendum tibi sit, vt felicem horam inuenias, cõsidera. Aut cũ vt te pares ad rationẽ red-

Gal. 6

Ioan. 11 Eccl. 9

2. Cor. 4

reddendam, aut modo, quamdiu supplicãdi tempus est, vt cum domino tractes, veniam petens & misericordiam, necesse est. Deinde vide, quia non dicit, Quid dicã? Omnis enim tunc eloquentia muta erit. Nulla iuuabit excusatio, quia aperta & nuda erunt omnia coram Deo. Vidit igitur, quia nihil poterat tunc verbis excusari, ideo dicit: Quid faciam? Fodere non valeo, id est, assuetus non sum dura pœnitentiæ opera agere, ieiunare nõ valeo. Corporis me grauat afflictio, & totus pœnitentiæ rigor mihi contrarius est, ætas, complexio tenera & delicata consuetudoq; inolita me faciunt ad laborem ad corporis exercitationẽ, & ad fructus pœnitentiæ dignos ineptum. Mendicare erubesco. Ab alijs suffragia, intercessionesque mendicare erubesco meritorum. Omnes enim ipsi egent misericordia Dei, & nemo est qui credere ausit ad salutem sibi non deficere sua. Accedit quod circa rationem reddendam tunc mendicãdi tempus nullum restat.

Heb. 4

Rom. 3

Scio quid faciam, vt cũ amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

G

Sibi vtile consilium prospexit, quo haberet, vt sustentaretur amotus ab officio suo. Neque enim domino suo, sed sibi vtiliter consuluit. Est igitur hæc similitudo non in omnibus imitabilis, sed in hoc tantum, quod in hac vita prospiciamus nobis, prudenterque videamus, ne vndiq; videamus, ne vndique maneamus exclusi & desolati. Est itaque hæc parabolę significatio: Cum opera magna pœnitentiæ agere non sufficimus, misericordijs pauperum peccata nostra redimamus. Indicat enim nobis dominus quam sapienter fecerimus, si de bonis suis (omnia enim nostra ipsius sunt) pauperibus largiamur, facientes eos amicos de mammona iniquitatis. Vocant enim diuitiæ iniquitatis, i. inæqualitatis, qa inæqualiter sunt distributæ: Nẽpe vt vnus abundet, alius egeat. De his itaque diuitijs (licet sint domini) vtiliter nobis prospicimus, si mendicis eas erogamus, si nobis in paupibus q̃rimus amicos, q̃ suis nos apud Deũ iuuẽt oratiõibus, atq; adeo eleemosyna ipsa p̃ nobis clamet ad Deũ, sicut scriptum est: Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro vobis ad dominum.

Dani. 4

Luce 16

Eccl. 29

Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sedecito, & scribe qnquaginta. Deinde alio dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centũ coros tritici. Ait illi: Accipe litras tuas, & scribe octuaginta.

H

Conuocat villicus hic suos debitores, qui erant quoque debitores domini sui. Vocantur autem debitores domini, quia omnia quæ possidẽda hic recepimus quibus q; vtimur, domini sunt. Erant itaque hi, qui fuerunt conuocati, debitores villicũ tanq̃ dispensatores: sed erant etiã debitores dñi, cuius bona tractabãt. Sic q tibi debent, sunt debitores tui, puta pensionarij tui, iuxta hoc q̃d tu æconomus es bonorum domini. Dicũtur autem nihilominus debitores Dei, idque præcipue, quia q̃ dispensas, omnia sunt Dei. Iuxta hunc intellectum non inique fecisset villicus, qui sua bona sibi à domino Deo ad dispensandum commissa, vel pauperibus dederit, vel pauperibus, quæ sibi debebantur, relaxauerit, quia ita potuit suis debitoribus relaxare. Vocantur autem hic (ficut dixi) debitores domini, quia bona quorum ille villicus erat dispensator, erant domini. Secũdum spiritualem itaque sensum tibi licet, imo consultissimum est de rebus, quarum te Deus dispensatorem, & in hoc mundo vice dominum constituit eleemosynas dare, quia das quod potes & debes dare nõ solum consentiente, sed & iubente domino. Secundum autem literam parabolę, villicus ille non legitur adhoc dispensationẽ accepisse, nec sui domini habuisse consensum, vt debita domini sui remitteret. Ideo citra domini consensum debita relaxans, sibi iuxta seculi prudẽtiã benefecit, iniquus tñ est erga dñm, cui fecit fraudem. Nã debitoribus singulis, siue in oleo, siue in tritico partem, hoc est, vni plus, alteri minus dimisit, & in sui commodi vsum hanc donationẽ sibi vsurpauit. Dixit nãque ei, q centũ debebat cados olei: Accipe cautionẽ .i. chirographũ tuũ, & sede cito, & scribe qnquaginta, mediam partem debiti relaxãs.

Debitores Dei quinã dicantur.

Ad aliũ vero se conuertens, qui cẽtum coros debebat tritici, ait: Accipe literas tuas, & scribe octuaginta, minus illi relaxans q̃

pri-

primo. Fortaſſe quia aut hic erat ditior, ille vero pauperior, aut qa in oleo miſericordia, in tritico ſubuentio ſignificat. Quo inſtruimur, maiorem eſſe debere compaſſionem, quæ ſe vltra poſſe hominis extendit, quam ſubuentionem erga proximũ. Hæc enim, id eſt, ſubuentio limites & facultates ſuas nõ egreditur, illa vero ad impoſſibilia quoque ſe extendit.

Et laudauit dominus villicum iniqtatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.

Laudauit dominus villicum iniquitatis, non quod iniqtatem eõmendaret, ſed quod eius ingenium, eiuſque probaret caliditatem, qua ſuam rem bene inſtruere nouiſſet. Primum enim diſſipauerat bona domini, deinde etiam, ne propterea pati haberet, furabatur etiam dño ſuo quę donabat. Non igitur eius furtum, ſed prudens ſollicitudo pro ſe excogitata laudatur, in admirationemq; venit. Cæterum quia villici huius hęc non fuit vera dicenda prudentia, cum eſſet iniuſta, tamen eam dominus laudat, inuitare nos volens ad miſericordiam, vt nos multo magis ſimus liberales ac miſericordes, & propitij in bonis domini, donantes inuicem & ſubuenientes, faciamusq; nobis amicos de tẽporalibus bonis: ad quæ pauperibus diſtribuẽda nõ ſolum conſentit, ſed hortatur etiam nos dominus. Nihil em̃ damni ſuſtinet diuitiarum, quantumlibet in bonis eius erogandis ad ſui honorem & proximorum vtilitatem fuerimus liberales. Dicit autem filios huius ſeculi amatores ſcilicet mundi, qui ſeculo placere & conformari geſtiunt, prudentiores, id eſt, aſtutiores, filijs lucis: ſed hoc in generatione ſua carnali & inter ſuos. Hoc autem ideo dicit, quoniam (vt fere ſemper videmus) in maiori diligentia maiorique ſolertia media inuenire norunt ad ſua mala implenda, confirmanda, excuſandaque, quam boni ad bona ſtabilienda.

I Prudentiam villici alioqui iniuſtã cur Deus laudet.

Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Auguſti. Diuitias vocat mammonam iniquitatis. Solis em̃, vt Auguſtinus ait, iniqs ſunt diuitiæ. Iuſti enim etſi temporalia habeãt bona, non tñ ea arbitrantur diuitias, quia non diligunt. Sola enim cœleſtia, tanquã diuitias amant. Facite igitur, inqt, vobis amicos de diuitijs iniquitatis. Donate pauperibus, debita remittite, cibate eſurientes, ſitientes potate, veſtiatis nudos, conſolemini omnes, vt habeatis amicos, qui vos recipiant, id eſt, qui coram Deo teſtimonium ferant eleemoſynarum, beneficiorumque veſtrorum à vobis acceptorum, rationemque quare ſitis in æterna tabernacula recipiẽdi, & quare pro miſericordia vobis reddẽda iterũ ſit miſericordia, Deo exponãt, pro vobisq; vt retribuatur à Deo omniũ largitore impetrent. Huic conſilio filij acq eſcite, quia & hinc emigrantes temporalia hic bona relinquetis. Nihil enim proſunt vobis poſt hanc vitam. Nunc igitur propter Deum in pauperes veſtra miſerationum viſcera aperite, nũc bona huius vitæ, quæ habetis, inindigentes diuidite, vt miſericordiam, qa hic proximis veſtris impẽditis miſericordiã, quoq; à dño conſequamini, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Diuitiæ corintis maiora vocant Matt. 6. Lucæ 16. Prou. 11. Tob. 4

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quare pauperibus ſit tribuendum, rationes: & de periculo diuitum.

K

REdde rationem villicatiõis tuę Lucę XVI. Admonent hęc verba vnumquemq; noſtrum, omni eſſe tempore ſollicitum paratumq; ad rationẽ vitæ ſuæ reddendã de oĩbus operibus & negligẽtijs, de bonis q̃que ac beneficijs à Deo acceptis, quõ cunctis his vſus fuerit. Omnes, inquã, rationẽ reddemus, quõ priuato omni amore extincto Dei donis ad ipſius gloriam vſi fuerimus, quõque in vtilitatem verterimus ea proximorum. Sumus enim nos villicus ille, cuius hodie meminit Euangelium. Itaque tu à dño, ſuſcepiſti bona, & munera ego recepi, recepit alius quoque, tandem nemo eſt, qui non recepit. Omnes igitur rationem reddere debemus. Recepimus dona corporalia, robur, ingenium, pulchritudinem, aliaque multa bona corporalia, de quibus rationẽ reddemus. Hęc enim villa eſt vna, cuius omnes ſumus villici. Sunt alia bona animæ, quæ recepimus, ſcientiam, virtutes, animique dotes: & hæc alia eſt villa nobis commiſſa. Sũt tertio bona mundana ac temporalia, quæ recepimus

Ratio propter quã nobis Deo reddenda ſit.

Bona corporalia q̃ ſint.

Bona animæ quæ

mus: & hæc tertiæ villæ nobis diſpenſatio eſt commiſſa. Sunt poſtremo ſingularia multis dona data. Alij enim ſunt prælati, alij ſubditi, alij rectores, qbus ſingularia multa ſunt commiſſa: & ab vnoquoque, maxime aũt ab his q̃ p̃ſunt, diſtricta exigit ratio. Villicorum em̃ quiſq; reddet rationem de ingreſſu, progreſſu & egreſſu. Si enim p̃latus es, interrogaberis, diſcutieris, iudicaberis, quõ ad prælationem beneficiumq; ſis ingreſſus: an electis, an per amicorum preces promotus, an intrutus. Item ſi per carnalem lineam, ſi per virtutem, ſi per amicorum & potentum timorem intraueris, aut ſi per munera. Deinde, quomodo gregem paueris, & perierit ne ouicula tibi commiſſa per tuam negligentiam. Inter omnia enim officia maximum eſt cura animarum. Accedit ad hæc cura ſalutis propriæ, cura animæ tuę, vigilantiaque, ne peccato conſentias, ne obedias concupiſcentię carnis, ne denique ex carne delicate nutrita opprimat ſpiritus: & rurſus ne ex carne nimis afflicta deuotio & ſpirituale quoque robur intereat. Hanc curam animæ vnuſquiſque debet ſibijpſi. Taceo quid debeant prælati animabus innumeris. In hac ratione autem reddenda ſi defeceris, non eſt ſolum, quod metuas abſolutionem ab officio, aut carcerem, ſed metuenda ſunt etiam æternæ vitę amiſſio, gehenna, ignis, perpetuaque à Deo ſeparatio. Itaque Deus omnipotens diues ille eſt, cui dicimus: Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti, aquilonem & mare tu creaſti. Tu eius es villicus. Cura tibi animæ corporisque commiſſa eſt. Sine Deo nihil potes. Veruntamen qui creauit te, inquit Auguſtinus, ſine te, non ſaluabit te ſine te. Non imprudenter hic religioſi faciunt, qui ſuam curam periculumque abijcientes, prælato ad omnia ſe ſubijciunt, eius ductu ſe regi permittunt, eius obediunt voluntati. Quo fit vt ſeduci non poſſint à ſatana: vtpote non ſeipſos regentes (& ideo proprius illos non ſeducet amor) ſed prælati obtemperantes iuſſionibns. Hic villicus quum diſſipaſſet omnia domini ſui bona, confeſtim illius accuſatio intrauit ad dominum. Vocatus vt rationem redderet, præmeditabatur quid faceret, quo ex periculo libera retur, & futuras non ſentiret moleſtias. Ita nobis quoque prouidendum eſt, vt ſi non perfectam potuerimus rationem reddere de his, quæ à nobis exiguntur, inueniamus conſilium euadendi, poſt hanc enim vitam, nec fodere valemus, id eſt, operari, nec mendicare, quia tunc nulla oratio iuuat, vbi miſericordiæ præterierit tempus. Modo igitur quamdiu in vita ſumus, operemur & mendicemus, aut ſaltem pauperum memores ſimus ad benefaciendum illis, vt ipſos interceſſores faciamus pro nobis. Venit enim nox, in qua nemo operari poteſt. Ideo etiam Sapiens monet nos ad formicam accedere, diſcereque ab ea ſapientiam, quę cũ nec ducem habeat nec prẽceptorem, parat in æſtate cibum ſibi. Itaque conſultum nobis eſt, vt hunc imitemur villicum, facientes nobis amicos de mammona iniquitatis, qui in æterna nos impetrent recipi tabernacula.

Bona temporalia q̃.

Bona ſingularia q̃.

Sapien. 6

Cura' animarũ quã magnũ ſit officium.

L

Ioan. 9 Proue.

Vocantur aũt hic diuitiæ iniquitatis, vel quia inique partæ ſunt, vel qa inique, id eſt, inæqualiter diſpenſantur, vel quia procurantur nimis ſolerter, vel qa (vt in plurimum) his homines abutũtur. Has diuitias comparemus à pauperibus, quorum eſt regnum cœlorum. Ideo enim tu recepiſti diuitias, vt eleemoſynis & pecunijs Chriſti erogãdis amore emas regnum cœlorum.

Lucæ 16 Diuitiæ cur vocentur iniquitatis.

Matt. 5

M

Vide autẽ, quam iuſte pauperibus ſubuenire debeas, idque multiplici ratione. Prima, quia ea, quæ poſſides, tua non ſunt, nam ſi tua ſunt, tolle ea, & accipe tecum. Quod tamen facere non poſſis in morte, omnia hic relinques. Nonne melius tibi foret, vt emeres tibi regnum cœlorum, profundendo, quantum tibi aut prolibus ſupereſſe poteſt, in pauperes, vt ſis vir miſericordiarum & pietatis vbique ſtudioſus? Sed quid auaris ſupereſt? Deeſt enim tam quod habent, vt Hieronymus ſanctus ait, quam quod non habent. Quam libero igitur corde dare deberes, qui ſcis te aliena largiri, quæ etiã in uitus potes amittere. Dominus dedit (ait Iob) & dominus abſtulit. Quãto magis autem vltro ſunt ei offerenda? Secunda ratio, quia vt hæc dares, à domino accepiſti. Hæc igitur ſi eius amore iterũ erogaueris, plura recipies. Non enim te deſeret, quem pietatis inuenerit ſtudioſum. Scriptum nãque eſt: Iunior fui & ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Tota die miſeretur & commodat, & ſemen illius in benedictiõe erit,

Pauperib⁹ ſubueniendũeſſe propter multas rationes 1. Tim. 4 Eccl. 25

Hieronym.

Iob. 1

pſal. 56

2. Cor. 9

Siqui-

2.Cor.9 Siquidem cum nihil haberes, ipse dispensanda sua tibi bona commisit. Quanto magis augebit incrementa frugũ iustitię tuę, vbi te viderit accepta bene administrare?

Neminem vnquam passum inopiã q misericors in paupere fuerit.

Crede mihi, nunquam vidi, nullum legi, neminem etiam audiui vnquam, qui ex misericordia, ea quæ habet in eleemosynã impartitur, hoc est, in subuentionem egenis, passum inopiam, nisi fortasse eos, qui inopiam profiteri voluerunt, iuxta consilium Euangelicum: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ possides, & sequere me. Quod sanctus pater Franciscus, alij que multi fecerunt sanctorum. Refundit enim tibi Deus plura, quam tu potes erogare. Neque enim fallit, quod omnibus ad literam quoque est promissum: Date, & dabitur vobis. Consilium igitur hoc

Matt.19 Lucæ 6 Acto.20 obserua Euangelicum, & omni petenti te tribue. Beatius enim est dare, quam accipere. Et Tobiæ consilium filium suum instituentis auscultа: Hic enim noli, inquit, auertere faciẽ tuam, ab vllo paupere. Sic enĩ

Tob. 4 Deus à te quoq; faciem suam nõ auertet.

Tertia ratio est, qa ea, q̃ das, illius sunt, cui das. Quicqd enim tibi supest, nõ tuũ, sed pauperum est: das igitur illis, quorum sunt. Verum adhuc sublimiori deuotione contuendum est, qbus des. Christo enim

1.Par.29 das, quæcunq; das. Quod Salomõ cognoscens: Tua, inquit, sunt cõia, & quæ de manu tua recepimus, dedimus tibi. Nunqd igit Christo bona vilia ac terrena negabis? Auditñ lucidius, quomodo des Christo.

Matt.25 Quicqd vni ex minimis meis, inquit, fecistis, hoc mihi fecistis. Da ergo pauperi, qa scis te dare Christo in paupere. Quarta ratio est, quia gratis non das, nec Christo das, quia ille indiget, sed ad tuam das vtilitatem, vt coronet te ipse quoque in miseri

Psal. 102 cordia & miserationibus. Quapropter in fine quoq; Euangelij hoc hodie nobis inculcãs: Facite, inquit, vobis amicos de mãmona iniquitatis, &c. Securus facis, q̃qui dem iubens hæc dicit: Nam quod villicus fecit de bonis domini, id domino suo nõ cõsentiente fecit. Tu vero domini tui habes consensum, consilium & mandatum.

N 1.Cor.8 Nihil possidentes q̃ modo etiã misericordiã exercere valeãt. Sed dicit quis: Quid tribuam, qui nihil possideo, q nihil quod dem, habeo? Dico: Beatus es fili, qui & ipse de illorum es numero, quorum se Christus vnum constituit, hoc est, pauper & inops. Veruntamen audi, si non defuerit tibi ad alios egenos & miseros compassio, non deerit tibi quoque munus, quod egeno tribuas. Nã habes animum dãdi, habes bonã voluntatem, quæ sufficit, si aliud non habes aut potes. Hæc voluntas tibi à domino pro opere computatur. Beatior autem es, qui non solum es in pauperes misericors, sed simul pauperibus alijs in egestate, diuitibus vero clementibus in misericordia æquaris. Sunt præterea dona alia multa, e quibus difficile est, vt nullum habeas, quo proximo subuenias egeno. Habes enim fortasse aut scientiæ donum, aut prudentiam, aut robur ad seruiendum, aliudve munus à Deo, quo in firmo egenove subuenire queas. Hoc in consolationem proximi impende, & erit eleemosyna Christo haud non accepta. Quicquid enim ex charitate feceris erga proximum, eleemosyna est. Et quicquid proximo facis, Christo fecisti. Propterea tam magnam fertur sancta Elisabeth in infirmorum seruitio consolationem diuinam sensisse. Vt enim lauaret pauperes, quum sterneret lectũ ægrotis, quum operiret infirmos, quum cibaret famelicos, cum sitientes potaret, & huiusmodi sanctis intenta foret ministerijs, diceret ancillis suis: Quam bene nobis est, quod ita domiñ Iesum lauamus, vestimus, operimus &c̃. Neminẽ em̃ in quouis paupere alium contemplabatur, quam dñm Iesum. Huic, quicquid hominibus impartiuit, fecisse se arbitrabatur. Quamobrem tibi quoque adsit voluntas bona, nec vnquam deerit, q̃d pauperi, vel in obsequium, vel in solatiũ, vel in consilium, imo quod Christo impendas.

Gregorij

Matth. 25 S. Elisabeth cur magnam habuerit cõsolationem in seruitio infirmorum

O Documenta huius Euangelij

Videndum autem est postremo, in hoc esse Euangelio multa, quæ instruunt, tam ex domino, quam ex villico discenda. Primum est, quod diues ille prudentia vtitur, quod non cito malũ credidit, sed ante discutiendum putauit, quã villicum repelleret. Ideo dicit: Quid hoc audio de te? Quo docemur mala de proximis non libenter audire, nec faciliter credere.

Secundum quod docemur, vbi diffamatio sit subditi, prælatum maxime decere, ne dormitet, ne negligat dissimuletve inquirere veritatem. Quõ enim non leuiter sunt mala credenda, ita vbi infamia surgit, & homines loqui & mussitare cœperint de cuiuspiam animæ periculo, vigilandum est, ne homo fortasse in periculo animæ constitutus etiam seipsum negligat, aut ne alij male

male ædificati scandalũ recipiant. Tertium est, non mox cum impetu & præcipitãter damnare, sed ad rationem ponere. Qua propter dives hic dicit villico: Redde rationem villicationis tuæ. Quarto, non omnia simul in homine abijcere & arguere, sed discernere & videre etiam, quæ excusari & laudari possunt, & his dare laudẽ: ea vero, quæ reprehensione aut vituperio sunt digna, reprehẽdere. Quintũ, q̃d fecerit de bonis diuitis hic villicus sibi amicos, non reprehendit dives. Neque em̃ illi clementia displicet dispensatoris. Et nos quum liberalem habeamus dominum, nõ debemus nos esse immisericordes.

Villicus iste quõ sit imitandus.

Sũt præterea in villico, quæ nos ædificant. Prę meditabatur enim villicatione m suam nõ diu prorogandam, sed mox finituram. De fine igitur & de his, quæ post sui amotionem ab officio sibi possent euenire, cogitauit. Deinde præmeditatur, quia quicquid hic acquiritur licitum, aut laborando, siue operando, siue mendicando paratur: neutrum horum sibi conuenire sentiens, ad aliud, ne omni destitueretur auxilio, sese cõ

Matth. 5 silium callidus conuertit. Nos vero quia domino didicimus idem consiliũ hoc placere, vtamur eodem remedio contra futuram quam sumus reddituri rationem. Simus in alios misericordes, & inueniemus nos quoque misericordem dominum.

P Diuitũ cæcitas quã sit plangẽda. Matt. 7 Luc. 13 Matt. 19

Quam plangenda autem est cæcitas diuitum huius seculi, bone Deus, tot Euangeliorum obturato corde audientium excitamenta ad misericordiam. Quare non creditis o diuites, quod sola sit misericordia, qua vos per angustam portam introire fiat possibile? Si enim camelo facilius est

Diuitis ad camelũ cõparatio. foramen acus transire, quam diuiti venire in regnum cœlorum, deponat igitur camelus gibbum dorsi sui, & corpus suum extenuet, Christo capiti illud suo exiguo & humili conformans, & intrabit angustã portam. Et vt lucidius dicam: Camelus noster dives scilicet, pondus & gibbum abijciat temporalium bonorum, nihil in diuitijs confidat, nihil sublime sapiat, humilibus consentiat, non quęrat ac amet diuitias huius seculi, vtatur modeste bonis temporalibus tanquam non vtens. Extenuet diuitias, occidens in se gibbum auaritię. Largiat pauperibus, subueniat desolatis, & huiusmodi negociationibus sibi acqrat regnũ cœlorum. Tu diues, inquam, extenua cupiditatis ventrem & gibbum, quia cum amore diuitiarum intrare per angustã portam non potes. Quod tũc fiet, dum in corpore tuo. i. in oĩbus actionibus, in vxore, in fiijs, in familia temperanter & sobrie viuis, capitique tuo. i. Christo qui hic exinaniuit seipsum, & paup propter te factus

Phil. 2 2.Cor.8 est, q hic exiguus fuit & humilis, conformaris. Verum ergo ne gratis timeo loquar. Nemo enĩ ad eleemosynã tardior, nemo durior ad cõpassionẽ, nemo ad dandũ parcior, nemo tenacior ad seruãdũ, quã di

Lucæ 6 uites seculi, q habẽt cõsolationes suas in hoc mundo. Qui si nullã aliã haberẽt cõsolationẽ, hoc p cõsolatione ducunt, quod thesauros congregãt pecuniarũ, q̃d aurũ & argentum, quæ nunquam satis diligere videntur, coaceruant, domos multiplicant comparant agros, & terrena quomodocũque possunt, colligunt. Nihil, quicquid de misericordia Christus loquitur, eos, perinde ac si Christiani non essent, afficit aut mouet. Propter gloriam tamen mundanã, & p ostentationem multas perdunt di-

Diuitiæ q b⁹ modis à multis iniuste cõgregẽtur. Iaco. 5 uitias, quas veluti pro suo honore probe locatas æstimant: pro Christo vero obulũ dare eos grauat. Mercedem mercenarijs, quantum & vbi possunt, minuunt. De quibus Iacobus in epistola sua quid dicat, audite: Ecce merces mercenorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras, quæ defraudata est in vobis, clamat, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit. Qui enim, ait Ecclesiasticus, effundit sanguinem, & qui fraudem fecit mercenario,

Eccl. 34 fratres sunt. Si iudiciũ apud te est o dives, pauper ad iustitiam obtinendã venire nõ potest, nisi muneribus tibi impleat manus.

Iudicium diuitum qualecõmunit.

Si executor es testamẽti, q̃d legatum est pauperi, non recipiet pauper illud: quia nũquam eris domini quæsitus à paupere, nisi leporem, salmonem, huiuscemodi ve aliud prę mittat pauper. Si varijs pauperibus eleemosyna faciẽda constituta est à defuncto, tu aliquandiu pecunijs his vteris ad negociationes tuas, quo ex eadem pecunia lucrum & quæstum tibi vsurpes, antequã tribuas egenis. Vnde fit, vt executiones sępe testamentorum in tertium hominem trãsẽat, prioribus mortuis, & testamenti executionem relinquentibus alijs non expeditam. Heu quam breuis erit hæc vita vestra, quam breuis potentatus, quam breuis cõsolatio, quam iusta etiam vobis erit damnatio,

Executores testamẽtorum quõ delinquant

Iaco.5 natio, cũ redimere nunc illã poſſitis, ſed nõ vultis. Modo eñ ga nullũ conſiliũ ſanũ recipitis, plorabitis vlulantes in miſerijs veſtris, quę aduenient vobis. Ro

Q go igit vos in viſceribus Ieſu Chriſti, rogo vos per mortẽ dñi Ieſu Chriſti qua redempti eſtis, nolite pecunias veſtras & bona alia, quæcunque temporalia atque cadu ca habetis, plus diligere quam animas veſtras. Reſtituite ſi q̃ bona habetis iniuſta.

Bona iniuſta quõ ſint reſtituenda

Si dubitatis, an ſint iniuſta, aut quõ ſint reſtituenda, quia fortaſſe neſcitis, cui (vt illis contingit, qui in emendo ac vendendo imposturis omnes homines fallunt) interrogate virum bonum & doctum, aut paſtorem veſtrum, & illius ſequamini conſiliũ, cauentes poſthac omnem dolum, ſimulationem, iniquitatem & fraudẽ. Verum dicit quis: Si cũcta deberem reſtituere, quę fortaſſe ſecundum Deum mea nõ ſunt, me

1. Pet. 2

dietatem bonorũ non retinerem, imò & ipſe ſimul egerem. Siue egeas, ſiue abundes, nunquã eris tutus in tua conſcientia, ſi habes q̃d reſtituere teneris, & non reſtituis, aut ſi animo retinendi ſic mortuus fueris, actũ erit de anima tua. Noli, noli diuitias arctius diligere, quã animã tuã. Si etiam omnia quæ habes, tua non fuerint, relinque oĩa, & nudus libera te. Habet dñs ſi illum quæ fieris, vnde paſcat te, qui paſcit etiam volucres cœli, qui paſcit quoque Tartaros & Paganos & hæreticos. Scito quia melius tibi erit, te pauperem, & diuitijs propter reſtitutionem alienorum nudatum intrare in regnum cœlorum, quam multis operibus refertum mitti in gehennam ignis. A quo nos ſeruet omnes Deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum patre & ſpiritu ſancto benedictus in ſecula, Amen.

Matth. 6 Luc. 12

DOMINICA X POST DOMINICAM SANctæ Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli I. Corinthios XII.

XIX

Citis quoniam cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema leſu. Et nemo poteſt dicere, dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt, idem autẽ ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum. Alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis, prout vult.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Reſcente fide Chriſtianorum paulatim linguarum gratia minuebatur ac rareſcebat. Vnde nonnulli contriſtati, q hac gratia carebant, alijs eam habentibus cœperũt inuidere, quaſi linguarum gratia excellentior alijs eſſet chariſmatibus. Idcirco Apoſtolus eos ad pacem componẽs, ait: De ſpiritualibus, hoc eſt, de donis ſancti ſpiritus propter quæ maiores ſuperbiunt, & minores inuident aut diffidunt, nolo vos ignorare: quia cum eſſetis in paganiſmo idolorũ cultores, ibatis ad ſimulachra muta (ſicut Pſalmiſta dicit: Simulacha gẽtium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquẽtur: oculos habent & non videbunt, &c.) quomodo à maligno ſpiritu in veſtram perditionẽ ducebamini. Itaque ſi diabolicus ſpiritus vos ducebat vnus, alios ad alia ſimulachra, & alios ad alia: cur non modo vos quoque vnus ſpiritus diuinus ducat alios ad hæc opera bona, alios ad alia, imo illis hæc dona alia tribuat? Vnus enim ſpiritus bonus eſt

Pſal. 113

eſt in omnibus vobis, cuius multiformia ſunt dona, tametſi non omnes omnia, ſed diuerſi diuerſa ab eodem recipiatis. Sequitur: Ideo vobis hoc manifeſto, neminem in ſpiritu Dei loquentem dicere anathema Ieſu. Quaſi diceret: Si quis dixerit anathema Ieſu, hic non ſpiritu Dei, ſed ſatanico loquitur. Quiſquis enim ſpiritus ſancti inſtinctu gubernatur, ille nec mente, nec lingua, nec opere agit quicquam, vnde Chriſtus cõtemnatur aut inhonoretur. Eſt aũt ἀνάθημα interpretatum, ſiue perditio, ſiue deteſtatio. Nemo itaque in ſpiritu Dei loquens dicit anathema Ieſu. Quia per ſpiritum Dei abſtinetur à malo, & fit bonum. Et nemo poteſt dicere cognitione, affectione, verbo & opere: Dominus Ieſus, illum ſcilicet in dominum eligendo, ſe vero illi in ſeruum obſignando, puta vt dicat mente, dicat voce, dicat opere, dicatq; veritate: Dominus meus eſt Ieſus Chriſtus, & ego ſum ſeruus eius, niſi in ſpiritu ſancto. Vnde liquet contrarium non eſſe quod dominus dicit: Non omnis qui dicit mihi: domine, domine, hoc eſt, nõ omnis qui voce nuda & informi hæc deuotione dicit, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui me diligens, ac propterea meam implens voluntatem, re ipſa me ſuum agnoſcit & vocat dominum, ille intrabit in regnum cœlorum. Hoc enim eſt, in ſpiritu ſancto dicere: Dominum ſuum eſſe Ieſum. Eſt

Anathema quid ſonet.

Matth. 7

B præterea ſciẽdum omnibus electis eſſe cõmune, vt ſpiritus ſancti participes ſint, quãuis gratiæ, quas ab vno ſpiritu percipiunt, variæ & multiformes ſint. Propterea ſequitur: Diuiſiones vero gratiarum ſunt, vnus vero ſpiritus. Pro quo ſciendum, non parũ intereſſe inter gratiam, quæ gratum faciẽs dicitur, & eam quæ dicit gratis data. Nã gratia gratum faciẽs eſt forma ſpiritualis, ſine meritis noſtris nobis data, quæ habentem facit acceptum Deo ſeu gratum, opera que eius reddit, vt ſint bona, non ſolũ moraliter, quomodo paganorum & philoſophorum virtutes & opera præclara dicebãtur bona: ſed coram Deo hęc adeouſq; reddit bona, vt præmio quoque, hoc eſt, vt felicitate æterna à Deo cenſeantur digna.

Gratia gratũ faciens q̃d ſit.

Gratia gratis data q̃d ſit

Porro gratia gratis data, q̃dlibet donũ eſt à Deo gratis homini conceſſum, naturę excedens facultatem, quo alter alteri ad ſalutem cooperetur. Per hanc gratiam ſolam homo non iuſtificatur, diſponitur tñ ad gratiam priorem, hoc eſt, ad gratiam gratũ facientem. Quæ gratia gratum faciens adeo nobis eſt neceſſaria, vt ſine illa ſeducatur homo, & ad peccandũ trahat. Quod Paulus Corinthijs obijcit, quia ad ſimulachra muta, hoc eſt, ad idololatriam à ſpiritu malo, non aliter ac à lupo ouicula in ſylua lanianda, ducebantur fallebanturque ab haruſpicibus, magis & dæmonum præſtigijs. Id quoque ideo præcipue illis contigit, quod non habuerunt in ſe gratiam Dei gratum facientem, quæ illos protegeret, illuminaret ac dirigeret. Non enim ſufficientes ſumus cogitare aliquid ſalutiferum ex nobis, tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Qui per Oſee q̃que dicit: Perditio tua ex te Iſrael: in me tãtummodo auxilium tuum. Gratia igitur gratum faciens nobis, ne fallamur neve deuiemus, eſt neceſſaria. Deinde eſt præterea adeo vtilis, vt nemo illius inſtinctum ſequens peccet: quia nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſu. Tertio iterum neceſſaria eſt, quia nemo potes dicere dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto. De inde loquitur Apoſtolus de gratijs gratis datis, quæ ad vtilitatem & ædificationem danť Eccleſię. Diuiſiones itaque gratiarũ ſunt, quia alius hanc, alius aliam accepit: idem tñ eſt ſpiritus, qui has diſtribuit, vt quod vni datur, etiam alteri per ſubuentionem & communicationem mutuam ſit datum. Hoc eñ modo (id eſt, quemadmodũ corporis vnius membra ſuos actus & dona æque ſibi communicant & participant) Dei nos dona, & quicquid à Deo accepimus, inuicem impartiri decet. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, quo variæ ſint miniſteria, varia miniſtrationum officia: ſub vno tñ dño Ieſu, à quo miniſteria oĩa ordinantur in vtilitatem membrorum Eccleſiæ, vt ab omnibus vni ſeruiatur domino, dum ſuum vnuſquiſq; donum aut miniſterium, quod habet, Dei famulis pro eiuſdem amore exhibet. Itaq; per miniſtrationes, ſeu miniſteria Eccleſiaſtica, ordinum ac graduum munia intelligunt, puta epiſcoporum, preſbyterorum, diaconorum, &c. Et diuiſiões operationũ ſunt, quas agunt electi: idem tamen eſt Deus pater, qui operatur bona oĩa in omnibus. Neque enim in vno omnia operatur, ne ille dum alijs non eget, ſuperbiat, ſed in omnibus omnia, vt quæ in ſeipſo quis non ha-

1. Cor. 12

2. Cor. 3

Oſee 13

Rom. 12

C

bet,habeat in alio, & ita maneat charitas. In omnibus itaq; electis Dei, est spiritus sanctus,quibus datur manifestatio eiusdē spiritus,hoc est,vnicuiq; datur donū gratiæ,p quod alijs manifestetur spiritus sanctus inesse ad vtilitatem illius in quo est,& aliorum,vt de accepto dono multis prosit.

Nam alij quidem datur non tam sapiētia,quam sermo sapientiæ,vt sapientiæ donum,quod habet in se, differere possit etiam alijs. Datur autem hoc donum nō per humanum ingenium, nec literarū studio quæsitum,sed per spiritum sanctum, Alij datur sermo scientiæ, qua cognitionē qs recipit loquēdi & instruēdi circa actiones rerum temporalium. Differt itaque donū scientiæ à dono sapientiæ:hoc enim versatur in contemplatione cognitioneq; diuinorum,illud vero (vt dixi) versatur circa actiones,humanas rerum temporaliū:datur tamen æque secundum eundem spiritum. Alteri datur fides,id est,constantia fidei in eodem spiritu, vt quamuis illiteratus aut inidoneus sit ad fidē p̄dicandā,nullo tñ mouet metu ad confitendū Christū, & ad patiendū quoque pro fide eius. Alteri gratia datur sanitatum, qua curet infirmos verbo & virtute Dei,idq; in vno spiritu. Alij operatio virtutum & grandium miraculorum datur, vt sunt mortuorum suscitatio,aut illæsio in igne seu tormentis. Alij discretio datur spirituum, qua bonū à malo spiritum discernat:seu cognitio sagax iudiciumque rectum in discernendis his,quæ in aliorum cordibus aguntur. Alij dantur genera linguarum,quo varijs linguis salutaria enunciet. Alij interpretatio sermonum,quo visiones propheticas obscurosque sensus scripturæ elucidet. Hæc autem omnia quāuis diuersa & varia sint, operatur vnus idemque spiritus, cum patre filioque substantialiter vnus Deus,diuidens singulis,vni hoc,alteri aliud, sicut vult,vt enim ex membris singulis corpus Christi mysticum,id est,Ecclesia totum p̄cipiat,quomodo totum corpus audit, videt,loquitur,& cætera,cum sint singularia tantum membra,quæ singulares procunctis & singulis membris hos actus habeāt.

Dona scientiæ & sapientiæ quō differant.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ decimæ post dominicam sanctæ Trinitatis. Lucæ XIX.

VIlū nobis legi potest Euangelium,q̄d nō olei guttas nobis stillet, hoc est, quod nō diuinę bonitatis ac misericordię nobis signa beneficiaque nobis insinuet. Superiore enim dominica eos docuit, qui multis abstinentijs, ieiunijs exercitijsque corporalibus se fatigare affligereque nesciunt,peccata sua eleemosynis redimere, & rationē quam sumus reddituri, omnes monuit præmeditari:hic vero ostendit,his qui vitam hic agunt in omni tranquillitate & pace,iuxta seculi iudicium felicem,quibus omnia iuxta desideria eorum & ex sententia illis in hoc mundo cueniūt,quā tristem habeant expectare mortem, quamq; calamitosum exitū. Adeo vt hæc ipse quoque saluator noster præmeditans,excom passione lachrymas vberes propterea funderet. Per istum autem fletum suū, infelicē nostrum exitum ab hac vita,sub figura nobis manifestat excidij ciuitatis. Quomodo enim huic ciuitati sanguinum,quæ sibi,id est,Christo,prophetis,apostolis,sanctisq; omnibus duram opposuit ceruicem, futuram prænunciabat calamitatem:ita multo magis per spiritualem significationē, malum & excidium nostrum sempiternum nobis insinuatum intelligamus oportet. Dicit igitur Euangelista Lucas:

D

Cum appropinquasset Iesus Hierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens:

Hæc historia Euangelica eo tēpore facta cognoscitur, quando vltimo aduenit Hierosolymam ante suam passionem. Nā quod eodem fero exierit in Bethaniam, craſtinaque luce redierit, non ita accipiendum est,quasi ab Hierusalem recesserit, qa parum ab Hierusalem Bethania distabat: quare etiam Bethaniæ constitutus, dicipoterat Hierosolymis esse. Itaque in vltimo eius aduentu ad Hierusalem, vbi asinam & eius pullum sibi adduci fecerat, & de monte descenderet oliuarum, videre poterat omnia ciuitatis ædificia. Et quanquam semper & ciuitatem & incolas ciuitatis animosque intueretur incolarum,hic tamen dicitur,quod videns ciuitatem fleuerit;quo indicaret Euangelista ciuitatis inspe-

Lucæ 19
Matt. 21
Ioan. 12
Ioan. 11
Matt. 21

inspectionē illi occasionē p̄stitisse,aut potius occasionem sibi illum ex aspectu ciuitatis sumere voluisse,vnde flendi illa materia occurreret. Non tamen passione aliqua præoccupatus credit dominus Iesus(suberant enim illi omnes affectus omnesq; passiones,vt nisi vellet,& quando vellet,non sentiret)sed tristabatur,quia voluit & fleuit,quia voluit. Fleuit autem propterea, vt internam eius compassionem agnoscere-
mus. Sed quando fleuit? Tunc scilicet, quando maxima à populo illi fiebat reuerentia, occurrente cum palmis & laudibus,atque diuinos illi honores offerente. Nam sternebant ei vestimenta sua exuentes in via,simulque ramos sternebant oliuarum, clamantes domino, & saluatori mundi,hosihahna,id est, domine saluum me fac obsecro. Id autem faciebat turba, quia miraculum illud audierat magnum, q̄d de monumento Lazarum quatriduanū mortum ac sepultum dñs resuscitauerat. In hoc itaq; magno honore,quem illi turba occurrens offerabat,in communi omnium lætitia humilis Iesus nec de honore sibi gaudebat oblato, nec laudibus delectabatur hominum, sed salutem meditabatur animarum. Quo simul nos doceret,nihil in laudibus confidere hominum, quandoquidem & hi qui hodie Christo honores offerebant, paulo post contra cū clamabāt atq; ad mortem crucis illum postulabant. Voluit nos quoq; intelligere omnem lætitiam huius mundi esse breuem & spernendam.

Lucæ 23

Quia si cognouisses & tu. Et quidē in hac die tua,quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

E

Vtiq; dominus Iesus gestu & modo mœrentium,qui tristitia & mœrore pleni truncatis verbis dolorem indicant cordis, & sententias exprimunt tristes. Verbi gratia, vt grandi mœrore obrutus quis dicat: Heu præuidebam. Vtinam tunc locutus essem. Iuste hoc euenit. Vbi multa ad sententiam rei & perfectum sensum pertinentia subaudiuntur quidem,sed non exprimuntur:pauca tamen effunduntur,vnde concepti doloris vulnus,& quid velit, dolentis animum conijciamus. Hoc modo loqtur hic dominus vt plura te subaudire oporteat:Quia si cognouisses & tu,vrbs scilicet incredula & exultans,quod tibi est euenturum,pariter mecum fleres:nunc vero gaudes & lætaris,quia in hac die tua, hoc est,in tempore breui vitæ tuæ, quæ dei vix similis est,ea tibi eueniunt, ea amplecteris,in his gaudes, quæ sunt tibi ad pacē temporalem fallacem,atque ad iucundam quietem:ideo rides,exultas, tripudiasque nescia futurorum. Si autem scires quæ ego scio tibi ventura,fleres mecum, nec gauderes. Nunc vero quia nescis quæ abscondita sunt ab oculis tuis mala tibi ventura,ideo hæc te modo non contristant. Causa itaque præsentis lætitiæ ignorantia est futuri mali: quia non cogitas etiam Dei offensionem vel præteritam, vel præsentem, aut futuram,ideo non doles, non plāgis, non te corrigis. Scriptum nāque est:Quia non cito profertur contra malos iudiciū, absque vllo timore hominum perpetrant mala. Hæc futurorum ignorantia apud illos erat,qui dicebant: Venite fruamur bonis quæ sunt,& vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Quam tamen ignorantiam suam,imo temeritatem tarde nimis postea planxerunt iam in inferno cō stituti,& in iudicio plangent extremo, dicentes: Quid profuit nobis superbia nostra,aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Fleuerunt itaque errorem suum sed tardius quam oportebat, quia tempus præterierat miserendi.

Loq truncate qbus solitū sit.
Ecclē. 8
Sapien. 5

Quia venient dies in te & circundabunt inimici tui vallo. Et circundabūt te, & coangustabuut te vndique: & ad terram prosternent te,et filios tuos qui in te sunt.

F

Prænunciauit mala dñs,quæ Hierosolymitæ erant peccatis suis exigentibus passuri per obsidionem & excidium ciuitatis. Sæpe prænoniti erant per prophetas, & per Christum,sed non pœnitentes tandem pœnas dare coacti, sunt. Nam quotquot missi fuerant ad eos prophetæ, fere omnes ab illis sunt interempti. Quamobrem dicebat illis Christus:Hierusalem,Hierusalem,quæ occidis prophetas, & lapidas eos,q ad te missi sunt,q̄ties volui congregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis & noluisti? Quæ verba si bene discutiant,videbis quantū hominis prævalet liberum arbitrium,præsertim in malo. Christus vult

Matt. 23
Liberum arbitrium hominis quantum valeat.

congregare Hieroſolymitas, ſed non potuit. Quare? Quia noluerunt eum ſequi, noluerunt eum recipere. Ipſe autem, licet poſſet, neminem vult cogere non volentem, quia vnicuique ſuum relinquit liberum arbitrium. Poteſt itaque homo ſuo libero arbitrio abutens ſe impedire, poteſt obicem gratiæ Dei opponere: non poteſt autem ad ſalutis ſtatum, aut ad Deum ſe conuertere, & eandem obtinere, niſi Dei adiutus gratia. Cum ergo Iudæis obtuliſſet gratiam vocans eos & conuertere cupiēs per multos nuncios ad illos miſſos, neminē illorum audierunt. Venit ipſe tandem, vt in parabola habetur Euangelica de cultoribus vineæ, & occiderunt eum, non parcentes illi, quamuis Dei eſſet filius eorumque dominus. Itaque voluit eos congregare Chriſtus & ad miſericordiam recipere, conſentire ei noluerunt: ideo ſatisdiu poſt omnia eorum peccata ad pœnitentiam expectati ſunt. Verum cum nulla ſequeretur pœnitentia, tandem calamitas vlciſcens & exterminans ſuper eos inducta eſt. Venerunt enim Romani, Veſpaſianus & Titus eius filius miſſi à Tiberio Cæſare ad vaſtādum Iudæam, quia rebellauerant. Non autem putandum eſt, quia Romani intulerunt Iudæis cladem illam maximam, vltimumque gentis excidium, quod propterea à domino non ſit eis illata plaga. Quiſquis enim miniſter fuerit iuſtitiæ diuinæ, & propter quancunq; etiam cauſam is q miniſter eſt, id fecerit, aut quamuis Dei zelum ac noticiam nō habuerit, nihil refert. Nouit dominus æque peccatores punire, per quoſcunque id fiat. Nouit vnicuique ſua mala reddere in ſinum ſuum per quæcunque vult media. Hoc modo enim olim afflixit Iudæos rex Babylonis Nabuchodonoſor tempore Zedechiæ regis, quos captiuos abduxit in Babylonem: in q̄ miniſter ipſe adeo fuit diuinæ iuſtitiæ, vt ſeruum ſuum Deus illum vocaret, propterea quod eos, qui caſtigandi erant, caſtigabat, quamuis Nabuchodonoſor in hoc nō diuinę voluntati aut ordinationi, ſed ſuę crudelitati ſæuire decreuiſſet. Dominus aūt illum, quem prohibere potuiſſet, permiſit vt ſuam impleret tyrannidem in Iudæos, quo ea q̄ Iudęi in Deū cōmiſerant peccata, affligente Nabuchodonoſor caſtigarent. Sic modo q̄que ſeuitiam Romanoꝝ vertit in Iudæorum caſtigationem. Prænunciat autem eis futuram calamitatem, additis ſimul lachrymis veritatis & prophetis teſtibus. Venient, inquit, dies quo circundabūt te inimici tui vallo, id eſt, aggere (tres enim Romani aggeres ad capiendam Hieruſalē fecerunt) & coanguſtabunt te vndique, vt nemo ingredi aut egredi ſub obſidione poterit. Tanta tunc calamitas intus fuit obſeſſis, tanta improbitas famis, vt obſeſſi corrigias & calciamenta manducarēt. Parentibus filij, filiiſque parentes ex ore cibum rapiebant. Matres quos genuerant, infantes manducabant. Erant nihilominus in ciuitate latrocinia, peſtis, fames, diſſidia, factioneſque ciuium & omne malū. Moriebantur ex fame homines, & mortuos ſepeliebant iamiam morituri: nam inedia & fame conſumpti mox ſuper cadaueraſepelienda, in eundem tumulum erant ruituri. Congregata enim tunc fuit hominum multitudo ex vniuerſa Iudæa, Galilæa & reliquis Iſrael quæ ad feſtum conuenerant Paſchæ, quanta ante hac nūquam. Hæc ibi vniuerſa hominum multitudo cōcluſa eſt & infra muros coanguſtata. Hæc oīa illis Chriſtus p̄dixit: Et ad terram, inqt proſternent te Romani, ædificia deſtruentes, & filios occidentes.

Matt. 21

Ioſep. lib. 7. de bello Iudaico ca. 1. & ſequentib⁹.

Calamitas quàm in obſidione Hieruſalem fuerit

Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

Obſidionis illud tempus ſub Veſpaſiano & ſub Elia Hadriano ſignificat, quorum prior ciuitatem deſtruxit, poſterior vero vniuerſa etiam relicta per Titum, & interim rædificari cœpta funditus demolitus eſt. Cauſam autem hic tantæ calamitatis ſignificat: Eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Ac ſi diceret: Ideo hæc mala ſuſtinebis, quia prophetas meos ad te miſſos occidiſti, & me quoque occides, ac apoſtolos meos, renuens intellige re, quod ad ſalutem tuam omnes te viſitare, reducere & inſtruere venerimus, tā gra-
uia mala rependens pro charitate tāta & p beneficijs, malitia te excitante. Miluus, ait Hieremias, in cœlo cognouit tempus ſuū, turtur, hirundo & ciconia cuſtodierūt tē pus aduentus ſui: populus autem meus nō cognouit iudicium domini. Et Eſaias: Cognouit, inquit, bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me

G

Luc. 11 Mat. 23

Hiere. 8

Eſaiæ 1

me non cognouit. Scis ex libris tibi Meſſiam venturum. Ecce venit tibi, quō tibi venturus nūciatus eſt per Zachariam: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus veniet tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam. Quare nō credis in eum? Inexcuſabilis es Iudæe. Feci eīm opera quæ nemo alius, & quæ homo ſolus nō potuit facere: hæc teſtimoniū perhibēt de me, quod filius Dei ſum. Hanc aūt calamitatem, quam paſſuri erant Iudæi, in Daniele quoq; legimus prædictam. Ille enim à Gabriele ſibi ſcribit nunciatum in hæc verba: Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duę erunt. Et rurſum ędificabitur platea & muri in anguſtia temporum (poſt reditum ſcilicet ex captiuitate Babylonica.) Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius, id eſt, Chriſti populus, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, ſcilicet cum Veſpaſiano & Tito. Et finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Hæc deſolatio in hunc vſq; diem apud Iudæos perſeuerat.

Zacha. 9

Ioan. 15

Daniel. 9

Et ingreſſus in templum cœpit eiicere vendentes & ementes, dicens illis: Scriptum eſt, Quia domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

Eſaiæ 56

H

Mox vbi intrauerat ciuitatem dominus, domum patris ſui acceſſit, à ſanctuario ſcilicet incipiens purgationem facere peccatorum. Erāt enim propter auaritiam phariſæorum & ſacerdotum in anteriori atrio templi omnia hoſtiarum genera conſtituta venalia, quo hi qui à longe venerāt, nec hoſtias adducere, propter itineris longitudinem poterant, ſeſe haud excuſare, quin offerrent, poſſent. Poſuiſſe præterea referuntur numularios, qui pecuniam egenis mutuarent, aut cambirent, quo maior eſſet quæſtus hoſtiarū ſacerdotibus. Contingit autem, vt aſſolet in huiuſmodi negociationibus, fieri contentiones, rixas, aut etiam fortaſſe percuſſiones. Quare Chriſtus turpem hunc quæſtum in loco ſacro Dei honori dedicato execratus, mēſas numulariorum & cathedras columbas vendentiū euertit. Bis dominus Ieſus hunc zelum contra huiuſmodi negociatores in templo exhibuit. Primo eiecit vendentes, huiuſmodi & ementes circa primum Paſcha Iudæorum, quo poſt ſuam prædicationem Hieroſolymam aſcenderat, & vbi iam aquam mutauerat in vinum, de quo ſcribit Ioannes. Secundam eiectionem fecit in dominica, quam nos vocamus in ramis palmarum, de qua eiectione refert Euangelium præſens. Refert autem Ioannes quod quaſi flagellum de funiculis fecerit, quo illos eiecit. Vnde miratur fortaſſe quiſpiam: Quomodo tantæ autoritatis homines, tantaque populi multitudo, ſacerdotes quoque ſuperbi id ſuſtinuerint ab homine (vt putabant) ſimplice & paupere? Dicendum: Dominus Ieſus non ſolum eiecit eos ex templo, & numulariorum æs effudit, cathedraſq; euertit venden tium, vt homo: ſed terruit eos etiam virtute diuinitatis. Ideo etiam veriſimile eſt, fulgorem tunc quendam diuinum in eius vultu atque radium terrificum apparuiſſe, cuius aſpectu terrerentur iniqui, ab iraq; compeſcerentur.

Auaritia phariſæorū quanta fuerit.

Matth. 21

Marci 11

Chriſtum negociatores expulſſe ex templo. Ioan. 2

Lucæ 19 Matth. 21 Marci 11 Ioan. 2

Et erat quotidie docens in templo.

Chriſtus hoc die & ſequenti, tertiaq; die quotidie à mane vſq; ad veſperam prędicabat in templo, aſſiduitatem prædicandi circa finem exhibens vehementiorem. I

Docuit autem nos hic Chriſtus locis ſacris, non contumeliam, ſed reuerentiam exhibere. Multifaria nanque irreuerentia loco fit ſacro: Primo, in loco ſacro male viuendo, vt faciunt religioſi quidam iniqui, & mali ſacerdotes. Vnde ſcriptum eſt: In terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam domini. Secundo, exhibetur irreuerētia, ſi prophanis vſibus locus ſacer applicetur. Quocirca ſcribit Marcus, quod non ſinebat dominus Ieſus, vt quiſpiam vas transferret per templum. Tertio, templū Dei polluendo. Vnde Pſalmiſta: Polluerunt templum ſanctum tuū. Legimus Pompeium, qui in omnibus bellis fuit fortunatiſſimus, poſtquam ipſe & eius milites in porticum templi poſuerūt equos ſuos, templum domini prophanantes, nullam poſt hac victoriam obtinuiſſe, ſed hoſtibus ſemp ſuccubuiſſe. Quarto, in loco ſacro proximum lædēdo, vt hominem ibi verberando, vulnerando, aut cuipiam res ſibi alienas auferēdo, quomodo

Irreuerentiam loco ſacro multifarie fieri.

Eſaiæ 26

Marc. 3

Pſalm. 78

Exemplū de Pōpeio templum dūi ꝓphanatore.

2. Mach. 3 Heliodorus pecuniam depositam alienam rapere moliebat, sed insigni à domino fuit plaga correptus. Quinto, fit contumelia loco sacro, vbi imagini, altari aut sacris vasis in altaris maxime ministerio deputatis fit cõtumelia. Quod Iulianus fecit apostata, qui super pallas & corporalia & in calices minxit, aluumque purgans, fœdauit. Qui suo merito grauiter mox punitus est à Deo. Huc locandi etiam hi sunt, qui Eucharistiã indigne, aut sumunt, aut alijs ministrant constituti in mortali peccato. Hi enim non solum templo, sed etiã domino templi iniuriã ac cõtumeliam faciũt grandem. De hoc Paulus scribens ad Hebræos:

Iuliani apostatæ in sacra impietas.

Hebr. 10 Irritam, inquit, quis legem faciens Mosi fine miseratiõe duobus aut tribus testibus moritur. Quanto deteriora mereri putatis supplicia eum, qui filium Dei pedibus conculcauerit? Christum cõculcare, est ipsum irreuerenter & indigne sumere. Charissimi filij, præmeditemini futurum Dei

K iudicium, incertam horam mortis, mortem ipsam certissimã, quæ rapiet vos, quocunque inuenerit vos loco. Alius in lecto, alius in cãpo, alius in ludo, alius in aquis, alius in bello moritur. Propterea in omni loco, in omni tempore mortem habeatis

Mors semper & vbique omni suspecta habenda. suspectam. Nec inueniri vllo modo patiamini vos in statu, in quo si mors subito irrueret in vos, non posse tis saluari. Hoc est, caueatis, vt mortem corporis, imo incomparabiliter magis mortem animæ, caueatis mortale peccatum. Quod si incideritis, non patiamini, si fieri potest, ad momentum vt in illo perseueretis. Quapropter illico ad Deum festinate, misericordiam postulate, pœniteamini, lugete, castigateque iniquitatem vestram, & firmo proposito, statutaque sententia vos renouate, quasi

Roma. 6 modo incipientes, quasi modo geniti, vt tanquam in nouitate vitæ, & quasi nunc incipientes ambuletis. Si in gratia Dei reconciliati Deo mortui fueritis, nihil vobis aut genus, aut conditio nocebit mortis.

Sap. 4 Iustus enim quacunque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Preciosa e-

Psalm. 115 nim in conspectu domini est mors sanctorum eius. At vero contra, quomodocun-

Psalm. 33 que moriantur iniqui, est mors peccatorum pessima. Non igitur timeatis mortem, sed vt bonam habeatis vitam, satagite. Dominus autem noster Iesus Christus vos illuminet, vos confortet, vos regat & possideat, atque in regnum suum vos sempiternum perducat, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica de Christi fletu, quomodoque nos tempus visitationis aduertere, & mortẽ præmeditari decet.

L Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Lucæ XIX. Nõ hac tantum vice dominum fleuisse legimus, sed sæpius: risisse vero nunquam. Quo indicare voluit tempus hoc vitæ nostræ tempus esse lachrymarũ, non gaudiorum. Est enim in hac vita magis tristandũ, quam gaudendum, modo tristitia sit sancta & salubris, Deoque accepta. Itaq; Christus quinquies fleuisse putãdus est. Primo, fleuisse creditur ex compassione miseriæ nostræ infans mox natus. Siquidem tunc fleuisse dicitur more omnium infantium: quorum prima est emissio vocis ploratus. Christus igitur, quia naturæ nostræ veritatem assumpsit, conformasse se nobis, vt canitur in Ecclesia, creditur, vt illud Sapientiæ dicere posset: Primam vocem similem omnibus emisi plorans. Fleuit autem miseriam humanæ conditionis, in quam homo cecidit per peccatum. Consideretur status noster, qui in paradiso nobis fuit datus, & consideretur status ille, in quem peccando cecidimus, quem & modo sustinemus, & videamus nunquid non fletu digna sit miseria nostra. Olim omnia quæ in nobis erant quieta, subiectaq; Deo in honestate, in pace & in tranquillitate creata, obediebant nobis: nulla creatura lædebat nos: eramus incorruptibiles & immortales, hoc est, potuimus non corrumpi, non lædi, non infirmari, nõ mori. Amauimus bonũ, nec erroribus eramus, aut ignorãtijs & delictis subiecti. Sed heu experimur omnes, quomodo nos hodie sentimus ad bonum pigros, duros, rebelles, frigidos, ad malum pronos, ignorãtes, cõcupiscẽtijs malis & tẽtationibus plenos, infirmitatibus subiectos. Et quis mala omnia quę nobis occurrũt, enumerabit? Fleri & plãgi possunt, enumerari non possunt.

Flet° Christi qđ nos doceat.

Quinquies Christũ fleuisse. Lucæ:

Sapien. 7

Fleuit itaq; tũc dñs Iesus, nõ propter se, sed propter nos: ipse enim pctũ nõ habuit, nec carnem peccati, nihilo minus tamen pertulit humanas infirmitates, quæ sunt

1. Petri 2

sine peccato, vt famem, sitim, calorem, frigus, pauorem, læsionem, vulnera, dolores, & mortem, quia voluit, & quantum voluit, & quando voluit propter nos. Sic propter nos fleuit, quo nobis flendum ostenderet. Quare flendum? Non quod calorem & frigora toleramus, non quod paupertatem, exilium, carceres, persecutionem, aut mortem sustinere habemus, sed quod in hac vita Deo non subditi sumus, quod cõtinue peccando ipsum offendimus, q̃ in ignorãtia & erroribus ambulamus, quod nulla nobis est constantia volũtatis bonę, q̃ dona Dei in nobis destruimus, q̃ Dei abutimur beneficijs, quod nimia est nobis infirmitas animi, q̃d nulla fortitudo, nullus ad Deum amor, infinitaq; alia, quæ vt plangantur operæprecium est. De hoc fletu Christi dicit Bernard. Fleuit Christus, sed non vt cæteri. Sed cur non vt cæteri? Illi enim flent ex passione, sed Christus flet

Flendum cur sit homini.

Bernard°

M ex compassione miseriæ nostræ. Secundo, fleuit Christus ex dilectione. Fleuit enim super Lazarum mortuum, licet paulo post resuscitandum. Fleuit autem vidẽs amantissimam atque fidelissimam quoq; suam discipulam Mariam Magdalenam flentem. Quo discimus non illicitum esse, horum qui nobis amici fuere ac necessarij, mortem flere, modo non fuerit intemperantia, immodestiaque, quæ præbeat in alijs vtilioribus, aut necessarijs impedimentum. Tertio, hic fleuit super ciuitatem. Fleuit autem non quod murorum, ædificiorumque destructionem, aut vrbis plangeret excidium, sed quia cæcitatem, mortemque doluit animarum. Ambulabant enim habitatores Hierusalem, iuxta verbum Sophoniæ, vt cæci, quia domino peccauerunt. Satis enim erant per prophetas præmoniti, sed credere noluerũt. Nam excidium hoc quoq; Micheas prædixit illis: Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum. Docuit autem nos flere pericula animarum, puta tam peccata nostra propria, quam aliena. Ad quod hortatur etiam Augustinus, dicens: Sunt ne in te viscera humanæ compassionis, qui plangis corpus à quo recessit anima, & non plangis animam, à qua recessit Deus? Vellet quidem pientissimus dominus non opus fore, vt virgam sentiremus, vellet nos omni esse tempore cõsolatos, si nobis ita expediret. Nos enim quamuis ratione præcellimus, sumus tamen pecudibus circa ea, quæ carnis sunt, insipientiores. Quare vt pastor suum gregem minat, arcet, regit & custodit, ita nos dominus ducit, protegit, cædit quoque, & impellit nos ad bonum. Non est voluntatis eius, vt moriamur in peccatis nostris, nec vt æterna nos plectat morte. Sed nostri cupit misereri, ideo virga nos visitat, vt ad viam reducat, à qua hallucinati sumus. Beneficium igitur est maximum, si à domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Videtis enim quam paterne suos castigat filios, quando super obduratos quoque flet peccatores, quod iustitia sua, & illorũ meritis exigentibus cogitur eos abijcere, atque damnare, qui tamen adeo multifariam inuitati ad illum accedere, vt saluarentur, noluerunt. Naturæ diuinæ proprium est, præcipueque competit ei misereri, & parcere. Proinde, quando damnat, aut punit reprobos Deus, quasi rẽ sibi alienã agit. Quod per Prophetam nobis insinuatur, vbi de his qui se corrigere nolebant, cordeque obdurauerant, dominus dicit: Heu consolabor super hostibus meis, dolorem exprimens quod hostibus suis vltionem cogeretur inferre. Quarto, vt Augustinus refert, Christus super Iudam fleuit. Quamuis autẽ nulla certa hoc probetur scriptura, potest tamen dici, q̃d aliquo modo hoc insinuat Euangelista Ioannes. Nam quum dominus Iesus dixisset post lotiõem pedum discipulorum: Ego scio quos elegerim, sed vt adimpleretur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum, sequitur paulo post: Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & prostratus est, & dixit: Amen amẽ dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Potest autem intelligi, q̃d ruina prælatorum & magnorum, propterea quod vehementer hęc non solum illis, sed omnibus etiam noceat, maxime flenda est. Grauem enim plagam ferit gregi, vehementsq; infert scandalum, quãdo prælatus, aut is qui in opinione habetur sanctitatis, in manifestum aut graue cadit peccatum. Quinto, Christus fleuit in cruce. Quem fletũ Apostolus Hebræis scribens: Qui in diebus, inq̃t, carnis suæ preces, supplicationesque ad eum qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachry-

Lucæ 19. Sup ciuitatem cur fleuerit Christus.

Sopho. 1

Mich. 3

Animarũ pericula esse plangenda. Augustin.

Augusti. Christum sup Iudã fleuisse.

Ioan. 18

Prælatorũ ruina cur maxime sit deflẽda

Hebr. 5

E saiæ 1

1. Cor. 11

N & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Sed ad huius Euangeliĳ fletum reuertamur. Neque enim eruditione caret hoc Euangelium. Itaque dominus Iesus fleuit hic pro his q̃ ridebant, pro gaudentibus tristabatur, & pro his qui sui curam abiecerant, sollicitudinem agebat. Flebat pro his, qui eius lachrymis deridebant. In hoc autem figurabat personã boni prælati, qui subditorum suorum cladem suam æstimans, peccata, pericula, damna, ærumnas, infœlicitatem, perditionemque eorum deflet. Maxime autem hic prælatus figuratur zelosus, qui post omnem diligentiam suam contemnitur, cuius monita spernuntur, cuius diligentia, ac vigilantia deridetur, qui cum nullum ex se videt sequi fructum, non aliam habet consolationem, nisi vt pro subditis suis apud dominum ploret. Fleuit autem dominus mala futura super Hierusalem, sed multo plus causam fleuit, propter quam erant hæc mala vrbi ventura. Quid enim nocuisset vrbis excidium, quid demolitio & ruina murorum obfuisset, si non propter sua peccata & demerita, sed innocentes hæc paterentur? Secundo optat eos quoq; suam infelicitatem, & infortunatam fortunã agnoscere, periculaq; præmeditari, vt dum tempus est, possint ea si velint, præcauere. Nihil enim illis profuit Christum illorum flere damnationem: sed si ipsi quoq; fleuissent, potuissent Dei irã à se auertere, aut saltem ita reconciliare, vt si qua etiam paterentur, ad suorum peccatorum purgationem, ad æternamque salutem paterentur. Quomodo igitur sollicitudo & fletus nihil profuit Christi illis, qui seipsos non flebant, ita boni prælati sollicitudo nihil illis confert, qui sua sponte inique volunt. Prodest quidem prælato, si, vt in Ezechiele habetur, domino loquente ad impium eius denunciauerit iram, gladiumque venturum prænunciauerit, quia liberat animam suam pastor, quod malum futurum illi prænunciauit. Porro subditus præmonitus, si non custodierit se, nec monentem audire voluerit, morietur in peccato suo. Pastor igitur animam suam saluabit, nec subditi sanguis de eius manu requiretur. Consoletur itaque pastor se, si non auditur, aut si ipsius diligentia contemnitur, quandoquidem neq; melior, neque dignior est Christo, cuius sermo non semper fecit fructum. Causam huius dicebat Iudæis: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Tertio etiam instruimur de tempore visitationis nostræ, atque illud obseruemus. Tota vita nostra hoc tempus complectitur. Ideo nulla est hora negligenda, nullusq; dies, quandoquidem quotidie à domino visitamur. Quicquid agit circa nos, quicquid super nos venire permittit, visitatio est domini. Quare quæcunq; tibi eueniunt, non aliter quam à manu domini accipias. Et dum aliquid tibi acciderit noui, mox cogita, siue triste id fuerit, siue lætum, visitationem esse domini. Intellige munus hoc tibi missum à Deo, per quod magis quam ante illi placere studeas. Certissimum autem tene nullum vnquam patrem adeo fuisse sui filiĳ amantem, nunquam filio suo tam bene voluisse, nec filiĳ adeo desideraſſe profectũ, quam desiderat pater cœlestis, vt filiĳ sui à se creati, à se redẽpti, sibiq; adoptiui, bene, iuste, pieq; ac sancte viuant. Quarto, frequẽs nobis esse debet mortis memoria. Huius enim meditatio delectatiões aspergit, & amaricat sensuales. Ea autem quę de excidio referuntur Hierosolymitano, spiritualiter etiam contingunt homini morienti. Moriens enim aut moriturus illud dicere potest Iob: In memetipso marcessit anima mea, & possident me dies afflictionis. Siquidem homini, præsertim peccatori morienti, mirabilis occurrit angustia, variaque aduersitas. Circundabunt tunc animam egredientem inimici eius vallo.

Vallus, seu agger ille, triplex est peccatorum angustia. Anguntur enim de peccatis cogitationum siue cordis, de peccatis item oris ac locutionis, & de peccatis operis ac omissionis. Horum peccatorum, quæ olim non reputabat, accusatrix tibi nunc aderit conscientia, & ex omni parte animam circundabit molestia. Erit autem tunc iudicium Dei, vt qui toties & tantum tempus visitationis suæ neglexit, contempsitque dominum, post peccata sibi æque gratiam suam offerentẽ, vt in extremo q̃q; tunc nihil à Deo speret, nihil roget, nihil impetret. De hac animæ obsidione dicit Ionas: Circundederunt me aquę vsque ad animam, abyssus vallauit me. Ad hęc circũdabunt dæmones peccatricẽ animam, vt in libro Sapientiæ scribitur: Personæ tristes apparentes pauorem illis præstabunt.

Angusta-

Documenta Euangeliĳ huius quæ sint.

Prælatus bonus ac zelosus quẽ subditorũ pctã deflcat.

Ezech. 34 Prælatus quãdo animam suã liberet monendo subiectos.

Hiere. 31

Quõ homo ũnde à Deo visitetur.

Excidium Hierosolymitanum quomodo spiritualiter contingat homini morienti.

Iob. 30

Vallus triplex q̃ ait peccatrix circundabit quis.

Ionæ 2

Sap. 17

Angustia animę peccatricis morientis quanta.

Angustabũt itaq; miseram animã inter vitam & mortem, inter finem culpæ & initium pœnæ, vt nesciat quo se vertat. Nam intus sentit conscientiã accusantem, iuxta se dæmones terrentes. Si etiam se conuertere voluerit ad Deum, non inuenit eum, hoc est, non cogitat eum clementem, benignum & misericordem, sed durum & inclementem, quia à dæmonibus continue ad desperationẽ impellitur. Deinde, inquit, inimici tui ad terram prosternent te.

Prosterni ad terrã mystice quid.

Ad terram prosternitur homo moriẽs, qa corpus terræ traditur, anima vero pctõris sepelitur in inferno. Vnde in Hieremia dicit dominus: Dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu eorũ, quorum tu formidas faciẽ. Et filios tuos, qui in te sunt, inquit, ad terrã prosternent.

Hiere. 21

Opera vt filiorum noie significentur.

Opera hominis sunt conceptæ proles in volũtate, & enatæ in actione ipsa. Mala igitur opera tua, genimina tua mala, & fœtus tui sunt. Hi ad terram prosternentur, quia nihil in eis est, quod cœlestia petat. Modo igitur quodcunque potest manus tua, instanter operare, quia nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Est enim anima tũc peccatrix adeo ad terram prostrata, vt nihil aliud, quam pœnas & præsentes & futuras mortis formidolosa cogitet. Heu q̃ diuertet anima peccatrix aut quo effugiet? Apparere nanq; erit intolerabile, latere impossibile. Non erit, ait Amos propheta, fuga eis: & qui fugerit ex eis, non saluabitur.

Ecclẽs 9

Amos 9

P Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Homo peccator hic cõtra Deum murum, aut turrim Babel construit, dum vnam cogitationem alteri coniũgit, atque calce malæ delectationis non aliter atq; lapidem lapidi conglutinat. Verum, quando illa aduenerit hora, omnia dispergentur. Peribunt consilia, frustrabuntur voluntates. Nihil iam restabit, nisi quod audient: Exite, exite, obuiam ei. Cui? Irato domino, irato iudici, implacato domino, à quo audiẽt durum verbum abiectionis, & maledictionis, quia dum sani essent, ab auditione mala timere nolebant. Noli igitur in illud tempus contritionis, pœnitentiæ, conuersionisque exercitia differre, quia tunc tãta erit turbatio animæ tuæ, vt minime salubre quid tunc, si pœnitentiam vsque in illam distuleris horam, possis cogitare. Scriptum nanque de illa hora est: Exibit spiritus & non reuertetur ad terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quicquid statuisti in vita, & in hanc horam distulisti, hac hora peribit, quia non est tunc tempus consultationis & deliberationis, sed reddendæ rationis. Nullum igitur aliud est consilium efficacius, vt si bene & tranquille velis mori, bene viuas. Iam igitur omni hora, omni momento Deo fidelis assiste, atque in eius gratia perseuera. Non potes habere certitudinem, fis ne in gratia Dei nec ne: quandoquidem nemo scit, an amore, odiove dignus sit, sed sufficit tibi, vt nihil mali in te scias, quod contra Dei foret præceptum, quodve extra gratiam Dei te constituat. Nam hæc in te si deprehenderis, paratum te esse oportet, quæcunque facienda facere, quæcunque subeunda subire, quo gratiam Dei recuperes. Charissimi, igitur nolite tempus vobis datum ad bene operandum negligere, nolite pœnitentiam ad vitę finem differre. Modo ambulate dum lucem habetis gratiæ: modo, dum tempus est gratiæ, Deo vos reconciliate, modo deniq; visitationem vestram respicite, atque diuinæ inspirationi obtemperate, vt læti atque felices moriamini. Non habent timere mortem, qui in vita dum sani essent, dum adhuc peccare potuissent, sunt reconciliati Deo, exuerunt pctã sua, & fordidas vestes veteres, resumpserunt nouas, quas dealbauerunt in sanguine agni. Non enim olim candida, dum in peccatis viuerent, habuerunt vestimenta, quia in innocentia non perstiterunt, sed fordida. His itaque ablatis, his in cruore roseo Iesu Christi dealbatis ac mundatis, non habes fili timere mortem, sed confide & crede omnia pctã tua dimissa. Teipsum quotiescunque formidas, discute, interroga te, an pctm̃ diligas, placeatve quod feceris, idque secundum rationem. Nam in sensualitate sola si phantasiæ iniquæ voluantur, aut te impugnent, non erit propterea damnatio tibi, qui es in Christo Iesu. Nam si non placeat pctm̃, sed optares illud nunquam te admisisse, pœnitetq; te, quod vnquam peccaueris, quodve vnquam offenderis Deum: deinde propositum tibi constans est abstinendi ab omni peccato, præsertim mortali: tertio, parata voluntas ad obediendum Dei mãdatis omnibus, & sequendam eius voluntatẽ secure

Confilia optimum quõ homo bene possit mori.

Ecclẽs 9

Ioan. 12

Mortem quis non habeat timere.

Apoc. 7

Matth. 9

Roma. 8

Gene. 11 Turrẽ Babel quõ construat peccator.

Matth. 25

Psalm. 111

cure potes te confidere esse amicum Dei.

In gratiam Dei hominē constituētia tria quæ.

Hæc enim tria in gratiam Dei constituunt hominem: Dolere de omni peccato, velle cauere & continere se ab omni peccato, & Dei præcepta diligere, nolleq; transgredi, sed his obedire. Dominus noster Iesus Christus hæc nobis largiatur, vt nunquam in nobis hæc non inueniantur, vt sic in hac vita Christo soli viuamus, ne in morte ab eodem separaremur, qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

DOMINICA XI. POST DOMINICAM S. Trinitatis, epistola B. Pauli apostoli I. ad Corinth. XV.

XX. NOtum vobis facio Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini: Qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia visus est Cephæ: & post hoc vndecim. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A APostolus Corinthios intellexerat perperam à quibusdā pseudo apostolis instructos, aut seductos potius, ut de mortuorum dubitarent resurrectione, existimātes neminem resurrecturum. Quem errorem refellere cupiēs Paulus apostolus, eisdem scribit hoc modo: Hactenus de spiritualibus donis vobis disserui, modo vero commendo, clariusq; vobis loquens idem manifesto Euangelium, quod non est vobis nouum, quoniam iamdudum hoc vobis prædicaui. Quod recepistis quoq; credendo, & mores ac vitam vestram secundum hoc Euangelium instituendo: in quo deniq; statis perseuerando. Hoc autem dicit de his, qui adhuc in fide resurrectionis per perstitebant. Neq; enim omnes erant seducti. Hoc autem suo more facit Paulus, qui humano ingenio suo & prudentia, quibus excellenter pollebat, vehementer ad Christi gloriam vtebatur, applicans consilia, reprehensiones & argumenta, quibus potuit modis prudentissime, congruentissimeque, vt efficaciter persuaderet. Ideo hic pari modo quoq; captat beneuolentiam ab his, qui erant adhuc in fide resurrectionis perseuerantes, veba sua coaptans, vt haberent constantes vnde gauderent: hi vero q nutabant, torquerentur verecūdia & emendarentur. Itaq; Euangelium, inquit, vobis prædicaui, nec ab illo aliud nunc diuersum doceo. Hoc enim illud est quod suscepistis, quod tenetis, in q̄ perseueratis, per quod & saluamini, id est, cuius tum fides, tum obedientia vos ad salutem perducit, si tamen fide & memoria retinetis, qua ratione, ad quem finem, quo ve argumento hoc Euangelium prædicauerim vobis. Neque enim persuasibilibus humanæ sapiētiæ verbis vos ad hoc induxi, sed prædicatio mea fuit in virtute & signis. Legitur enim in Actis apostolorum non modicas virtutes Actor. 11 fecisse Paulum, adeo vt semicinctia Pauli, atq; sudaria deferrētur, & super languidos ponerentur, & languores recedebant, spiritusq; nequam egrediebantur. Porro finis, inquit, ad quem vobis Euangeliū prædicaui

dicaui obtinendum est, vt vitam consequamini æternam. Quod haud quaquam asse quemini, si resurrectio non fuerit mortuorum. Hoc eīm tenetis me vobis prædicasse, hoc vos credidisse, nisi frustra credidistis. Frustra autem creditis, si alia quidem recipitis, resurrectionem vero mortuorum fide non expectetis. Quomodo enim nō inutiliter creditis, quandoquidem fidei finē & fructum nō attingitis? Aut quæ alia est spes credētium, quam quod mortui resurgant? Quod quisquis nō sperat, frustra de reliquis sibi fidei partibus blanditur.

B Sequitur: Tradidi enim vobis inter prę cipua fidei sacramēta hoc, quod & ego ab ipso domino nostro Iesu Christo accepi, non per me finxi. Quoniam Christus non pro sua necessitate, sed pro peccatis nostris mortuus est secūdum propheticas scripturas: quarum ex multis vna est Esaiæ dicentis: Propter scelus populi mei percussi eū. Esaiæ 53 Psalm. 21 Altera in Psalmo: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Et quia sepultus est post mortē, & quia tertia die resurrexit etiam secundum scripturas. Cuius resurrectionem Ionas in figura testatur. Quomodo enim in ventre ceti ille, ita Christus in terra, hoc est, in sepulchro tribus iacuit diebus, & tribus noctibus. Tradidi quoq; vobis, quod post resurrectionem suam visus est Cephę, id est, Petro, Cui primo in viris, vt Marię Magdalenæ primo inter mulieres apparuit. Marc. 16 Quando apparuerit autem dominus Petro, non exprimit scriptura, nisi quod redeunti à sepulchro, ad quod cum Ioanne festinato abierat, atq; secum de visione angelorum, de eorundemque testimonio secum miranti apparuisse illum coniectura sit. Et post hoc visus est vndecim apostolis tunc quando propter metum Iudæorum ianuis erant clausis in die & in octauis Paschæ. Tunc quoq;, quando vt Matthæus refert, in Galilęa Christus apparuit apostolis in mōte. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul. Vbi hæc apparitio facta sit, nullus Euangelistarum refert. Ex quibus multi viuunt adhuc superstites, qui testari possint, quidam autē dormierunt. Deinde visus est Iacobo minori, fratri scilicet Simonis & Iudę Thadęi. Quę apparitio æque ab Euāgelistis tacetur. Deinde apostolis omnibus in die Ascensionis, vbi primum recumbentibus vndecim, Marc. 16 deinde in monte Oliueti pluribus apparuit ascensurus in cœlum, vbi refertur discipulos eleuatis manibus benedixisse. Nouissime autem oīnium (inquit Apostolus) post domini ascensionem, visus est & mihi Actor. 9 in Damascum ad persequendos Christianos proficiscenti, sed tanquam abortiuo, qui immature & violenter de vtero ejicitur matris. Ita enim ego quoque, inquit, de synagogæ vtero coactus sum per terrores & minas (quādo dictum est mihi: Durum est tibi contra stimulum recalcitrare) exire. Ego enim sum minimus apostolorum (quod à nobis tempore, non dignitate, qa post alios vltimoq; vocatus est, debet intelligi) qui non sum dignus vocari apostolus, propter vitam meam præteritam, qua apostolatu me reddidi indignum. Persecutus sum enim Ecclesiam Dei. Vide quam humiliter de se sentit Apostolus, cum plus apostolatu accepto, omnibus aliis laborauerit, vberioremque quam cæteri in domini horrea reduxerit frugem: ob oculos tamen suos priorem suam vitam ponēs, qua veritati zelando per ignorantiam obstiterat. Quare vocat se non solum apostolorum minimum, sed etiam apostoli nomine indignum. Quo nimirum mentis nostræ duritia confutatur, qui male vitæ nostræ retro actæ nobis cōscij, de peccatis nostris, post conuersionem etiam nostram haudquaquam compungimur. Paulus ea delicta quæ ante baptismum admiserat, ad huc plangit, nos ea quæ post baptismum assidue admittimus, vix plangimus.

Lucæ 24

Actor. 9

Abortiuū cur se nominet Paulus.

Actor. 9

1. Cor. 15 Humilitas Pauli quāta fuerit.

Itaque vbi se ratus est apostoli nomine vocari indignum, subiungit: Gratia autem Dei sum id quod sum. Quasi diceret: Per merita mea nil boni sum consequutus. Verum gratia Dei, id est, ex gratuito Dei munere datum est mihi esse id, quod sum. Et gratia eius in me non fuit ociosa, sed omni negocio, opere & labore plena, quia abundātius ac plus singulis laboraui. Non autem ego, scilicet solus laboraui, aut aliquid effeci, sed gratia Dei mecum. Nō ego solus, nec Dei gratia (quantum attinet ad voluntatis executionem & opus) sola, sed gratia Dei mecum. Quo nonnullorum error arguitur, vel eorum qui cuncta tribuere volūt libero arbitrio, vel eorum qui gratiæ Dei totum committunt seu adscribūt. Sunt enim reuera nōnulla, in quibus nos Dei gratia pręuenit sine vllo arbitrio, mo-

C

Gra Dei vti cooperet libero arbitrio.

do aut conatu: non tamen ſine nobis, aut ſine aſſenſu & conatu noſtri arbitrij in nobis quicquam operis ſola gratia conſummat. Superna enim pietas primum agit in nobis aliquid ſine nobis, vt ſubſequente libero noſtro arbitrio bonum quod appetimus, agat nobiſcum, quod tamen per impenſam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac ſi ſolis id proceſſiſſet ex nobis. Ex eo igitur q̃ diuina nos pietas p̃uenit, vt innocentes nos faciat, dicit Apoſtolus: Gratia Dei ſum id quod ſum. Ex illo vero, quod noſtrum arbitrium liberum per gratiam Dei excitatum, & iam conſentiẽs Dei gratia ſequitur, adiũcit Apoſtolus: Et gratia eius in me vacua non fuit. Si em̃ Dei gratiam excitãtem in ſe ſenſiſſet, & adiuuandum, perficiẽdumq; bonæ voluntatis conatum paratam neglexiſſet, hoc eſt, ſi Dei gratiæ nõ acquieuiſſet, gratia Dei in Paulo vacua, ocioſaq; fuiſſet. Iam v̊o quia vacua in eo non fuit, adiungit: Sed plus omnibus laboraui. Quod de ſe ne totũ hoc intelligeretur, qui ſe ex ſe ſine Deo nihil cõſpiciebat, adiecit: Non autem ego. Quia vero cum gratia Dei ſe eſſe aliquid inuenit, adiecit: Sed gratia Dei mecum. Hoc eſt, nõ ego ſolus, nec Dei gratia ſola: ſed gratia Dei mecũ, hoc eſt, nec ego ſine gratia, nec gratia ſine me laborauit: ſed gratia Dei, quæ ſola præueniens me excitauit, operata eſt in me non ſola, ſed mecum. Bona itaque noſtra & Dei ſunt, & noſtra. Quia em̃ & ipſe prẽuenit nos aſpirando vt velimus, & cum aſſenſerimus offerentes conatum noſtrum, ipſe adiuuando ſubſequiturnos: imo nobiſcum & in nobis operatur, ne inaniter velimus. Præcipuum igitur quod eſt in bonis operibus, eſt Dei: minima vero portio bene operandi, eſt hominis: nec tamen ſine Deo, ſed cum Deo. Vnde liquet, vt Dei gratia præueniente, & voluntate noſtra ſubſequente, quod donum Dei eſt, ex liberaliſſima eius bonitate ſit meritum noſtrũ ab eodem nobis & nobiſcum operatum, ab eodem nobis donatũ, & ab eodem in nobis coronandum.

Gra Dei quãdo fit vacua in homine.

Bona opa nra quõ fiunt Dei, & etiam nra.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ vndecimæ poſt dominicam ſanctæ Trinitatis, Lucæ decimo octauo.

D

Recto ordine poſtq̃ diu ſumus moniti & inſtructi, quomodo peccata ſint plangenda, corrigẽda, cauendaq;, nunc docemur qua prudentia bonũ faciamus, qua humilitate peccata noſtra agnoſcamus, qua denique ſynceritate gratias agamus Deo, de gratia, de doniſq; eius nihil nobis arrogãtes. Ex nobis enim ipſis nihil aliud ſumus omnes, quam peccatores ingrati, atque rebelles. Quicquid aliud habemus, quicquid aliud ſumus, ex Deo hoc nobis donatum eſt, vt in hodierna quoq; epiſtola de ſeipſo Apoſtolus teſtatur. Quocirca quicqd ex huiuſmodi gloriæ ac laudis nobis occurrit, totum illud Deo debemus in eius gloriam referre, & de his nihil nobis vendicare. Inueniuntur enim homines vani, q nuſquam ſuam gloriam non quærunt. Quicquid dixerint, quicquid fecerint, omnibus mox narrant ceu ſuam prudentiam, ſuam iuſtitiam, ſuam diligentiam, ſuumque ſtudium iactitãtes, quo ſimul pro fauoribus, pro admiratione hominum, pro gloria humana opera ſua iterum venditent. Hos alioſque qui non verbis foris, ſua tamen exiſtimatione intus apud ſe gloriantur, increpans dominus arguit, quando dixit parabolam huiuſcemodi, vti indicat Euangeliſta, dicens:

Dona Dei vti nobis non debemus arrogare, ſed in ipſum referre.

1. Cor. 15

Dixit Ieſus ad quoſdã, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam: Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent, vnus Phariſæus & alter publicanus.

Parabola eſt hæc, non hiſtoria. Idcirco non oportet omnia in ſenſu hic quem verba faciunt, ſed in ſenſu quo fiunt, intelligi. Vult autem ſub nomine Phariſæi hic intelligi ſuperbum iuſtum, ſub nomine Publicani humilem peccatorem. Eſt autem triplex genus ſuperborum ſpiritu. Quidam enim ac ſe putant habere, quæ habent: vnde ſibi placent, inflantur, duri ſunt ad alios, proximos ſuos contemnunt, quia Dei dona in ſuis oculis quæ habent, quotidie verſantur, vnde illis tumor, & aliorum ea non habentium aſpernatio naſcitur. Contra

Superbo rũ ſpiritu genus tri plex.

1. Cor. 4 tra hos inuehitur Apoſtolus, dicens: Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Eſt

Iacob. 1 igitur cum Iacobo reuere confitendũ: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum. Proinde nihil nobis adſcribendum, nihil inde gloriandum, quicquid in

1. Par. 29 nobis laude aut gratia fuerit dignum, ſed cum Salomone confitendum: Tua eſt domine magnificentia, tua eſt potentia & victoria, & tua eſt laus. Cuncta enim quæ in cœlo & in terra ſunt, tua ſunt. Si ergo hæc

Superbire quid ſit. agnoſcimus, quanta ſtoliditas eſt noſtra qui ſuperbimus? Superbire nanq; eſt, ſupra alium ſe extollere. Quid præfers te ſtulte ſuper alium? Nunquid propterea quod tu recepiſti quippiam, quod alius non receperit? An Deo poſſibile non eſt illi eadem quæ tibi aut meliora dare? Et quid tu ſcis cuiuſmodi dona ipſe ſecreto recepit? Aut nunquid ſequutus es, quod propter arrogantiam tuam quæ habes, non amittes? aut quod alius te humilior, eadem aliave bona præſtantiora non receperit? Non igitur de alienis bonis es ditior, non in veſte aliena glorioſior: ſed idem es, quiſquis es ex teipſo, vt appares & vt cognoſceris à Deo. Tantus enim quiuis eſt hominum, quantus eſt apud Deum. Propter dona itaque Dei noli extollere te cõtra fratrem tuum, quo in peccatis tuis, & in voluntate tua mala (ſi te illi ſic compares) deterior es. Neque enim ex te, ſed ex Deo es melior, ſi tamen es melior. Aliud genus eſt ſuperborum, qui cognoſcunt quidem à Deo ſe habere quæcunq; habent: adſcribunt tamen ſuis meritis q̃d habẽt, dicentes: Quia hoc aut illud feci, reddidit mihi Deus hoc propterea beneficium. Inſipiens, quando tibi debitor factus eſt Deus? Aut quando tu illi gratum quid feciſti, niſi ex illius munere? Quicquid boni habes, à Deo non ideo habes, quia tu bonus es, ſed qa bonus eſt ipſe, qui tibi dona impartitur ſua, vt tu

Ioan. 15 quoque bonus fias. Propterea dicit ipſe: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis, & fructum adferatis, & fructus veſter maneat. Neque enim ideo

Auguſti. nos elegit, quia ſciuit futuros nos bonos: ſed quia nos elegit, ideo ſumus boni. Non igitur ſuperbiat quis de aliqua virtute, qa ſuperbia ipſa faciet, vt virtus nõ ſit virtus. Qui em̃ virtutes cũ ſuperbia congregat, nihil aliud facit, quam qui in vẽtum farinam portat. Tertium eſt genus ſuperborum, qui à Deo cognoſcunt ſe habere Dei dona, ſciunt pariter gratis ea ſibi collata: nihilominus gloriam, quæ Deo illis debetur, ſibi vſurpant, ac Deo ſubtrahũt. De illis hic ponit parabolam vnius Phariſæi & Publicani aſcendentium ſimul in templum orare. Phariſæi apud Hebræos erant, vt religioſi aut monachi fere ſunt apud Chriſtianos. Secta eorum, quã profitebantur, non erat mala, bonaq; multa habebãt exercitia: ſed ea vitiabat ſuperbia, arrogantia, auaritia, & plerunque inuidia. Publicani vocabantur, qui lucris publicis inhiabant illicitis: & ideo vbi Publicani nominantur in Euangelio, pro peccatoribus accipiuntur manifeſtis.

Phariſæi quales fuerint.

Publicani dicti qui.

Phariſæus ſtãs, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, vel vt etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo.

Cur oraſſe dicat phariſæus apud ſe.

Phariſæus hic dicitur apud ſe oraſſe, qa non orabat apud Deum. Non enim humiliantis, ſed ſtantis & erigentis ſe perſonam expreſſit, nec obſeruauit, quod iuſtus (vt

Proue. 18 in Prouerbijs ſcribitur) in principio orationis accuſator eſt ſui. Neque enim ſe accuſauit de peccatis, in quæ oculos retorquere noluit, ſed potius opera bona, hoc eſt, ea quæ bonorum operum ſpeciem habent (ſuperbia enim eius bona opera deſtruxit) recenſuit. Quapropter magis ſimulatorie videtur oraſſe, quam vere, vt ex ipſa oratione quoq;, aut gloriam apud alios ſibi conquireret, aut ſibi placeret. At dicis fortaſſe: Quomodo ſuperbus fuit, qui Deo gratias egit? Nonne liquet ſatis illum ea bona pro quibus gratias agebat, confeſſum eſſe à domino ſe recepiſſe, & gratis abſque merito? Alioqui quomodo egiſſet gratias Deo? Dicendum Phariſæum illum multiplici infectum fuiſſe ſuperbia. Primo, licet gratias egit Deo, à quo bona ſua eſſe cognouit, ſuperbiuit tamẽ in hoc, quod bona illa ſibi æſtimabat data pro iuſtitia, & induſtria ſua, non ex ſola diuina miſericordia. Neque enim gloriaretur de his, niſi aliquid ſuum in illis agnoſceret.

Secundo, quia quamuis verbis gratias ageret, animo tamen & mente tumebat, ab

Phariſeus iſte q̃ multiplici fuerit infect⁹ ſuperbia.

hominibus cupiens laudari, atque de ſua quoque gratiarum actione melior æſtimari. Tertio, quia cum non videret, quid in alienis ageretur cordibus, ſe tamen non ſolum extulit, ſed etiam prætulit alijs, dicens: Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, adulteri, &c. Poterat Deo gratias agere, quod à rapina, quod ab adulterio, quod ab alijs quoque criminibus illum præſeruauerit Deus, quod in peccata grauia illum non permiſerit cadere. Sed hoc ita fieri oportebat, vt per hanc gratiarum

Quō gras agere debuiſſet phariſęus

actionem ſeipſum humiliaret, agnoſcens ſe reum omnium peccatorum, non ſolum quæ fecit, ſed etiam eorum quæ, niſi fuiſſet præſeruatus, facere potuit. Quod ſi ex animo feciſſet, non inueniſſet in ſe, vnde alteri præferre ſe poſſet. Iam vero cæteris ſe præferēs, alios, præſertim Publicanum, deſpiciens & iudicans, ſuperbum & tumidum ſe mōſtrauit. Contemptim enim putatur hæc verba dixiſſe: Non ſum Publicanus iſte: quem neſciebat tamen quis modo coram Deo eſſet. Neque enim tunc erat peccator, poſtquam dixit in corde ſuo: Deus propitius eſto mihi peccatori. Teme re igitur iudicabat Phariſæus ſeruum alienum, quod tam Chriſtus, quam Apoſtolus nomine Chriſti prohibet, dicens: Tu

Roma.2

quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Suo domino ſtat, aut cadit. Iactat autem ſe, aut ſaltem ſuo more gratias agit, quod ieiunet bis in ſabbato, hoc eſt, in hebdomada.

Sabbatū tribus modis accipi. Exod.20

Sabbatum enim quandoque pro ſingulari die, hoc eſt, pro ſeptima die accipitur hebdomadæ, vt: Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Quandoque pro tota hebdomada accipitur, vt hic. Tertio, accipitur pro qualibet die hebdomadæ, vt: Vna die ſabbatorum. Decimas quoque, ait, do omnium quę poſſideo. Quid opus hęc erat referre, niſi quia ſibi placebat, & inaniter gloriabatur? Solebāt autem decimas dare Phariſęi de cunctis holuſculis, aneto, cymino, mentha, & id genus alijs, quaſi perfectam iuſtitiam monſtrantes.

Lucæ 14 Matth.23

Lucæ 11

Et Publicanus à longe ſtās, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori.

G Vere pœnitentis pulchra deſcriptio

Vide pulchram deſcriptionem pœnitentis & orantis. Primo enim à longe ſtabat Publicanus. Sciebat ſe longe eſſe à Deo. Quamobrem in templo à longe ſtabat, indignum ſe æſtimans, qui propius, aut vicinius ad ſancta templi accederet. Ignominiam itaque ſuam aſpiciens, nolebat ad cœlum oculos leuare, propterea quod Deum cœlorum, Deumque qui in cœlis habitat, offenderat, verſus quem faciem conuertere indignum arbitrabatur. Nimio itaque pudore compulſus, faciem leuare non potuit. Percutiebat autem pectus ſuum, quaſi puniens in ſemetipſo quod male egerat, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Quam breuis hæc fuit oratio, quam cito tamen exaudita eſt, & quam fortiter impetrauit? Eſt autem hæc oratio compoſita ab ipſo Chriſto. Parabolam enim retulit hic, non hiſtoriam. Vtere igitur hac oratione crebro, quia indubitatum eſt verbis ſuis Chriſtum ſingularem etiam dediſſe virtutem. Vide autem quam differenter ſe Publicanus in oratione habuit à Phariſæo. In nullo enim ei ſimilis fuit, niſi quod ſtetit. Differt tamen in hoc quoque, quod à longe ſtabat Publicanus: Phariſæus autem præſumptuoſus propius accedebat. Deinde ad alia nihil habuit commune cum Phariſęo Publicanus. Siquidem verecundus oculos non audebat leuare ad Deum, quem offendiſſe ſciebat. Pectus tundebat, peccatorem ſe confitebatur, veniam & miſericordiam poſtulabat.

Differentia orationis phariſæi ac publicani quā ta.

Amen dico vobis: Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo.

Iuſtificatus narratur hic publicanus ab illo. A quo? Non à Phariſęo. Hic enim qui per ſuperbiam iniquus erat, neminem iuſtificare poterat. Sed iuſtificatus eſt Publicanus ab illo, hoc eſt, à Deo, quem inuocauit, cui dixit: Deus propitius eſto mihi peccatori. Aut certe iuſtificatus eſt ab illo, hoc eſt, præ illo Phariſæo. Nam Phariſæus immundus templum intrauit, ſed exiuit immundior. Publicanus vero immundus intrauit, ſed mundus & iuſtificatus exiuit. Attendite tamen diaboli fraudem. Phariſæum hunc permiſit, & fortaſſe impulit (ita enim ſolet diabolus) ad facienda opera bona, vnde ſe iactaret, vnde gloriaretur, ſciens nihil illi profutura omnia illa opera bona, niſi ad maiorem ſuperbiam & grauiorem ruinam. Quo enim plura agebat bona, eo ſemper fiebat ſuperbior. Hoc modo

do multos incaute fallit diabolus, quos in vno retinet peccato: de quo tamen parum aduertunt delinquentes aut curant, credētes ſe, quia multa alia faciunt bona, de hoc vno peccato non periclitari, nec aduertentes, quod Iacobus inquit apoſtolus: Qui obſeruauerit totam legem, in vno autem offendit, factus eſt omnium reus.

Iacob.2

H Bonū quę nā conſtituant hominē, ſiue malum.

Siquidem ad hoc vt homo ſit iuſtus aut bonus, neceſſe eſt omnes conditiones bonas & virtutes ei ineſſe. Quarum ſi vna defuerit, non poteſt eſſe bonus. Porro quod homo fiat malus, ſufficit vnam ei malam conditionem, quæ peccatum ſit mortale, adeſſe, tametſi omnes alias videatur habere virtutes: nullam tamen habere virtutem credendus eſt, ſi vel vnam non habeat. Nullam habet, ſi non omnes habet. Neque enim aliter iuberis diligere dominum

Deut.6 Marc.12

Deum tuum, quam ex toto corde tuo. Atque ideo infinita licet egeris bona opera, non poteris iuſtificari, ſi in vno perſeueraueris peccato. Dicitur autem publicanus hic iuſtificatus exiſſe de templo. Quo modo? Nunquid per opera bona? Minime. Neque enim habuit opera bona, per quæ iuſtificaretur. Si enim hæc habuiſſet, iam non fuiſſet peccator, ſed iuſtus: quia nemo opera habet bona ſine gratia Dei, nec vſpiam bona ſunt opera, quę à Deo coronentur, niſi vbi fuerit gratia Dei. Non enim (ſicut apoſtolus Paulus dicit) ex operibus quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiā ſaluos nos fecit, hoc eſt, in ſtatum ſalutis, & gratiam ſuam nos recepit. Qui enim in peccato eſt, non poteſt opera facere per quæ iuſtificetur, id eſt, per quæ ex filio iræ efficiatur filius adoptionis & gratiæ. Sed gratia Dei, inquit, ſaluati eſtis per fidem, & non ex operibus, præuijs ſcilicet ante fidem, puta antequam recepti eſtis in gratiam. Loquitur autem hic Paulus de iuſtificatione prima, qua ex infideli fidelis, ex peccatore iuſtus, ex filio diaboli efficitur filius Dei. Hæc ex nullis eſt operibus, quandoquidem & fidem nemo ex ſeipſo habet, ſed Dei donum eſt, & à Deo infuſa virtus. Hoc modo publicanus iuſtificatus eſt ex Dei miſericordia & gratia illum illuminante, qua credidit peccata ſibi dimitti, & propitium inuenire (ſicut orauit) Deum. Alia eſt autem iuſtificatio, quando quis iuſtificatus eſt, & Dei iam filius eſt factus, adeo vt Deus iam operetur

Titum 3

Ephe.2

Iuſtificatio hois duplex ζ.

in eo. Hic poteſt ex iuſto iuſtificari, ſeu iuſtior fieri, vt ex gratia Dei & bonis operibus maiorem iuſtitiæ gradū obtineat. Bona enim hominis opera, vt ſint bona, à gratia Dei habent cooperante. De hac iuſtificatione ſcriptum eſt: Iuſtus iuſtificetur adhuc. De hac iuſtificatione etiam loquitur Iacobus in epiſtola, quando hominem aſſerit iuſtificari ex operibus. Hoc eſt, eum, non qui adhuc in peccatis eſt conſtitutus, ſed qui per Dei gratiam & fidem iam iuſtificatus eſt, per bona opera Deo cooperante iuſtificari, hoc eſt, in iuſtitia creſcere, atque ſeipſo fieri meliorem: licet huius iuſtificationis quoq; præcipuū quod in ea eſt, ſit Dei gratia.

Apoc.22

Iacob.2 Iuſtificari hoiem ex operibus, quid ſit.

Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

I

Hæc ſententia in omnes fertur, qui ſe exaltant, qui volunt eſſe magni: nō in eos, qui aut prudentia diuina, aut humana autoritate in Deo fundata (cui reſiſtendum non eſt) exaltantur. Deus enim potentes non abijcit, cum ipſe ſit potens. Ipſe innumeros ſeruos ſuos, qui nihil in oculis ſuis erant, & latere abijciq; cupiebant, glorificauit & exaltauit. Quocirca hic neque magnus, neque vilis vituperatur: ſed laudatur qui ſuperbiam odit, qui humilitatem diligit, & qui Chriſti ſatagit eſſe diſcipulus, diſcēs à magiſtro humilis & mitis eſſe corde. Tam odibilis enim Deo & hominibus eſt ſuperbia, quam grata humilitas. Nemo cum ſuperbo libenter conuerſatur. Scitur nanque non diuturnam pacem poſſe ſtare, vbi regnat ſuperbia. Inuenit enim ſibi inuidentes, & qui aſcendere cupiāt ex aduerſo. Quapropter ſuperbus odit ſuperbum, ſuperbus inuidet ſuperbo: quia poſſunt quidem dilectionem ſimulare, ſed nō poſſunt in veritate mutuo ſibi exhibere.

Iob.36

Pſalm.73

Matth.11

Superbiā Deo & nō minibus eſſe odibilem.

Nemini autem poteſt humilitas eſſe odioſa. Nihil enim temporale diligit. Vnde cum omnibus pacem faciliter poſſidet humilis. Humilis tametſi defectuoſus imperfectusq; fuerit, portatur tamen ab oībus. Humilitas em̄ illū excuſat atq; commendat. At vero ſuperbus, ſolo nomine audito quod ſuperbus ſit, fugitur ab omnibus. Quapropter filij eſtote humiles, cognoſcētes imperfectiones veſtras. Neminem iudicatis, de alijs meliora, quam de vobiſipſis ſentite. Vobiſipſos ſemper reprehendite,

Humilitatē nemini eſſe odioſam.

& priora contemnentes ad perfectiora anhelate. Deus autem qui ſuperbis reſiſtit, & humiles diligit, dabit quoque vobis gratiam ſuam, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Iacob.4 1.Petri5

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ oratio Deo placeat, & quam ſtulta ſit omnis ſuperbia.

K

DEus propitius eſto mihi peccatori. Lucæ decimo octauo. Orationem breuem nos docuit piiſſimus dominus, ſalutarem tamen. Quid enim breuius his quinq; verbis: Deus propitius eſto mihi peccatori? Tantæ tamen ſunt virtutis hæc verba, tantæ efficaciæ, vt ſi ex animo & veritate, hoc eſt, ſi ex dolore cordis de ſuis peccatis pœnitens quis dicat, vt omnipotentem ligent, vt immutabilem mutent, vt ab inferno liberent, gehennam deprecentur, vitamque obtineant æternam. Eſt enim infinitæ bonitatis Deus, qui nuſquam magis inclinatur, ad nihil aliud celerius trahitur, quam ad parcendum & miſerendum. Nunquam igitur de ore noſtro, nunquam de corde noſtro hæc verba recedant: Deus propitius eſto mihi peccatori. Eſt autem hæc oratio in Euangelio hodierno prædicata & cognita huius eſſe virtutis, vt per eandem homo Publicanus ſuis peccatis abſolutus atque iuſtificatus in ſuam rediret domum. Habet enim Euangelium hoc, quæ ædificant, multa. Primum nanque eſt, quod duo homines aſcenderunt oraturi in templo. Aſcenderunt in templum vt orarent, non vt fabularentur de ſuis mercibus, vt de ſuis tractarent negociationibus, aut vt nouos audirent rumores, ſed vt, inquit, orarent. Secundo, oſtenditur oratio quæ ſit commendabilis. Non enim vniformiter hi duo orauerunt. Itaq; ſuperbi oratio cõtemnitur, pœnitentis, & humilis oratio acceptatur. Superbus quamuis Deo de acceptis bonis gratias agat, tamen alios cõtemnit pauperes & proximos ſuos, alios iudicat, & ſe illis præfert. Cuius nullam poteſt habere occaſionem, niſi quia de Dei donis ſibi vſurpat gloriã. Si enim vere gratias ageret, ſi vere ex Deo ſe hæc accepiſſe cognoſceret, nihil in ſe inueniret, cuius ſibi gloriam arrogare poſſet aut laudem. Nihil, inquam, ſibi adſcribendum, nihil vnde aut inaniter gloriari, aut vnde alium poſſet contemnere, in ſe agnoſceret. Si enim Phariſæus non ſuperbiſſet, hæc eius fuiſſet oratio: Gratias tibi ago domine Deus meus, quia à multis me defendiſti ſeruaſtiq; peccatis, quę procul dubio niſi tua miſericordia ſuper me protegens fuiſſet, obruiſſent me. Neque enim ego, quam alij qui peccant, ſum fortior aut conſtantior, ſed vbicunque ego non peccaui, tuæ, id eſt, gratiæ, non meę infirmitatis: in qua ſi relictus eſſem, omnibus forem peccantibus infelicior. Quantum igitur ex me eſt, in omnibus ego deliqui. Quantum vero non cecidi, id eſt gratiæ tuæ. Quod autem ſolius gratiæ tuæ eſt, quomodo mihi poſſum aſſcribere? aut quomodo poſſum inde gloriari? aut quomodo quempiam propterea aliũ poſſum contemnere? Verum, adeo non ſapiens fuit ſuperbus. Reuera enim ſuperbia eſt ſimul ſtultitia. Siquidem in hoc ſuperbo Phariſæo, multa quæ ſtultitiam indicant, fuere. Nam quod orationem facturus non ab humilitate, ſed à iactantia incepit, quid aliud fuit, quam ſtultitia? Si enim vtiliter ei eſſet orandum, in humilitatem, hoc eſt, in ſui cognitionem ſe primo debuiſſet deprimere, quo compunctus vtiliter oraſſet. Ipſe vero diuitias ſuas oſtendit, qui ad mendicandum venerat. Longe aliter faciunt pauperes, qui non ea quæ habent, ſed quibus carent, egeſtatemque ſuam indicant. Ea quoque ſiue ſint plagę, ſiue corporis vulnera, oſtentant, vnde homines moueantur ad miſericordiam, compaſſionem, & ad tribuendum. Hoc modo corã Deo ſua mala narraſſet, non quod Deo confeſſione manifeſtari poſſint incognita, ſed quod ſeipſum cognoſcendo atq; expendendo in ſui prouocaret deteſtatioem. Scriptum eſt enim: Oratio humiliantis ſe penetrat cœlos. Inde enim orta illi eſſet cõpunctio atq; deuotio, vt quo ſe longius à Deo abeſſe conſpiceret, eo appropinquare ei vehementius deſideraret. Secunda, fuit huius Phariſæi ſtultitia, putare ſcilicet ſolem iuſtitię nuſquam alibi quam apud ſe lucere, quaſi ſolus ipſe foret iuſtus. Sic eñ loquitur: Quia non ſum ſicut cæteri homines. Potius cogitaſſet Dei gratiam in oñi homine alio operari, prętquam in ſe. Sic olim Helias, licet diſſimili animo, putabat

Oratiõis efficaciſſimæ formula.

Euangelij huius documenta, quæ.

Oratio ſolum Deo placeat, & quæ non.

Orationis cuiuſmodi vtendũ fuiſſet phariſæo.

Stultitiã ſuperbi huius phariſæi indicãtia multa, quæ ſint.

Eccle. 35

L

præter ſe neminem in terra Iſrael ſupereſſe, qui coleret dominum, dicens: Altaria tua domine ſuffoderunt, & prophetas tuos occiderunt: & relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Sed quid reſpondit illi dominus? Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem milia virorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. Habet ergo ſeruos occultos ſuos dominus multos, quorum vt ſanctitas nobis ignota eſt (neque enim videre corda poſſumus hominum) ita etiam iudicare debemus neminem, ſed omnes exiſtimare nobis meliores. Ideo ſcribit Bernardus ad fratres de monte Dei, hoc eſt, ad Carthuſienſes: Nolo vt arbitreris ſolem nuſquam lucere niſi in cella tua, Ite enim faciunt quidam, qui alios propterea quod ſuo more non viuunt, deſpiciunt. Nihil enim illis præter ſua placet. Tu vero noli quempiam iudicare, ſi non faciat quod tu facis. Sunt enim varij ad ſeruiendum Deo modi, puta illum alio modo, quem tu neſcis, placere Chriſto eidemque ſeruire. Tertia ſtultitia illius phariſæi eſt, quod gloriabatur tanquã de virtutibus, quæ tamen virtutes non erant. Ac ſi de aureo quis gloriaretur nummo, qui tamen non aureus, ſed cupreus eſſet. Hoc modo iactabat ſe non eſſe vt cæteros homines vitioſus. Quo iuſtum ſe & mundum arbitrabatur, non intelligens ipſa ſuperbia, qua inquinabatur, fieri, vt nihil in eo eſſet virtuoſum. Quaſcunq; enim inuenerit ſuperbia virtutes, deſtruit & inquinat. Erat autem phariſæus de illis vnus, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, quod inſipientiſſimum eſt. Quandoquidem ſine Dei auxilio, ſiue ea loquamur quæ faciunt ad declinationem mali, ſiue ea quæ ad operationem boni promouent, nihil poſſumus iuxta verbum Apoſtoli: Non quod ſufficientes ſumus aliquid cogitare ex nobis, tanquam ex nobis. Quiſquis aliud de ſe credit aut præſumit, ſtultus eſt, & ruinę proximus. Vnde per Hieremiam dicit dominus: Eo quod fiduciam habuiſti in munitionibus tuis & in theſauris tuis, & tu quoque capieris. Nullam vult neque in nobis, neque alia in re quapiam nos habere fiduciam, nec vult nos gloriari, niſi in domino Deo. Cæterum quas ediuerſo orandi conditiones publicanus tenuerit, videamus. Neque enim ocioſe Chriſtus adeo illum laudauit, vt etiam illum iuſtificatum in domum rediiſſe nobis nunciaret, niſi merita illum commendaſſent, & niſi, quã phariſæus, ſanctiorem caſtioremque nobis dediſſet formam orandi. Publicanus itaque dum voluit orare, primo agnouit peccatum ſuum: cuius agnitio & dolor impulit eum vt oraret. Videbat enim ſe in malo conſtitutum, & niſi dominus adiuuiſſet eum, hoc eſt, niſi miſerciter egiſſet cum illo, paulo minus habitaſſet in inferno anima eius. Non igitur ex conſuetudine, vt ſolent multi, non propter metũ hominum, in quorum habebatur iam oculis ignominioſus, vtpote publicanus, ſed ſtimulante compunctione, excitante ſe diuina gratia (cui aſcultabat) cor ſuum voluit Deo, paucis quidem verbis, ſed magno gemitu profundaque humilitate effundere Agnouit erga peccatum: cuius cognitio illum impulit currere ad templum, induxitque verecundiam, vt ſtaret à longe, nõ audens propius aut interius intrare templum in conſpectu Dei. Secundo, fuit eius oratio humilis. Optima eſt hæc orantis conditio. Neque enim non poteſt non exaudiri. Vide autem quam verecunda illius fuerit humilitas. Non audebat, inquit, oculos ad cœlum leuare, erubeſcens coram Deo, quod tanto illum tempore cõtempſiſſet. Simile aliqd in B. Maria Magdalena repertum eſt, quæ ſtabat retro ſecus pedes domini Ieſu plena compunctione, plena verecundia, plena humilitate. Simili quoque modo Petrus Chriſto dicit in miraculo piſcium: Exi a me domine, quia peccator ego ſum. Et Centurio: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Conſiderabant enim hi omnes ſuam paruitatem ſuamque vilitatem, & ediuerſo maieſtatem diuiuam.

Tertio percuſſit pectus ſuum, fontem & ſcaturiginem peccatorum, vnde malum omne prodierat. Ex corde eñ, inquit veritas, prodeunt cogitationes malę, adulteria veneficia, comeſſationes, &c. Percutit igit atque tundit cor ſuum tanquam originẽ, vnde peccatũ exierat puniens. Sciebat eñ quod cor contritum & humiliatum Deus non modo non deſpicit, ſed etiam iuxta eſt his q tribulato ſunt corde: maxime ſi propter peccata ſua, quibus Deum amantiſſimumque patrem ſuum offenderunt;

NN iiij affli-

3.Reg.19 Roma.11

Bernard⁹.

2.Cor.3

Hiere.48

1.Cor.1

M.

Conditiones orãdi laudabiles in publicano hoc quæ tulerint

pſal.93

Lucæ 7

Lucæ 5 Matt.8

Matt.15

Pſal.50 Pſal.33

affligantur Quarto, quia inuocat Deũ.

N Hic em̃ ſolus peccata dimittit. Quinto, quia nihil in ſui excuſationem adducit ſed verecunde peccatum ſuum confitetur: nec quare ſui miſeretur, quicunque citat aut adducit, niſi quoniam ipſe dominus bonus eſt, & quoniam in ſeculum miſericordia eius. Eſto, inquit, propitius. Ac ſi diceret: Nihil habeo petere, iuſtum etiam nõ eſt me rogare te, quem toties offendi: nihil offerendum habeo, quam miſeriam meã ſanandam, qua hactenus te offendi. Hoc ſolũm ad te clamare poſſum: Domine miſerere mei, quia peccator ego ſum: vires meas peccando exhauſi. Ideo cum tibi nunc ſeruire deberem, inutilis & infirmus ſum. Vnum igitur mihi à te o Deus miſericordiarum relictum eſt verbum: Miſereremei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et: Deus propitius eſto mihi peccatori. Itaque cum nulla habeam merita, nulla iuſtitiæ opera: propter temetipſum Deus meus propitius eſto mihi peccatori. Tu enim in Eſaia promiſiſti nobis: Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me. Eſto igitur propitius etiam mihi peccatori. Si nullius vnquam peccatoris miſertus es, non audeo rogare vt mei miſererearis, aut vt mihi, quod nulli alteri, facias. Sed ſi cuiuſpiam, imo quia omnium miſererearis qui te inuocant, rogo præcipue mei, qui omnibus ſicut vilior, ita & infirmior ſum, miſereris. Videte igitur cuiuſmodi fuerint arma publicani iſtius, qbus pugnauit contra Deum. Vere efficacia, vere potentia, ſed contra miſericordiſſimum quibus tamen ſimul potentiſſimus vinceretur, flecteturque iuſtiſſimus. Obſerua autem hic fili, quia publicanus hic iuſtificatus eſt, non quia habuit opera bona, ſed qa nõ habẽs opa bona habuit humilitatem, contritionem, orationem & fidem: quomodo nec phariſæus eſt reprobratus propterea, quod alia habuit opera mala, ſed quia in ſuis operibus ſuperbiam habuit & arrogantiam, & alios quibus ſe præferebat, contempſit. Non igitur hic diſcamus non operari bonum, ſed non præſumere de operibus bonis, quaſi non egeamus miſericordia Chriſti, ſine qua omnis noſtra iuſtitia eſt iniuſtitia. Et vt quantumlibet videamus proximos peccantes, non tamen eos iudicemus, hoc eſt, non contemnamus. Qui enim heri peccauit, qui ſcis an hodie in peccato perſiſtat, an Dei interim amicus effectus ſit? Itaque duo ſunt nobis obſeruanda. Primum eſt, non fidere in operibus noſtris. Deinde, neminem iudicare aut ſpernere. Quicquid igitur potes fili, ad Dei fac gloriam. Non ſolum quæ tibi præcepit dominus, facito, ſed quæ ſit etiam Dei beneplacens & perfecta voluntas diſce, & illã, tametſi non præceperit Deus, humanæ condeſcendẽs imbecillitati, facito. Multa enim ſunt, quæ non p̃cepit Deus, quæ tñ Deo acceptiſſima ſunt. Verbi gratia: Virginitatem aut cœlibatum non p̃cepit Deus propter continentiæ difficultatem, tamen ſi obſeruas, Deo rem acceptiſſimam facis. Quomodo enim beata Maria virginitatem (quæ olim in lege probroſa erat, vtpote infœcũda) elegiſſet, aut Ioannes Baptiſta aut ſanctus Ioannes Euangeliſta & reliqui, niſi hanc Deo placentiſſimam, licet non præceptam, cognouiſſent? Licet autem virginitas præcepta non ſit, in ſcriptura tñ veteri, maxime in Eſaia, vbi de eunuchis ſuis dñs loquitur, vehementer cõmendatur. In Euãgelio quoque ſimiliter Chriſtus laudat eunuchos, qui ſe caſtrant propter regnum Dei. Non prohibuit dominus nobis vinum bibere, aut carnes comedere. Qui tñ Dei amore ſibiipſi hãc delectationem ſubtrahit, atque vino aut carnibus aut abvtroque ſibi temperat (ita tamen vt non abſtinentem tempore, quo Eccleſia eſum carnium non prohibet, non iudicet) Deo rem acceptam facit. Quomodo enim rem Deo non acceptam faceret, à carne aut vino eius amore (ſi tamen vires hominis permittunt) abſtinens, quando is qui ciphum aquæ alteri Dei contemplatione porrigit mercedẽ recipere æternã perhibet? Quod vt euidentius manifeſtetur, ex Hieremia hic recitemus, quæ de Rechabitis leguntur, ad quos Hieremiam dominus miſit, dicens: Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in domũ domini, in vnam exedram theſaurorum, & dabis eis bibere vinũ. Et hoc fecit Hieremias (vt ſequitur ibidẽ) introducens omnem domũ Rechabitarũ in domum dñi. Quibus (vt de ſe refert Hieremias) poſuit coram illis ciphos pleno vino, & calices, & dixit ad eos: Bibite vinum. Qui reſponderũt: Non bibemus vinum, qa Ionadab filius Rechab pater noſter p̃cepit nobis, dicens:

Mar. 2

Pſal. 117

Pſal. 50 Lucæ 18

Eaſiæ 43

Publicanꝰ cur iuſtificatus fuerit, & cur phariſęus reprobatꝰ

8 Neminem à nobis vel iudicij dũ vel ſpernãdum. Eccle. 7 Rom. 14

Multa eſſe Deo acceptiſſima q̃ tñ non p̃cepit.

Eſaiæ 56 Virginitas in vtroque teſtamẽto commendata. Matth. 19

P Abſtinentia à vino & carnibꝰ qñ & cur ſit Deo acceptа. Matt. 10 Hiere. 35

cens: Non bibetis vinum vos, & filij veſtri vſq; in ſempiternũ. Et domũ non ædificabitis, & ſementẽ non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis domos, ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſup faciẽ terræ, in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris noſtri in omnibus quę p̃cepit nobis, vt nõ biberemus vinum cunctis diebus noſtris, nos & mulieres noſtrę, filij & filiæ noſtrę, & non ædificaremus domũ ad habitandũ & vineã & agrum, & ſementẽ non habuimus: ſed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta oĩa quæ p̃cepit nobis Ionadab pater noſter. Et factũ verbũ dñi ad Hieremiã, dicens: Hæc dicit dñs exercituũ Deus Iſrael: Vade & dic viris Iuda, & habitatoribus Hieruſalẽ: Nunqd recipietis diſciplinã, vt obediatis verbis meis dicit dñs: Præualuerunt ſermones Ionadab filijs Rechab, q̃s p̃cepit filijs ſuis, vt nõ biberent vinum: & non biberunt vſq; ad hãc diẽ, qa obedierunt p̃cepto patris ſui. Ego autẽ locutus ſum ad vos de mane cõſurgẽs & loquens, & non obediſtis mihi. Videtis hic, q̃d dñs obedientiã cõmẽdat Rechabitarũ, q nullo præcepto diuino iuſſi, ſed tãtum ſui patris aut p̃ſuaſione aut præcepto inducti, has obſeruantias, quas illorũ pater eis, non contra Dei p̃ceptum, nec etiam tanquã Dei p̃ceptum, ſed vt ſuum mandatum, quo tñ minus transgrederent Dei p̃cepta, legiſq; ſeruarent diſciplinam, iniunxit, ſunt amplexi, & propterea hic laudantur. Vbi ſunt hi, qui dicunt Deo non placere, q̃cquid ipſemet verbis lucidius in ſcriptura non p̃ceperit? Ecce vides hic, quę Rechabitæ qbſeruabant, non p̃ceperat Deus, nihilominus tñ ei illa eadẽ placuerunt, quæ Ionadab filius Rechab ſuis filijs præcepit. Placuit quoque illi Rechabitarũ obedientia. Quod vt perfectius intelligas, ex repromiſſione Dei illis facta audies eorũ obſeruãtias Deo placuiſſe. Nã ſequit ibidẽ: Domui autem Rechabitarum dixit Hieremias: Hæc dicit dñs Deus exercituũ Deus Iſrael: Pro eo quod obediſtis p̃cepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis oĩa mãdata eius, & feciſtis vniuerſa q̃ p̃cepit vobis, p̃pterea hæc dicit dominus exercituum Deus Iſrael: Nõ deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Quid hic dices? Rechabitæ patris ſui regulam licet à patre tantum ſibi ſtatutã aut iuſſam ſeruãtes, à dño apprime laudant. Et Franciſcani ſui patris Franciſci regulã ex Euangelio deſumptã, & p Euangelij obſeruantia traditam, alijve monachi ſuorum patrum regulas pro Dei cultu & Euangelij obſeruantia cuſtodiendas, Euãgelio aut quadrantes aut inde ſumptas, arguentur? Dicunt em̃ Lutherani monachorum regulas hominum duntaxat eſſe inuẽta. Si inuenta ſunt hominum, vel ideo ſunt quia certe p hoĩes vt etiã lex vetus & nouũ teſtamentũ per hoĩes ſcripta ſunt. Non tñ inuenta ſunt hominũ, vt abſq; ſpiritu ſancto, humano tñ ſpiritu ſint ſcripta. Quicquid igit, vt dixi, boni feceris, & quantũ vltra quam p̃ceptum eſt, te extenderis (q̃m charitas & proficiendi ſtudium non habent menſuram, nec arctantur præceptis) Deo acceptum eſt. Tu ſaltem vide, ne quod poſſis, quicq̃ bonorũ intermiſeris aut neglexeris. Noli tñ in his fidere noli iactare, noli de his gloriari. Noli etiã quæ cũq; tua opera æſtimare ea ſynceritate aut charitate facta, vt his meriti præmiũve quicquam à Deo debeatur: ſed pure in miſericordia Dei, & in Chriſti meritis confide & requieſce. Quod omnibus nobis largiatur dominus noſter Ieſus Chriſtus benedictus in ſecula, Amen.

Q In blaſphemos huiꝰ ſeculi Lutheranos.

Regulæ monachorum quanti faciẽdæ

Bona opera, quamuis nõ præcepta non eſſe negligenda.

DOMINICA XII POST DOMINICAM SANctæ Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli II. Corinthios III.

XXI Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum: Nõ quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idonios nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non literæ, ſed ſpiritu. Litera em̃ occidit, ſpiritus aũt viuificat.

Quod

Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Mosi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.

Exo.34

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A ANte hanc lectionem, cum non nulla scripsisset Paulus, qbus videri poterat seipsum commendare, vt plerique pseudapostoli faciebant, qui commendatitijs epistolis vtebantur, huius nunc ratione explicat in hac lectione. Quasi diceret: Diximus quia Deus semper per nos triūphat, & notitiæ suæ odorem per nos manifestat, Christique bonus Deo odor sumus. Quod non ideo vt nos commendamus ipsos, dictum putetis, nec propterea, q̄d viribus quippiam nostris tribuamus, sed quod tantam fiduciam habeamus ad Deum (à quo quicquid boni nobis est datū, habemus, eique acceptum referimus) qua re confidenter & secure sic loquimur. Nō enim dicimus, quod ad hoc sufficientes simus, quo aliquid sanctum salutareve cogitemus ex nobis tanquam ex nobis, siue ex proprio (tantum abest, vt quicquid loqui item aut agere valeamus) sed omnis sufficientia nostra ex Deo est, à quo omne donum est optimum, & omne datum perfectum, qui operatur in nobis & velle & perficere. Qui & idoneos nos fecit ministros non veteris testamenti, vt pseudo volunt esse apostoli, sed Euangelicæ legis, & noui testamēti gratiæ, quod in litera haud quaquam situm est docente, sed in spiritu adiuuante. Litera enim tantum docens & non præbens auxilium, tametsi in se bona sit, occasionaliter tameno ccidit, dum facit scienter peccare. Spiritus autem viuificat, dum quæ iussa sunt, etiam facit implere. Nam & Christus non per externā scripturam, sed per internam illuminationem & vnctionem legem suam tradidit apostolis. Quod si ministratio mortis, id est, lex vetus, quæ præuaricatores per occasionem facit, dum iubet & non adiuuat, cuiusque, vt dixi, litera occidit, literis descripta in tabulis lapideis (quantum ad præceptorum decalogum attinet) fuit in gloria id est, splēdorem habuit in suo latore Mose, qui hanc vt minister tantum pronunciauit, ita vt non possent filij Israel intueri in faciem Mosi propter claritatem vultus eius, quam fortitus ex consortio & colloquio est Dei. Inde enim radij procedebant splendidi, reuerberantes filiorum Israel in tuitum. Quamobrem Moses ponere cogebatur velamen super faciem suam, dum filijs loqueretur Israel: quę tamen gloria seu claritas euacuatur, id est, finem accepit. Euangelica enim vulgata, veteris legis gloria cito finem sumpsit. Itaque si ministratio legis veteris, quæ quidem prohibebat multa, pluraque præcipiebat: subditum tamen legis, quo legem seruaret obediretq; non adiuuabat. Quo sumpta inde homini occasione, peccatū magis faciebat, quā tollebat. Si em̄ nō fuisset prohibitio, nō fuisset etiam transgressio. Vbi vero nulla est p̄uaricatio, ibi non est peccatum. Sine lege ergo peccatum non erat, quod per legem, id est, occasione legis, nostræq; infirmitatis & inobedientiæ fiebat. Quippe cum legem sine gratia obseruari, præsertim ad iustificationem, possibile non esset. Si ergo (iterum dico) ministratio mortis habuit gloriam, quomodo non magis ministratio spiritus, puta lex Euangelica per spiritum sanctum indita, non erit glorioſa, aut non habebit gloriam & dignitatem? Nam si ministratio damnatiōis, id est, vetus lex, quæ sui transgressores mox damnat, nec ad pœnitentiam expectat, in gloria est, & si honor & dignitas est Mosi, per quem data seu pmulgata, ac ministrata est lex, multo magis ministerium iustitiæ, hoc est Euāgelium & exhibitio nouæ legis, seu legis gratiæ, veram iustitiam docentis, & gratiam iuste viuendi conferentis, abundat in gloria.

Exo.34

Iaco.1

Phil.2

EXEGESIS EVANGELII dominicæ duodecimæ post dominicam sanctæ Trinitatis. Marci septimo.

Non

B Incarnationis christi ratio p cipua quę.

NOn ad hoc præcipue dominus noster Iesus Christus in hūc venit mundum, vt infirmorū corpora sanaret bñficiaq; erogaret corporalia, nec vt tēporalē nobis adferret salutē, sed vt animas saluas faceret q̄ pierant. Venit Euangeliū suū nobis annūciare, venit regnum prædicare cœlorum, quia venit peccatorum dare remissionem. Venit mundo prædicare, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitā ęternam. Quod vt fieret, hoc est, vt mundus illum crederet saluatorem, & vt ęternæ vitæ crederetur promissio, eiusque prædicatio esse crederetur non fallax, fecit signa, prodigia, miraculaque multa: opera quidem, cuiusmodi nemo potuisset facere alius (vt Nicodemus ait) nisi fuisset Deus cum eo. Si enim in Christo fuisset falsitas seu impostura, non potuisset signa illa facere. Alioquin (quod impossibile erat) Deus, cuius virtute hæc faciebat miracula, testis fuisset mendacij & impostura. Signa igitur & beneficia corporalia, confirmatio fuerunt Euangelicæ prædicationis. Quamuis enim spiritualia sunt maiora dignioraque, vt sunt animarum conuersio, peccatorum remissio, quam depulsio morborum, sunt tamen corporalia beneficia notiora, vtpote visibilia, per quæ homines inuitati credant etiam ea, quæ non videntur beneficia Christi spiritualia. Ita igitur loquitur Euangelium:

Lucæ 19 Matt. 4 Lucæ 1

Ioan. 3

Miraculorū Christi ratio

Ioan. 3

Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sydonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos.

Mar. 7

Tyrus ciuitas fuit nota ex prophetis antiqua, omniumque opulentissima, cuius excellentiam non tacet Ezechiel propheta. Hæc relicta fuerat de Chananæorū gente, nec per filios Israel ex Aegypto redeuntes, & terram promissionis occupantes deleta. Ad hanc omnia mundi præciosa confluebant: & erat ibi negotiatio maxima, quia erat quasi insula maris. Quare tota regio quoque vocabatur Tyrus. Ab his finibus egressus Iesus, non legitur tamen intrasse ciuitatem aut ibi prædicasse, fortasse ne Iudæis scandalum murmurandique præberet occasionem, quod se, id est, Iudæis qui legem seruassent, relictis iret ad gentes. Erat autem & iustum aliquo modo, vt Iudæis primo annunciaretur Euangelium, deinde & gentibus, vt factum est: quia ad filios Israel missus erat dominus Iesus, vt ipsemet fatetur. Paulus quoque: Dico, inquit, Iesum ministrū fuisse circuncisionis au confirmandas promissiones patrum, quibus scilicet promissus erat venturus, gentes autem super misericordia honorificare Deum. Eam ob rem Christus discipulis quoque suis dixerat: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, scilicet ad prædicandum: sed ite potius ad oues domus Israel. Circa fines igitur Tyri vbi mixti gentibus aliquot erant Iudæi, docuisse credendus est, sed non moram ibi fecit. Sydon quoque ciuitas est Chananæorum, Tyro minor. In his locis egressa mulier Chananæa, opem impetrauit filiæ suæ plena fide: de qua in dominica secūda quadragesimæ audistis. Venit autem fines illos egressus inter medios fines Decapoleos, quos non ingressus est, sed venisse perhibetur in locum, qui medios fines Decapoleos trans mare longe positos respicit.

Matt. 15

Rom. 15

Mar. 10

Matt. 15

Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.

C Matt. 12

Idem ipse qui fuit mutus, fuit quoque surdus: & hoc dęmone illum obsidente in Matthæo legitur: Oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus. Laudatur autem hic fides offerentium, quandoquidem nihil plus rogabant, quam vt infirmo Iesus imponat manum: credentes salubrem Iesu tactum muto sufficere ad salutem. Per hunc surdum & mutum, dęmone obsessum intelligimus peccatorem obstinatum & frigidum, cui ea præcludit loca diabolus, per quæ intrare metuit huiuscemodi, vnde illi possit venire salus. Est tamen hoc nobis primo ad consolationem, quod hunc quoque audimus à domino curatum. Pari quoque modo non raro peccatores obstinati & frigidi ad Deum conuertuntur. Sunt enim qui ad obiurgationes hominum, qui ad internas quoque inspirationes Dei obsurdescunt: nihilominus tamen sibi interdum relicti à domino misericorditer respiciuntur, vt audi

Quis mystice p hūc surdū mutumq; designetur.

audiant qui non audiebant. Deinde alia nobis accedit consolatio, quod surdum hunc audimus curatum, licet non orantē. Neque enim ipse pro sui accessit liberatione dominum rogans, sed per alios est abductus, & nihilominus tamen adiutus. Quo intelligimus quosdam ita peccato & mundo implicitos, vt ad Dei verbum sint prorsus surdi vtpote carni & bonis temporalibus immersi, suam non cogitantes salutem: oratione tamen & compassione aliorum quandoque contingit, vt emendentur.

Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi: Hephethah, quod est adaperire.

Vanā gloriam esse vitandā.

Quod à turba seorsum curandum surdum mutumque abducit dominus, docere voluit vanam gloriam esse vitandam. Quamuis dominus vanam gloriam nihil habuit timere, nobis tamen voluit docere timendam. Ideo à turba illum duxit seorsum. Verum dicit quis: Miraculū fiebat in ædificationem turbæ, ideo non debuit abscondi. Dicendum: Christus ostendit quantum in se erat, nolebat enim laudem aut gloriam ex miraculo: & propterea, vt nos eundem semper habere animum doceret in operibus, quæ gloriā adducunt, surdū hunc eductum extra turbā, & quasi secreto abstractum curauit. Nihilo minus tñ postea miraculū sese loquebatur. Non enim potuit celare seipsum. Quō enim non manifestaretur miraculū factū, quando is qui paulo ante visus fuerat cæcus, mutus, surdus obsessusq; à dæmone, post breue temporis interuallum audiebat, loquebatur, carebatque dæmone?

D

Cæremoniis cuiusmodi vsq; fuerit Christus in expulsione dæmonis.

Vide autem quibus vtebatur cæremoniis ad dæmonis expulsionem, & procurandis his omnibus infirmitatibus. Primo, misit digitos ad auriculas eius. Deinde expuens, saliua sua tetigit linguam eius, quo indicaret membra sui corporis tanquam instrumenta organaque fuisse diuinitatis, per quæ diuinitas illius operaretur. Tertio, suspexit in cœlum, patri suo cœlesti omnem virtutem adscribēs, à quo vt homo sibi adesse sciebat adiutorium.

Quarto, ingemuit, non ob difficultatem miraculi, sed huic misero omnibusq; compatiens, qui sub tyrannide premunt diaboli. Gemebat quoque propter significationem mysticam. Peccatores em obstinati qui iam etiam frontosi sunt adeo vt neminem audiant, raro ac difficulter conuertuntur. Quāobrem vbi Lazarū quatriduanum suscitare voluit mortuum ex monumento (in quo significantur peccatores mole consuetudinis peccandi oppressi) simili modo turbatus est spiritu fremēs in semetipso, quo difficultatem huiusmodi peccatores resuscitandi monstraret. Quod tamen ita intelligendum nō est, vt Deo difficile quicquam esse putemus, sed qa huiusmodi peccatores suo libero arbitrio Deo resistunt, gratiamq; Dei impugnant: ideo spiritus sanctus locum non inuenit accedendi. Quamobrem sancti Augustini sententia est, maioris esse negocij ac difficultatis Deo, impium iustificare aut conuertere, quam cœlum & terram creare.

Gemitus Christiqd mystice designet. Ioan. 11

Peruersi cur difficile cōuertātur.

Augusti.

Creare enim cœlum & terrā potest Deus sine vlla repugnantia. Non autem sic potest hominem iustificare nisi etiam consentientem. Dedit enim homini liberum arbitrium, quod finit illum quocunque voluerit, vertere. Si conuerterit illud homo ad bonum (minus quidem tunc est efficax, robustum aut potens) Deus tamen illud adiuuat, vt quicquid sua minus valuerit virtute, hoc perficiatur diuina. In iustificatione enim hominis, & in operatione boni, præcipuum est Deus: qui tamen in hac re nihil operatur nisi homine consentiente & cooperante. Qui enim creauit te (inquit Augustinus) sine te, non saluabit te sine te. Quod si liberum arbitrium homo conuerterit ad malum (vbi magis est efficax & potens) Deus non cogit, nec violentiam illi facit, vi retrahens illum, sed æque finit illum, quo vult progredi iuxta arbitrium suum, nisi quod illum inuitat sæpe ad meliora inspirationibus sanctis. Quod si amplecti noluerit homo, permittit illum q̄que obstinari in malo. Eam ob rem dixi in iustificationem hominis, impij, Deum quasi repugnantiam pati, Nunquam enim iustificabit nisi volentem. Potest quidem ex nolente facere volentem: haudquaquā tamen nolentem iustificabit, quamdiu qs nolens aut inuitus repertus fuerit. Ob hāc itaque significandam difficultatem, qua conuertendi impij, spiritui repugnant sancto, in-

Arbitrij li beri efficacia quāta.

Idem.

cto ingemuit dominus. Quinto, dixit hephethah, quod est tantum dictum, acsi diceretur: Adaperire, imperans auribus & linguæ, vt omni remoto impedimento suum libere exequeretur officium.

Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius: & loquebatur recte.

E

Christi verbum erat virtus & operatio. Eius dicere erat perfici & fieri. Ideo ad eius vocem mox reserantur aures & lingua, & is qui mutus fuerat, loquebatur. Dixi autem supra per hunc surdum & mutū significari peccatorem obstinatum. Ex malitia enim diaboli fit, vt ea nobis claudant, nostra voluntate aut consentiente, aut dissimulante, per quæ magis ad nos solent intrare ea, quibus resipiscere nos contingit.

Surdi spiritualiter quis sit.

Est itaque surdus, quisquis Dei non audierit clamorem, Clamat enim ad nos dominus multipliciter. Clamat in scripturis: & hoc multifariam quoque facit. Siquidē interdum minatur, aliquando hortatur, quandoque etiam terret, quandoque consolatur, & sæpe promittit, non raro, quasi nostri egeret, pene rogat, vt nostri miserea tur, nobis benefaciat, nosque saluet. Clamat itaque dominus per signa, per miracula, per beneficia: clamat per inspirationes, clamat per flagella. Vbique igitur clamat.

Clamor Dei ad nos multiplex qd reqrat à nobis

Lucæ 5. loci. 2

Quid clamat? Vt deseramus peccata nostra, vt conuertamur ad se ex toto corde nostro, vt pœnitentiam agentes, ea quæ caduca & ad salutē infructuosa sunt, relinquamus. Hoc autem non solum per seipsum, sed etiam facit per homines, puta per prælatos, per prædicatores, per alios viros Deum timentes. Qui dum nos à vitijs abstrahere nitūtur, p eos dominus nobis loquitur. Itaque si propter superbiam tuam ab homine correptus fuerit, si reprehensus propter lapsum carnis, aut si ad vitiorum detestationē hortatus fueris, clamat ad te dominus. Cuius si vocem audieris, erit tibi hæc in salutem. Cæterum domini vocem hanc multiplicem non audire, est surdum atque in anima obstinatum esse. Hos tamen quoque non raro dominus curat. Audi deinde qui sint muti spiritualiter. Qui Dei videt auditve iniuriam, & tacet non contradicens, mutus est. Qui detractiones audit, non repugnans, sed consentiens mutus est. Qui Deum orare laudereque negligit, mutus est. Qui erudire, qui consolari contemnit proximum, qui denique consulere renuit suo fratri, quæ salutaria sunt, mutus est. Qui peccata sua abnuit cōfiteri, mutus est. Qui videt proximum suum delinquentem aut errantem, & non curat illum dehortari à peccato aut reducere mutus est. Sed videamus nunc etiam quo curauerit illum modo, & quid Christus fecerit. Neque enim solo vsus est nutu, aut verbo, aut voluntate. quamuis id æque potuisset: sed addidit etiam cęremonias aliquas, quę ad nostram conducerent institutionem. Itaque primum est, quod à turba seiunxit surdum. Vbi enim adduxerint prædicatores & prælati peccatorem ad Christū (Hi em̄ sunt qui surdum Christo adducunt, quod Moses fecit orans dominum & dicēs: Qui escat ira tua domine: esto placabilis super nequitia populi tui) Vbi ergo, vt dixi, adduxerint domino, Christus illum apprehendit, iuxta illud: Apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, Apprehensio enim hæc Christi est ad gratiam suam, siue ad perseuerantiam. Nec solum apprehendit, sed à turba etiam seorsum abstraxit. hoc est à malorum consortio separauit. Nocent enim vehemē ter nouiter conuersis seu conuertendis exempla delinquentium ac malorum, nocēt eorum sermones, quandoquidem vt Apostolus monet. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et naturale pene est homini, cum quibus viuitur, moribus assimilari. Nam & Psalmista dicit: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Non potest dici, quantum noceat societas peccantium. Necesse igitur est, vt tecum ipsi habites, ab hominū multitudine abstractus, si mundam, incontaminatamque ab hoc seculo vitam agere cupis: idque maxime hodie, quando adeo corrupti sunt hominum mores, adeo honestas infirmatur, vt erubescere habeat, qui non cum alijs peccantibus malefacit. Neque enim scortari, inebriari, alea vti, maledicere ac blasphemare hodie inhonestum reputatur, sed mūdo videtur ciuile & humanum Secundo, misit digitos in aures eius. Per digitū Dei intelligi spiritum sanctum alibi significatur, vbi scriptum est: Porro si in digito

Cæremoniæ Christi in surdi curatione quid nos doceant.

Exod. 32

Hie. 12

F

Societas mala quā tum noceat. 1. Cor. 15

Psal. 17

Vita solitaria cur hodie maxime necessaria sit.

Lucæ 11 Digitus Dei quid mystice

Dei eiȝcio dæmonia. Vbi alius Euangelista loco digiti Dei habet: Si in ſpiritu Dei eiȝcio dæmonia. Miſit igitur dominus Ieſus in aures ſurdi digitos ſuos, quia gratiam ipſe largitur ſpiritus ſancti his qui conuertuntur ad ipſum, vt ſuauiter audiant, quod cum faſtidio audire ſolebãt. Spiritus enim ſanctus eſt qui iugum domini facit ſuaue, & onus leue bene volentibus. Propter hanc cauſam quoque, vt ſequitur ſaliua tetigit linguam infirmi. Tertio, ſaliuam ſuam expuit, qua muti tetigit linguam. Expuere eſt ſtomachum purgare. Stomachus conſcientiæ nuſquam purgatur melius quam per euomitionem. Euomenda igitur ſunt peccata tua per confeſſionem, quo diabolum mutum à te repellas. Nulla enim res eſt alia, quæ tam valide hoſtem ſternit, vt confeſſio. Porro per Chriſti ſaliuam intellȝgitur donum ſapientiæ. Hæc præbet operibus bonis, exercitijs que ſanctis ſaporem, vt guſtui ea quæ non conuerſis ad Deum erant amara, conuerſis fiant ſuauia, atque vt ita dicam ſapida. Quod tunc fit, quando confeſſio ſacramentalis relinquit animę conſolationem, quando præbet oratio ſuauitatem guſtui, vt ieiunare ſpiritum delectet, corpus quoque de feruore ſpiritus participans, minorem ſentiat in Dei ſeruitio laborem.

Luce 11 Matt, 12

Matt. 11

Confeſſione diaboli expelli.

Saliua Chriſti myſtice quid.

Quarto, Chriſtus ſuſpexit in cœlum, & ingemuit. Quo pœnitentes vtrũque docet, & ingemiſcere, & in cœlum ſuſpicere. Iudas enim ingemuit, ſed non incœlũ ſuſpexit, hoc eſt, doluit peccatum ſuum, ſed non ſperauit veniam. Tu vero ita peccatũ tuum plange, vt veniam non deſperes. De venia nanque, quæ peccatorum nulli negatur, innumera ſunt teſtimonia ſacrę ſcripturæ, de Chriſti quoque benignitate nõ pauciora. Siquidem (vt vnum ſaltem citẽ locum) ſcriptum eſt in Pſalmo: Dixi: Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Non dicit: Confeſſus ſum domino peccata mea, ſed tantum: Dixi, confitebor, hoc eſt, agnoſco quidem peccatum meum quod confitebor domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei propter hanc confitendi voluntatem. Confitemur domino peccata noſtra, omnem reatum & culpam nobis tribuentes, & rigida noſipſos cenſura accuſantes.

Matt. 27

Peccata eſſe cum ſpe veniæ plãgenda.

Pſal. 31

Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

G

Præceptũ Chriſti miraculũ taceri volentis non obligaſſe turbam.

Quod Chriſtus miraculum taceri voluit, non fuit, vt gloriam timeret humanã, ſed ne nobis deeſſet exemplum humilitatis, quo oſtenderet in ſeipſo, quod quantum in ſe erat, noluit manifeſtari aut prædicari miraculum. Præceptum igitur hoc Chriſti, nihil aliud fuit quam humilitatis eius indicium, ideo conſcientias auditorũ non obligabat ad peccatum inobedientię quia non præcepit vt omnino ita vellet fieri, ſed indicauit, quæ humana ſua eſſet voluntas, qua non appeteret publicari. Hac autem eius voluntate humillima intellecta, eo magis turba flagrabat feruebatque ſtudio deuotionis erga eum: & quo magis ille phibebat, eo magis illum humilem exaltari, honoreque dignum turba ęſtimabat: ideo etiam eo maiori prędicabat ſtudio, non animo Chriſto non obedien di, ſed zelo ac deſiderio Chriſti gloriã nõ ſuppremendi. Indignum enim illis videbatur, imo obnoxios ſe fore peccato arbitrabantur, ſi Chriſti gloriæ ſuo quicquam ſilentio ſubtraherent. Hac ratione non peccauit turba Chriſto non obediens, quia illũ nõ aĩo phibẽdi ſed aĩo (vt res erat) ſe humiliãdi, atq; nudã voluntatẽ ſuã declarandi locutum rata eſt. Qua in re ſibi neceſſario imcumbere turba putabat vt ſi Chriſtus vellet ſe nimium humiliare, ipſa turba euulgaret in eius gloriam miraculũ. Aedificat nos filij ſtudium humilitatis in Chriſto, ędificat nos quoque deuotionis ſtudium in turba. Simus itaq; in nobiſipſis nos humiles, ſed aliorum nihilominus honorem famamque zelemur. Quo & ab alijs nos optemus neſciri, & vt eo magis taceatur de nobis, alios cupiamus præferri ac honorari. Præſtet hoc nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Inobedientiã nullam in curriſſe turbam Chriſto miraculũ taceri volenti non obedientẽ

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quàm ſint ſurdorum mutorumque varia genera.

Addu

H

Dducũt Ieſu ſurdum & mutũ, & deprecabantur eum vt imponat illi manum: Marci ſeptimo. Ob ludæorum perſecutionem Chriſtus dominus noſter paululum declinaſſe perhibetur in fines Tyri & Sydonis, vbi nobilem prædam, mulierem ſcilicet illam Chananæam diabolo abſtuliſſe legitur. Non igitur diu moratus ibi, dũ redijt, in occaſionem aliorum miraculorũ incidit faciendorum. Quorum vnum tanquam præcipuũ Marcus hic refert de ſurdo & muto. Huius miraculi vt ædificationem ſuſcipiamus, inquirendum nobis eſt quid per ſurdum, quid rurſus per mutum nobis voluerit ſignificari. Surdus etiã vehementem vocem, ſolumve, aut clamorem non percipit. Intelligitur igitur peccator qui ſeipſum ignorat, nec conſcientiæ ſuæ cultum aut curam habet. Clamat enim in quouis homine ſynteresis vermisque cõſcientiæ, qui rodere ac pungere nõ definit delinquentem, illum iudicans, illũ puniens, illum denique arguens. Nã ſi nullus etiã foret prædicator, ſi nullus doctor nihilominus conſcientiæ lumen ipſum nos continue docet, nos arguit, nos monet, & nos etiam iuxta quod iuſtitia exigit, conſolatur. De hoc lumine dicit Pſalmus: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Hunc autem clamorem, hunc vermem in inferno, vt pœnam, præalijs intolerabilem ſuſtinent damnati. Seipſos enim vituperant, ſeipſos odiunt, ſeipſos damnant, quia in vita olim ſua noluerunt clamorem audire obſtrepentis cõſcientiæ. Itaque conſcientia quaſi duos habet præcones. Primus, antequã pecces, terret te, & dicit: Non cõcupiſces. Item: Quacunque hora peccaueris, morte morieris. Hic præco, id eſt, hæc vox ac præmonitio ſeu cõminatio, quæ nobis infertur ante perpetrationem peccati, ſignatur per angelum, qui Balaam ad maledicendum Iſraeli proficiſcenti occurrens aduerſabatur, ſtans euaginato gladio aduerſus eum: qui illiquoq; mortem eſt minatus ſi contra voluntatem domini quicquam ageret aut loqueretur. Hic igitur præco clamat ne peccemus. Alter præco emittitur poſt peccati perpetrationem, & hic vocatur dolor. Sedata enim concupiſcentia mala, meditatur peccator inæſtimabile bonoꝝ diſpendium, quod paſſus eſt. Inde oritur pœnitẽtia & dolor, vt ſalubris in fide & ſpe, aut infructuoſa per deſperationem. Vno autem peccato commiſſo diſſipatur bonorum vniuerſitas, vt ſi centum milleve haberes virtutes, per vnius peccati mortalis admiſſionẽ ad vnum omnes intereunt. Iuſte igitur peccatum vocatur mortale, q̃d animam, cunctaque bona & diuitias animæ interimit ac tollit, conſcientiamque ſolam & obiurgantem ac rodẽtem ſeipſam relinquit. Hic nuncius ſignatur nobis per ſeruũ ſeu puerum Iob, qui in calamitatibus ſingulis alijs pereuntibus euaſit ſolus, vt calamitatem, ait ad Iob, nunciarem tibi. Hoc modo vermis ille conſcientiæ ſemper nobis inſinuat damna peccati. In grauiſſimo autem periculo verſant, qui hanc in ſe ſynteresim & conſcientiæ ſtimulum non ſentiunt. Qui, inquam, ad illius clamorem ſurdi ſunt, vt etiam abſque timore peccent. Iſti difficulter ad iter ſalutis reducuntur. Super illos ingemiſcat Chriſtus oportet, q̃& illi ſuper ſe ingemiſcant. Secundo, eſt ſurdus qui non audit Deum admonentem aut terrentem, quo affectum concipiat emendationis & compunctionis. Priorem conſcientiæ ſtimulus non pungebat, hunc Dei reſpectus, aut timor non inuitat. Eam ob rem timendum quoque nobis eſt, quibus leguntur multa, prædicationes exhortationesque fiunt crebræ: ſed arida recedimus conſuetudine vt acceſſimus frigidi, ad meliora prædicatione aut lectione in nullo mutati. De huiuſmodi per Eſaiam dominus loquitur conquerens: Quis cæcus niſi ſeruus meus? & ſurdus niſi ad quem miſi nuncios meos? Sequitur autẽ. O Iſrael qui vides multa (in lege ſcilicet & prophetis) nonne cuſtodies ea, videlicet quæ ſeruanda præcipiuntur? Et qui apertas habes aures, nonne audies, id eſt, non ne obedies? Non ergo omnes qui corporis audiunt auribus, aures pariter habent cordis cuiuſmodi dominus poſtulat. Vnde quibuſdam inter quos ſurdi eiuſmodi erant, qui cordis non audiebant aure, dicebat dominus: Qui habet aures audiendi audiat. Aures igitur cordis requirebat.

Tertio ſurdus eſt, qui non audit, hoc eſt, qui non cogitat tubam illam, ad cuius ſonitum omnes reſurgemus mortui, de qua Theſſalonicenſibus ſcribit Paulus: Ipſe dominus in iuſſu & voce archangeli, qua ſcilicet mortui ſuſcitabuntur, deſcendet de

Surdorũ ſpirituali tergenera diuerſa.

Synteresis clamor cuiuſmodi.

Pſal. 4

Conſcientiæ præcones duo ſint, Exod. 20 Gen. 2 Ezech. 17

Angelus Balaã occurrens ad myſtice ſignificat.

Peccatum cur iuſte vocetur mortale.

Iob 1 Nunci⁹ B. Iob calamitatẽ ſuã nuncians, myſtice q̃d

I

Eſaiæ 42

Lucæ 8

1. Theſſ. 4

cœlo. O quam læti tunc tubam illam audient, qui modo non sunt surdi ad illam præmeditandam, & qui ad obediendum Deo patentes semper Deo offerunt aures. Heu quam infeliciter & tristes tunc audient, qui hanc nouissimam tubã audire modo noluerunt. Heu quanta tunc erit vlulantium infelicitas, quando illorum animæ ex pœnis & cum pœnis venientes sociabuntur denuo suis corporibus cum duplici tormento. Corpora enim damnatorum post iudicium cum animabus puniẽtur. Hanc tubam beatus audiebat Hieronymus, dicens: Siue comedam, siue bibam, siue, aliud aliquid faciam, semper videtur insonare auribus meis terribilis illa tuba: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Surdus quoque est qui tonitru diuinæ sententiæ non audit, qua horribili terrore dominus his qui à sinistris erunt, dicet: Ite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quarto, surdus est peccator, qui clamorem non audit redemptoris nostri, scilicet istum, quo sanguis Christi p nobis fusus ad nos clamat, quemadmodum ad Hæbræos Apostolus dicit: Accessistis ad mediatorem testamenti noui Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquẽtem quam Abel. Manifesta historia ex Genesi narrat, quomodo Cain fratrem suum occiderit, interrogatusque à domino, vbi Abel esset eius frater, respondit Cain: Nunquid ego custos sum fratris mei? Cui rursus dominus: Ecce, inquit, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Si sanguis Abel ad dominum clamauit aduersus Cain de tera, quomodo sanguis Christi non magis clamat aduersum nos ingratos, pro nobis ociose effusu super terram? Quod enim gratis effusus sit, quod ociosus atque sine fructu maneat Christi sanguis, quod denique non æstimetur sanguinis tam precioſi effusio, ex te, ex me, & ex omnibus nobis est manifestum, quotquot redemptori nostro ingrati, & inobedientes sumus. Clamat autem Christi sanguis primo cõtra nos, propterea quod pro nobis effusus sit. Siquidem peccata nostra occiderunt Christũ. Deinde sacrosanctõ huic sanguini clamandi est occasio, q̃d propter nos quoque fusus sit, quia mundat nos ob omni delicto. Tertio, clamat Christi sanguis contra nos, propterea q̃d non solum spernitur, sed conculcatur etiam: quandoquidem nulla Deo refertur gratitudo ab his, pro quibus effusus est, sed eadem peccata, pro quibus Christus mortuus est, etiam idem ipsi denuo committunt, quo, quantum in se est, Christi sanguinem denuo fundunt. Quid igitur clamabat sangnis Christi aduersum nos (Hoc clamat, ne eadem aut similia alia que peccata faciamus, cuiusmodi fuere pro quibus Christus est mortuus, ne Christi passionum contemptores, eadem, pro quibus est passus, iteremus. Quinto, surdus est, qui clamorem non audit vniuersitatis creaturarum, hunc scilicet clamorem, quo nos ad Dei incitant amorem. Quapropter non insipienter Augustinus dicit in libro soliloquiorum. Domine cœlum & terra, & omnia quæ in eis sunt, dicunt mihi vndique vt amem te: nec cessant hoc dicere omnibus, vt sint inexcusabiles. Circunspice iam volucres cœli, bestias terræ, pisces que qui morantur in aquis, & omnia quæ in cibum, in alimoniamque tibi data sunt, aut in solatium: quid aliud ad te clamant, quam vt diligas benefactorem tantum, amatorem tantum, tam fidelem patrem, tã misericordẽ dominũ, qui pascit, qui regit, qui creauit te? Ligna clamabant vt diligamus Deum, quæ nobis prouidit, vnde à frigoribus, à pluuia & vento nos defendemus. Sol, luna, stellæ, imber & omnes creaturæ, tot radices herbarum, tot seminum herbarumque virtutes, quid clamãt aliud quæso, quam quod ad ministerium, vsum ac solacium nostrum ipsa creata sunt & propter nos consumuntur, & vt eundẽ redamemus, qui illa subiecit nobis? Sãctus Bernardus se dixit magis inter fagos & nemora doctũ, quã ex libris. Certe hoc ideo, quia ea quæ creaturæ loquebantur illi, ipse intellexit. Nihil enim aliud agunt, quã quod prædicant creatorem suum. Sed hic ph dolor q̃q; creaturis (licet vtamur) abũdãter nihil tñ ex creaturis (vt deberemus) ad creatoris amorẽ trahimur. Nã & plerũq; (q̃d deterius est) creaturis nõ solum nõ ad gloriam, sed ad contumeliam quoque vtimur creatoris. Sexto, est alia surditas, quam diabolus auget, qua obturamus aures ad clamorem pauperis, cum tamen non pauper, sed Christus in persona pauperis clamans respiciendus sit. Attendendum quoque nobis foret, quod Sapiẽs dicit:

Tubã nouissimam læti audituri qui sint, & qui tristes sint

Hierony.

Matt. 25

Heb. 12

Gen. 4

K

Sanguinẽ Christi biſariã clamare contra peccatores. Hebre. 9

Sanguis Christi qd clamet aduersum nos.

Creatura ꝝ vniuersitas qd clamet ad nos Augusti.

Crtaturæ vti creatorem suum amandum esse dicit

Bernardꝰ.

Prou. 11

cit: Qui obturat aurem suam ad clamorẽ pauperis, clamabit ipse, & non exaudietur. Aures habere patẽtes ad misericordiã quam sit vtile ac fructiferum monstrant Cornelius Centurio vir religiosus, Tobias, & huiusmodi alij. Septimo, surditas quædam est, quæ homini aures claudit ad vocem fratris veniam petentis, ne remittat iniuriã, de quo pariter scriptura dicit: Homo homini seruat iram & à Deo quæret medelam? Quasi diceret: Non accipiet, sed mensura qua mensus fuerit remetietur ei. Seruandum igitur consilium Ecclesiastici, dicentis: Relinque proximo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Expende verba: Relinque, inquit, proximo nocenti te. Non dicit, precanti aut roganti, sed nocenti te: & iuxta domini præceptum, diligas etiam inimicos tuos benefatiens his qui oderunt te. Neque enim sufficit, vt iniurias remittas, quo ad externam reconciliationem, nisi etiam, q̃d ad internam cordis pacem & tranquillitatem attinet, charitatem serues. Sunt enim qui foris peccata dimittunt, intus tamen eos qui se offenderunt non diligunt. Contra hos promulgatur sententia Christi de illo, qui conserui sui noluit misereri post misericordiam acceptam à domino: cui dicitur propterea, vt omnia etiam sibi dimissa inter tormenta redderet, quæ deberet, vsque ad nouissimum quadrantem, quia noluerit cõserui misereri, sicuti ipsius erat à domino misertum, additurque: Sic faciet vobis omnibus pater vester, si non vnusquisque fratri suo remiseritis ex cordibus vestris. Et de hoc satis. Restat vt intelligamus etiam quæ sit mutitas, quæ hic reprehenditur. Est peccator primo mutus, qui sua non valet peccata confiteri. Cluadit enim ei diabolus os, & facit mutum. Nec mirum. Possidet enim fortis armatus castrum suũ, & portam, per quam foret eiici ẽdus, claudit. Nihilominus tñ curauit dñs mutũ hunc hodie, eiusq; vinculum linguę reserauit, Vinculum linguæ confessionem impediens, triplex est. Primum est pudor, vt accidit in peccatis turpibus, quæ vix in confessione nudantur. Imo propter reuelandi difficultatem peccata quædam vocantur muta, quia verecundum est illa nominare, seu de illis loqui. Proinde Apostolus ait: Quæ in occulto fiũt ab ipsis, turpe est dicere. Pudorem hunc confitendi vincere debet timor Dei, timorque diuini iudicij. Tunc enim manifestabuntur omnibus, & angelis & hominibus omnia peccata nostra, & vniuersa ignominia nostra, pandetur. De hoc per prophetam Naũ dicit dominus: Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam. Parua igitur est consolatio corã homine vno peccatum suum celare, & corã vniuerso populo, imo coram angelis Dei tandem confundi. Secundum vinculum impediens eloquium in confessione, faciensque mutum, est ipsa impunitas. Vincit primo verecundia seu pudor, ne cõfitearis peccatum. Victus semel per pudorem, vt in confessione audeas spiritui sancto mentiri, peccatorum tuorum quædã confitens, & quædam confiteri renuens, minus Deum timebis, & sæpius posthac eris in confessione mutus. Primo enim cũ timore remordente. At vbi sæpius id feceris, hebetabitur in te aculeus conscientiæ, vt audeas sacramento confessionis, imo Christo atque spiritui sancto fictione mendaci contumeliam facere, quia timor à te recedit Dei: crescet vero in te audacia & Dei contemptus. Quia enim, vt Ecclesiastes ait, Non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Et alius: Ne igitur dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit mali? Sed audi quod sequitur etiam: Altissimus est patiẽs, & redditor: Quãto enim diutius expectat, eo punit grauius. Quod Valerius, quamuis paganus nõ ignorabat, dicens: Lento gradu ad vindictam procedit Deus: sed tarditatem supplicij grauitate compensat. Tertium vinculum quod retinet linguam, mutamque facit, præsertim ad confitendum, est spes temeraria, inconsultaq; præsumptio alio tẽpore confitendi & corrigendi te, quasi in tua fitum sit libertate, cum velis posse peccare, cum iterum velis, eadem peccata per dolorem pœnitentiæ posse delere. Si in tua habes potestate posse pro peccatis dolere quoties volueris, sit ideo etiam in tua voluntate abstinere à peccato, pro quo, vbi peccaueris, iterum dolere stulte proponis. Modo inquam, dole, & pœnitendum aut dolendum quid non committe. In horum numero reperiuntur multi, qui ita ad extrema vsque vitæ expectant, pœnitentiam que ac veram confessionem differunt, vt

Acto. 10 Tob. 4

L

Eccle. 28

Matt. 4

Eccl. 17

Luce 6

Matt. 18

Luce 11

Vinculũ linguæ cõfessionem impedits triplex ꝙ

Ephe. 5

Pudor cõfitẽdi quõ vincat.

Naum 3

M

Eccl. 8

Eccl. 5

Valerius

Spes temeraria vti faciat hominem dif ferre confessionem.

tunc cõfiteri,qñ amplius nõ possunt peccare,velint.Hæc confessio plerunque est necessitatis,non charitatis,quę parum consolatur morituru. Modo igitur

N vincula tua cuncta dirumpe,& calcatum diabolum euome,& sanaberis in anima. Porro differre ad mortem,si volueris pœnitentiam,reuera non habeo quo te consolari possim vt saluetis. Audi sanctum Augustinum:Si quis positus in vltima necessitate accipit pœnitentiam,fateor vobis:Non ei negamus quod petit,sed non præsumimus,quod bene hinc exit. Pœnitentiam dare possumus,securitatem non possumus.Nũquid dico,damnabitur?Sed nec dico saluabitur.De eo loquitur,q pœnitentiam suam ad mortem vsque differt. Vis ergo à dubio liberari?Age pœnitentiam dum sanus es.Si sic agis,dico tibi,quia securus es.Tene certum,& dimitte incertum.Si enim peccata tunc vis deserere,quãdo amplius non potes peccare: non tu deseris,peccata,sed peccata deserũt te.Nõaudere igitur aut nolle cõfiteri pecatũ,est mutitas. Deinde est alia mutitas (vt ita dixerim)qua,vbi loquendum fuerit,necessario quis tacet,& quantum in se est,iniquitati consentit. Vides enim iniuriam fieri proximo,vides irrogandam innocenti infamiam,audis contumeliã fieri iusto,& cum prohibere possis aut emendare,ne denuo fiat,taces:silentium hoc est animæ inimicum,& mutitas peccatum habens. Videtamen vt in excusanda propugnandaque cuiuspiam innocentia,& vt iniuriam depellendo,aut iniquo renitendo,modum modestiamq; serues,ne nonsolum nihil proficias,sed etiam magis exacerbes,charitatẽ offendas ac lædas.Ideo cum tranquillitate argue,cum mansuetudine proximũ excusando tuere.Eodem enim tempore quo turbatus fueris nihil efficies in eo,qui tibi inique aduersatur. Neque enim diabolus diabolum expellit,nec iratus sanabis iratum.Si igitur alter non potes,expecta donec transeat ira tua. Simili modo tenemur loqui quoq;,& mutos nos esse haud decet pro veritate,pro iustitia,pro virtute, pro Deo. Sed hoc ibi,vbi locutionis tuæ sperator fructus. Et hoc quoque necesse est,vt fiat modeste,cum conditionibus,circunstantijsque iustis ac necessarijs. Est tertio mutitas,videre aliquem delinquere ex ignorantia,& illum non reuocare,non instruere,& à peccato seruare. Itaq; hi surdi,hi muti sunt,quos dc minus curat. Curet ergo rogemus nos quoque pijssima eius misericordia,vt nihil in nobis reideat,quod suæ beneplacentissimæ displiceat voluntati,qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Pœnitẽtiã ad mortẽ vsque dif ferre quã sit periculosum. Auguſt.

Loqui p veritatis defensiõe qñ debeamus.

Mutitas periculosa quanta.

DOMINICA XIII POST DOMINICAM SANctæ Trinitatis,epistola beati Pauli apostoli ad Galatas III.

XXII ABrahæ dictæ sũt promissiones & semini eius. Non dicit: Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo,qui est Christus.Hoc autem dico,testamentum confirmatum a Deo,quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex,non irritum facit ad euacuandam promissionem Nam si ex lege hæreditas,iam non ex promissione. Abrahę autem per repromissionem donauit Deus.Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est,donec veniret semen, cui promiserat,ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est. Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit.Si enim data esset lex,quæ posset viuificare, vere ex lege esset iusticia.Sed conclusit scriptura omnia sub peccato,vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Contra

A CONtra Galatas pugnat Paulus in hoc maxime, quod hi legẽ putabant veterem obseruandã ãquam saluti necessariam: male instructi à pseudoapostolis, post sanam eruditionem Pauli(qui ab illis recesserat,alijs quoque gentibus prædicaturus) errorem hunc illo interim absente prædicantibus.Quapropter in tota epistola astruit legem Mosaicam nunc non esse necessariam,quia non per illam,sed per fidem domini nostri Iesu Christi astruit, quod verum est, nobis dari spiritum sanctum, iustitiam & salutem æternam. Hæc autem postquam scripturarum probauerat autoritate, tandem in hac lecti one etiã humana cõsuetudine ac ratiõe cõfirmat, dicens:hominis testamentum conditum,hæredumq; institutionem in morte testatoris confirmari,vt testamẽtum sit ratum,immutabile ac firmum,adeo vt neque deleri, neque mutari possit.Hoc esto, inquit. Quanto magis autem testamentum Dei Abrahæ,& eius semini CHRISTO promissum, propter legem Mosi diu postea datam,par est non posse fieri irritum? Itaque dicit: Abrahæ diuinitus dictæ sunt promissiones, & semini eius.

Gene.22 Nam in Genesi dictum illi legitur: In semine tuo benedicentur omnes gentes.Semen Abrahæ, de quo loquitur scriptura, Christus est ex Abraham secundum humanam naturam descendens, vt Matthæus habet:Liber generationis Iesu Christi,

Matth,1 filij Dauid,filij Abraham.Hac autem promissione Abrahę prænunciatum fuit Christum ex eius semine,hoc est,ex Maria nobilissima virgine post multas generatiões, ipsius filia nasciturum.Factę sunt quoque Abrahæ promissiones aliç.Nam promissa est illi diuinitus hæreditas,dum sub specie terræ Chanaan ei promitteretur terra viuentium.Sic enim illi dictum est à domi-

Gene.13 no: Omnem terram quam cõspicis tibi dabo,& semini tuo. Non dicit pluraliter: Et seminibus tuis dabo terrã hanc,quasi multis,sedquasi in vno semine,id est,in vno fit filio hæreditatis huius promissio obtinẽda. Ideo dicit: Tibi dabo, & semini tuo. Hoc enim ita scriptura habet:Et semini tuo,qui est Christus.Semẽ itaq; Abrahę Christus, qui non populum duntaxat Iudaicum,sed etiam Gentilem complectitur. Vterque enim populus vni est Christo spiritualiter per fidem incorporatus.Christus nanq; etiam mystice vnum est Abrhæ semen,cum omnibus membris suis tanquam caput cũ corpore suo, quod est Ecclesia. Vnũ ergo semen dictum esse vult Apostolus,q̃ oftenderet Galatas, aliasq; gentes in fide non esse inferiores Iudæis:nec illis Iudæos superiores,sed per fidem omnes semen vnum, vnumq; esse corpus Christi. Elegit enim Ephe.1 nos Deus ante mundi constitutionem in ipso.Hoc igitur dico: Lex, quæ data est Mosi a tempore huius promissionis Abrahę factę post quadringentos & triginta annos in monte Sinai,non facit irritum hoc testamẽtum diuinarum promissionũ,non ab homine,sed à Deo confirmatum,vt propter legem,aut per legem sequentem euacuetur,impediaturve ab æterna hæreditate Abrahæ facta promissio:quæ tamen euacuaretur,si ex lege, aut per legem daretur benedictio & hæreditas regni cœlorũ. Alioqui nec Abraham,nec patriarchæ percepissent benedictionem hæreditatis,qui ante legem fuerunt.Volebant autem pseudo apostoli promissionem illam Abrahæ factam irritam fieri per legem,dum conarentur astruere iustificationem, & regni cœlestis hæreditatem, non per gratiam, quam Deus Abrahę promiserat,sed per legis opera dari.Quo certe euacuaretur(si verum diceret)diuina promissio. Quod tamẽ dici non potest.Ideo sequitur: Nam si ex lege, seu ex legis virtute regni cœlestis daretur hæreditas,iam nõ daretur ex promissione. Abrahæ aũt per repromissionem donauit Deus hæreditatem. Legem enim nõ accepit,cui dictum à dño est:Ego protector tuus sum,& merces tua magna nimis. Ex his aũt iãm dictis videri possit lex esse aut nulla,aut inutilis. Mouet igitur quæstionem sibi Paulus, quã ab alijs mouendã Paulus sensit,dicens. Quid igitur lex? hoc est, B quæ legis vtilitas,si cultores suos non iustificat,nec regnum aperit cœlorum? Iterũq; sibi respondens: Propter trãsgressores,inquit,qui legem præuaricantur naturæ,lex hæc Mosi scripta constituta est, est media inter promissionem & hæreditatem promissam: imo media inter legem naturæ & legem gratiæ, vt qui lege naturæ transgrediebantur, saltem timore cessarent transgredi. Propter prophetas enim & iustos non est posita lex. Hi enim à transgressionibus vt arcerẽtur timore, nõ erat necesse,

Gene.15

Abrahæ semẽ esse Christũ, etiam secũdũ mysticũ sensum

quia legem ſeruabant naturæ ex amore iuſtitiæ. Itaque dicit: Lex ordinata eſt per angelos, quia non per ſeipſum Deus, ſed per angelos loquebatur Moſi, & in manu mediatoris poſita eſt in populo ludæorũ, ad coercendas tranſgreſſiones legis naturæ, idque in manu mediatoris, hoc eſt, in poteſtate Chriſti, vt quam diu vellet ille, maneret, & quando vellet, ceſſaret lex. Optimo autem ordine poſita eſt inter legem naturæ, & legem gratiæ, vt homo conuinceretur legem ſibi videre gratiæ eſſe neceſſariam. Nam didicit primo, quod lex naturæ illum ſaluare non potuit: didicit deinceps, quod legem quoque ſcriptam implere non potuit. Siquidem non imbecillitatem ſuarũ experiretur virium homo ſuperbus, ſuo arbitrio ſufficientiam arrogaret, legemque diceret ſuperuacue datam, & Chriſtum gratis adueniſſe. Quia vero Apoſtolus dixerat legem in manu mediatoris eſſe, quis ille ſit mediator, ſubiũgit: Mediator autem vnius non eſt, neque enim niſi inter duos medius eſt. Huiuſmodi autem eſt Chriſtus inter hominem & Deum mediator, & ipſe homo & Deus vtranque naturam diuinam & humanam in ſe habens, hominẽ Deo reconcilians: duas quoque gentes, puta circunciſionis & præputij vnum populũ in ſe faciens. Et quamuis Chriſtus inter Deum & hominem mediator ſit ipſe Deus homo, nõ tamẽ ſunt duo dij, reconcilians & reconciliatus, ſed Deus vnus eſt cum patre & ſpiritu ſancto Chriſtus. Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Paulo ante dictum eſt: Si ex lege eſſet hæreditas, iam non eſt ex promiſſione. Ideo ſibi obijciens, & obiecta refellens, loquitur diſputans: Ergo lex eſt aduerſus pmiſſa Dei? Abſit. Neq; eñ aduerſatur his quę Abrahę Deus ſpopondit. Si enim per Moſen data eſſet lex, quæ hominem ab æterna poſſet morte liberare, quam primi parẽtis preuaricatione ſuisque peccatis incurrit homo, tũc vere ex lege daretur iuſtitia: qua regno cœlorum homo fieret idoneus abſq; fide Chriſti. Verum hoc non datum eſt legi veteri, ſed legi Euangelicæ. Concluſit enim ſcriptura omnia hominum genera ſeu ludæos vniuerſos ſub peccato. Scriptura, inquit, id eſt, lex ſcripta, quę non dat ſpiritũ, ſed eſt ſcriptura tantum, circumſepiuit ac detinuit ludæos ſub dominio peccati, vt nulla ex parte poſſent peccatum euadere, dum neque ſibi ipſis, neq; lex illis ſubuenire valeret: ſed ſicut lãguidi medicum & ſaluatorem Chriſtum expectabãt, per quem liberarentur ac ſanarentur: & ita promiſſio benedictionis & hęreditatis Abrahę facta daretur credentibus, nõ ex legis operibus, ſed ex fide Ieſu Chriſti.

1. Tim. 2

EXEGESIS EVANGELII dominicæ XIII. poſt dominicam ſanctæ Trinitatis, Lucæ decimo.

C

ON de vltima loquitur hic dominus beatitudine, qua in regno cœlorũ ſancti Dei Deum videntes plena gaudent felicitate, vbi oñis exclusa eſt triſtitia, oñiſq; miſeria: ſed de felici loquitur ſtatu præſentis vitæ, in q̃ conſtituti erant apoſtoli, quo & ipſi, & omnes Dei electi beati dicuntur: qa viuunt in gratia Dei & in charitate, qua regnũ Dei mereri poſſunt. Inde ergo ſunt omnes beati, quotquot Chriſtum diligũt, quotquot illi inhærent per amorem, quotquot illum vident & coguoſcunt per fidẽ, expectantque per ſanctam ſpem. Ad hunc modum in Pſalmo quoque dicitur: Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. Et alibi: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Videamus igitur quid nobis dominus loquatur, neq; enim apoſtolis tantum, ſed etiam nobis loquitur dominus, dicens:

Beatitudo viæ, & beatitudo patriæ, in q̃ ſita ſit.

Pſalm. 118

Pſalm. 31

Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.

Nulli dubium eſt apoſtolis grãdem fuiſſe conſolationem, qua ſuas paſcebant animas videndo Chriſtum, audiendo Chriſtum, eum interrogando, eiq; loquendo. Nam ad morum inſtructionem ipſius lucidum intuebantur virtutum exemplar. Ad amorem quoq; habebãt, vnde ſingulis pene momentis ex verbis, ex geſtibus, & ex moribus Chriſti ad eius incitarent dilectionem, ſpiritu renouarentur. Poſtremo, ad ſui curam & protectionem dominũ & magiſtrum habebant ſecum, in quem omnem ſollicitudinem ſuam tranſtulerãt: de nulla re poſthac ſolliciti aut metuentes. Non tamen de hac ſola oculorum corporalium cõtemplatione, auditioneve auriũm externa loquitur dominus. Audiuit enim & vidit hoc modo dominum Iudas, ſed non inde fuit beatus aut melior. Audiuerunt Phariſæi & viderunt Chriſtum, nihilo meliores facti, hi ſcilicet qui non dilexerunt eum. De quibus dicitur: Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatũ non haberent. Nunc autem viderunt me, & oderunt & me & patrem meum. Intelliguntur hæc verba de oculis interioribus præcipue ac ſpiritualibus, quibus coniunctus eſt etiam aſpectus exterior. Beati itaque fuerunt beatitudine ſpei ac meriti, qui Chriſtũ Dei vnigenitum viderunt incarnatum, prædicantem, miracula facientem, oculis tã carnis, quam ſpiritus: hoc eſt, qui Chriſti vide runt humanitatem viſione corporali, & eiuſdẽ diuinitatẽ crediderũt oculis fidei.

Ioan. 15

D

Dico enim vobis, quod multi reges & prophetę voluerunt videre quę vos videtis, & non viderunt: & audire quę auditis, & non audierunt.

Non infelices, ſed multum felices fuere & reges & prophetæ, quotquot in carne Chriſtum optabant videre. Neq; enim hoc optaſſent, niſi ante in Chriſtum credidiſſent. Beatiores tamen illis, quo ad hoc, fuere apoſtoli, qui non fide tantum, ſed oculis etiam corporalibus Chriſtum viderunt. Antiqui autem iuſti in fide tantũ eum viderunt, quomodo Eſaias vidit eum puerum natum, dicens: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Item vidit eũ in paſſione: Vidimus eum, inquiens, deſpectum & nouiſſimum virorum. Abraham deniq; diem vidit Chriſti, ipſo eodem teſte noſtro ſaluatore, & gauiſus eſt. Sed hęc omnia fuerunt in ſpiritu. Porro apoſtoli viderunt graitoſam præſentiam verbi in aſſumpta humanitate, ſicut Ioannes dicit: Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Secundo, viderunt eius conuerſationem in mirabili ſanctitate, de qua Baruch: Poſt hæc, inquit, in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Tertio, eius viderunt poteſtatem in miraculorum operatione. Vnde tam de ipſis, quam de turba Chriſti operibus delectata refert Lucas: Repleti ſunt timore magno, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. Itemque: Omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Quarto, eius gloriam viderunt apoſtoli in transfiguratione, quando Petrus dicebat: Domine bonũ eſt nos hic eſſe. Quinto, Chriſti pietatẽ viderũt in pauperum miſeratione, quoniam ſanauit infirmos & languidos omnes, vt ſcriptum eſt: Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Si denique pietatem eius cupis ſcire, obſerua quid cum beata Maria Magdalena peccatrice egerit, quid cum Matthęo, quid cũ Zacchæo, quid cum adultera muliere, quid cum Petro apoſtolo, quid denique cũ latrone: & videbis pietatis bonitatiſq; immenſum aceruum ſuauiſſimaq; nobis miſericordię argumenta, quibus omnibus interfuere apoſtoli, & eius opera miſericordiarum viderunt. Sexto, eius viderunt feruorem in prædicatione. Siquidem diluculo ad prædicandum Ioannes illum veniſſe in templum narrat. Ibat quoq; de loco ad locum, de caſtello ad caſtellum, de ciuitate ad ciuitatem pedes, in æſtu & pluuia, algens, eſuriens, fatigatus & ſitiens.

Antiqui iuſti quõ viderint Chriſtum Eſaiæ 9 Eſaiæ. 53 Ioan. 8 Apoſtoli quõ viderint Chriſtum. Ioan. 1 Baruc. 3 Lucæ 5 Lucæ 18

Matth. 17 Marc. 9 Lucæ 9 Lucæ 6 Lucæ 7 Matth. 9 Lucæ 19 Ioan. 8 Lucæ 22 Lucæ 23 Ioan. 6

Septimo, eius viderunt patientiam & manſuetudinẽ in patiendo, de quo Petrus ait: Cum malediceretur, non maledicebat, &c. Itemq; Matthæus: Ieſus autem nihil loquebatur, ita vt miraretur præſes. Beati igitur oculi qui viderunt, quæ videbant apoſtoli. Neque enim omnibus, qui hoc optabant, ita contigit.

1. Petri 2 Matth. 27

Et ecce quidã legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens: Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille reſpondens, Dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuũ, ſicut teipſum. Dixitq; illi: Recte reſpõdiſti. Hoc fac & viues.

B

Hic legiſperitus de arrogantibus tumidisque ſcribis vnus fuiſſe videtur, qui Chriſto inuidebant, Chriſto detrahebãt, & qui Chriſtum tentabant, alliciebantque vt aliquid proferret legi contrarium. Verũ Chriſtus ſapientior illo: vtpote qui nouit aſtutos comprehendere in aſtutia ſua, ei reſpondit per illius verba & teſtimonia illum confutans. Obſerua tñ hic legiſperitũ adhuc prudẽtius locutũ, quã Lutheranos: qa credidit nõ ignauis & ociosis, nudęq; ac informi fidei ſine vllis operibus dari regnũ cœlorũ. Sigdẽ Lutherani putãt ſola ſe fide

Fidem informẽ nõ ſufficere ad ſalutẽ.

fide emere regnum cœlorum. Ego autem non video esse fidem posse quæ saluet aliam, quam eam quæ per dilectionem operatur. Hoc nouit quoq; legisperitus hic, qui interrogans, dicit: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Non igitur quęsiuit quid credere, sed quid operari deberet. Sed admirabili sapientia sua illum dominus ad legem remittit, quo sibijpsi sententiam diceret, quam calumniari non posset. Dicit enim ei: In lege quid scriptũ est? Quõ legis? ac si diceret: Quid tibi ex lege videtur necessariũ ad obtinendam vitã æternam, qui es instructus in lege? quid lex monet faciendũ? Qui respondit: Diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, &c̃. In Deuteronomio præcipitur Deus diligi ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Et quod ibi dicitur ex tota fortitudine, hic dicitur pro illo, vel ex tota virtute, aut ex omnibus viribus tuis. Vnũ hic additur; q̃d in lege non habetur, scilicet ex tota mente tua. Dicẽdum igitur breuiter, qd fit cor, qd anima, quid mens, & qd fortitudo, ex q̃bus deligendus est Deus. Scio nõ oẽs in vnã sententiam hic conuenire, sed ab aljs aliter exponi, sicut vnicuique visum fuerit. Dicendum igitur breuiter, per cor, quod vitæ principium est & finis, intelligi volũtatem. Sicut enim cor principium omnium motuum corporalium est, ita omnium spiritualium motuũ est principium voluntas. Ex voluntate aũt mouetur intellectus, qui hic dicitur mẽs: mouetur appetitus sensitiuus, qui hic anima vocatur: mouetur q̃q; vis executiua, quę hic dicitur fortitudo, aut virtus, seu vires. Itaq; p̃cipitur nobis, vt intentio nostra ac volũtas tota feratur in Deũ: q̃d est Deum toto corde diligere. Deinde vt intellectus subijciatur Deo, credens quæ credenda iusserit Deus, & nullam aliam rationem credendi inuesti gans, nisi quia dominus dicit: quod est ex tota mente diligere. Tertio, vt appetitus sensitiuus reguletur secundum Deum: q̃d est ex tota anima diligere. Quarto p̃cipitur, vt omnes vires, hoc est, oñes actus tui plene Deo obediant, quod est ex oĩbus viribus Deum diligere, puta vbi nulla vacat, aut ociosa est vis seu potẽtia ab opere & obedientia Dei. Deinde additur ad ordinem diligendi: Et proximum tuum debes diligere sicut teipsum. Vbi aduertendũ est hoc verbũ, sicut, hic significare similitudinem, non æqualitatem. Non enim tantum prȩcipimur diligere proximum, quãtum quisque se diligit ipsum, sed simili modo & genere charitatis, puta & ad illum finem, ad quem teipsum diligis. Dilige quoque proximum, vt ei velis æternam felicitatem, & ea, per quæ ad illam attingitur, vt sunt virtutes, gratia & dona Dei. Scindum quoque, per proximum hic non intelligi consanguineos, sed naturæ consortem, quemlibet scilicet hominem. Omnes enim ex eodem patre nati sumus.

Fides saluãs, q̃sit. Galat. 5

Deut. 6

Cor hois quid sit. Diligend⁹ quo pacto sit Deus. Ex toto corde. Ex tota voluntate

Ex tota anima.

Ex omni b⁹ viribꝰ.

F Sicut, qd hic significet.

Proxim⁹ noster qs sit.

Postremo si interroges, an hac in vita hoc possit impleri præceptum? dicendum: Eo modo impletur, quo datum est, & quo impleri potest iuxta cõditionem huius vitę, vt nihil vnquam egisse inueniaris, quod fit præcepto, seu fini prȩcepti contrarium.

Præceptũ amoris an in hac vita possit impleri.

Bifariam nanque hoc præceptum contingit & intelligi & impleri. Vno modo, vt ad finem pertingatur præcepti, seu prȩcipientis, quem intendit præcipiens, cuius rei gratia præcipit. Hoc modo in hac vita non possumus implere præceptum hoc, vt verba sonant, vt scilicet diligamus eum ex toto corde, & vt continuo motu dilectionis semper fruamur in Deum, inhæreamusque Deo, & vt omni tempore cor nostrum ad Deum, & ad nullam aliam creaturam sit inclinatum. Hic status est futuræ vitæ. Alio modo intelligitur hoc mandatum, vt possibile sit huic vitę, in qua sic impletur, vt licet ad finem non obtineatur præcepti, seu intentionem præcipientis, nihil tamen agit seruus contrarium huic fini. Verbi gratia: Militi præcipit dux vt fideliter pugnet, intendens victoriam. Pugna enim fit propter obtinendam victoriam. Itaque miles legitime pugnans, & victoriam obtinens, perfecte ducis impleuit mandatum. Si vero victoriam non obtinet, nihil tamen facit victoriæ contrarium, nihil agit quo victoriam excludat, implet & satisfacit præcepto, licet imperfecte. Hoc modo qui contra Deum nihil agit, quo illum à se excludat, qui nullum admittit mortale peccatum, hic implet hoc dilectionis præceptum imperfecte. Qui vero totus & continue fertur in Deum, & stabiliter ei inhęret, hic diligit perfecte. Sed hoc est beatorum in patria. Cum autem sic respondisset, Christus illum laudauit, quod recte respondisset, mouitq; eũ vt quod sentiret faciendum, etiam faceret.

Quõ bifariã hoc p̃ceptũ intelligatur ac impletur.

Marci 12

Ille

G Ille autem volens iustificare seipsũ, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?

Proximi qui apud Iudæos dicebantur.

Vt qui putant, hic legisperitus animo tentandi dominum primo accessit, sed tandem mutatus atq; compunctus voluerit se iustificare, hoc est, operam dare vt iustificaretur. Veruntamen quod alij sentiũt magis placet: Legisperitum hũc tumidum fuisse & arrogantem & tentatorem Iesu, existimasseq; in obseruatione legis nõ habere se similem. Eam ob rem inflatus voluit iustificare seipsum, ac tanquam iustum commendare, dixit: Et quis est meus proximus? Poterat dicere dominus Iesus: Oĩs homo tuus est proximus. Sed tamẽ nõ ita respondere voluit, sed ex propria illius responsione illum conuincere studuit de errore. Erat enim apud Iudæos error ille, vt nullum existimarent sibi proximum, nisi suæ gentis Iudæum. Quem errorem vt confutaret, parabolam, aut fortasse historiam inducit, qua ostendat quemuis hominem esse proximum nostrum, quem diligere debemus.

Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Qui etiam despoliauerũt eum: & plagis impositis abierũt semiuiuo relicto.

Latrones cur vocẽtur spũs maligni.

Dominus Iesus loquuturus quasi parabolam, qua humani generis describeret calamitatem, suspexit, id est, sursum vidit versus cœlum, quasi lapsui nostro condolẽs, quo ab altitudine & nobilitate cœlestis status recidimus omnes. Spiritualiter eñ per hominem hũc, primum hominem vult significari Adam, qui in Hierusalem, in ciuitate pacis, seu in visione ac gustu pacis constitutus, hoc ẽ, in paradiso terrestri, in q̃ originali viuẽs iustitia, fuit in magna pace: sed descendit p̃ peccatũ originale in Hiericho, hoc est, in instabilitatem, miseriã & defectibilitatem corruit mundanã, & in prȩsentis exiliũ locum paradiso ejectus. Descendens autem, hoc est, peccando corruens, incidit in latrones. Latrones sunt maligni spiritus, qui vitæ nostræ itinera obsident, & Dei donis, gratiaque nos spoliare contendunt, atque in ȩternam damnationem pertrahere. Ideo sequitur etiam: Qui etiam despoliauerunt eum. Spoliati sumus decore gratiæ Dei, doniscq; pulcherrimis, optimis atq; suauissimis. Ab incorruptione enim, à pace, ab obediẽtia, à tranqllitate, à sciẽtia, à rectitudine, ad omnẽ miseriam, atq; ad ærumnas infinitas, hoc est, ad ignorantiam, ad infirmitatem, ad tædium & fastidiũ omnis boni, ad pronitatem peccandi, ad caliginẽ & ignorantiam, & ad instabilitatem peccando lapsi sumus. Spoliati enim admirabilibus donis Dei, postquam etiam plagas & vulnera accepimus: abierunt latrones à nobis semiuiuis relictis, id est, nõ ad vniuersum nos, quo nulla foret nobis reposita spes salutis, interemerunt. Quatuor autem sunt vulnera, quæ lædunt animã inflicta nobis ex originali peccato. Malitia, hoc est, inclinatio, pronitasq; ad malũ in voluntate. Ignorantia in intellectu. Infirmitas in vi irascibili (prauitati enim nũquam satis resistimus) & cõcupiscentia insatiabilis delinquendi in vi concupiscibili. Hęc quatuor vulnera, hę plagę adeo nos extenuãt, adeo vires nobis minuũt, vt pro media parte vix nobis insit vita. Fuerũt enim iusti ad Dei gratiam recepti, Deoque, quantum ad suam attinet personam, recõciliati, non autem quantum attinet ad naturam. Ideo Ioannes quoq; Baptista, quam diu natura humana non fuit reconciliata, quamuis sanctus, quamuis propheta, præcursor & martyr Christi, non regnum cœlorum, sed tãquam adhuc semiuiuus lymbum, donec ab omni per Christum vulnere sanaretur, intrauit.

Vulnera animæ ex originali pẽto inflicta q̃tuor.

Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterijt. Similiter & Leuita cum esset secus locum, & videret illum, pertrãsijt.

Homo iste spũaliter quis sit. Gene. 2

H Sacerdos qd hic designet.

Per sacerdotem intelligitur tempus legis, in qua multa quidem instituta fuerãt sacrificia, sed nullum quod hominem perfecte mundaret, reconciliaretve Deo. Per Adam enim intrauit peccatũ, & inde pertransijt in omnes. Vnde omnes vulneramur, nec est qui faciat bonum: non est, inquam, qui sanus ex omnibus remaneat vsque ad vnum. Christus enim solus nõ potuit hoc vitio inquinari. Maria eius benedicta mater, tametsi inquinata non fit, potuisset tamẽ, nisi prȩseruata foret, maculari. Porro per Leuitam tempus intelligitur prophetarum, q̃ omnes nunciaueruut redemptorem, & saluatorem nobis ventu rum. Nullus tamen vel sibi vel aljs prȩstabat

1. Cor. 15

Psal. 52

Leuita qd hic dicat.

bat ſalutem. Omnes ergo prę terierunt, homine ſemiuiuo, id eſt, qui perfecta opera vitæ agere non valuit, relicto.

Samaritanus autem quidam iter faciens venit ſecus eum: & videſ eum miſericordia motus eſt. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. Et imponès illum in iumentum ſuum duxit in ſtabulum, & curã eius egit.

Pſal. 114 Samaritanus iſte myſtice quis.

Samaritanus iſte haudquaquam alius eſt, quam cuſtodiens paruulos dominus noſter Ieſus Chriſtus. Samaritanus enim dicitur cuſtos. Qui ergo ex nominis ſignificatione cuſtos dicitur, & ex beneficio & dilectione nemini non cuſtodiam impertitur, recte huic ſemiuiuo curam, cuſtodiamque exhibuit. Cuiuſmodi autem, inqs, iter dominus fecit? Ioannes dicit: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Eius ad nos deſcẽſio, eius iter fuit. Eius ad nos deſcenſio, incarnatio fuit. Cœpit enim no biſcum eſſe in forma qua ante non fuerat.

Ioan. 1

Quare & ad nos dicitur veniſſe. Venit itaq; ſecus eum, quia Chriſtus in ſimilitudine

Philip. 2

venit carnis peccati, non in carne peccati. Veniſſe quoq; ſecus humanum genus dicitur, quia clementiſſima dignatione ſua humano modo nobiſcum vixit, & edens, bibens, dormiẽs, frigora, calores, famem, ſitimq; patiens, ſeſe per omnia nobis abſq; peccato aſſimilauit. Miſericordia motus

Pſalm. 58

quoq; eſt. Quomodo miſericordia nõ moueretur adiutor meus, Deus meus miſericordia mea? Reuera miſericordiæ eſt domini, quod non ſumus conſumpti.

Thren. 3

Alligauit quoq; infirmi vulnera. Sanabo (inquit) contritiones eorum. Imo ipſe vulneratus eſt propter peccata noſtra, & eius liuore nos ſanati ſumus. Alligauit vulnera,

I Oſee 14 Eſaiæ. 53

Vulnera alligare quid ſit.

qa curam ad illorum ſanitatẽ adhibere cœpit. Alligauit vulnera eius, quia læſionem virium per virtutes & ſpiritualium gratiarum dona reformauit: infundens oleum conſolationis, guſtumq; ſpei, quo ſentiret homo in ſe diuinam miſerationem, qua in adoptiõem filiorum Dei reciperetur. Nec oleum duntaxat conſolationis, ſed auſteri

Iumẽtum Chriſti qd ſit.

oris quoq; præcepti vinum infudit. Poſuit autem vulneratum ſuper iumentum ſuum. Iumẽtum Chriſti, caro eſt Chriſti. Super hoc iumento nos poſuit, quia vere lan

Eſaiæ 53

guores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. De[illegible]m poſuit iniquitates omnium ſuper eum, & diſciplina pacis noſtræ ſuper eũ. Et vt Petrus ait: Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Deinde duxit in ſtabulum, hoc eſt, Eccleſiæ incorporauit, regendumq; commendauit, in quo illius curam habuit.

1. Petri 2

Et altero die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcunq; ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.

Samaritanus noſter dñs Ieſus Chriſtus, vbi nos in corpore ſuo in ſtabulum, ſeu ouile Eccleſię induxit, atq; per ſuam paſſionem & vulnera corporis nos in locum, vbi noſtri cura ageret, portauit, altero die, hoc eſt, tempore paſſionem ſuam ſequente, duos protulit denarios, deditq; ſtabulario. In ſtabulario vel chorum apoſtolorum, vel quemlibet Eccleſiæ prælatum ſignificat. Stabularius Pauli fuit Ananias, cui illũ Chriſtus cõmẽdauit. Itaq; ſtabulario duos dat denarios ad ſanitatẽ infirmi, curamq; impendendos. Duo denarij ſunt duo teſtamenta, veteris ſcilicet & nouæ legis. His regendus, his cibandus, potãdus, fouendusq; eſt infirmus. Et ſi quid, inquit ſupererõgaueris ex donis alijs & induſtria tibi data, præter ea quæ in lege veteri, aut noua ſcripta ſunt, quæ tamen ad illius ſint ſalutem, & quę in eius verteris commodũ aut vtilitatem: de his (vt dixi) quę à Deo accepiſti, cum iudex viuorũ & mortuorum rediero, omnia reddam tibi. Beatus cui tu es debitor domine Ieſu. Ex promiſſione enim tu te nobis cõſtituis debitorem. Vide hic quod dominus dicat: Si quid ſupererogaueris. Eſt ergo quod homo ſupererogare poſſit, hoc eſt, gratum quid facere Deo, non coactus præcepto, aut iuſſu Dei, ſed deuota voluntate impulſus, quæ nulla lege arctatur aut conſtringitur. Eſt, inquã, quod poſſit offerri gratum Deo, tametſi non ſit præceptum, ſed arbitrarium, nec etiam ita lucide inueniatur illud expreſſum in ſcriptura, modo non ſit cõtrarium ſcripturæ: quia contradicentibus Luthera nis omnibus Chriſtus dicit: Si quid ſuper erogaueris, cum rediero, reddam tibi. Hęc dicens denuo ad legiſperitum conuerſus, interrogationem facit.

Stabularius myſtice quis ſit. Actor. 9

Denarij duo quid ſignent

Supererogare quõ poſſet homo.

Quis horum trium videtur tibi proximus

ximus fuiſſe illi, q incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

Proximũ noſtrũ dicimus omnem hominẽ.

Per hanc interrogationem & legiſperiti reſponſionem concluſit eundem dominus, quo intelligeret non ſolum Iudæũ aut amicum, ſed omnem quoq; hominem ſuum eſſe proximum: quãdoquidem hic. Samaritanus ratione compaſſionis ac beneficij non potuit negari illi fuiſſe proximus, qui incidit in latrones. In fine itaque dominus illi dicit: Vade, & tu fac ſimiliter. Quaſi dicat: Quomodo fateris (& reuera eſt) illi qui in latrones incidit, fuiſſe proximum eum qui in ipſum miſericordiam fecit: ita tu quoque, ſi quis tua eguerit ope, omni homini te adiutorem præbe, intelligens ſuper egenum & pauperem, quem tibi eſtimes proximum. Hoc idem largiatur nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt quomodo ſcire, ita quoque implere valeamus ad ipſius laudem, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Pſalm. 40

SERMO IN EADEM DOMINICA. Tarditer eſt Deus diligendus.

K

Charitas quã ſit magna res.

MAgiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua. Lucæ decimo. Magna res, chariſſimi, eſt charitas, ſine qua non poteſt homo ſaluari, cum qua non poteſt damnari. Qua habita habentur omnia: qua non habita deſunt omnia. Neq; enim ſeruus Dei eſſe poteſt humilis eo modo, quo Chriſtianus eſſe debet humilis, vt ſcilicet humilitas ſit eius accepta Deo ac meritoria, niſi habeat charitatem. Non potes, inquam, eſſe patiens, non potes eſſe mitis, aut caſtus ſine charitate. Sic nulla virtus eſt virtus ſine charitate. Eſt igitur charitas omnibus nobis maxime neceſſaria. Deſcribitur autem nobis hodie, cuiuſmodi eſſe debeat, Neque enim omnis amor eſt charitas. Diligunt enim ſe homines, vt homines, vel quia ex eadem gente, vel ex eodẽ ſanguine nati, vel eiuſdem artis, eiuſdem profeſſionis, in vna domo familiares, aut eiuſdem naturę & voluntatis. Itaque varia hæc & multiplex ratio diligendi multiplicem quoque generat dilectionem. Vna eſt ratio charitatis, diligere Deum in Deo, diligere ipſum propter ipſum & propter nihil aliud, hominem vero diligere propter Deum. Deus itaque cauſa & finis ſit, quare Deus proximuſque diligitur. Et hæc eſt charitas. Hæc charitas ſeu dilectio moueat os ad loquendum, manus ad operandum, pedesque ad ambulandum, quo impleantur præcepta Dei. Non enim recte præcepta Dei impleſ, niſi diligas. Huius charitatis canon nobis præſcribitur, quando dicit: Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Hic eſt ſcopus finisq; perfectionis noſtræ, vltra quẽ excedere non poſſumus. Quem etiã in hac vita nunquam attingimus. Semper enim habemus quo in perfectiora nos extendamus. Semper ſpatium nobis reſtat quo in charitate creſcamus, quãdo dicitur, ex tota corde. Benigniſſimus enim Deus, qui eſt laudabilis, imo & amabilis nimis, mãdata ſua nobis præcepit cuſtodiri nimis, vt ſemper inueniamus quod nobis deſit, ſemper defectum noſtrũ plangamus, ſemper nobis reſtet, quod nondum apprehendimus, ad quod anhelemus. Haudquaquam tamen trãſgreſſores iudicabimur præcepti in hac vita, ſi diligimus hic Deum, licet non ad illum ſcopum, nec ad menſuram nobis præfixam in hac vita, ſed in futura vita pertingamus, dum tamen in continuo ptoficiendi & Deum magis diligendi deſiderio perſeueramus, dum creſcere in charitate contendimus.

Charitatis ratio vna, quæ.

Charitatis canon quis ſit.

Pſalm. 118

L

Diligẽdus quõ ſit Deus triformiter.

Itaq; diligendus eſt Deus tripliciter: Primo integre, quod hic dicitur, ex toto corde. Quid eſt, inquis, Deum diligi integre, ſeu ex toto corde? Si de hac vita reſponderi oportet, quomodo hic mãdatum hoc poſſibile eſt impleri, dicẽdum eſt: Sic dilige Deum, vt nulli rei ſit magis cor tuum inclinatum, quam ad dominum Deum tuum. Dilectio hæc ad ſalutem neceſſaria eſt, quæ ſi in te fuerit, ſufficit quidẽ ad ſalutem, ſed non ſufficit ad perfectionem. Porro pro ſtãtu patrię, eſt omnis motus animæ, omnes vires hominis, & quicquid in homine eſt, abſorberi in Deum, vt nihil extra Deum ſit, ſed totũ in Deo. Hic vero (vt dixi) diligere Deũ ex toto corde, eſt nulli rei eſſe magis inclinatũ, quã Deo: nec in vlla re alia delectari, hoc eſt, quieſcere, aut in ea dilectionis ſuæ finem ponere,

Dilectio neceſſaria & ſufficiens ad ſalutẽ, quæ ſit.

quam in Deo. Non in cibo, non in potu, non in vxore aut liberis, nec in opibus aut honoribus. Nam si in aliquo horum occupatus fuerit amor cordis tui, non ex toto corde amas Deum. Dicit quis: Quomodo non possum delectari in cibo, in potu, & in alijs, quorum sine delectatione non est vsus? Velim nolim esurientem me delectat cibus, tametsi aridus duntaxat foret panis. Dicendum, quod te delectat cibus, aut licitum aliud, nihil adhuc est periculi, quamdiu delectationem nō quæris. Non præcepit Deus, ne cibus delectet, sed præcepit, ne tu delectationem aliam in creatura quæras, quam eam quæ est ex Deo, siue in Deo, siue propter Deū. Aliud est sentire delectationem, aliud amare, aliud est tolerare, aliud querere delectationem. Itaque sentire delectationem nemo prohibetur: quandoquidem re vti delectabili absque delectationis perceptione, non est materiale, aut possibile homini sano, aut bene (vt esse debet homo) ordinato. Quocirca re licenter vti potest delectabili, imo etiam ordinate eandem secundum Deum & infra Deum diligere potes, non quia delectabilis, sed quia necessaria tibi est: quia non dictum est tibi, vt nulla te res delectet, sed vt nulla te res æque aut magis delectat, quam Deus. Quod tamen sane quoque est intelligendum. Multæ enim res magis delectant absq; periculo, quam Deus, puta pater, mater, vxor, aut proles, sed hoc est iuxta sensum carnis, non iuxta iudicium rationis. Nam licet vxor tua, quo ad sensum dilectionis carnalis seu cordialis, quæ sentitur, suauior sit cordi tuo quam Deus, nō est tamen præstantior in corde tuo, iuxta dilectionem rationis, quandoquidem mille vxores, millieſq; offendere malles quam vnum Deum. Impedit tamen amor hic creaturarum, etiam si non sit contra Deum, vehementer Dei purum amorem. Amor enim Dei purus non est, quamdiu aliquid de amore creaturarum, quod propter ipsum non fuerit, mixtum est. Pluma nanq; non adeo potest in altū volare, dum fece terrena, aut luto est inquinata, seu agglutinata, vt volat ab omni sorde, feceq; aliena ac libera. Idcirco sanctus ait Augustinus: Minus te domine amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat. Circuncidendus igitur est amor Dei ab omni alio amore, iuxta illud Deuteronomij: Circumcidit dominus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas dominum Deum tuum, ex toto corde tuo. Vult autem te habere cor tuū habere Deus, quia vt Augustinus ait, Totum te exigit, qui totum te fecit. Et cui sanctius, cui vtilius, quæso cor tuum potes offerre, quā Deo? Aurum & vas quodcūq; aliud, quando offertur, purgatur, vt mundum decensq; offeratur. Tu quoq; Deo offeras oportet amorem mundum, & ab omni alio amore purgatū. Secūdo, diligendus est Deus fideliter, quomodo ipse fideliter dilexit nos. Quæ fuit em̄ vtilitatē nostrā. Nos vero, quia eius vtilitatē non possumus quærere, q̄ramus fideliter eius gloriam, beneplacitum & honorem. Hoc autem applicari potest, vt dicatur Deus ex tota anima diligi, quādoquidem ex tota anima adeo fideliter dilexit nos, vt animā suā potius fineret à corpore suo separari, q̄ nostras à se animas diuidi pateretur. Quare Deum quoq; nostrum vita debemus habere chariorem: vt si alterum necesse fuerit, potius amittamus vitam, quam Deum. Fidelis nanq; amor omne tormentum superat. Nam de hoc fideli amore à sponso dicitur: Fortis est vt mors dilectio: ea propter Christi dilectionem etiam mors ipsa cōtemni, hoc est, tolerari debet, ne alienus quispiam fiat à Christo. De hoc Paulus dicebat: Quis separabit nos à charitate Christi? an tribulatio? an angustia? an fames? an periculum? an gladius? Hoc modo loquunt omnes qui Christo sunt fideles. Est enim fidelitas donum aliquod, quo discernitur inter bonos & malos. Cūcta enim alia exercitia possunt facere tam boni, quam mali. Possunt enim æque ieiunare, possunt orare, possunt eleemosynam dare. Vnum duntaxat est quo seruus malus à bono discernitur, quia domino suo malus seruus non potest esse fidelis. Quæ autem nostra est fidelitas erga dñm Deum nostrū? Quātula est & quam cito deficit? Nō igitur gloriemur de fidelitate amoris erga Christū, quandoquidem fidelitatem nostram bestiæ, puta canes superant. Illi enim dominos suos sequuntur per spinas & dumeta, per ignem & aquam, & diuidi nolunt, Imo fugatus à domino & abactus, mox reuertitur, & domini quærit gratiam. Quid nos huic bestię simile aliquando fecimus? Blāditur nobis, irascitur nobis Deus, perinde tñ nos blandientē despicimus vt terrentē.

Secun

Delectatio creaturarum qñ nō fit periculosa.

Deut.30

Augustin.

Quō fideliter diligendus sit deus.

Canti.8.

Romā 8

Fidelitas vti discernāt inter bonos & malos.

Canum fidelitas quantum hominis superet fidelitatem

M

Amor creaturarum quantum impediat amorem Dei.

Augustin.

N

Sapient. 5

Secundo, fidelis amor non lassatur. Lassati, inquiunt quidam, sumus in via iniqtatis: at in amore Dei lassari nemo potest.

Amorē fidelem nō lassari.

Quicunq; em̄ Deum diligit, minus eū diligit, quantumuis diligat, quam est diligendus. Imo quo plus quisquam diligit, eo minus sibi videtur diligere. Ignis enim diuini amoris nunquā dicit (vt scriptum est) sufficit. Dicit Augustinus: Amātis anxietas nō finit eū dormire. Recte non finit eum dormire. Cum em̄ dormit amans, vt in Canticis dicitur, cor eius vigilat. Amor de quiete fit ingetior. Quies, hoc est, ociū amanti est afflictio. Qui em̄ gustu inebriatur amoris, ad oñe opus hilarescit: sæpe quidē dolet, sed non sentit, laborat, sed non lassatur, deridetur, sed nō aduertit. Habes huius similitudinē in Iacob patriarcha, dum esset iunior Rachel amabat filiam auunculi sui. Pro qua patri vt illam obtinere mereretur, septem annis seruiuit. Nondum tamen obtinuit, sed primo Lya illi apposita est, deinde Rachel. Pro qua septē alijs annis seruiuit. Cuiusmodi aūt eius fuerit seruitus, ipse postea exprobrās auūculo suo retulit: Die noctuq;, inquit, æstu vrebar & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis: & alia grauia, molestaq;, quæ ibi recensuit (vt Genesis habet) per viginti annos tolerata. Vbi tamen dicitur, quod bis septem anni quibus pro Rachel seruiuit, videbātur ei dies pauci præ amoris magnitudine. Quid ergo facit amor Dei? Num fatigat? Num lassat? Si enim hæc carnalis pōt amor, nunqd Dei amor eadē nō potest? Si tot tātosq; fert homo labores p vnius creaturæ desiderio & amore, indignus est creator, cui tantus, imo cui maior impēdatur amor? An impotens fortasse est Dei amor aut insuauis, q̄ nō possit, quod seculi, carnisq; potest amor? Si p lucro tēporali, si pro delectatione carnis tanta sustinet homo, nūquid pro æterna vita, nunqd minora pro regno tolerabit cœlorū? Si vt ea, quę hic impure & plerūq; inhoneste amas, obtineat homo, labores & ęrūnas sustinet, nec tamen molesta se conqueritur pati, nec insuauia quæ patitur, ducit: quomodo grauia sunt, quæ pro Deo quis patitur? Non aliam hic video rationem, quare vnum ferre suauiter se quis dicat, aliud grauate: nisi quia vnum, hoc est, mūdana diligit, aliud, id est, Deum non diligit. Sunt nāq; multa plura absq; numero, quæ onera amoris diuini dulcia faciunt & releuant, vt non sentiantur, quam sint in cupiditate bonorum temporalium, proquibus huius mundi amatores grauia & molesta ferunt non sentientes molestiam. Quapropter non insipienter beatus dicit Gregorius: Pœna interrogat, si quis Deum veraciter amat. Qui enim perfecte amat, pœnam ac laborē aut non sentit, aut non æstimat.

Prou. 30 Augusti.

Cantic. 5

Quies custumodi amāti sit afflictio.

Gene. 29

Gene. 31

Amoris diuini onera quænā releuent.

Gregorius

Tertio, amorem fidelem thesaurus nullus superat. Si dederit, inquit, homo omnē substantiā domus suæ pro dilectiōe, quasi nihil despiciet eā. s. substantiā domus, præ nobilitate & excellentia dilectionis quam cōparauit. Illud em̄ vnicuiq; est thesaurus, quod quis maxime amat. Quarto, amori extraneo non vult misceri amor Dei. Neque enim fas est neq; possibile, vt terrena cœlestibus, ima summis, spiritualibus carnalia misceantur. Mulier suo viro fidelis, non alium amat, quam suum virum. Nam si amat alium, iam non amat suū. Et de anima peccatrice, atq; à Deo recedente p Hieremiam dicit dñs: Quomodo si cōtemnat mulier virū suum, sic contēpsit me domus Israel. Nemo igit duobus potest dominis seruire: nemo Deū & diabolum potest audire. Nemo diligere potest Deum & diabolum, hoc est, delectationes carnis, voluptates & honores, quas ille offert. Pure igitur Deus diligatur oportet, vt sine socio, propter se, & non propter aliud: ne illud aliud propter quod Deum diligimus, preciosius quam Deum, imo pro Deo nobis faciamus. Tertio, diligendus est Deus perseueranter. Quod quidam putant esse nobis dictum, cum ex tota mente iubemur diligere. Quod enim mente aut intellectu hęret, firmiter ac perseueranter hæret. Tota igitur mente, & totis viribus diligit, q nunquam non diligit. Tamen filij charissimi, quomodocunq; hæc verba exponantur, hoc vobis tenendum est, vt Deum ita bonū, ita potentē, ita sapientem, ita dignū ęstimetis, vt pro nulla re creata illum relinquatis. Omnia quæ in mundo sunt, & vniuersum mundū ipsum cōtemnatis potius & amittatis, quam vt Deū offendatis. Pœnas & mortem potius sustineatis, quā Deum offendere cōsentiatis peccato. Si mundum lucrari possitis vniuersum vno peccato, potius mundum cum omnibus quæ in mundo sunt, finatis perire & perdi, quam vt peccetis. Videte igitur, quanta esse debet vobis charitas, quanta fidelitas ad Deum. In

Matth. 6

O

Perseuerāter diligēdum esse Deum.

Amorem Dei oībus pœnis & afflictionibus præferendum.

In oī actione quid primū sit curandū.

um. In omni actione vestra, in omni euentu, primum quod in omni re interrogetis, primum quod à vobis sollicitudinem exigat aut curam, sit, an offendatur Deus aut proximus. Si Deus offēditur, nulla sit cum eadē re posthac vobis cōmunio. Si proximus offenditur, videndū iterumq; discuti endū, propter quid offendatur, & si offensio tolli possit absq; offensione Dei. Si em̄ quid egeris aut omiseris propter amorem proximi, aut ne offendatur proximus, & per hoc offendis Deum, nō recte facis: sed omnino cauere te decet, necesseq; est, ne in hoc quod offendis Deū, optes placere proximo. Omnino, inquam, caue, ne Deo offenso studeas homini placere: quin potius vniuerso velis mūdo displicere, atq; infensum habere omnem hominem, ne tibi iratum habeas Deum. Porro si cum diuina stare potest amicitia, vt caueas offendere hominē, omnibus id modis cura, ne proximum offendas, & Deum nihilo secius propicium, misericordem & amicū retineas. Filij charissimi de diuina dilectione quantū capere potestis, hoc vobis puto satis fore, vt discatis Dei mandata agnoscere & seruare, discatis desidēria vestra mortificare, atq; in vobis eadem occidere, nullum illis tribuendo consensum, discatisq; Deo in omnibus obedire, atq; vos eiusdem beneplacito resignare. Hęc enim est charitas, vt Dei seruetis mandata. Et dñs: Si, inquit, diligitis me, mandata mea seruate. Viuite igitur in fide sanctæ Ecclesiæ, & quæ vltra captum vestrum sunt, nolite discutere, aut curiose rimari. Satis vobis sit scire quæ Ecclesia credit, & eadem credere. Quę si quoque non ad plenum capitis, aut nescitis qd Ecclesia credit, nolite disputare, nolite cōtendere, sed generatim in omnibus assuerare ea, quæ credenda monet Ecclesia, eadem vos credite. Nolite Deum tentare, nolite experimenta in his quæ fidei sunt, petere. Omnia cōmittite Christo & matri sanctæ Ecclesiæ, cuius estis filij & filiæ. Et hoc modo in simplicitate viuite fidei, quamdiu aliud à vobis Deus nō requirit. Humiliter quoq; semper de vobis, sublimiter vero de proximo sentite, atq; in gloriam Dei quic quid agitis, dicitis ac cogitatis, dirigite: qui est benedictus in secula, Amen.

Ioan. 14

Quō in simplicitate fidei sit viuendū.

Simplicitati fidei quatenus inhærendum.

1. Cor. 10

P

Amoris Dei indicia quę sint.

DOMINICA DECIMAQVARTA POST DOminicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Galatas quinta.

XXIII

SPiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducemini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, venefitia, inimicitiæ, contentiones, iræ, rixę, dissentiones, sectę, hæreses, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis, sicut prędixi. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Chrsti, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Galat. 5

SVpra paulo ante lectionē hanc Paulus Apostolus dixerat nos Christianos in libertatē vocatos, modo libertatem nō vsurpemus nobis in occasionem carnis. Quod quomodo fieri possit, nunc docet, dicens: Secundum spiritum ambulate, & ea quæ vobis per instinctum spiritus sanctus suggerit, quæve rectæ rationis iudicium præscribit, aut dictat, facite: & desideria carnis non

non perficietis, id est, ita reluctandum est, vt carnis delectationes suas, quas desiderat, negetis, quod est libertatem suam non dare in occasionem carnis. Caro enim, id est, appetitus sensitiuus concupiscit aduersus spiritum, hoc est, ea appetit quæ rationi repugnāt. Spiritus autem, id est, appetitus intellectiuus, ratio seu anima concupiscit aduersus carnem, ea quæ illi molesta sunt, puta castitatem corporis, vitiorum mortificationem, sui humiliationem, &c̄. Hæc enim duo, puta spiritus & caro, sibi inuicem aduersantur (quod graue & intestinum est bellum) vt non quæcunq; vultis, faciatis. Quæ enim vultis, nisi vt nullæ sint prorsus in vobis concupiscentiæ illicitarum, malarumve delectationum? Nemo sanctorum hoc nō voluit, sed quotus fuit, qui hoc hactenus impetrauit? Nemo nisi ex singulari dono (vt Dei matrem excipiam) & gratia Dei vt à concupiscentijs sit liber, effecit. Si ergo non sinunt concupiscentiæ vos agere quod vultis, non sinatis eas quoque perficere quod volunt, aut concupiscunt. Si, inquam, nō potes facere, quin caro concupiscat aduersus spiritum, per diuinæ gratiæ adiutorium hoc facito, ne spiritus succumbat carni. Quod si spiritu Dei ducimini, nō estis sub lege. Quasi diceret: His qui ducuntur desiderijs carnis, iure dominatur lex, eos coercēs vel timore pœnæ. Malent enim legem non esse, vt libere facerēt, quod clanculum desiderant. At is qui spiritu Dei ducitur, non est sub lege, quæ timorem incutit, sed in charitate. Manifesta autem sunt opera carnis, vnde cognoscetis nū carne an spiritu ambuletis. Quæ sunt hæc? Fornicatio, vt est luxuria, quę cō mittitur cum scorto. Immunditia, hoc est, vitium contra naturam, vel inter eiusdem sexus homines, aut aliter. Impudicitia, quę est libido, quę expletur in osculis, tactibus, amplexibusq; impudicis. Luxuria, quæ generale nomen explicat incontinentię vetitæ, & pro speciebus incontinentię alijs hic non singulariter nominatis accipitur. Idolorum seruitus. Veneficia, hoc est, sortilegia quæ idololatriæ quoq; genus est quod dam. Inimicitiæ, in quibus rancor aut odium seruatur, quæ vtraq; ex priuato oriuntur amore. Vnde sequuntur quoque contentiones verborum, æmulationes, hoc est, inuidentiæ, vbi eadem res à duobus pluribusve appetitur, & alius alium impedit, alterq; alteri hanc præripere conatur. Iræ, rixæ, dissentiones animorum, quę röboratę ex pertinacia fiunt. Sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, inhonesta luxuriosaq; conuiuia, quibus ventri, gulæ, ineptijs, lætitiæ mundanæ, ostentationiq; seruitur. Hæc scilicet & his similia, quæ ficut prædixi præsens olim, ita nunc absens per epistolam prædico vobis opera esse carnis, id est, opera quæ secundum hominem fiunt, non secūdum Deum, aut secundum spiritum, eaq; mortifera: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non cōsequentur. Qui talia, inquit, agunt, non qui talia quidem in se sentiunt, sed aduersus ea confligunt. Aliud nanq; est agere vitia, aliud cōfligere contra vitia, aut sentire. Qui enim aduersus vitia habet cōflictum, habet quidem vitia in se cum quibus pugnat, sed his tamen non consentiens, non propterea excluditur à regno Dei. Deinde opera quoque spiritus enumerans, quæ in homine spiritus sanctus habitans operatur, & spiritui insunt rationali, dicit: Fructus autem spiritus sunt. Fructus recte vocantur hæc opera spiritus, quoniam ex bona arbore, vt fructus optimi ac suaues prodeunt, qui refectionem perpetuæ præbeāt saturitatis. Fructus, inquit, spūs sunt: Charitas, quæ est actus dilectionis diuinę, fraternæq;: ex cuius radice omnes aliæ virtutes vigent ac virent. Gaudiū scilicet in Deo & in eius benignitate. Pax, quæ est trāquillitas mentis, voluntatisq; vnio cum Deo. Patientia, qua æquanimiter tolerantur aduersa. Longanimitas, quæ stabilis, diuturnaq; est inter labores, seu inter aduersa animi expectatio bonorum diuinorum promissorum. Bonitas, id est, dulcedo beneuolentiæ, & pia animi affectio. Benignitas, quæ ipsa quoque pia est affectio animi suagratis offerentis, hilariterq; quicquid potest propter Deum largientis. Mansuetudo, qua homo efficitur tractabilis, bonisq; consentiens, lenis, mitisque, ac affabilis. Fides, id est, certitudo fidei. Aut fides est, qua veraciter credimus, quod nō possumus videre. Aut fides, id est, fidelitas, fauorq; cōstans, & sanctus erga proximum, cui prodesse cupit, & quē promouere gaudet. Modestia, quæ tam in verbis, quā in operibus modum tenet. Continentia, quæ ab illicitis, obscœnisq; operibus se temperat ac frenat, & cum labore ac in luctamine ab ob-

Opera carnis quæ sint.

B

Fructꝰ spiritus qui sint, & cur fic recte vocentur.

ſcœna delectatione ſe continet. Idcirco enim continentia vocatur. Caſtitas eſt, quę in pace ac quiete conſtituta ſe continet, omnem illecebram carnis, non tam impugnans, quam execrans. Cuius conſummatio eſt concupiſcentiæ omnes motus toto animi horrore deteſtari, iugemque ac inuiolabilem ſui retinere puritatem. Aduerſus huiuſmodi ſpiritales fructus, non eſt lex prohibens eos, aut his contradicens, quin potius fouens eos. Porro, aduerſus opera carnis iam prędicta maxime eſt, ex diametroq; pugnat lex. Qui aũt ſunt Chriſti, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis ſuis crucifixerunt. Non omnes, inquit, vitiis reluctantur: ſed hi ſoli tãtum, qui ſunt ex parte Chriſti, qui poſſeſſio ſunt Chriſti, qui deniq; membra ſunt Chriſti, & qui paſſionis Chriſti veſtigia ſequuti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiſcentiis. Serui nanq; Chriſti ad hoc nituntur, ad hoc conantur q;, vt vitia carnis ſubigãt, & concupiſcentiis, hoc eſt, mundi amori non conſentiant. Reprimendo enim carnis voluptates, ſpernẽdo mundi gloriam, hominumq; plauſus ac fauores, crucẽ ſibi faciũt, cui præceptis iuſtitiæ perinde ac clauis ſe quibuſdam affigunt.

Caſtitatis cõſummatio q̃ſit.

Serui Chriſti quõ carnẽ ſuã cũ vitiis crucifigant.

EXEGESIS EVANGELII dominicę XIIII. poſt dominicam ſanctæ Trinitatis, Lucæ decimoſeptimo.

C

On vnum in Euangelio præſentis dominicæ tantum, ſed decem in decẽ viris miracula à Chriſto facta narrantur. Magnus eñ aduenerat medicus, q̃ magnus quoq; languebat ęgrotus. Aegrotabat nõ præſtantia aut nobilitate magnus, ſed vniuerſitate inſignis. Vniuerſum enim genus lãguebat humanum. Fuit etiam ægritudo magna. A planta nanq; pedis vſq; ad verticem capitis non fuit in eo vel vlla ſanitas. non inueniebatur qui curare poſſit hũc infirmum, niſi qui creauerat mũdum. Miſit igitur Deus verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorũ. Magna infirmitas animarum, grauis morbus languorq; vehemens nobiliſſima poſcebat aromata & vnguenta pigmentarij. Adeo autem grauia fuere vulnera tua o homo, vt pro te ſanando neceſſe fuerit Dei filiũ vulnerari, neceſſe fuerit occidi, vt ex eius ſanguine tibi balneum, ex eius cruore vnguẽtum tuis vulneribus adhiberetur. Sic enim Deus dilexit mundum, vt vnigenitũ ſuum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat ſed habeat vitã æternã. Itaq; venit filius Dei quærere & ſaluum facere quod perierat. Siquidem de illo exibat virtus, & ſanabat omnes. Hęc vniuerſitas languentiũ in perfecto numero ſignatur decem leproſorum. Neq; enim vltra decẽ poteſt numerus procedere, quin ad vnitatem redeatur. Accipiamus itaq; Euangelium.

Auguſt.

Eſaiæ 1

Pſal. 106

Ioan. 3

Lucæ 19

Lucæ 6

Dum iret Ieſus in Hieruſalem, trãsibat per mediam Samariam & Galilæam.

Iter hoc verſus Hieruſalem, vltimus fuit Chriſti ad Hieruſalem ante ipſius paſſionem acceſſus. Ibat enim Hieroſolymam, ad ciuitatem ſcilicet, in qua nouerat ludæorum populum cõtra ſe amaricatum, præcipue pontifices, ſcribas, phariſęos & legiſperitos, ſuum ſanguinem ſitientes. Ad quem locum vltro aſcendit, quia eam ob rem in mundum, vt ſua nos redimeret paſſione ac morte, venerat. Acceſſit igitur locum eundem, vt patris obediẽtiam ſibi iniunctam impleret, & quo nos quoq; ad obedientiã & Dei & hominũ impigros currere & alacres doceret. Tranſibat autem per prouinciarum duarum, Samariæ & Galilææ medium, in quibus non raro & prædicauerat & ſigna fecerat.

Et cũ ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decẽ viri leproſi.

Nemo à ſanitate remotior ſeu longior eſt, quam is, qui ſe non cognoſcit infirmũ. Qui enim ſe infirmum neſcit, quãdo remedium quæret? Periculoſior autẽ multo eſt infirmitas animarum, quam corporis: ideo maior quoq; cura eſſe nobis debet pro animæ, quam pro corporis ſanitate. Vtinã autem vel tantum eſſet ſtudium omnibus nobis pro animarum, quantum eſt pro corporum ſalute. Nam vbi modicum quid moleſtiæ quis ſentit in corpore, aut in aliquo membro corporis, non quieſcit requirẽs, donec remedium obtineat. Quare id pari modo non facimus circa languorẽ animę? Venit Chriſtus medicus medicorum in mundũ, ſanauit verbo omnia.

Infirmitas animarum q̃ ſit periculoſa.

Animæ ſanitas q̃ parũ curetur ab hoibus

D

Occurrunt ei decem viri leproſi, petentes corporis ſanitatem. Si medicus ſimilis hodie, inueniretur in mundo, qui leproſos omneque genus lãguorum aliud ſanaret, nec pro ſanitatis beneficio quicquam reciperet, quantum ad illum confluere putatis quotidie languentium grex? Iam millies mille ægrotãt animæ, imo lethalibus ſunt morbis corruptæ, quibus ſi vellet, abſque vllo negocio paratum inueniretur remedium: & ex illis vix reperiẽ vnus, qui quærere velit ſanitatem. Itane animæ ſanitas taſtidio eſt? itane placet infirmitas? Itaque cum hic ingrederetur Ieſus quoddam caſtellum, antequam intraſſet, occurrerũt decem viri leproſi. Non poterant ciuitatẽ intrare leproſi, ſed ab hominibus aliis ſeparati morabantur. Audierant de vero medico, qui nullam non poſſit curare infirmitatem. Et dum accedunt, dum petunt, dum obediunt, non tam corporis, quam animæ recipiunt ſanitatem. Non fefellit eos fides, quam habuerunt in Chriſtum. Pro ſanitate corporis rogabant, & vtriuſque hominis inuenerunt ſalutem.

Leuit. 13

Qui ſteterunt à longe, & leuauerũt vocem, dicentes: Ieſu præceptor miſerere noſtri.

Sterunt à longe, à Chriſto propter eius reuerentiam, quia morbus eſt fœtidus, immundus & contagioſus. Stant quoque longe à Chriſto, qui ſunt in anima leproſi & ſpiritualiter immundi: vtpote peccatores manifeſti, longe à Deo conſtituti, clamantes præ magno deſiderio obtinendæ ſanitatis: Ieſu præceptor miſrrere noſtri. Significantur autem per decem leproſos, peccatores manifeſti, qui ſuo alios exemplo inficiunt, vt ſunt hæretici, luxurioſi, ebrioſi, aleatores & huiuſmodi alij, qui ſermone, opere & odore, hoc eſt, exemplo malæ vitæ inficiunt alios. Hi vt leproſi, qa ſunt cõtagioſi, ſunt fugiendi. Lepra enim carnis morbus eſt inficiens & cõtagioſus. Propterea qui hoc ſunt infecti morbo, ab hominum conſortio ſequeſtrantur. Lepſi itaq; ſpiritualiter ſi omnes illi ſunt, qui vel exemplo ſuo alios inficiunt, quãto magis hi, qui dedita ad hoc opera alios ſeducere nituntur, conſolationem in hoc recipientes, quod ſocios habeãt peccatorum? Pernicioſum igit eſt valde, habitare in medio peccantiũ vbi de iuramẽto, de execratione, de maledicentia,, de impudicitia nemo erubeſcit. Neceſſe igitur eſt, vt ſcandalum ſequatur infirmorum. Neceſſe eſt vt corrumpant bonos mores colloquia mala. Sunt quidem ad inuidendum & detrahendum alijs nati, vt nihil probare poſſint alienum quim omnia carpant, cuncta vituperent. Qui præterea impudicus eſt, impudica loquitur & impudica auditorum facit corda. Sunt alij murmuratores, qui ad ſimilia quoſcunq; poſſunt, pertrahũt. Quod fecerunt exploratorum pleriq;, qui in terram promiſſionis ad conſiderandam terram miſſi fuerant terrę promiſſionis detrahentes: quo vniuerſum populum murmurare fecerunt. Quamobrem nemo eorũ qui de terra Aegypti egreſſi ſunt ſub Moſe permiſſus eſt à domino intrare terram promiſſionis duobus exceptis, Caleph & Ioſue: ſed infra quadraginta annos perierũt omnes in ſolitudine. Conſilium contra hanc lepram ac remedium aliud melius non eſt, quam vt linguæ huiuſmodi peſtilentes lepraque infectæ euitentur. Obſerua quod curationis quo quemodus circa hos leproſos ſignificatur, idque maxime in tribus. Primo, quod occurrerunt domino, velut hi qui infirmitatem ſuam erubeſcentes agnouerunt. Stetерunt enim à longe & verecundi. Deinde clamauerunt, quo deſiderij magnitudo inſinuatur, orantes ad dominum: Ieſu præceptor miſerere noſtri. Tertio pfecti ſunt iubente Chriſto obedientes ad ſacerdotes illis oſtenſuri. Hæc igitur tria, contritio, oratio, & confeſſio, multum faciũt ad hoc vt ſpiritualiter leproſi mundentur.

1. Cor. 15

Murmurationis lepra quam ſit pernicioſiſſima Num. 13

Leproſi ſpiritualiter q̃ ſint

Societas malorũ q̃ ſit pnicioſa

E

Remediũ contra lepralinguę

Lepra ſpiritalis per quæ tria curetur

Quos vt vidit, dixit: Ite, oſtẽdite vos ſacerdotibus.

Leproſos mittit ſacerdotibus, quia in lege præceptum erat, ad iudicium ſacerdotum mundum ſeu immundum à lepra pronunciari. Non ergo ſacerdotes faciebant, vt quis mundus immundusve eſſet, ſed autoritatem habebant iudicandi, pronunciandi & diſcernendi mundum ab immundo. Voluit igitur dominus ſacerdotum autoritati deferri, non quod ſua opera hominum ſubijci oporteret iudicio, ſed iuxta legẽ ſuperioribus voluit homines manere ſubiectos, neve ſacerdotibus legiſq; pitis ſcandali: calumniandiq; põberet occaſionem, quod abſque iudicio

Leui. 13

Cur ſacerdotibus miſſi ſint leproſi

sacerdotum mundos pronũciasset. Voluit quoque noui testamenti sacerdotum figurare officium, qui in confessione peccatorum discernendi funguntur autoritate & scientia ad ligandum & soluendum, pronunciantque quis mundus, quisve immundus sit. Neque enim ipsi quenquam faciunt mundum aut immundum, nec peccata ipsi dimittunt, sed Deus dimittit solus. Ipsi vero eos, quibus dimittit peccata Deus, absoluunt. Quod significatum est olim in Lazaro, quem dominus quatriduanum à morte ex sepulchro resuscitauerat ligatum: quem cõmisit Apostolis, vt soluerent & liberum ire finerent. Aduerte autẽ quod dicit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Hæc ostensio peccatorum facienda sacerdoti, quæso quando aut quõ debet fieri nisi per confessionem. Facienda est igitur sacerdoti peccatorum cõfessio ab eo, quisquis deliquerit mortaliter. Nam quomodo in veteri testamento sacerdoti necesse erat vt ostenderetur plaga lepræ, vt possit iudicare: ita in nouo, si peccator debeat absolui ac pronũciari mũdus à sacerdote, necesse est, vt audiat primo peccatum eius sacerdos: vtpote illius iudex à Deo constitutus. Nemo enim iudicat de eo, quod nescit: nec ociose Petro & Apostolis Christus dedit potestatem absoluendi, & claues, quibus quomodo quẽque vterentur aut quando, seu ad quid, si nemo confiteretur peccata sua? Vides quia in hoc quod Apostolis commisit autoritatem, deditque spiritum sanctum ad discernendum & iudicandum, quorum remitterepeccata, quorumve retinere deberent: hoc est, quos absolutione dignos, quosve indignos iudicare deberent, etiam subditis tacite præceptum insinuauit, vt sua cõfiterentur peccata, sine quorum confessione nec absolui possent, nec iudicari? Misit eos præterea dominus ad sacerdotes, vt offerrent sacrificium, quod lege statutum erat, postquam à sacerdotibus visi iudicatique essent mundi. Postremo, vt sacerdotes viso euidenti hoc miraculo, vel crederent vel non crederent. Dominus autem noster Iesus Christus propensior semper erat ad pietatem, ideo illis magis credendi, quam non credendi præstare voluit occasionem. Denique & ex iudicio sacerdotum necesse erat euidens monstrari factũ miraculum.

Sacerdotũ euangelicorũ officiũ quod

Ioan.11

Matth.16

Confessio sacramentalis vti à Christo pcepta sit Ioan.20

Leuit.13

Et factũ est dũ irent, mundati sunt.

Commendatur hic eorum obedientia simplex, quoniam vt iussi fuerant, mox obierunt: & obedientiæ fructus quoq; illico eos sequutus est. Siquidem dum irent, mundati sunt. Nam hoc certe erat futurũ, si irent, vt mundarentur. Quare enim eos ad iudicium sacerdotũ misisset, nisi vt mundi iudicarentur? Vides hic quod in contritione Deus mundat peccatorem & in proposito confitendi. Nam quia voluntatem habuerunt ostendendi se sacerdoti, & iam ad perficiendam hanc voluntatem erant in itinere constituti, mundati sunt. Nunquam enim ita alligauit Deus gratiam & misericordiam suam, sacramentis, vt non possit gratiam aut virtutem sacramenti dare etiam sine sacramento, puta vbi sacramẽtum baptismi aut confessionis non posset obtineri, aut vbi, vt hic, quamuis accinctus est animo atque in studio iam recipiendi, Hoc modo, vt in Actis habetur apostolorum, multi receperunt spiritum sanctum, antequam fuerunt baptizati, quia credebant & parati erant ad baptismum quẽ etiã mox receperunt. Nemo tñ præsumat de singulari priuilegio sibi faciendo, quasi sine sacramentis necessarijs effectus possit consequi sacramentorum, vbi habere posset & negligeret. Itaq; dum irent mũdati sunt, Dixi, ingt Psal: confitebor aduersum me iniustitiam meam dño, & tu remisisti impietatem peccati mei. Deus enim per internam contritionem, p operationẽ suam internã ac gratiæ infusionẽ, hominem iustificat, antequã veniat ad cõfessionem. Imo ad perfectam confessionem peccatorum opus foret aut deceret, vt antequam sacerdoti reuelare inciperet peccata sua, iam per contritionem & internam Dei operationem esset iustificatus.

Peccator q mundet à peccato

Acto.10

Psal.38

Cõfessiõi perfectæ qd necessarium

Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus.

Quoniam hic q redijsse dicit. Christo gratias agens tam studiose, refertur fuisse Samaritanus, intelligendum est reliqs nouẽ fuisse Iudæos. Innuitur etiam aliud hic, q̃re nõ absq; causa hic exprimit fuisse Samaritanus, quẽadmodum in superioris dñicæ Euãgelio hic, q circa illum qui cecidit

G

Lucæ 10

dit in latrones, fecit misericordiam, non ociose insinuatur fuisse Samaritanus: nempe vt intelligamus non raro fieri, vt hi, quibus minus creditur aut confiditur, imo de quibus non sperabatur, misericordiam & charitatem erga proximos, & deuotionẽ aut cultum erga Deum maiorem exhibeant, quam illi qui ex professione etiam magis ad huiusmodi obligabantur. Et ideo quando scriptura huiusmodi refert, cõditionem etiam illam, quæ bonis ac deuotis est in laudem, duris vero aut negligentibus in probrum, simul enunciat. Ad probrum enim sacerdotis & leuitæ erat, quod prætereuntes non compassi fuerunt infirmo, nec vulnerato impotentiq; subuenerũt: cum Samaritanus (quod ad ipsius maximam erat laudem) subueniret compatiens. Hic vero cum Iudæi nouẽ alij pro beneficio receptæ sanitatis Christo nullas referrent gratias, ad illorum refertur probrũ & ignominiam: ad commendationẽ vero Samaritani, quod redierit & humillime beneficiũ agnouerit, gratias Deo agens. Fit eñ nõ raro, vt vbi cõpassionem, misericordiam, & deuotionem putes te inuenire, nõ inuenias. Vbi vero inuenire te desperaueris, misericordiam & deuotionem abundãter offendas. Discitur hic quoque, nihil referre apud Deum, de quocunque genere aut gente quis sit natus, modo bonam deuotamque voluntatem exhibeat erga Deũ

Leprosos nouẽ decepros fuisse à sacerdotibus ne à Christo se crederẽt esse mũdatos

Matt.26 Mar.14 Lucæ 22 Ioah.13

dam volũt) à sacerdotibus fuisse deceptos, suadẽtibus sacerdotibus, ne crederẽt Christi hanc mundationem lepræ fuisse, sed obseruationi suam mundationem tribuerent legis, non virtuti Christi. Inuidebant enim sacerdotes Christo eiusque miraculis & doctrinæ vbicunque poterant, detrahebant. Horum, inquam, suasionibus decepti à fide exciderunt. Curatio autem Christi & si præstaret simul conuersionem ad se & statum salutis his, qui sanabant à Christo, non tamen eos qui beneficia ab eodem recipiebant, fieri necesse erat impeccabiles. Poterant enim à gratia iterum excidere: quod principi quoque contigit Apostolorum Petro, vt peccaret post conuersionẽ relapsus in mortale peccatum, ter negans Christum.

Et ait illi; Surge & vade. Quia fides tua te saluum fecit.

Commendat fidem huius Samaritani dominus Iesus, qua dignus fuit, vt illi beneficium vtriusque hominis impartiretur, puta vt à lepra mundaretur corporis, & in anima beneficium acciperet æternæ salutis. Quia vero vbicunque hoc verbum inueniunt in scriptura Lutherani quod fides saluum fecerit, gloriantur quod sine operibus illi salui facti sunt. Dicito illis tu, ne nimis cito glorientur. Neque enim ita erant iam salui, quibus hæc verba dixit Iesus, vt aut iã essent beati, aut infallibiliter ad beatitudinem perducendi. Sed fides eos saluos fecit, id est, in statum salutis, quo poterant Christi misericordia (si vellent) saluari, constituit. Hæc enim iustificatio hominis fine operibus fit præuijs ex sola gratia Dei. A qua rursus iterum atque iterum creberrime homines peccando excidunt. Alij manentes ac perseuerantes iustificantur magis, id est, per bona opera, & Dei gratiam cooperantem, iustiores fiunt per Christum dominum nostrũ, qui est in secula benedictus, Amen.

Fides quõ dicat saluum facere

Respondens aũt Iesus dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Nõ est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Exprobrat hic Iesus illis nouẽ licet absentibus ingratitudinẽ haud vulgarẽ, q̃d mũdati nõ redierint, vt hic fecit Samaritanus, ad agẽdas gratias Christo. Sed potest hic oriri dubiũ: Cũ Christo finis curatiõis corporũ, curatio fuerit animarũ, idcirco teneat fere ab oĩbus, eos quos dñs curauerit in corpore, sanauerit etiam in anima, quõ hi nouem leprosi arguuntur de ingratitudine, si conuersi sunt, qa putandi sunt mortaliter deliquisse? Alioqui pro veniali peccato non crederetur Christus tanto rigore zelatus fuisse. Dicendum omnes primo in fide ad Christum venisse, omnes à Christo salutem animæ & corporũ accepisse. Nouem vero illos Iudæos (vt q

Curatiõis corporũ Christo fuisse finẽ curationẽ animarũ

H

SERMO IN EADEM DOMInica. Decem genera vitiorum, decem leprosorum conditionibus significantur.

I

Ccurrerunt ei decem viri leprosi. Lucę XVII. Audiuimus hodie ex Euãgelio decẽ occurrisse Christo leprosos & quod oĩbus infirmis propriũ est, p sanitate ad domi

dominum clamasse. Fuit autem eorum oratio humilis: Iesu præceptor miserere nostri. Pro mia postulabãt, qa miseriã sentiebant. In his decem leprosis nobis significãtur peccatores inuerecundi, manifesti, & contagiosi, qui alios inficiunt & seducũt.

Legimus in veteri nouoque testamento de leprosis decem vicibus, qui variis fuere tẽporibus, in quibus decem genera vitiorum significantur, quorum pròprietates seu conditiones leprosorũ assimilantur conditionibus. Primus leprosus (quẽ non primum ideo dicimus, quod tempore fuerit prior, sed quod applicatione & ordine ad significandum nobis primus occurrit) fuit Ozias rex. Hic superbus ac præsumptuosus, vt secundus refert Paralippomenon liber, cum temere vellet sacerdotis fungi officio, quod illi nequaquam licebat, accepit thuribulum: & incensum offerre volens, percussus est à domino lepra in fronte, qua vsque ad mortem non caruit. In hoc nobis superbia significatur, q̃ est grauis lepra animæ. Significatur autem nihilominus etiam proprietas lepræ prima, quæ est in cute intumescere. Superbus enim omnis tumidus, omnibusq; tã Deo quam hominibus est odiosus. Scriptũ est em̃: Nõ habitabit in medio domus meæ, q facit superbiam, Iuste enim superbus vt leprosus deuitatur, quandoquidem superbi mores nemini non sunt exosi. Est enim p̃ sumptuosus. Vnde Hieronymus dicit: Superbia plus audet, quam potest. Est autem superbia duplex, carnalis & spiritualis. Carnalis superbia ostentatur in vestibus, in cibis, in apparatu, in pompis, curiositate & vanitatibus. Hæc omnia inficiunt vt lepra: quia superbia dum inuenerit nouitates, vanitates, curiositatesq;, puocat alios ad sui imitationem. Spiritualis superbia, est animi extollentia in donis Dei, sane detestabile vitium, quod Deus nullo in loco nõ persequit. In cœlo nata est supbia, sed illã persecutus est Deus, atq; e cœlo pfligauit. In paradiso fuit & ibi eiecta est. In mundo fuit, sed sæpenumero grauiter punita. Superbia spiritualis plus habet periculi quã corporalis: non enim faciliter agnoscitur, & difficulter curatur, quia superbus errorem suum nec agnoscit, nec admittit remedium vtpote dum se nemo prudentior sibi videtur. Secundus leprosus fuit Gihezi Helisæi discipulus, q cupiditate deceptus, post Nahamam Syrum cucurrit, & munera ab eodem clanculum, vt putabat ignorãte Helisæo, accepit: quem tandem ad correptionem Helisæi dominus percussit lepra. Vide Regum Iudæ historiam. Significatur autem in eo lepra auaritiæ, cui altera lepræ cõditio seu proprietas arridet, quæ est fitire, & pruritum pati. Vtrunque hoc auaris familiare est. Auarus enim semper fitit, quia nunquam satiabitur pecunia, vtpote cui tã deest q̃d habet, quam id quod non habet. De quo p̃terea Ecclesiasticus ait: Insatiabilis est oculus cupidi. Sed quomodo, inquis, alios inficit? Exẽplo. Quid enim nõ excogitat auarus, vt pecuniam augeat? dolos, mendacia, sophisticationes, pondera iniusta, stateram dolosam, mensuram iniquam, & alia id genus innumera excogitat, quibus ad turpe vtatur lucrum: aliosq; suo trahit exemplo, inducens vt sibi similia agant: & quo suas merces pluris vendãt, imposturas quoque committunt. Auarus araneæ comparari potest, quæ euisserat se ad faciendam telam seu retia capiendis prædis idonea: quæ tamen tela, si vento forti perfletur, perit. Pari modo auarus labore, sudore, & virium defectione consumit seipsum, vt telam texat araneæ. Huiusmodi em̃ oia sunt bona tẽporalia. Quã vbi ventus grãdis pflauerit, hoc est, cũ mors ingruerit, mox oia absumit, contexta. In morte em̃ auarorum nemo vnq̃ secũ q̃d tulit. Tertius est leprosus, de q̃ in Euangelio legit Matthæi quẽ tactu manus suæ dñs curauit: & significat luxuriã, quę est lepra aĩę. Cõgruit aũt luxurię cõditio lepręe, quod fœtet. In lege em̃ p̃ceptum erat leproso, vt os haberet veste cõtectum, ne fœtor quempiam malus exhalans inficeret: hoc est, ne in luxurioso verba impudica egredientia corrũpant pudicos. In hoc itaq; significat, vt dixi, luxuria, quia pro munditia dño supplicat. Dñs quoq; eius lepram depellens imperat, & dicit: Mundare. Hic etiam, vt aliq volunt, ppterea non nominat, q̃d sicut Paulus dicit: Oĩs aũt fornicatio & immunditia nec nominetur in vobis. Quo significetur magis congrue in eo luxuria non nominanda. Quartũ leprosum in scriptura inueniemus, Simonẽ scilicet leprosum, sed mundatũ. Hic nobis lepram irę significat. Cõsentit quoq; proprietas seu cõditio quarta lepræ, quæ est adustũ habere sanguinẽ, Ira quoq; est ebullitio sanguinis circa cor. Ex ira autem oritur rancor, indignatio, aspernatio & murmuratio: quę nõ defuerunt huic Simoni, vt ex Euangelio liquet. Verum quia ira lepra est, & hæc q̃que inficit: idcirco ne inficiaris ira aliena, scriptura monet: Noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Carbo ignitus faciliter carbonem mortuum, si coniunctus illi fuerit, resuscitat. Nam quemadmodum, vt scriptũ est, sermo mollis frangit iram, ita sermo durus excitat rixas. Quintus leprosus fuit soror Mosi, quę, propter murmurationem aduersus Mosen fratrem suum, percussa est plaga lepręe à dño. Significat autẽ læpram inuidiæ. Cui quadrat proprietas q̃que quinta læpræ, quæ est habere cutem candidam foris, intus nigram. Inuidia autem sub specie zeli se pallians foris appareret lucida, quasi habens virtutum candorẽ: sed in corde intus habet nigredinem. Inuidia quoque morbus est (quare lepra vocatur) inficiẽs. Inuidus nanq; se cõtinere non potest, qn inuidiã pdat detrahẽdo, obloquẽdo, vitupando, laudẽ minuẽdo, eius scilicet, cui inuidet. Sextũ lepsum quartus Regũ liber indicat, vbi quatuor leprosi in obsidione ciuitatis Samariæ pfici scuntur ad castra Syriæ famẽ sustinẽtes: & inuenerunt Syros turbatos, oẽs fugisse ac reliquisse castra, omnibus diuitijs plena. Comederunt igitur & biberunt satis, deiñ regi nunciauerunt Israel. In his significat lepra gulę, cui haud parum conuenit sexta conditio lepræ, quæ hominẽ facit pingue scere & inflari. Ferũtur quoque leprosi auidi esse ciborum. Pinguescunt enim leprosi forta sse propter crassos humores, quos circunferunt indigestos. Referunt autẽ quatuor ibi fuisse leprosi, quia gula circa quatuor versatur, in quibus gula agnoscitur. Puta nimium comedere, delicata nimis q̃rere, ante tẽpus legitimum cibum sumere & nimis effusum ac auidum esse super cibum. Prouocat aũt gulosus gulosum & inficit, vt quotidiecernit in comessationibus & compotationibus. Septimus leprosus est Naaman Syrus. Hic à rege Syriæ missus, venit ad Hælisæum: in q̃ accediæ lepra signnificatur. Alludit autem huc quoque septima conditio lepræ, quæ est grauem, desidiosum, pigrum, ac fastidiosum esse. Inficit quoque, nam vnus piger alium à bono opere detinet. Imo si quispiam ab opere obedientię: aut obsequio alium audit se excusantem, & liberum relinquí, idem ipse quoque hoc ipsum tentat, quomodo laborem, aut superioris sui euadat siue eludat mandatum. Significatur autem ideo per Naamam, quod illum tãparui tæduit laboris, vt pro sui purgatione, iuxta verbum Prophetæ, iret in Iordanem, lauaretur & mundaretur. Octauã lepram legimus in Mose, cuius manus, dum in sinum mitteretur, extracta est leprosa: dum autem extra sinum manifesta teneretur foris, non apparuit in ea lepra. Quo hypocritæ & simulatores significantur, quorũ lepra est occulta in anima. Cõgruit autẽ ei octaua proprietas lepræ, quæ est habere rubedinem in facie: quæ licet appareat, non est tamen pulchritudo, quia intuenti insuauis est & ingrata. Hãc spiritualem lepram monuit nos dominus cauere, dicens: Attendite à fermento pharisæorũ, quod est hyprocrisis. Nona lepra est ingratitudinis, & significatur in nouem his leprosis, quorum hodiernum reminiscitur Euangelium: qui pro percepto beneficio Christo ingrati, ad agendas gratias non redierunt. Consentit autem nona quoque conditio seu proprietas lepræ, quę est vox rauca. Nouem enim illis leprosis adeo fuit vox rauca, vt nullius laus aut gratiarum actio audita sit exhibita Christo. Decimam lepram accipimus in illo leproso decimo, qui rediens, gratias egit Deo. Et in hoc significatur decima lepræ conditio seu proprietas, quæ est, lepram infirmitatem esse incurabilem, & à Deo solo sanandam, ideo q̃qs à lepra aĩæ, hoc est, à mortali peccato curatur, solius Dei bñficio curat. Verũ de his satis. Nunc de istis decẽ leprosis quorum hodiernum meminit Euangelium, loquendum est, per quos vt alias vbique intelliguntur peccatores. Qui si purgari volunt, faciant hæc quæ leprosi hodie fecerunt. Primo enim habuerũt fidem leprosi, ex beneficio Christi credentes se recepturos sanitatem. Nisi enim fidem haberent, quomodo Christo occurrerent, aut quomodo ab eodem quę rerent salutem? Quis commendat se medico, quem credit non posse sanare? Fides ergo fecit occurrere Christo leprosos, Et tu si in te sentis plagã lepræ, occurras oportet Christo. Quo? ad ostium cordis tui. Ibi enim

Vitiorum genera decem per leprosorũ ꝓprietates designatę.

Ozias lepr. 2. par. 26

Superbia quã sit grauis lepra

Psal. 100

Hierony. Supbia duplex q̃ sit.

Superbia vbinã nata sit

Githezi leprosus

1. Reg. 5

Auaritiæ lepra quã sit insatiabilis

Eccle. 5

Eccle. 14 Auaritiæ lepra quó alios inficiat

Auar⁹ vti araneæ cõparetur

K

Matt. 8 Leprosus tacto curatus

Luxuria qualis sit animæ lepra Leuit. 13

Ephe. 5 Simon leprosus q̃s fuerit Matth. 26 Mar. 14

L

Leprosi q̃tuor q̃s fuerint 4. Reg. 7

Gula qualis sit aĩæ lepra.

Gulæ species quatuor quę.

Naamã leprosus q̃s fuerit 4. Reg. 5

Accedię lepra quõ inficiat

Lucæ 7

Prouer. 22 Ira cuiusmodi sit lepra, quõque inficiat.

Prouer. 15

Num. 12 Maria soror Mosi leprosa,

Inuidię lepra quõ alios inficiat.

Mosi lepra quid significet. Exo. 4

Hypocrisis qualis sit animæ lepra

Lucæ 17 Nouẽ leprosorum lepra quid signet.

Ingratitudo cuius modi sit lepra aĩæ

Leprosus Samaritanus quos signet.

M

Leprę spirituali curandę necessaria q̃ sint.

Quó christo occurrendũ sit.

Apoc.3 enim ſtans pulſat,& te expectans dicit: Ego ſto ad oſtium & pulſo. Si quis aperuerit mihi,intrabo ad eum, & cœnabo cum eo. Non oportet te igitur, vt Bernardus ait,o homo maria tranfretare,non transalpinare terram,ſed vſque ad oſtium cordis & oris occurrere Deo tuo. Si enim in te eſt fides,oſtendet te tibi peccatorem, oſtẽdet tibi Deum ſumme iuſtum,omnipotentemque,qui nullum ſinet inultum peccatũ. Verũ nihil iuuat peccata vetera deteſtari,ſi non animum habueris firmum futura quoq; peccata cauendi. Quamdiu enim voluntas manſerit peccandi,nulla prodeſt confeſſio. Vide iam quid de ſacerdotibus agatur concubinarijs,cum monachis proprietarijs,cum vſurarijs,& cum omnibus qui in officijs ſunt conſtituti,quæ abſque peccato exerceri non poſſunt. Qui etiam ad confeſſionem & Euchariſtiam accedẽtes,haudquaquam vere pœnitere poſſunt:quia illud,de quo dolere debent,cõfiteri,& abigere à ſe, ab his ſequeſtrari recuſant. Bona igitur aliena & non tua: bona item ſi illicite acquiſita retines, ſi luxuriæ fomenta,concubinam aſſeruas,ſi in officijs & quæſtibus illicitis perſeueras,& nihilominus confeſſioni ſeu Euchariſtiæ cõfidis,falleris qſquis es,qui tibi ſacramenta prodeſſe putas,quamdiu à te non receſſerit voluntas delinquendi. Quam ſi dixeris depoſuiſſe in quem vſum concubinam quæſo tunc ſeruas tecum? Cur odium nõ deponis? cur bona iniuſta non reſtituis? Cur actionem illicitam aut officium, in q̃ abſque peccato viuere te non poſſe ſentis, non deſeris? Cur ſi monachus es, in proprietate perſeueras? Secundo,habuerũt leproſi illi ſui cognitionem, verecundiam & humilitatem. Steterunt enim à longe, agnoſcentes ſe immundos atque leproſos. Hoc modo publicanus in templo orans, ſtabat à longe,non audens leuare oculos in cœlũ. Maria q̃q; ſoror Marthæ verecũda retro ſecus pedes domini acceſſit. Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam. Quapropter his qui non erubeſcũt peccata ſua, per Hieremiam à domino dicitur: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſcere. Tertium eſt quod habuere leproſi,lachrymoſa oratio. Hanc enim domino obtulerunt leuantes vocem ſuam, & magno clamantes deſiderio pro ſanitate. Exclamat Auguſtinus, dicens, O ſi poſſem homines excitare,& pariter cũ hominibus excitari,vt eſſemus tales amatores vitæ pmanentis,quales ſunt ipſi tranſeuntis: hoc eſt,vt tanto deſiderio & feruore illam quæreremus,ad illam anhelaremus beatam vitam,quanto ſtudio ac cura temporalẽ mũdi amici tuentur ac ãmant. In clamore igitur leproſorum non reſpicitur vox,ſed deſiderij magnitudo. Propterea Moſi in filẽtio oranti dictum eſt à Deo: Quid clamas ad me? Mente non ore clamabat. Clamabat deſiderio & oratione. Itaque clamabant leproſi quoque,& ſalutiferũ hoc nomen Ieſu prætulerunt dicentes: Ieſu præceptor miſerere noſtri. Et nobis quoque aliud ſub cœlo non eſt datum nomen, in quo,quã in hoc nomine oporteat nos ſaluos fieri. Cum ergo nihil ſit infelicius pectore in ſuis peccatis perſeuerante, ita ad ſalutem redire deſideranti nihil tam ſalutare,quam ſuam turpitudinem & deformitatem agnoſcere,ſuam flere miſeriam, Dei offenſionem,& mala quæ fecit lugere, ſe indeſinenter deſpicere, ſed plangere & cõtra ſe conqueri coram Deo,dicendo: Circundederunt me mala,quorum nõ eſt numerus,comprehenderunt me iniquitates meæ,& non potui vt viderem. Complaceat tibi dñe,vt eruas me. Hoc modo Eſdras pro populo orans,omnium trangreſſiões ſibi imputat dicendo: Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te quia delicta noſtra creuerunt vſque ad cœlum. Verum vt intelligamus,quid vere pœnitentibus profit humiliatio ſyncera, quomodo Deum hæc placet, recolendus eſt Ahab peſſimus & idololatra,q̃ Iezabel vxore ſua procurante occidit Nabaoth virum iuſtum,vineamque illius,quam concupiſcenti Ahab ille vẽdere noluerat, poſſedit,audiens propterea domini ſententiã per Heliã ſibi in hunc modum nunciatã: Occidiſti & poſſediſti. Si Ahab mortuus fuerit in ciuitate, comedent eum canes, ſi vero mortuus fuerit in agro comedent eum volucres cœli: & percutiet dominus domum Ahab, &cætera. Hæc audiens Ahab licet malus,quid fecit? Scidit veſtimenta ſua,indutus eſt cilicio, ieiunauit dormiuitve in ſacco. Et miſericordiſſimus dominus ad Heliam dixit: Nonne vidiſti Ahab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus fuit mei cauſa, non inducam ma

Augustin.

Exo.14

Act.4

Pſal.39

1.Eſd.9

2.Reg.21 Humiliatio ſyncera quantum poſſit pœnitentibus.

Bernard⁹.

Iob 24

Confeſſio & euchariſtia quib⁹ nihil pſit.

Lucæ 18

Lucæ 7 Eccle.20

Hiere.3

N

malum ſup domũ eius in diebus eius, ſed in diebus filij eius. Vides ne ad q̃d pfit humiliatio? Si enim Ahab impio diuinã ſententiã metuenti ſeruiliter pfuit humiliatio hęc breuis,quã aſſumpſit,quãuis de peccatis ſuis non doluit: nec propterea aſſumpſit vt lugeret quod Deum offendit, ſed quia pœnam timens,eandẽ depcari voluit: quãto magis proderit humiliatio vera, pœnitentia ac verecundia,qua ſe verus pœnitens,verusq; humlis,in ſui conſideratione deprimit,ſeq; pro peccatis ſuis affligit?

O

Leuit.13

Quartum,eſt ſui oſtenſio coram ſacerdote. Sacerdotibus enim dedit iudiciũ,ſcientiã,& autoritatẽ diſcernendi inter leprã & non lepram,inter mundũ & immundũ. Qui ſententiam nullam ferre poſſunt, niſi oſtenſo ſibi morbo,quare vel immũdi vel mũdi debeãt iudicari. De hoc ſupra dixi in homilia,ideo hic tranſeo. Quintum, q̃d leproſi habuerunt,fuit reſpectus Dei,ſicut ſcriptum eſt: Quos vt vidit. Hic diuinæ miſericordiæ reſpectus adeo non parũ iuſtificandis peccatoribus cõfert, vt ſit omnino etiam neceſſarius. Si em̃ reſpectus in tuitus ve baſiliſci vſq; ad cor hoĩs penetrat intima animæ vulnerãs, inficiens ac interimens, quõ reſpectus Dei non eſt maioris virtutis,vt plus poſſit ſaluare,quam poſſit baſiliſcus interimere? Abſit,vt tam parum aut tã inique de diuina ſentiamus miſericordia. Simili reſpectu Petrus accepto exiuit atrium foras,& fleuit amare. Quare? qa dominum negauerat. Quod quantæ fuiſſet ingratitudinis,& quam nullo pacto id facere debuiſſet,tũc demum à domino reſpectus cognouit. Hic enim reſpectus diuinus facit hominem ſeipſum reſpicere. Itaq; reſpectus à Deo homo vt ſeipſum iã diſcutiat,videat ſentiatq; in tenebris ſe ambulare poteſt ſe vere ad Deũ cõuertere, Deum inuocare,Deo confidere, atque quomodo deinceps immaculatus & mundus in hoc mundo viuere poſſit, prouidere. Quod largiatur nobis dominus noſter Ieſus Chriſtus,q̃ eſt benedictus in ſecula,A.

Lucæ 22

Reſpectus diuinus q̃ ſit neceſſarius homini.

DOMINICA DECIMAQVINTA POST DOMInicam ſanctæ Trinitatis, epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Gal. V. & VI.

XXIIII. Gal.5 Gal.6

SI ſpiritu viuimus,ſpiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres,& ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans temetipſum,ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe,cum nihil ſit,ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum probet vnuſquiſque,& ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit,& non in altero. Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit, Communicet autem is, qui catechizatur verbo,ei,qui ſe cathechizat,in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ em̃ ſeminauerit homo,hæc & metet. Quoniã qui ſeminat in carne ſua,de carne & metet corruptionem. Qui autẽ ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet & vitam æternam. Bonum autẽ facientes,non deficiamus. Tempore enim ſuo metemus, non deficientes. Ergo dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Gal.5

AVperiori dñica lectio epiſtolæ eo loco finiebat, q̃ dñicæ incipit lectio p̃ſentis. Ante em̃ hãc lectionem verba hæc leguntur: Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuã cum vitijs & concupiſcentijs ſuis crucifixerũt. Itaque hi qui Chriſti ſunt,ſic agunt. Nos igitur quia Chriſti ſumus,carne crucifigamur,ſpiritu ambulemus. Per Chriſtum enim vt ſpiritu viuamus,hoc eſt,vt ſpiritus

ſancti ductu,rationiſq; indicio regamur, ad hoc viuendi genus perducti ſumus.Nõ igitur efficiamur inanis glorię cupidi.Hoc enim Chriſtus quoque prohibet, dicens: Videte ne iuſtitiam veſtram faciatis corã
Matt.6 hominibus,vt videamini ab eis.Itaque nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, ad mutuã nos iram prouocantes,aut mutuo inuidẽtes.Deinde prælatos alloquitur dicens: Fratres ſi veſtrorum ſubditorum quiſpiã lapſus fuerit in aliquo delicto (vocatur autem delictũ hic ex infirmitate,aut lapſus, aut prœoccupatio)vos qui ſpirituales eſtis, hoc eſt,qui ſecundum ſpiritũ viuitis: hũc non deſpiciatis,imo ne exaſperetis quidẽ: vtpote qui non ex malitia, nec ex conſuetudine,ſed ex infirmitate, ignorantia,ſubreptione,ſeu incircunſpectione ac imprudentia peccauerit,ſed inſtruite huiuſmodi ad pœnitẽtiam,non in ſpiritu furoris, ſed in ſpiritu lenitatis & manſuetudis, vt tu q prælatus es,conſideres quoque teipſum, tuam infirmitatem attendens,interrogans que teipſum, ſi eadem tentatione fuiſſes circumuallatus,quid feciſſes, aut quid facere poſſes tentandus,nihilominus metuens tibiipſi,ſi alienæ durus fueris, infirmitati,ne & tu tenteris. Vult itaque Paulus ex ſua infirmitate quenquam intelligere,
Eccl.28 quomodo alius miſereri debeat & compati.Sic enim Eccleſiaſticus quoque monet: Memento iudicij mei:ſic enim erit & tuũ. Mihi heri,& tibi hodie. Alter alterius
Iaco.5 onera portate,hoc eſt, ſufferte vos inuicẽ, & vobis ſuccurrite. Orate pro inuicem vt ſaluemini: & ſic adimplebitis fraternam
Ioan.15 charitatem,quæ eſt lex Chriſti, dicentis: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Nam ſi quid exiſtimat ſe aliquid eſſe, efferens ſe ſupra cæteros,quos contemnit tãquam infirmiores moribus aut virtutibus,cum tamen à ſeipſo,& in ſe, & in eo, de quo gloriatur, nihil ſit, ipſe ſeipſum à veritate ſeducit,credens id quod non poteſt eſſe,Hocattendit qui dicebat: Et ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te eſt.
pſal.38 Electi qd in ſe attendant.
Electi enim Dei non attendunt bona, quæ habent,aut quæ perceperunt,ſed quæ necdũ percipere valuerũt,quibuſq; adhuc carent,vt inde humilientur, quomodo de receptis donis arrogantes ſuperbiunt. Nõ igitur peccatum alienum quis examinet ſed opus ſuum probet vnuſquiſque diſcutiens. Quod ſi bonum aut perfectum inuenerit,tunc gloriam habebis in ſeipſo tãtum,hoc eſt,in conſcientia ſua, & non in ore alieno. Gloriam in ſeipſo intus habere,nec pẽdere aliena ex laude, eſt cum prudentibus virginibus in vaſculo ſuo oleum ſeruare.Sed quam gloriam iuſtus habet in Matt.25
ſeipſo intus,niſi eam de qua Pſalmiſta dicit: Gloria mea & exaltans caput meum? Pſal.3 Gloria iuſtorũ quæ ſit. Et de qua Paulus:Qui gloriatur,in domino glorietur? 1.Cor.1 Eam igitur ob rem ſuum debet vnuſquiſque opus, non alienũ B examinare,quia vnuſquiſq; onus operum ſuorum,viciorumque portabit congerie, futuro iudicio diſcutiẽdã. Quo onere tũc ſe plus minusve inueniet grauatũ. Pergit inde Paulus ad aliam inſtructiõem, dicẽs: Cæterum is,qui cathechizatur, id eſt, inſtruitur,verbo ſalutaris doctrinæ & ſacræ ſcripturæ eloquio,communicet,hoc eſt cõmunia faciat bona ſua quæ habet, cibum, potum,amictum,& ſi qua ſunt alia tã ſpiritualia,quam corporalia,impartiẽs ei qui ſe cathechizat,hoc eſt inſtructori ac magiſtro ſuo.Dignus eñ eſt operarius ſua mercede.Etqui ſeruit altari,iuſtum eſt vt viuat Lucæ 10 de altari.Nolite errare,nolite putare, vt ſi 1.Cor.6 coram hominibus auare excuſaueritis vos quod parum largiri poſſitis, parumq; habeatis,coram Deo pariter quoque vos eſſe(qui nouit omnia)excuſatos.Deus non irridetur,Deus non fallitur. Quæ enim ſeminauerit homo,id eſt opera quæ hic in vita egerit,hæc metet quoque in iudicio, id eſt,horum ſuſcipiet retributionem ac meſſem.Comparat enim opus ſemini, operationem ſeminationi,& meſſem diuinę retributioni. Hæretici qui negant operum Arbitriũ hominis cur dicat liberum. bonorum retributionem libero hominis arbitrio(quod tamen arbitrium non idcirco dicitur liberum,quod ſine diuino adiutorio aliquid poſſit, ſed quod libertatẽ habeat diuino inſtinctui aſſentiendi aut reſpuendi illum,nulloque modo ad horum alterum cogatur)quid hic dicent, dicente Paulo:Quicunque ſeminauerit homo,hęc & metet,cum ſit clariſſimum ex ſuperioribus quoq; illum de operibus loqui? Qñ qui ſeminarit in carne ſua carnales concupiſcentias ſequens, deſideriiſque carnalibus ſatisfaciens ac ſeruiens,de carne quoque metet corruptionem,videlicet vt in pſentibus huius vitij corruptionibus futuriſque tormentis,totus conteratur.Quiautem ſeminauerit in ſpiritu,carnis deſideria &

& ſenſualitatem domans,de ſpũ metet vitã æternã. Ad Romanos non diſſimilia ſcribens:Si, inqt, ſecundum carnẽ vixeritis,morieminí. Si aũt ſpiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis.Sequitur hic:Bonum autem facientes,& in ſpiritu ſeminãtes ab hoc benefaciendi tam ſtudio,quam feruore,neq; tædio,neque labore victi deficiamus.Tempore enim ſuo, quo cunctis diſpoſuit operibus reddere mercedem Deus meremus gloriam æternam aſſecuturi plenam,indeficientem,perpetuam. Quocirca dum tempus habemus, quamdiu viuimus,quamdiu luci vtl poſſumus diuinę
Ioan.12 gratię(vt Chriſtus quoque monet,dicens: Ambulatæ,dum lucem habetis,ne tenebrę vos comprehẽdant)bonum operemur ad omnes, beneficia charitatis & miſericordiæ illis impendentes.Neſcimus enim quã diu hoc tẽpus bene operandi nobis à Deo concedendum ſit. Maxime autem operemur bonum ad domeſticos fidei, hoc eſt, ad iuſtos & ad eos, qui eadem nobis fidei religione ſunt coniuncti.

EXEGESIS EVANGELII dominicæ decimæ quintę poſt dominicam ſanctæ Trinitatis, Matthæi VI.

C Vm duobus aliqñ tribusve ſit dominis ſeruiendum, nõ mirum videri debet, quod dñs duobus ſeruiri in præſentis dominicæ Euangelio dicat impoſſibile. Loquit enim de dominis, quibus ſimul
Dñi duo q bus nemo ſeruire poteſt q ſint. vnoque ſeruiendum eſt tempore,& qui cõtraria imperant.Huiuſmodi non poteſt ſimul ſeruiri,quandoquidem voluntas eorum vniformis non eſt: quare neceſſe fuerit,aut vni,aut alteri diſplicere.Quod cum ita ſit,& in hominis arbitrio ſit conſtitutum,cui velit,ſeruire,mirum certe debet videri,quare eam ſeruitutem quis eligat,quę durior,vilior,ignominioſiorq; habeat,relicta digniore,nobiliore magiſq; fructuoſa. Si enim Chriſti ſeruitus ad diaboli ſeruitutẽ conferat (Quæ autem erit comparatio
2.Cor.6 Chriſti ad Belial)qs dubitet Chriſti ſeruitutẽ pferendam? Si inter ſpiritum & carnẽ comparatio fiat,ſi inter Deum & mundum,qs Deo & ſpiritui nõ magis iudicet ſeruiendum,quam carni aut mundo? Hęc quamuis non ignoremus, videte tamen quæ ſit cæcitas noſtra, quod aliud iudicamus bonum,& aliud facimus eligimuſq;, quod iudicamus malum. Sed fallit nos q̃niam vtrunque libenter obtineremus.Cui ſententiæ ſtultæq; opinioni dominus hic aduerſatur,dicens:

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit,& alterum diliget,aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet.

Ante hæc verba docuerat dominus Ieſus theſaurizandum nobis de cœlo, non ſuper terram,vbi fures & tineas,aliaq; huiuſmodi formidare habemus,ne vel inuitis nobis noſtra aut demoliantur,aut prorſus auferant. Ne autem cupiditate ſeducti putemus & illa & iſta nos poſſe quærere, prẽmonet nos vtraq; ſimul non poſſe quærere,puta cœleſtia & temporalia.Contraria enim vtrobique & diſſimilia ſunt ſtudia,quæ vtriſque conquirendis ſunt impẽdenda,.Ire ad forum,& interim ire ad templum,vno ſimul tempore haud potes, nec negociationis agere exercitia, & interim orationi ſeu deuotioni ſpiritus vacare licet.Alterum enim impedit excluditque alterum, vt ſimul fieri vtrunque minime poſſit.Poſſent tamen duas res fieri,quorũ diuerſa licet ſunt ſtudia ac exercitia, nõ ſunt tamen contraria,idque non vno tempore, vt ſunt arare,fabricare,& orare,aut miſſam audire.Stare enim ſimul poſſunt hæc exercitia,ita tamẽ vt vni in vtriſq; ſeruiatur domino. Hoc modo,ſi quæ aliæ ſunt occupationes,officia,exercitiave, quantumuis diſparia aut pugnantia,ſi tamen in his vni ſeruiatur dño,poſſunt in eodem eſſe homine ſimul,ſed tempore diſtincto exerceri.Sed hic dicit dominus, neminem poſſe duobus dominis ſeruire,ſubaudi quorum alter non eſt ſubiectus alteri, nec eiuſdem ſunt voluntatis:quare etiam contra neceſſe eſt tolerari eorum præcepta, & contrarias ſeruitutes.Nemo,inquit,poteſt duobus dominis ſeruire, Deo ſcilicet & diabolo. Aut enim vnum odio habebit,puta diabõlum.Hic enim amabilis non eſt,tametſi ſuſtineatur eius ſeruitus, vt ſequitur, propterea quod noſtras diligimus concupiſcentias,quibus ſatis fieri deſideramus:& alterũ puta Deũ diliget. Aut vnã,ſcilicet diabõ-

lum ſuſtinebit. Non dicit diliget, ſed ſuſtinebit: & alterum, id eſt, Deum, contemnet. Vide qa non dicit de Deo, q̃d illũ qs odio habebit. Nemo em̃ odio Deũ habere poteſt. Quod ſi qs contradicens, obijci at ſcriptũ: Oderunt me, & patrẽ meũ gratis. Et in Pſalmo: Supbia eorũ qui te oderũt, aſcendit ſemp, vbi dicitur Deus exoſus.

Auguſtin. D

Ioan. 15 Pſal. 73 Deus quõ non poſſit odio haberi, & quõ eamen à multis odiatur

Dicendum Deum, quantum attinet ad illius naturam & bonitatem, non poteſt odio haberi. Eſt enim ipſa bonitas, quam nemo odiſſe poteſt ſecundum hoc: quod eſt. Porro iuxta hoc quod facit Deus, prout quod punit, quod voluptuoſa prohibet, q̃d aduerſitates mittit, inueniũtur in inferno, & in mundo ſcelerati, qui odiunt Deum. Vide etiam quia de diabolo loquens non dicit, aut vnum diliget, ſed aut vnum ſuſtinebit, id eſt, diabolum, quem diligere nemo poteſt. Suſtinere autem (ſicut dicit Auguſtinus) diabolum poteſt quis propter dilectationes peccatorum quas amat, quibus que carere non vult: ideoque diaboli tolerare ſeruitutem. Quomodo quis ſub duro domino duram ſuſtineat ſeruitutem, non propterea quod dominum diligat, ſed qa ancillam aut filiam in domo diligit, cuius amore duram fert ſeruitutem. Quod vero dicitur, alterum, puta Deum, contemnet, qnotidie experimur. Quis enim Deum nõ contemnens peccat? Contemnit itaque Deum peccans, vel illum putans de humanis non curare, vt illum pium ſibi adeo fingens, vt delicta non puniat, vel ſtulta ſe p̃ſumptiõe cõſolans, quod vno verbo hoc, Deus propitius eſto mihi peccatori, veniam valeat impetrare. Quod certe verũ eſt, ſi animo quo publicanus, eodem quis oret: quamuis hoc abſque reſpectu, & Dei dono ſingulari nunquam erit. Vel leuiter de Deo ſentiens, æſtimans non tantum rigorem, vt prædicatur, eſſe iuſtitiæ, aut prorſus Deum contemnet, vel non ſatis digna de Deo ſentiens, vel omnino eius præcepta abijciens. Huiuſmodi contemptus q̃tidie tam in nobis, quam in alijs experimur. Eſt tamen aliud contemnere, & ex contemptu (quod grauius eſt) delinquere. Nam cõtemptus eſt generalis in omni peccato transgreſſio. Niſi enim contemneret Deum, nemo peccaret. Cæterum, ex contemptu peccare dicitur is, qui vel diuinis, vel Eccleſiæ, aut prælati præceptis non obedit: puta quando contemptus in cauſa eſt, quare quis peccat. Quod ſæpius contingit contra prælatos in præceptis non pure diuinis, quam contra Deũ, verbi gratia: Si tibi prælatus præcipiat vel prohibeat quid, & tu prælatum odiens, aut non bene de eo ſentiens, contra eius præceptũ feceris, nulla adactus ratione alia, niſi qa contemnis obedire, aut quia contemnis p̃latum, cui tantam ſubiectionem reuerenti amque non vis exhibere, vt illi obedias. Hoc eſt peccare non ſolum per contemptum, ſed etiam ex contemptu, vt contemptus ſit cauſa, quare delinquas, aut nõ obedias: quamuis alioqui ſæpius, poſſit contemni, id eſt, deſeri præceptum tam Dei, quam Eccleſiæ, & prælati, non ex contemptu, ſed ex concupiſcentia aut infirmitate.

Quibus modis cõtemnatur Deus à peccante

Lucæ 18

peccare di catur

Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

Auguſt.

Contẽnere & contẽptu peccare quõ differant.

Ex cõtemptu quis

Arguere vult auaritiam, quæ eſt ſecundum Apoſtolum idolorum ſeruitus. Mãmon enim ex Syriaca lingua (vt aiunt) vel auaritiam vel idolum diuitiarum ſignificat: non quod in diaboli ſitum ſit poteſtate dare vel auferre diuitias quibus velit (Contrarium enim legimus in Iob) abſq; permiſſione diuina, ſed quod per diuitias (quibus fere ſemper abutunt diuites) aut nimis auare ac iniuſte eas conquirendo, aut tenaciter nimis retinendo, aut prodigaliter ac profuſe in Dei offenſiones, non ſubuentionem pauperum, ſed (vt dixi) in luxum, in voluptates, in gloriam & oſtentationem ſui expendendo. Non poteſtis igitur Deo ſeruire & mammonæ. Vult em̃ purum habere ſeruitium, & ex toto corde ſine vlla admixtione alterius amoris cupit ſibi ſeruiri. Eſt nanq; Deus tuus (quod tibi eſſe merito deberet ſuauiſſimum) zelotes, aut zelotypus, quia te totũ & ſolus vult habere. Heu quare huic eius fideliſſimo amoris zelo non reſpondemus? Verum hęc potius flendo expendamus, quam verbis tractando. Non poteſtis Deo ſeruire & mãmonæ. Non poteſtis ſeruire cupiditati & charitati, nõ poteſtis ſeruire ſpiritui & carni, non poteſtis ſeruire Chriſto & mundo, eo ſcilicet modo, quo Chriſto dicitur vere quis ſeruire, vt non ſolum faciat opera bona (quæ etiam mali ſerui poſſunt) ſed vt diligat etiam, & ex charitate Deo opera faciat accepta, æternæque vitæ meritoria. Qui hoc modo Deo ſeruit, ſpiritualia carnalibus, æterna temporalibus, Chriſtum mun-

B

Coloſ. 3 Mammon quid ſignificet

Iob 1

Zelotesca iuſmodi ſit Dei natura

Seruẽ chriſti verũ qs ſit

Mãmonæ ſeruire qd ſit

mundo præfert. Quomodo contra, qui diuitijs, hoc eſt, qui cupiditati auaritiæque ſeruit, quod eſt ſeruire mammonæ aut dæmoni ad auaritiam excitanti, non poteſt ſeruire Deo. Chariora enim tẽporalia terrenaque habet quam Deum. Dicitur autẽ huiuſmodi ſeruire diuitijs, quia reuera diuitias non poſſidet, nec illis dominatur, ſed poſſidetur & ſeruit. Non enim bonorum huiuſmodi ſe dominum egerit, vt aut egenis, aut in Dei cultum poſſit ea erogare, ſed diuitiæ & diuitiarum amor illi imperant, quibus potius obtemperandum, quã Deo conſentit. O quã felix eſt, qui ſeruit Deo. Quam honeſta, quam iucunda, quam denique beata eſt hæc ſeruitus, qua dominus quis mundi efficitur & omniũ creaturarum. Libero enim corde contemnit oĩa, nec quicq̃ ſibi dominari aut imperare ſinit præter Deum. Proinde Dei ſeruitus vera eſt libertas. At vero diuitias amare, & dominum nihilo minus ſe putare tẽporalium rerũ (q̃d eſt reuera eſſe ſeruum) quantas excitat anguſtias, quantas curas imponit, qbus ſollicitudinibus mentẽ diſcruciat? Hic cogitur iraſci, hic blandiri, hic adulari, hic timere, illic flere, hic fingere, ibi fallere, hic male audire, & in his omnibus nullam internam ſentit conſolationem diuinam: quia hæc non pro Deo, ſed pro mundo, pro caducis & perituris rebus ſuſtinet. Quas vt auarus acquirat, diſcruciatur, ne amittat, anxiat: ſi amiſerit, doloribus & triſtitijs ſcinditur. Inter hæc breuiſſimum eſt tempus, quo diuitijs fruitur. Tãdem quoque exul, mudus, miſer, ab omni buſq;, qui illum beatum dicebant, derelictus, auarus & mundi amator recedit, & mundo nondum ſatiatus, ſine ſpe moritur.

Seruitus Dei quam ſit felix & iucunda.

Seruitus diuitiarũ quam ſit miſera

1. Tim. 6

Gene. 13 Iob 1. 12

F

Hoc tñ non de oĩbus intelligendũ eſt diuitibus, ſed de auaris, & de his, qui in diuitijs ſuis contra Pauli admonitionem cõfidunt. Quia & Chriſtus hic non dicit: Nõ poteſtis Deum & diuitias habere, ſed non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Aliud enim eſt habere, aliud ſeruire. Nam Abraham, Iacob, Iob, alij item multi in vtroq;te ſtamẽto habuerũt diuitias, ſed illis nõ ſeruierũt, nõ dilexerũt: qa & cũ amitterẽt, nõ ſunt cõtriſtati, (ſignũ eſt em̃ amoris, q rem poſſidet, ſi eandẽ nõ abſq; triſtitia qs relinqt) ſed rebus fuere locupletes, ſpiritu pauperes. Non poteſtis item mundo ſeruire & Deo. Diſſipat enim (vt in Pſalmo dicitur) oſſa eorum Deus, qui hominibus placent, confunduntur, quoniam Deus ſpernit eos. Et Paulus: Si hominibus, inqt, placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Quod intelligitur de his, qui placere quęrunt, & placere cupiunt hominibus propter ſe, vt & hoc ipſum q̃d eſt hominibus placere, quæratur, diligaturq; propter ipſam vanitatem placendi, aliudve temporarium, quod ſit extra Deum. Nam propter Deum velle placere proximo, pro eius conſolatione, pace & charitate, aut pro Dei promouendo honore, nõ modo licet, ſed laudatur etiam, vt rurſus Paulus admonet: Vnuſquiſque autem veſtrum placeat frati ſuo ad ædificationem. Hoc nanque modo velle placere homini, oritur ex charitate. Illo vero modo, quomodo prædixi, vbi ipſum placendi ſtudium propter ſeipſum quæritur, oritur ex vanitate & priuato amore. Aut ita: Non poteſtis duobus dominis ſeruire. Non poteſtis Eccleſiam audire orthodoxam catholicamque, hoc eſt, eam quæ à Chriſto ad nos per principem apoſtolorum Petrũ eiuſque ſucceſſores eſt deriuata gubernataque, & ſinagogam hæreticorum. Aut enim vnam aut alteram deſeretis. Nõ enim ſimul poteſtis ſequi Chriſtum & Lutherũ. Si enim Chriſtum diligitis, illum cum omnibus, qui modo in cœlis cum eo regnãt ſequemini. Hi enim omnes in vera vna catholica hac Eccleſia, & ſub obedientia Romani Pontificis mortui ſunt, imo cũ Chriſto regnant. Si vero vobis placet Lutherus cum illo & omnibus fidefragis periuriſq; monachis ſuis apoſtatis & hęreticis (in hac enim colluuie nullũ inuenietis ſanctum, nullum alium apoſtolum, quam huiuſmodi nebulones) ad inferna, quo omnes alij præcipitati ſunt hæretici, ibitis.

Pſal. 52

Gal. 1 placere velle hominib⁹ qñ ſit laudabile, & qñ vituperabile.

Roma. 15

Ideo dico vobis: Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neq; corpori veſtro, quid induamini.

Sollicitudo triplex nobis prohibita quæ

Super fluam hic prohibet ſollicitudinẽ, qua plus quam oportet quis temporalibus intendit, temporalia quærit, temporalia coaceruat, non ad neceſſitatem aut vtilitatẽ in Deum ordinatam, ſed vt habeat, & vt poſſideat. Prohibet hic quoque ſollicitudinem, qua nimium occupatur animus circa temporalia, ſi propter ea operibus bonis, alijſque debitis ac neceſſarijs ſe ſub

trahat,aut ſi per huiuſmodi externas curas occupationeſve ab his, ad quæ obligatur retrahitur ſeu impeditur. Tertio,prohibetur ſollicitudo anxiæ diffidentiæ ac puſillanimitatis,quæ poſt omnem induſtriã laboremque,quibus neceſſaria ſolent procurari,& poſt omnem humanam nauatã operam timet de futuris auxiaturque, nec prouidentiæ confidit diuinæ,ſed curis diſcruciatur,quaſi neceſſaria ſint adhuc ſibi defutura, quod ſtultiſſima eſt ſollicitudo anxietaſq; vana:quomodo ediuerſo abſq; labore & induſtria ſua ſperare ſibi à Deo dari neceſſaria,ignauia,acedia,ſtultitia eſt, & vana,qua Deus tentatur, præſumptio. Nunquam enim de Deo eſt diffidendum, aut timendum, quaſi poſtquam quod in te eſt, feceris, neceſſaria ſint tibi defutura. Et ideo Chriſtus dicit: Ne fortaſſe putetis vobis excuſationem fore,aut vobis hoc patrocinari,vt propterea quaſi neceſſario ſeruiatis mammonæ, quoniam vitæ neceſſariis,victu ſcilicet & veſtimẽtis egetis. Cui cogitationi occurrẽs dominus,dicit. Ideo dico vobis:Nollite ſolliciti .ſ.inordinate, eſſe quid edatis,aut quibus induamini.

Diffidẽdũ non eſſe de Deo

Nonne anima plus eſt quam eſca? & corpus plus quam veſtimentum?

G

Sollicitudinem ſuperfluam eſſe abiicendam, multiplici probatur argumento.

Vt Dialectici loqui ſolent, A maiori ad minus,locum ſumit arguendi dominus Ieſus,probans non eſſe ſollicitudinem gerendam,cum fecerimus, quantum in nobis eſt,pro cibo,potu, veſtimento, aliiſq; ſine qbus nõ viuit neceſſariis,cũ videamus multo maiora nobis eſſe donata à Deo. Nõne,inqt,aïa dignior eſt eſca? aut corpus nũquid non præſtantius eſt quam veſtimentum? Hæc tamen abſque ſollicitudine veſtra,imo cum necdum eſſetis, ſuapte bonitate vobis Deus donauit. Qui ergo maiora vobis dedit,quomodo negabit minora? Accedit quod dans vobis corpus non ignorauit iuxta ſtatutum ſuũ naturę datũ, vobis neceſſarium fore cibum & veſtitum. Quando ergo corpus dedit vobis, quod oportet cibo ſuſtentari & refici, veſtibusque operiri,an putatis eũ oblitum aut immemorem fuiſſe,qui prouideret,quæ corpori aut animæ ſunt neceſſaria? Quæ ſi dare nollet,vnde corpora reficeretis, cur eadem vobis creaſſet? Confidite igitur,quia minora vobis dabit,qui dedit maiora, & qui præcipua dat,dabit & acceſſoria: ſi tamen ea, quæ ad hoc ſunt neceſſaria, vos non per ignauiam præſumptionemve omiſeritis.

Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt,neque metunt,neque congregant in horrea. Et pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis?

H

Ediuerſo altero iam argumento dominus idem,hoc eſt, anxiam ſollicitudinem non habendam,probat per locum à minori ad maius,dicens volucres cœli paſci à patre cœleſti,qui longe minoris ſunt dignitatis aut æſtimationis apud Deum, quam homo. Si ergo Deus volucres cœli paſcit, quomodo homines non paſcet? Adde iã, qd volucres propter hoïes creauit. Si itaq; ea ſeruat,propter hoïes, quæ creauit propter hoïes, quõ homines deſeret aut non paſcet,quos creauit ad imaginem ſuam,& in gloriam ſuam? Scriptũ enim eſt in Pſalmo: Oculi omnium in te ſperant dñe,& tu das eſcam illorum in tempore oportune: Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Et iterum: Qui dat iumentis eſcam ipſorum,& pullis coruorum inuocantibus eum. Ferẽ coruus non agnoſcere,nec alere proles ſuas,quãdiu ſunt implumes,vtpote ſibi nigro diſſimules. Et in Iob: Quis ꝓparat eſcã coruo, qñ pulli eius clamant ad Deum vagientes, eo quod non habeãt cibos? Cũ itaq; volucres cœli paſcit,quomodo vos nõ paſcet? Nonne vos pluris eſtis, id eſt, digniores,atque in maiori æſtimatione ac precio apud Deum quã illi? Maior erit illi cura de vobis,quam de volucribus cœli. Obſerua tamen hic,quod licet auibus & beſtiis,præter inſtinctum naturalem nulla ſit ſollicitudo, colligunt tamen & quærunt quæ edant. Sunt quoque harum nonnullæ, quæ in nidos ſuos,aut cauernas terræ cibum pro hyeme futura colligant, ſibique reponant, quantum poſſunt in æſtate. Eam ob rem Sapiens pigrum admonet, dicens: Vade ad formicam o piger,& diſce ſemitas eius,& diſce ſapientiam. Quæ cum non habeat ducem, parat æſtate cibum, & congregat in meſſe, quod comedat. Vnde colligitur, vt quomodo volatilia beſtiæq; vadunt quæſitũ, & congregant ea quæ comedãt: ſic homines ne-

Gene.1

Pſal.144

pſal.146

Coruorũ natura in alcdis pullis quæ Iob.38

Prouer.6

Neceſſaria quomodo ſibi homo quærere debeat

neceſſe eſt,vt labore,induſtria,prouidẽtiaque,nõ cura ſuperflua, quæ ſibi neceſſaria ſunt,quęrant. Quo facto Deo ſecuri confidãt. Scriptum enim eſt: Homo ad laborem

Iob 5

Gene.3

naſcitur,& auis ad volatum. Et primo noſtro parenti dictũ eſt: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.

Quis aũt veſtrum cogitãs poteſt adiicere ad ſtaturam ſuã cubitum vnum?

Probat ipſum tertio nũc medio,vanam eſſe hominis non induſtriam, ſed ſollicitudinem illam inordinatam, immoderatam que, ac anxiam curam. Quapropter dicit: Quis veſtrum ſui corporis ſtaturam ſua ſollicitudine poteſt facere maiorem. Abſque ſollicitudine veſtra contigit vt hanc acciperetis effigiem & ſtaturam veſtri corporis,quam hucuſque Deus alimonia continua perduxit. Nouit enim quod huic ſtaturæ alimentum neceſſarium ſit. Quod hactenus dedit, dabitque qui ſtaturam vobis corporis hanc dedit. Quum itaque ne minimam quidem partem vobis conferre poſſitis, quo vltro ſtaturam vobis à Deo datam veſtro labore, aut opera creſcatis, quomodo poſſetis vos totum corpus vt creſcat, vt videat,foueaturque,niſi Deo & vires,& viribus neceſſaria ſuppeditante,ſuſtentare?

I

Sollicitudo ſuperfluaq; ſit inutilis.

Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt. Non laborant, neque nent. Dico autem vobis,quoniam nec Salomõ in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum exiſtis.

Eodem hic argumento, quo ſupra vſus eſt de volucribus cœli, & fortiori medio nunc probat ſollicitudinem eſſe ſuperfluam merito arguendã. Nam vtrobiq; anxietatem illam cordisq; puſillanimitatem arguit, qua nimis formidamus nobis ne deficiat, quod ſit (vt reuera eſt) hęc inutilis. Nam etſi vniuerſum diem ſollicitudine cõteras anxia & laborioſa, nihil aliud tamen egiſti, quam quod curis te afflixiſti inutilibus. Es enim illi ſimilis qui merces cum famulo mittit ad forũ, & ipſe interim domi reſidẽs curis anxietate plenis diſcrutiatur, ne famulus aliquid amittat, ne fallatur, ne pecuniam falſam accipiat, ne quid illi ſubripiatur, &c. Hi timores, hę curæ, hę ſollicitudines, quid quæſo ad rem faciunt? Nun quid per diem in curis reſidens periculum auertet aliquod? Eſt igitur prorſus inutilis hęc ſollicitudo. Taceo quod hę curę in nobis ſæpenumero induſtriam & prudẽtiam impediunt magis quam promouẽt. Cõ ſultiſſimum hoc igitur nobis vult eſſe, induſtria nos vti, & prudentia, donisq; aliis à ſe nobis ad hæc datis, quibus quæ noſtri ſunt officij, facientes acquiramus nobis neceſſaria. Deinde vbi ea quæ in nobis ſunt, hoc eſt, vbi ea quæ ex parte noſtra debuerunt fieri, expleuerimus, fine ſollicitudine ſimus expectantes domini prouidentiam: & quicquid euenerit nobis, læti de manu domini ſuſcipiamus. Itaque de veſtimento, inquit, quid ſolliciti eſtis? Accipite ex floribus aut liliis agri inſtructionẽ: quę quantalibet mora breui appareant, ſunt tamen adeo decorata, vt Salomon in omni gloria ſua ita veſtitus non fuerit, ficut vnũ ex iſtis. Quę enim natura operatur, multo ſunt præſtantiora, quam ea, quæ fiunt ex arte. Nam etſi ars imitari geſtiat naturã, non tamen accedere, aut ęquari poteſt. Operatio enim naturæ ſemper excellentior eſt quam artis. Accipit autem ex liliis comparationem, quoniam pulchritudo, odor, ſuauitas, virtusque liliorum omni anno ſuo tempore, & in omni loco, terraque vniformis eſt, quod diuinæ prouidentiæ legẽ indicat, quam naturam Deo obediens obſeruat. Nec ocioſum eſt, cum lilia deberent omni glorioſiſſimo comparari, Salomoni cõparata ſunt, quo ſatis indicatur hunc ex dono Dei glorioſiſſimum fuiſſe regem. Quicquid tamen ſibi gloriæ Salomon adhibuit, in veſtibus, in ornatu, in auro, argẽto & margaritis, hoc illi alienum atq; mutuatum fuit. Porro lilia agri in ſeipſis hanc habent gloriam ex creatore ſuo: quia pulchritudinem, odorem, virtutem, ſaporẽq; nõ alienum aut mutuatum, ſed ſuum proprium habent & genuinum.

Naturæ operationẽ eſſe excellentiorẽ q̃ artis.

Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicę fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt.

Si ea, inquit, quæ hodie ſunt & cras nuſquam apparent, Deus tam glorioſe veſtit, quanto magis vos qui creati eſtis, vt

K

permaneatis in vitam æternam? Si ea quæ proptervos in ſolatium & vtilitatem veſtrã creauit, decorat etiam Deus, quãto magis quæ in victu, veſtituve vobis ſunt neceſſaria, non negabit, licet minimæ fitis fidei? Nam ſi fidem haberetis, nõ ad eo in veſtra ſollicitudine, & anxijs cogitationibus cõfideretis, ad nihil tamen vobis profuturis, niſi quod corda veſtra grauentur, & confidentia veſtra ad Deum minor fiat: ſed vbi labore, prudentiaq; veſtra eſſetis vſi in pace, & tranquillitate cordis, diuinum expectaretis ſubſidium, nihil diffidẽtes quin neceſſaria vobis cuncta accedãt à Deo. Deinde quinto hac probat media dicẽs: Hæc enim omnia gentes inquirunt. Ac ſi diceret: Quid formidatis modicæ fidei, ne vobis cibus potuſve, aut amictus deſit? Vobis inquam, Dei ſeruis & Dei filijs. Nõ videtis quod & gentibus (quæ in hoc mundo viuunt ſine Deo) nihil horũ deeſt? Si autem gentes hæc acquirunt omnia, nec aliter niſi ex prouidentia Dei, quõ ergo vos, qui Dei eſtis filij & cultores, deſeret? Hæc aũt temporalia gentes inquirunt, admittentes curam & ſollicitudinem, quia Deum cui confidant, neſciunt. Vos autem qui patrem & Deum habetis in cœlis, non debet perturbare ſollicitudo anxia. Nam ſpecies infidelitatis eſt, adeo ſollicitum eſſe, quomodo gentes ſollicitæ ſunt.

Marci 11

Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primũ regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Vltimum eſt argumentum, quo immoderatam vult ſollicitudinem omnem excludi. Quod ille, qui prouidere nobis habet neceſſaria, in quem conuenit nos quoque ſperare, eſt pater noſter, qui filios ſuos deſerere haudquaquã poteſt. Accedit quod ſcit nos omnibus his etiam indigere. Quod cum ſciat, & paternum ad nos generat animum, vtpote pater amantiſſimus & fideliſſimus, non poteſt filijs ſuis non prouidere ea, quibus egent. Hoc igitur tantũ agãt, quo ſe filios exhibeant Dei, vt primum, id eſt, ante omnia, non ordine temporis, ſed dignitate, quærant regnum Dei: vt præcipuum, quod quærant, ſit regnum Dei & iuſtitia eius: ſiue per regnum Dei intelligitur beatitudo cœleſtis, ſiue plena poſſeſſio, pleneq; ſubiectio hominis in hac vita, de quo

Regnum Dei quõ primũ ſit quærendũ

regno dicitur: Regnum Dei intra vos eſt. Illud eſt regnum quod præcipue, & ante omnia tanquam res dignior nobiſque vtilior eſt quærendum. Quod ſi honore ac merito ſuo, quo debet quæri, quæratur, vt ſcilicet iuſtitiæ, virtutibus, & alijs quę ad Dei ſunt honorem neceſſaria, nihil prę feratur, tunc adijcientur vobis, inquit, omnia, ſcilicet neceſſaria: quorũ minor propter Deum & ptopter iuſtitiam regni eius debet eſſe cura. Adijcientur autem hæc omnia vobis, non ocio vacantibus, ſed humana vtẽtibus induſtria, modo naturali, inſtitutioneq; diuina, qua dixit homini primo: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Et in Pſalmo dicitur: Labores manuum tuarum qa manducabis, beatus es & bene tibi erit. De quo Apoſtolus quoque gloriatur, dicens: Ad ea quæ mihi neceſſaria erant, miniſtrauerunt manus iſtę. Vos igitur filij, pro neceſſaria veſtræ domus ſuſtentatione laborate, operamini, prudentiam & induſtriam veſtram iuſte ac licite exercete, vt neceſſaria vobis à Deo adijciantur. Nihil de bonitate diuina diffidite, tametſi penuriam aliquam patiamini: quia aut faciet Deus (modo vobis adfuerit bona & deuota voluntas) vt hæc paupertas vos non cruciet, ſed magis conſoletur: aut vt corpora q̃q; veſtra non grauentur aliqua penuria, ſed in illa lætiores, alacriores, robuſtioresq; ſitis his, qui in delitijs viuunt, aut vt neceſſaria vobis affluant in tempore opportuno, modo quod in vobis eſt, feceritis, & de iuſtitia regni nihil omiſeritis, quam alteri cuiuis curæ præferentes, domino & patri veſtro abſque timore, diffidentia, aut puſillanimitate confidatis, quoniam paſcet vos qui paſcit omnia, qui eſt benedictus in ſecula, Amen

Lucæ 12

Neceſſaria quibus quõ adijciãtur

Gene. 3

Pſal. 127

Actor. 10

SERMO IN EADEM DOminica. Cuiuſmodi ſeruitus bona, quæ item ſit ſollicitudo non improbanda.

NEmo poteſt duobus dominis ſeruire. Matthæi ſexto. Inducere vult nos hoc loco dominus vt ſe diligamus ſyncero ac toto corde, non diuiſo, vt pro quadam ſit parte cor noſtrum ad mundum, pro altera parte ad Deum: ſed aut totum, aut nihil vult habere Deus, nec vult etiam quod ſollicitudine nimia, aut inordinata ſcindatur, diuidaturq; animus. Sed ante omnia præcipue ac

L

Documenta huius euangelij quæ ſint.

pue ac potiſſime quæratur Deus, & iuſtitia regni eius. Primo igitur dicit dominus Ieſus: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Si per hos duos dominus Deum intelligimus & diabolum, non poteſt vtrique ſeruiri. Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? Chriſtus enim dominus eſt glorioſus & ſanctus. Diabolus vero dominus eſt ignominioſus atque viliſſimus. Hi itaque duo domini comparari non poſſunt, nec conuenire. Contraria enim, quæ ſimul ſtare non poſſunt, exigunt ſeruitia. Chriſtus ſeruiri vult ſibi in lumine. Ideo conqueritur, quod lux venerit in mundum, & dilexerũt homines magis tenebras, quam lucem. Erant em̃ eorum opera mala, quare ad lumen accedere recuſarunt. Diabolus vero, vt is qui male agit & odit lucem, cupit ſibi ſeruiri in tenebris, ne manifeſtẽtur & ne arguantur opera eius. Mandat enim ſeruis ſuis, quod olim Nahas labitis mandauerat: In hoc feriam, dicens, vobiſcum pactum, vt eruam vobis oculos dextros. Quare dextros? Quare nõ ſiniſtros? Duos habemus oculos, quorum altero, hoc eſt, dextro, Deum, Dei leges, Dei voluntatem ac beneplacitum, Dei denique honorem, & animarum ſalutẽ reſpicimus, cum quo & præmia iuſtorum & reproborũ contemplamur ſupplicia. Hunc oculum cupit nobis diabolus erui, eſt enim illi exoſus & contrarius, ſiquidem hoc vigẽte eius machinationes per Dei adiutoriũ nihil nobis nocebunt. Altero oculo (qui eſt ſiniſter) contuemur, quid ſit ſuaue carni, quid honori, quid deniq; commodo noſtro conueniat aut mundo. Eſt enim nihil aliud hic oculus, quam prudentia carnis, quæ mortẽ operatur. Hoc em̃ oculo terrena reſpicimus quemadmodum priori oculo contemplamur cœleſtia. Dextrũ itaq; vult nobis diabolus oculũ eruere, nõ ſiniſtrum, quo cæci ad cœleſtia ſimus, ad terrena prudentes.

1. Cor. 6

Seruos cuiuſmodi requirat Chriſtus, & quales diabolus. Ioan. 3

1. Reg. 11

Oculi hominis duo myſtice q ſint, & cur dextrũ ſeruatis ſuis eruat diabolus.

Roma. 8

M

Puritate vti deo ſeruiendum. Cantic. 2 Pſal. 100 pſalm. 14

Secundo, vult Deus ſibi ſeruiri in puritate. Ipſe em̃ eſt q̃ paſcitur inter lilia. Qui in Pſalmo quoq; loquẽs, dicit: Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabit. Et in alio Pſalmo dicitur: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo? Et rñdens: Qui, inquit, ingreditur ſine macula, & opatur iuſtitiam. Diabolus vero, qui habitat in locis humentibus, nec in locis aridis ſibi inuenit requiẽ, ſpurcitias diligit peccatorum.

Tertio, vult Deus ſeruos habere humiles. Quamobrẽ non grauatur ſeipſum conſtituere in humilitatis exemplum, dicens: Diſcite à me, qa mitis ſum & humilis corde. Diabolus vero miniſtros petit ſuperbos. Nam ipſe eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ.

Humiliter deo ſeruiendum. Matth. 11

Iob 41

Quarto, dominus vult habere miniſtros concordes. Quippe qui vnius moris facit habitare in domo. Porro diabolus diſcordias amat, & eos q diſcordiã ſeminãt. Quõ enim pacifici filij Dei vocabuntur, ita qui diſcordiam & diſſentiones faciunt, filij diaboli nominabuntur. Qui enim, inquit Chriſtus, mecum non colligit, diſpergit.

Concordi ter deo ſeruiendum. Pſalm. 67

Matth. 5

Matth. 12

Quinto, quia Chriſtus quos ſeruos acceptat, docet contemnere tẽporalia, dicẽs: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veniens ſequere me. Et item: Niſi quis abrenuncia-uerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. At diabolus ſeruos ſuos facit colligere temporalia & terrena. Quod figuratum eſt in his, qui ſeruiebant Pharaoni regi Aegypti, vbi dicitur: Diſperſus eſt populus per terram Aegypti ad colligendas paleas. Quum igitur nemo duobus dominis poſſit ſeruire, neceſſe tamen ſit, vt aliquem cui ſeruiat, dominum habeat, beatus populus cuius dominus Deus eius. Et Dauid: Mihi, inquit, adhærere Deo bonum eſt. Quare bonum? Propter ſex. Quorum primum eſt, quia qui Deum non habet, dominum agnoſcit & colit, neceſſe eſt, vt diabolum habeat pro domino ſuum hoſtem peſſimum. Eam ob rem cum Petro dixiſſet & apoſtolis poſtquam alij quidam Chriſti verba non intelligentes, ſcandalizati à Chriſto receſſerant, interrogans: Nunquid & vos vultis abire? Reſpondit Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba æternæ vitæ habes. Sciebant enim nuſquam à Chriſto ſe poſſe recedere, quin in manus intraret dæmonum. Secundum, quia vbicunque alibi ſeruieris, ſeruitus ipſa in hoc, quod eſt ſeruitus, probroſa eſt, præſertim comparata poteſtati maiori, aut digniori, excepto Dei ſeruitio, in quo eſt ſeruitus ipſa honori: quia vbi quis Deo ſeruit, ibi efficitur à ſeruitute moleſtiſſima dæmonis, vitiorumq; carnis & mundi liber. Nihil autem ſuauius libertate ſpiritus, quæ eſt, bonum nullum coacte, ſed ſuapte voluntate propter Deum agere velle, quod lex iubet, nõ pœna-

Pſal. 143 Pſalm. 72

N

Adhærere Deo eſſe bonũ propter ſex.

Ioan. 6

Libertas ſpiritus quæ ſit.

pœnarum arceri metu,ſed virtutis duci amore,non præceptis impelli, ſed vltro ad Dei beneplacita feſtinare. In carne eſſe, at non ſecundum carnem,ſed ſpiritu viuere, ita Deo ſeruire,regnare eſt. Tertium eſt, quod benignus eſt dominus p̃ceptor,puta qui bonam volũtatem,vbi aliud ſibi offerri non poteſt,recipit. Et cuius (vt Ioannes dicit)mandata grauia non ſunt. Chriſtus quoque ipſe:Iugum, inquit, meum ſuaue eſt,& onus meum leue. Denique ea,quæ præcipit,ſunt honeſta, leuia ac vtilia. Honeſta ſunt, ſiquidem præ cæteris legibus hoc habet lex Chriſtiana, vt nihil habeat iniquum,nihil foueat inhoneſtum, nihil turpe admittat. Quin potius inhoneſta,impudica,& nefaria quæcunq; non ſolum in operibus damnat,ſed cogitationes etiam, & concupiſcentias eorundem prohibet. Leuia ſunt quoque,ſiquidem hominis bonam voluntatem Dei gratia roborat,adiuuat,portat,atque eidem cooperatur. Nihil importabile eſt, nihil impoſſibile ex omnibus his,quę ab homine requirit Deus. Vtilia vero ſunt,quia eum,qui illis obedit,inducunt in regnum cœlorum & ſaluant. Si vis,inquit, ad vitam ingredi, ſerua mandata Dei. Prodeſt autem Dei mandatorum obſeruantia,non ſolum animæ,ſed & cor pori. Nam quemadmodũ vbi multæ ſunt epulæ,ibi multa infirmitas,vbi luxuria,ibi hebetudo ingenij,& eneruatio virium, ita vbi ſobrie,caſteq; viuitur,ibi adijcitur longitudo dierum,& diuturnitas vitæ. Quid quod in crapulis viuitur ſine ſomno, ſine quiete,ſine appetitu comedendi,& eſt delectatio ibi ſine delectatiõe. Quartum eſt, quod dominus noſter,cui ſeruimus,eſt fideliſſimus, potentiſſimuſq; noſter protector,vt ſub ipſo nihil habeamus timere. Quintum,quod eſt idem fideliſſimus retributor. De vtroq; dicit dominus ad Abraham:Noli timere Abraham,ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. In aliorum dominorum obſequijs magnum foret acquirere pagum in mercedem. Vere hic apud Deum,ſerui eius,licet opiliones, impetrant in mercedem etiam regnum cœlorum. Sextum eſt,quod ſapientiſſimus eſt omnium gubernator. Præſtat autem maxime habere dominũ ſapientem, quã ſtultum. Sapientia autem eſt æterna,incerta,& immenſa dominus noſter, cui iucundiſſimũ eſt ſeruire,quoniam à fine vſq; ad finẽ attingit fortiter,& diſponit oĩa ſuauiter.

1.Ioan.5

Matth.11 Præcepta Dei quõ ſint honeſta, leuia, ac vtilia.

Matth.19 Mãdatorũ Dei obſeruãtia quõ etiam corpori ꝓfit.

Gene.15

Sapient.8

Nihil igitur probroſius,atque ſeruire alteri,quã Deo. Nam ſi ſeruis diabolo, ſeruis inimico tuo crudeliſſimo. Quapropter ſtultitiam huius ſeruitutis Bernardus tibi exprobrat in hũc ſenſum, dicẽs in perſona Chriſti:Quid cauſæ eſt, quod inimico meo,veſtroq; libet potius ſeruire,quam mihi? Non ille vos paſcit,non creauit, & ſi parua hęc videntur,gratis non ille,ſed ego vos redemi,non auro,non argento, nõ ſole,non luna,non aliquo angelorũ, ſed proprio cruore. Quod ſi tã multiplici iure,difficile à vobis eſt impetrare,vt illũ,cui propter bñficia p̃ſtita ineffabiliter debetis, diligatis,eidemq; ſeruiatis,ſaltem ideo mihi obtemperate,quoniam maiora pluraq; vobis polliceor,quam ille,gratiæ dona p̃ſentia,futura gloria cumulaturus. Daturus autem eſt diabolus ſeruientibus ſibi nihil aliud,q̃ quod ipſe accipiet, gehennam ignis. Et pro hac o filij inſipiẽtes vos ei ſeruietis? At quãto eſt mœrore plangendũ,q̃d plures habet ſeruos diabolus, q̃ Deus. Deinde ſi comparatio fiat ad Deum & mundum,Deo iterum, non mundo eſt ſeruiendum. Eſt enim mundi blanda quidem,ſed mẽdax promiſſio,eſt eius merces fallax & triſtis:quoniam decipit omnes confidẽtes in ſe. Qui enim honores amant,eoſq; adipiſcuntur,quamdiu retinent? Qui vo diuitias ambiunt,quãta eas obtinẽt difficultate,cũ quanta ſollicitudine cuſtodiũt? quas tamen paulo poſt, vel per mortem, vel per ignominiam cũ triſtitia maxima amittunt omnia. Et quam putatis mortẽ inueniunt, qui in huiuſmodi ſpem,gaudiumq; ſuum poſuerunt. Gaudium ſuum amiſerũt, ſpes eorum eos fefellit,exaruit flos. Vna nocte imo vna horula omnibus diuitijs ſuis ſpoliati ſunt. Oĩs diuitiarum põpa vno momento perijt, Vtinã igitur qui mũdum diligere vis,ſaperes & intelligeres ac nouiſſima ꝓuideres. Videres ex diuite in morte q̃ ſubito mẽdicus & oĩm fit pauperrimus. Expenderes deinde omnia,quæ in mundo ſunt:& nihil inuenires fixum,certum, aut ſtabile. Nam ſanitati & corporis roburi qs audeat confidere? quandoquidẽ leuis febricula,morbuſve alius ſubito & inſperate aduenies,totũ mox hominem deijcit.

Bernard⁹ Seruire diabolo qui tæ ſit ſtultitiæ.

Mũdus q̃ pacto deci piat confidẽtes in ſe

Deut.32

P

Sed nunqd carni eſt ſeruiendũ? Mirime,Qui em̃ carni ſeruit,ſeruit dño, qui nũ quã ſatiari poteſt,Quãto plus illi ſeruieris, quanto fidelius,quãto diligentius deniq;, eo plus à te exigit, duriuſque tibi imperat. Compertiſſimum eſt hoc nobis in his, q̃s gulæ,luxuriæq; cernimus inſeruire. Non ergo duobus poſſumus dominis, ſed vni tantum decet nos domino ſeruire. Væ em̃ duplici corde, & væ homini duabus vijs ingredienti. Prohibetur quoq; arare in boue & aſino, propterea quod vnum ſit animal mundum,aliud immundum. Samaritanis deniq; ſimiles ſunt,ſimul colentibus Deum & idola,qui ſeruire cupiunt Deo & mammonę. Huiuſmodi Helias obiurgãs, Vſquequo,inquit, claudicatis in duas partes? Si dominus eſt deus,ſeruite illi: ſi Baal, ſequimini eum. Eſt præterea hic aduertendum, aliud eſſe ſeruire diuitijs, & aliud ſeruire Deo cum diuitijs. Secundum enim poteſt cum Dei ſeruitio ſtare, nõ primum.

Carni nõ eſſe ſeruiendum.

Eccle.2

Deut.22

3.Reg.18

Secundo,vbi oſtenderat nos dominus ſimul Deo & mundo non poſſe ſeruire,cõmonſtrat quoq; vanam eſſe & ſuperfluam ſollicitudinem pro temporalibus Quapropter ſciendum ſollicitudinem eſſe triplicem. Quędam em̃ eſt tolerabilis,vt dum homo quærit temporalia moderate,tẽpore opportuno ac licito,& ad debitum finẽ. Sunt enim temporalia moderate quęrẽda, quæ abſq; omni ſollicitudine quæri non poſſunt. Porro moderata & non nimia ſollicitudo haudquaquam eſt arguenda, ad quã Sapiens hortatur,dicens: Vade ad formicam o piger, & diſce ſapientiam, & c̃. Deniq; & quam non prohibeatur omnis ſollicitudo, vbiq; ex ſcriptura liquet. Quoties Paulus ſollicitudinem in bonam partem accipit? Sollicitudine,inquiens,non pigri. Et: Solliciti eſtote ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. Martha quoq; ſollicita ex deuotione dicebatur à domino,& turbata erga plurima. Eſt itaq; ſollicitudo quædã occupatio animi ad futura reſpiciens, pro acquirendis, conſeruandisq; rebus neceſſarijs, ſine qua decẽter vix rariſſimus quiſque viuere poteſt. Hęc ſollicitudo moderata, licita eſt. Eſt alia ſollicitudo pro ſpiritualibus incrementis laudabilis. Hęc eſt interdum neceſſaria ex charitate, puta in egenorum ſubuẽtione ac prouiſione. Eſt quoque laudabilis in Dei mandatorum obſeruatione. De qua ſcriptũ eſt: Confortamini & eſtote ſolliciti,vt cuſtodiatis cũcta, quæ ſcripta ſunt in volumine legis. Itemq;: Indicabo tibi homo quid ſit bonum, aut quid dominus requirat à te, vtiq; facere iudicium & iuſtitiam,& diligere miſericordiam. & ſollicitũ ambulare cũ Deo tuo. Tertio, ſollicitudo eſt vituperabilis, quæ ex inordinato temporaliũ amore ꝓuenit, & ex diffidẽtia ꝓuiſionis diuinæ. Hæc eſt illa ſollicitudo, de qua in eodẽ Euãgeliſta de his, in quibus Dei verbum nullum facit fructũ dominus loquens: Sollicitudo, inquit, huius ſeculi,& fallacia diuitiarum ſuffocant verbum. Hãc ſollicitudinem multifariam hic reprobat dominus, oſtendens eam eſſe inutilem,inſipientem,auaritię,cupiditatis diffidẽtiæq; miniſtrãt. Tertio in hoc Euangelio docet p̃cipuam nobis curã habendam pro Dei beneplacito, ꝓ regno cœleſti & pro eius iuſtitia, qua acquiritur, ſeu cui redditur regnũ cœlorũ. Pro tẽporalibus autem nullã nos decet vt habeamus curã anxiam, diffidentiã, aut timorẽ, q̃niam tẽporalia hæc adijciẽtur nobis. Prouideãt itaq; parentes ſibi & filijs cibum,& vnde viuãt. Quandoquidem,vt Paulus ait: Qui ſuorũ maxime domeſticorum curã non habet, fidem negauit,& eſt infideli deterior. Prouideãt filijs hæreditatẽ, ſpiritualẽ & temporalem. Doceãt proles Deum timere, doceant Dei regnum, Dei honorem, Dei præcepta, & iuſtitiã virtutũ quærere, ꝛclari & implere. Tunc enim tã parẽtibus, q̃ filijs adijcientur neceſſaria. Porro, ſi pompoſas educatis ꝓles in veſtitu & apparatu glorioſo, proleiq; veſtræ ſentire cœperint, placere id vobis, vt ſint callidæ aſiutæq;, quod loqui & viuere nouerint iuxta prudentiam ſeculi, quod ad conquirenda temporalia efficiantur ſolertes: ſtudebũt in his magis ac magis vobis placere,& Dei timorem proijcient poſt tergũ ſuũ. Igitur eos docere, vt timeãt Deũ, vt diuinis, Eccleſiæq; obediãt prȩceptis. Liberos deniq; veſtros, & oẽm familiã veſtram docete & cõpellite, quo nihil, quod ad ſalutem animæ ſit neceſſariũ, lucris quibuslibet temporalibus poſtponant aut relinquant, ocia deuitẽt, honeſtatem diligant & veritatem, ſynceritatem in negociationibus & æquitatem obſeruent, neminẽ vlla impoſtura fallant. Et ſperẽt in Deũ, à quo haud dubie ſentient, quantum de neceſſarijs ſibi adijciatur. Hæc vbi fecerint, nõ contriſtent parentes, ſi portionem exiguam hęreditatis filijs relinquant. Maior & potiſſima ſit illa cura, vt ꝓles habeãt ꝓbe inſtitutas, & ad Dei timorẽ educatas.

Sollicitudo triplex quæ.

Sollicitudo licita quæ ſit. Prou.6

Roma.12

Ephe.4 Lucæ 10

Sollicitudo laudabilis & neceſſaria, q̃

Ioſuæ 23

Mich.6

Q

Sollicitudo vituperabilis q̃ ſit.

Matth.13

Cura p̃cipua homini adhibẽda quæ.

1.Tim.5

Hęreditas ſpũalis filijs relinquenda quę ſit.

Parentes quænã ꝓ les familiam q; ſuas docere debeant.

Hæc

Hæc ſollicitudo ſanctorum eſt, vt ſi non opes habeant, virtutibus ſuas proles & Dei amore exornent. Fili, qui te pauit, licet ſæpe inobedientem & ingratum Deo, quomodo non paſcet tuas proles ſe timentes? Vna igitur ſit tibi & potiſſima cura, relinquere liberis tuis exempla timoris Dei, eruditiones ſanctas, docuiſſe eos iuſtitiam, & ad proximum æquitatem & miſericordiam. Quod agentes maximos theſauros veſtris prolibus relinquitis. Vos quoq; duntaxat moderate temporalia quæratis. Quę ſi à domino adijciantur, & diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Quum diuitias habetis, nolite in his ſperare, nolite diligere, nolite in illis gaudere. Si à vobis iterum recedunt diuitiæ, nolite contriſtari. Hoc vnum vobis ſit, aut gaudendi occaſio, ſi Deum veſtris ſentitis peccatis propitium: aut triſtandi, ſi eundem vobis inueneritis iratum. Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnibus nobis ſuam miſericordiam & gratiam largiatur, vt quæ recta ſunt, non ſolum ſciamus, ſed & faciamus, qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula, Amen.

Pſalm. 61

Gaudēdi, triſtādive quæ ſola debeat nobis eſſe occaſio.

DOMINICA DECIMASEXTA POST DOminicam ſanctæ Trinitatis, epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Epheſios tertio.

XXV.

OBſecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiori homine: habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. In charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas & profundum. Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quam petimus aut intelligimus ſecundum virtutem, quæ operatur in nobis. Ipſi gloria in Eccleſiâ, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculorum, Amen.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A OBſecro vos fratres, ne deficiatis à fide puſillanimes, nec ſcãdalizemini, dolentes ob tribulationes meas, quas patior pro vobis, vt propterea aut mihi nimium condoleatis, aut vos ſimilia paſſuros timeatis, aut quaſi à Deo ſimus nos propterea proiecti, ſeu exoſi, aut odiat nos, qui talia ſinit nos pati, puta flagella, vincula, & carceres: propter quæ ne erubeſcatis pro nobis, rogamus. Quæ res, ſcilicet pati me tribulationes pro vobis, hoc eſt, aut occaſione veſtri, aut ad ædificationem veſtram, non vobis ignominiæ aut probro eſt, ſed eſt gloria veſtra. Huius rei gratia, ne deficiatis ſcilicet, flecto genua mea in orationibus meis pro vobis ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo, ad cuiuſq; ſimilitudinem omnis paternitas in cœlis inter angelicos ſpiritus, & in terra inter homines nominatur. Deo enim ſoli conuenit eſſe patrem omnium. Nuncupatiue autem tantum vocamus homines patres, quia & Chriſtus ita nos docet: Patrem vobis nolite vocare ſuper terram. Vnus enim eſt pater veſter in cœlo. Hoc eſt autem quod pro vobis à Deo peto, vt det vobis iuxta diuitias & abundantiſſimam liberalitatem maieſtatis ſuæ, virtutem qua roboremini per ſpiritum eius, id eſt, per ſpiritum ſanctum, per ſpi-

Patres ꝙ modo vocemus homines. Matth. 23

per ſpiritum gratiæ eius operantis in interiori homine veſtro: & vt det vobis Chriſtum habitare, atq; ſui formam vobis imprimere per fidē in cordibus veſtris, iuxta promiſſionem eiuſdem ſaluatoris: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãſionem apud eum faciemus. Hoc autem ideo det vobis, vt in charitate radicati ad modum arboris terræ profundius infixę, quo vberius fructificet. Et fundati, hoc eſt, ad modum ędificij, quod ſupra petram contra tentationum ventos, & perturbationum flumina fundatur, conſtabiliti cum omnibus ſanctis poſſitis capere intellectu, quæ ſit ſpiritualis latitudo charitatis ad omnes ſine perſonarum acceptione, imo ad inimicos etiã ſe extendentis: & quæ eiuſdem ſit lõgitudo inter aduerſa longanimiter perſeuerantis vſq; in finem: quæ item altitudo, ſublimitaſve illius ad Deum vos vſque eleuantis, Deoq; vos vnientis: & poſtremo quæ illius profunditas ad proximi compaſſionem, ad illorumque obſequia vos deprimentis. Demum hoc præterea oro vobis dari à Deo, vt ſcire poſſitis charitatem Chriſti, quam erga vos habuit & habet Chriſtus: nempe tantam, vt ſuper emineat omni ſcientiæ humanæ, & exuperet omnem ſenſum: quia nemo in hac vita perfecte valebit inueſtigare, aut plene cognoſcere perfectionem, imo immenſitatē charitatis Chriſti, quo impleamini in omnem plenitudinem Dei, hoc eſt, vt ſitis pleni Deo, qui in vobis fit omnia in oñibus. Ei autē genua mea flecto pro vobis orans, qui potens eſt omnia hæc, quæ dixi, facere abundantius, quam petimus aut intelligimus. Aut ita: Ei autem ſit gloria qui potēs eſt hæc omnia quę pro vobis oro, facere abundantius & liberalius conferre quã petimus, aut petenda intelligimus ſecũdum virtutem gratiæ & omnipotentiæ ſuæ, quę operatur in nobis. Ipſi ſit gloria in Eccleſia, id eſt, vt ab omnibus agnoſcatur, glorificeturq; q̃ ſunt in Eccleſia. Aut: Ipſi, non nobis ſit gloria in Eccleſia, ex conſideratione mirabilium, donorũ, operationum, beneficiorumq; eius quæ operatur in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu per quem hęc omnia facit, & in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Per ſeculum ſeculorum aut æternitatem, ſignificat oēs ætates, tempora & perpetuitatem comprehendentes: aut in ſecula ſeculorũ vult dicere à principio mũdi vſq; ad finem, quod omnes generationes, oēs ætates, omniaq; tẽpora complectitur.

Ioan. 14

Matth. 7

Ephe. 3

Per ſeculũ ſeculorũ qd ſignificetur.

EXEGESIS EVANGELII dominicę XVI. poſt dominicam ſanctæ Trinitatis, Lucæ ſeptimo.

B INito ſermõe in mõte, cũ in mõtis deſcẽſu Ieſus ſanaſſet lepſum, & hinc ingreſſus Capharnaum ſeruum curaſſet Centurionis: poſtea ad ciuitatem ibat, quę vocabatur Naim. Eſt aũt hęc ciuitas Galilææ, non longe à mõte Thabor diſtans. Ibant aũt cum eo pariter diſcipuli eius, nõ aliter quam ſtellæ ſequentes ſolem, & filij imitãtes patrem. Ibat autem illuc ſciens, quid eſſet facturus: quõ viduã triſtem oporteret ſe vrgente ad hoc bonitate ac miſericordia ſua conſolari, defunctum eius filiũ reſuſcitare, & turbam quę miraculum videbat, in laudes excitare diuinas. Ibant autem diſcipuli eius cum eo, vtpote futuri miraculi teſtes, & turba copioſa, quæ Chriſtum varias ob cauſas ſequebatur, præcipue aũtẽ ex deuotione. Itaq; dicit Lucas Euangeliſta.

Matth. 8

Naim ciuitas qualis fuit.

Ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum illo diſcipuli eius, & turba copioſa. Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ. Et hæc vidua erat.

Multa hic enumerat Euangeliſta, quaſi rationem redditurus futuri miraculi, quare iuſtum fuerit, vt miſericordiã magnam ſuam Chriſtus deſolatę impenderet mulieri. Siquidem ad portam veniens ciuitatis, vidit contra ſe efferri defunctum ſepeliendum. Habebant enim veteres monumenta ſua extra ciuitates, quo longius cadaueribus putrefactis non inficeretur aer in ciuitate. Narrãtur hic multa triſtia quę compaſſionem exigunt. Primum eſt, quod defunctus efferebatur ſepeliendus, quem mulier omnisq; turba plangebat. Deinde additur, quod mulieris viduæ hic erat filius, quo eius dolor præ alijs erat grauior. Tertio additur, quod erat is vnigenitus. Neque enim alium in quem reſpiceret, filiũ ha-

Sũma huius euãgelij quę ſit.

um habuit. Tanto magis itaq; doluit, quo præter hunc non habuit alium. Quarto dicitur vidua, quippe quæ marito ac filio orbata, nullam prorsus expectabat consolationem. Itaq; breuibus verbis ærumnæ molem vniuersam explicat. Mater, inquit, vidua erat, quę alium non sperabat filium: & hunc quem solum lactauerat, nunc mortuum amisit, qui alacritatis occasio fuerat matri, & loco defuncti patris solatium. Idcirco luctus matris fiebat ingens & mœror grauis. Accedebat quod is iam erat adolescēs, in quo mater eius oēm per illius infantiam & pueritiam nauauerat operā, & iam maior natu cum matri esse poterat & commodo, & consolationi, e medio sublatus est.

Et turba ciuitatis multa cum illa.

C Funeris sepeliendi mos antiquissimus quis.

Gene. 50

Vides hic morem antiquissimum, q̄d funera comitabantur olim amici & turba multa. Quod si dicas Ethnicis id fuisse & paganis solitum: fuit quidem, fateor, sed non solis illis, quandoquidem & filijs Israel hoc fuit familiare. Nam cum Ioseph & fratres eius mortuum Iacob patrem suum sepeliendum in terram Chanaan ducerēt, multi Aegyptiorum & optimates illos cōgius extra terram suam comitati sunt. Sic enim legimus: Ierunt cum Ioseph omnes

Ibidem

seniores domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Aegypti, & facta est turba non modica. Quo simul laudatur mos

Sepulchrorū curā habendam esse

ille vetustus, curam scilicet habere sepulchri: nec improbari debet, si defunctorum quandoq; exuuiæ deserantur ad alia loca sepeliendæ, in quibus viuentes desideraue runt sepeliri, quandoquidem tam sanctus patriarcha Iacob sepeliri voluit cum maio

Gene. 49

ribus suis Abraham, Isaac, Rebecca, & Lia vxore, Ioseph quoque moriturus adiurauit fratres suos, prædicens illis futurum, vt Deus illos visitās educeret de Aegypto in terram Chanaan, & tunc sumite, inquit,

Gene. 50 Exodi 13

ossa mea vobiscum, quod & Moses diligenter effecit. Hæretici autem nostri in

Sepultura asininā curvtārur hæretici Lutherani.

locis sacris nolunt sepeliri, sed in campo, sepultura nimirum asinina, agente id diuina prouidentia, ne sepeliantur, vbi iacere inter catholicos indigni sunt, sed sepultura suopte iudicio vtantur campestri, qua hæretici debent & excommunicati ab Ecclesia sepeliri.

Quam cum vidisset Iesus, misericordia motus super eā dixit illi: Noli flere.

Non tam exteriori oculo, quam interiori viduam desolatam respexit dominus, totus effluēs pietate & miserationibus. Ideo dicitur ab Euangelista: Misericordia motus super eam. Erat enim compatientissimus. Nam quia naturam humanam vere assumpsit, ideo omnes etiam affectus naturæ humanæ, qui illam comitantur, assumpsit. Proinde etiam tanquam homo Christus naturaliter fuit, maximeq; compatiēs & misericors. Nec mirū. Nam in cœlis patrem habuit misericordiarum, Deum totius consolationis, in terris vero matrē virginem pulcherrimæ dilectionis, clementissimę misericordię & pietatis. Dixit itaq; Iesus flenti viduę: Noli flere. Non potuit pijssimum eius cor ferre lachrymas mœrētis, sed ad consolandam eam festinabat. Ideo mox sequitur:

Misericordissimꝰ cō patientissimusq; cur fuerit Christus.

2. Cor. 1

Eccle. 24

Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens tibi dico: Surge.

D Loculū de functi cur tetigerit Christus.

Accessit, inquit, & tetigit loculū. Non opus erat, vt loculum tangeret, potuisset enim solo verbo imperare. Tetigit tamen quo ostenderet humanitatem suam organum esse diuinitatis. Vide autem quia cum Helias suscitare vellet filium viduę, incubuit super eum septies, donec calefacta est caro pueri, deambulans aliquoties huc & illuc, & orans nec tam faciliter suscitare potuit defunctum, vt Christus. Petrus quoq; Thabitam suscitans orauit, nec suo est nomine vsus, sed inuocato Christi nomine eandem suscitauit. Porro Christi multo maiori vtens potentia, non orando, sed sua virtute, imperandoq; excitauit mortuum. Huic enī omnia viuunt, nec aliter mortuis, quam viuis loquitur. Steterunt autem qui loculum portabant, sperantes fortasse quod futurum erat, expectabantque domini voluntatem.

3. Reg. 17

Actor. 9

Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ.

Nihil est mirandum, quod vt Anna mater Samuelis in Cantico dicit: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Qui enim verbo, quum non essent, creauit oīnia, potest eadem, quum fuerint collapsa, quoque restaurare. Imperauit adolescenti, surrexit adolescens, & in loculo

1. Reg. 2

Gene. 1 Psalm. 32

culo resedit. Cœpit loqui, quo vere se viuere indicaret. Sed vide quid benignissimus dominus fecit. Non iussit adolescenti vt se queretur se, nec aliud quippam simile. Sed dedit illum matri suæ. Ab hac noluit eum auellere, in cuius consolationem illum suscitauerat. In quātas putas laudes, in quantum gratiarum actionis affectum desolata illa mater & vidua erupit? Sua enim lætitia alios omnes, qui aderāt, in Dei laudem & in cōgratulationem huius beneficij sui excitauit. Ideo sequitur:

Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

E Psalm. 18

Non fuit ille timor seruilis, qui plebē inuaderet, sed timor domini sanctus pmanens in seculum seculi: nempe timor reuerentiæ & admirationis. Propter quem magnificabant turbæ Deum, cōfitentes eum omnipotentem, eiusq; clementiam in subuentione, consolationeq; humanarum miseriarum laudantes. Laudabant quoque Christum, vt miraculi huius ministrum. Quem quia perfecte nondum Dei filium nouerant, laudē ei tribuunt prophetę magni. Prophetam magnum (vt putatur) intelligebant Messiam Christum, qui in lege per Mosen Iudęis promissus fuerat à Deo.

Deut. 18

Hoc nanq; (puta quod de Christo loquebantur) subindicāt verba quæ sequuntur: quia Deus visitauit plebem suam, vtpote mittens quē mittēdum promiserat, quēq; audiendum & illi obtemperandum iusserat.

Augusti.

Iuxta sententiam Augustini, tres dominus mortuos suscitasse legitur, non q̄d plures non suscitauerit, sed quod de tribus tantum suscitatis in Euangelio legimus. Potuit enim, si voluisset, plures resuscitare, vt fortasse suscitauit, & futurum est, vt in fine mundi resuscitet omnes: tamen de tribus tantum scriptum est mortuis suscitatis. Nec id ociose. Significant enim hi tres aliquid, quo debeamus instrui, de spirituali morte, quæ est peccatum. Per mortem enim corporis, mortem intelligimus animæ. Et per mortuum corporali vita destitutum, peccatorem intelligimus in anima mortuum. Sub triplici igitur differentia Christus mortuos tres corporaliter suscitauit. Primo, suscitauit filiam lairi archisynagogi, quæ intra parietes nondum elata iacebat mortua. Hæc significat mortem animæ, eam scilicet quæ adhuc secreta & intus est, quasi intra parietes domus, in voluntate, nondum in opere. Verbi gratia: Statuit, nescio quis, per malam volūtatem mœchari, nondum mœchatus est, sed voluntatem habet mœchandi, iam mortaliter peccauit, quia scriptum est: Qui viderit mulierem ad concupiscendā eam, iam mœchatus est eam in corde suo. In corde igitur & voluntate iam deliquit, licet peccatū nondum prodierit in opus. Hoc (vt dixi) genus mortis in filia hac defuncta significatur. Quā dominus Iesus (licet æque possit suscitare omnes, cum sit infinitæ virtutis) propter significationem quasi minori ostendit hanc negocio suscitandam. Dicebat enim: Non est puella mortua, sed dormit. Vere dormiebat Christo, qui eam potuit suscitare. Facilius enim ei fuit mortuum suscitare de loculo, quam tu suscitare posses dormientem de somno. Itaq; peccatores in anima, in voluntatisque secreto mortuos dominus Iesus resuscitat. Alterum suscitauit mortuum hic, filium viduę, qui elatus iam erat ad portam, aut extra mœnia ciuitatis. Iam enim omnibus erat manifestum illum esse mortuum. Significantur autem idcirco per hunc mortuum peccatores hi, qui etiam opere peccauerunt. Opere enim tunc mortuus elatus est. Verbi gratia: Cecidit quispiam in peccatum grande, cuius ictu lethale vulnus accepit. Non potest anima hæc diutius viuere, quia eius vita ab ea recessit Deus. Hæc igitur mortua est anima, & iam iamq; ad sepeliendum elata. Oret pro ea mater Ecclesia, congemiscant omnes, plangantq; animam mortuam. Videat Christus fletū vniuersorum, misereatur impij, suscitet eum, qui efferebatur mortuus, resurgat defunctus, & incipiat salutaria loqui. Tertium suscitauit dominus mortuum Lazarum, & hunc quatriduanum. Quarta enim tūc luce iacuerat in sepulchro mortuus, vt dicetur iam de eo: Fœtet. Hunc suscitauit dominus Iesus lachrymans, ac fremens in seipso. Quo ostēdit magni esse negocij suscitari quatriduanum mortuum & sepultum. Non quod impossibile esset ei omne verbum, nec quod maioris sibi foret difficultatis resuscitare quatriduanum mortuum quam resuscitare vna hora defunctum, sed quod voluit indicare peccatorem quatri-

Mortui tres à Christo resuscitari mystice quid.

Matth. 9 Lucæ 8

F

Filia archisynagogi suscitata quos figneret.

Matth. 9

Ioan. 11 Lazarus suscitatus q̄s signet.

Lachrymę Iesu in resuscitatiōe Lazari q̄d indicent. Lucæ 1

duanum mortuum, hoc eſt, eum qui multo tempore in peccatis iacuit mortuus, quemq; prauæ conſuetudinis moles vt ſaxum aut ſepulchrum præmit, grauiter ad vitam redire gratiæ: non quo illi Deus durior inclementiorque ſit quam alteri, ſed quod ſua duritia & obſtinatione, qua in peccatis obriguit peccator, gratiæ diuinæ obicem ponat, nec diuinę illuſtrationi præbeat locum. Hic enim per Lazarũ mortuum nobis ſignificatur, ex monumento reſuſcitatũ, vtpote in peccatis iam ſuis mala conſuetudine ſepultus: quare nemini de illo iam ſpes reliqua fuerit, vt conuerteretur, quippe qui opinione & fama etiam fœteat. Hanc, inquam, difficultatem, vt huiuſmodi peccatores conuerterentur, oſtendit dominus Ieſus lachrymans, fremens, & ſpiritu turbatus in reſuſcitatione Lazari, non propter Lazarum, ſed propter illos mortuos, qui in Lazaro ſignificabantur. Signi ficatum itaque eſt in nobis trifariam eſſe moriendi conditionem, quæ in tribus, q̃s dominus Ieſus ſuſcitauit mortuis eſt exp̃ſſa. Puta in vno qui domi ſecretoq; iacebat mortuus, in altero qui extra domũ elatus fuerat, & in tertio, qui iamdudum erat ſepultus. Quomodo autem hos dominus ſuſcitauit, ita ſuſcitat eos quoque qui in anima per peccatum mortui ſunt, aut in voluntate tantum ac conſenſu, aut in opere, aut in conſuetudine & obſtinatione.

Lazarus quarriduanus q̃s de ſignet peccatores.

Mortis animæ cõditio triplex.

Marci 5 Lucæ 8 Ioan. 11

G

Vos autem filij moneo, vt ab omni genere mortis quæ animam tangit, vos cõtineatis. Nolite circunferre vobis animam peccato mortali obnoxiã, Dei inimicam, gratiæ diuinæ hoſtem, diaboli filiam, gehennæ ream, & inferni eſcam. Nunquam adeo ſit in vobis obſtinata voluntas, vt in peccato ſcienter, vel vno momento perſeueretis lethali. Ideo filij obſecro vnumquemq; veſtrum per mortem domini noſtri Ieſu Chriſti, quam pro veſtra ille ſuſtinuit ſalute, vt omni ad minus ſero, antequam quiſpiam veſtrum ingreditur lectũ, ſollicita diſcuſſione cor ſuum, hoc eſt, omnes, non ſolum actiones, verum etiam verba & cogitationes ſuas viſitet, & penitius perſpiciat, vt ſi aliquid iufidele, iniuſtum, petulãs impudicum, voluptuoſum, ex priuato amore natum, aut proximo iniurioſum ſeu moleſtum in ſe inuenerit, illud antequam ingrediatur lectum, ad iudicium reuocet: atque ſicubi quid in verbo, opere, aut cogitatione perperam actum fuerit, illud corrigat damnando malam voluntatem, illamq; reuocando, & propoſitum ediuerſo conſtabiliendo bonum. Iterum dico filij (vnicuiq; veſtrũ loquor) ſero antequam intraturus es lectum, diſcute cogitatus, affectus, intentionem, animiq; motus, quos habuiſti in omni opere, verbo, & voluntate, luſtrando, inueſtigandoque quid ad hoc agendum, quid ad illud dicendum, quid deniq; ad cogitandum te induxerit. Expende quid in die exacta abieceris, qd recuſaueris, aut negaueris Deo, aut proximo: deinde quid etiam egeris, aut qd egiſſe, agereve volueris. Et ſi in mala te deprehenderis voluntate aliqd, ſcilicet in animo habentem conſtitutum, quod nefarium eſſet, mox ad genua, aut in faciẽ ad terram ante dominũ humilis & ſupplex procide, de peccato quod habebas animo conceptum, veniam pete, & malam corrige voluntatem. Quod ſi iam cecidiſſe te inueneris, aut deliquiſſe, nequaquã deſperes, nec in mala voluntate dejectus maneas, ſed lachrymas quaſcunq; potes, in te excita, veniam humillime à Deo pete, gratiam eius & miſericordiam inuoca, & tanquam modo genitus in Deo ſeruitio ſtatue cauenda cauere, amanda diligere, ſectandaq; imitari. Tertio iterum nunc dico: Non ingrediaris lectum, niſi eo te induxeris, vt doleas ſaltem de omni peccato, vt ſtatuas ab omni cauere delicto præſertim lethali, & diuino, Eccleſię ac ſuperioris tui, cuicunque obtemperare præcepto. Hęc tria adeo ſunt tibi neceſſaria, vt ſine illis tibi non ſit vita. Quæ ſi adſuerint, nulla erit tibi mors, aut periculũ. Dominus noſter Ieſus Chriſtus faciat, vt hæc aliaque, quæ illi placent, ſemper nobis ſe donanteadſint, qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt Deus benedictus in ſecula, Amen.

Exhortatio ad mortẽ aĩę p̃cauendã

Cõſciẽtia quõ cuiliber ſua oĩ ſero diſcutienda ſit.

Tria q̃dã ad mortẽ animæ p̃ cauẽdam neceſſaria.

SERMO IN EADEM DOminica. Vnde mors homini accidit. Qui item ſint, qui efferant ſpiritualiter mortuum ad ſepulchrum.

H

DEfunctus efferebat vnicus filius matris ſuæ. Luc. ſeptimo. Scimus omnes tam certum nobis eſſe mori, quã eſt incerta mortis hora. Proinde quantumuis vita protelet, neceſſe eſt tamẽ mortem tandem accedere

dere, vitamq; finiri. Legimus quidẽ de veteribus Enoch, Mathuſalem & Noe, hiſq; alijs, maxime qui p̃ceſſerunt diluuiũ, quã multi eorum octingentis, nongentiſve vixerunt annis. Quibus tamen aut pluribus expletis, nuſquam nõ ſequitur, & mortuus eſt. Itaq; quamlibet longæua fuerit ętas illorum, recepit tamen finem ſuum. Et tu ſi hodie mille vixiſſes annos, quid de oñi vita tua, quid de tempore, ac alijs quæ prętierierunt, haberes omnibus? Prorſus nihil. Nõ plus tibi de exacta ætate ſupereſſet morituro, quã eſſet infanti, qui quatuor duntaxat diebus vixiſſet. Sciendum autem triplicem eſſe mortem hominis, puta corporis, animæ, & vtriuſq;. Quod ſi interrogaueris vnde veniat mors hominũ, cum ſcriptum ſit: Deus mortẽ non fecit, dicendum quatuor eſſe quę conueniant ad hoc, vñ cauſa ſeu occaſio ſumpta eſt mortis humanæ, quorum tamen nullum cauſa tota ſeu plena foret ſolũ, ſed hæc ſimul accidenti damnant ad mortẽ. Hoc ſane tamẽ intelligatur, quandoquidem hominis inobedientia & præuaricatio non dubitatur pręcipua mortis hominũ eſſe cauſa. Itaq; primum eſt iuſtitia diuinæ prohibitionis. Dederat enim primo noſtro parẽti Deus præceptum in paradiſo, dicẽs: De omni ligno paradiſo comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quacunq; eñ die comederis ex eo, morte morieris. Non autem tunc Eua creata erat, quãdo hoc dedit p̃ceptum Deus. Vnde colligitur, ſi Eua licet ex marito didiciſſet præceptũ datum, tamẽ ad conſilium ſerpentis ſuaſa & inducta comediſſet ſola de ligno phibito, nec Adã illi cõſenſiſſet, mãſiſſemus oẽs in originali iuſtitia incorrupti, iuxta ſententiam Auguſtini ſup Geneſin, dicentis: Si vir nõ peccaſſet, humanum genus minime peccatis corruptum periret. Iamfieri potuiſſet, vt dominus non prohibuiſſet edere de ligno ſcientiæ boni & mali. Quod ſi ita factum fuiſſet, vt non eſſet prohibens, non fuiſſet etiam delinquens. Vbi enim non eſt lex, ibi non eſt etiam præuaricatio. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Dicendum igitur, ſi Deus nõ prohibuiſſet, Adã præuaricari non potuiſſet. Verum hic obijcere quis poſſet: Ergo Deus fuit cauſa mortis. Si enim non prohibuiſſet Deus, homo nõ peccaſſet. Decendum, Deum conſtituiſſe hominẽ liberum in paradiſo, ita vt omnia illi p̃mitteret, vno ſolo prȩcepto dato quo eſum ligni illius prohibebat, in quo quomodo obedientiam Deo exhiberet, probaretur. Nõ enim poterat ſubditus eſſe Deo, nullo accepto præcepto, in quo Deo obediret. Non igitur Deus cauſa fuit peccati, nec occaſionem præbuit delicti, quãuis homo ſibi occaſionẽ ſumpſerit ruinæ. Nã quod ad probatiõem Deus inſtituerat hominis, homo ſibi vertebat in ruinam: & vnde ſumere ex obedientia ſibi debuerat occaſionem coronæ, ibi præuaricãdo ſibi occaſionem ſumpſit ruinę. Quod ergo bonũ erat, præuaricãdo fecit ſibi malum homo. Non igitur cauſam Deus præbuit, quæ induceret ad peccandum hominem, ſed homo ſibñpſi vſurpauit tranſgrediendi temeritatem. Nam ſicut ſcriptum eſt: Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui: adiecit mãdata & præcepta ſua, ſi volueris mandata conſeruare, conſeruabunt te in perpetuum. Appoſuit tibi ignem & aquam, ad quod volueris, porrige manum tuam. Itemque: Ante hominem vita & mors, bonum & malum, q̃d placuerit ei, dabitur illi. Quapropter ſicut Auguſtinus ait, non eſt Deus inuentor mortis, ſed iudex. Mortis enim autor peccator eſt. Secundum quod acceſſit & cooperabatur homini ad mortem, fuit malitia diabolicæ fraudis. Inuidia enim diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Dedita enim opera hoſtis noſter primo circumuenit Euam fraude: deinde per Euam tentauit etiam virum. Tertium quod cooperatum eſt ad mortem, eſt ſtultitia fœmineæ conditionis. Varium enim & mutabile ſemper genus eſt fœmina. Itaque vidit mulier, quod bonum eſt lignum, ad veſcendumque ſuaue: pulchrum item oculis, aſpectuque delectabile, tulitque de fructu eius & comedit. Non enim erat lignũ malum in paradiſo, quod prohibuerat Deus, aut fructus malus, ſed omnia erant bona. A bono igitur Deus Adam abſtinere præcepit, quo perfectior eius foret obedientia. At vbi mulieri magis aſſentiri illi placuit, quam Deo, à diabolo captus eſt.

Gene. 5 Gene. 9

Deum nõ fuiſſe cauſam peccati aut mortis.

Mors hominis triplex q̃ ſit.

Sapien. 1 Mors vnde accidit homini.

Eccle. 15

Gene. 3

Auguſtin.

Gene. 2

Roma. 4

Auguſti.

I

Sapien. 2

Gene. 3

Quapropter ſibi fecit ipſe, vt lignum illud recte vocaretur lignum ſcientiæ boni & mali. Quamdiu enim præceptum non eſſent tranſgreſſi diuinum, nihil niſi bonum ſciebant. Quamdiu, inquam, Deo obediebant, obediebant illis quoq; omnia,

Lignũ paradiſi cur dictum ſit ſcięntiæ boni & mali lignum.

nec eos creatura aliqua lędebat: postquam vero Dei mandatum transgressi sunt comedentes de fructi ligni vetiti, per inobedientem hunc gustum, Adam cum omni posteritate sua, sciuit per experientiam etiam malum. Sensit enim mox rebellionem carnis in se, concupiscentiam malam, & inclinationem ad peccata pronam ac vehementem. Quartum & hoc præcipuum, quod generauit mortem, fuit cupida assensio Adæ, ad acquiescendum mulieri, quum illud sciret malum, & à Deo prohibitum, licet illud fortasse veniale speraverit. 1. Tim. 2 Vnde reuera Adam non est seductus, nisi in hoc quod venialem & leuiorem quam accidit, hanc transgressionem putabat. Mulier autem seducta est, quæ serpēti credidit. Itaq; habes hic quatuor, quæ induxerunt nobis mortem, quam Deus Adę, antequam peccaret, interminatus est. Gene. 2 Parum autem fuisset, si Adæ peccatum fuisset personale tantum, quo solus ipse, non autem eius posteritas damnationis & sententiæ diuinæ particeps fuisset. Sed modo peccatum fuit quidem per illum commissum, sed in eo nihilominus vitiata quoq; est tota natura humana, & sucę transgressionis nos omnes fecit participes, quotquot de eius semine propagati nascimur. Fuimus enim, dum peccaret, omnes virtualiter in eo: ideo peccatum per Adam pertrāsijt in omnes. Roma. 5 Quod Apostolus dicens: Sicut, inquit, per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors: ita in omnes homines mors pertransijt. Eccli 41 Ista mors est amara peccatoribus & iniustis, sicut Ecclesiasticus dicit: O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis. Porro iustis & Deum timentibus non est formidabilis. Propterea ibidē sequitur: O mors bonum est iudicium tuum homini indigēti, pauperi & iusto. Mortis frequēs medi tario q̄ fit vtilis. Est autem mors hæc sæpenumero meditanda. Facit enim delectationes carnis & mundi languescere, & in nulla re gaudere temporali.

K Mors animæ quō interatur. Ezech. 18 Est alia mors spiritualis in hac corporali morte significata, quæ est mors animæ, & illa infertur per peccatum, sicut scriptū est: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Quomodo enim mors corporalis est separatio animę à corpore, ita mors animę est separatio animæ à Deo. Sciendum autē per corporalem hic mortuum adolescētem significari mortuum in anima, qui cecidit in peccatū mortale opere & consensu, is scilicet, qui manifestus est pctōr, & prodit elatus in publicū vt sepeliatur, id est, induretur. Portito res spāliter mortuum efferē tes q̄ sint. Hunc autem quatuor efferunt portitores ad sepulchrum obstinationis & indurationis. De quibus sepulchris loquitur dominus, cū dicit: Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui Matth. 23 similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia. Sepulchra aiæ mortuæ, q̄d. Itaq; primus portitor ad sepulchrū, hoc est, ad obstinationē, desperationem, obdurationem, ac impœnitētiam, est Consuetudo peccandi. consuetudo peccandi. Iterando enim peccatum conscientiæ hebetatur stimulus, & minus lędit, id est, indies minorem sentit lęsionem, ac dolorem, siue vulnus. Inde fit, vt Dei timor paulatim in homine, totus que tādem pereat. Quo extincto sequitur caligo & cæcitas, vt non horreat peccator quoduis perpetrare malum. Secundus portitor ad sepulchrum est peccati defen- Peccati defensio. sio. Cuiusmodi Sodomitæ fuere pessimi: vbi pctm̄ adeo inoleuerat, adeo erat commune, adeo denique propugnabatur, vt Loth viro iusto impios illos roganti ne Gene. 19 peccarent, responderent: Habitare venisti, non leges dare: magisq; reprehenderetur vitiorum accusator, quam patrator. Quādiu enim peccator sua defendere nititur peccata, nullum habet animum pœnitendi. Tertius portitor est persuasio ad ma- Persuasio ad malum. lum. Sunt qui se peccatores agnoscunt ac gemunt, neminem tamen volunt alium in eadem peccata, aliave pertrahere. Dolent sese, quod non valent superare, alijs tamē bene consulunt. Hi ad conuersionem & pœnitētiam magis sunt vicini. Verum contra sunt alij, quibus satis non est se peccare impieque viuere: sed corrumpunt alios etiam & seducunt, quos socios volunt habere peccatorum. Quibus tamē tanquam contagiosis & pestiferis nō est acquiescendum. Hos quoque Sapiens prę uidens hor Prou. 1 tatur cauendos, dicens: Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis: Si dixerint: Veni nobiscum, insidiemur sanguini abscondamus tendiculas cōtra insontem frustra, omnem precio sam substantiā reperiemus, & cætera quę in Prouerbijs sequū tur vsq; ad id: Marsupium vnum fit omnium nostrū, deinde additur: Fili mi, ne ambules

bules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim eorum ad malū currunt. Prou. 1 Quartus portitor, est gloriatio in peccato. De qua in Prouerbiorum q̄que libro dicitur: Lætantur cū maleſecerint, & exultant in rebus pessimis. Et horū cuidam dicitur in Psalmo: Quid gloriaris Psal. 51 in malitia, qui potēs es in iniquitate. Portitores alij q̄tuor. Possunt item alij quatuor portitores assignari, qui animam peccatricem ad sepulchrum impœnitentiæ efferunt. Nam primus est pudor confitendi. Obscœna enim & turpia ac inuerecunda peccata, non audent confiteri, quæ ausi sunt in oculis Dei cuncta cernentis patrare. Sunt enim qui inter pocula audent sua turpia iactare, quæ non audent in secreto confessionis fateri. Pudor cō fitēdi pec cata. Hic pudor multos opprimit, vt loqui non possint, & sic in peccatis perseuerent impœnitentes. Timor faciendi operis pœnitentiæ. Secūdus portitor est timor agrediēdi faciendiq; opera pœnitentiæ. Nemo sibi vim vult inferre, cum tñ Christus (vt scitis) dixerit: Regnum cœlorum vim Matt. 11 patitur, & violenti rapiunt illud. Sed cōtinget nobis iuxta scripturam: Vt qui timet Iob. 6 pruinā, irruat super eum nix. Superbus libenter abrenunciaret honori aut officio: sed timet humiliari aut vilior haberi. Auarus compatitur egeno, sed non potest à nūmo separari, quem tribuat. Libenter quoque ageret pœnitentiam, sed non potest ablata aut non sua restituere. Manet igitur perseuerans in peccatis suis. Pari modo luxuriosus vellet à turpitudine peccati desistere, sed grauate fert, vt voluptate careat, et formidat tentationibus vri. Gulosus vellet ieiunare, sed timet pati famem. Hoc modo quia concupitis nolumus carere, & molestias fugimus ac grauamina, idcirco perseuerantes in peccatis, portamur ad sepulchrum. Spes vana diuturnioris vitæ. Tertius portitor est vana spes diuturnioris vitæ, promittens peccatoribus longum viuendi delinquendique spacium, quo ad pœnitendum nihil de tempore cogitent præsenti, sed futura semper tēpora pœnitentiæ tribuant. Dicunt enim illud Sapientiæ: Venite fruamur bonis quę Sapien. 2 sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuētute celeriter. Coronemus nos rosis, & cætera quæ nihil aliud sonant, quam modo quamdiu possumus, expleamus desideria nostra, & faciamus delectationes nostras: cum recedendum hinc fuerit, tūc à peccatis cessabimus. Quod nihil aliud est dicere, quam postquam diutius peccare non possumus, cessabimus. Non aduertentes scriptum esse: Dies domini sicut fur 1. Thess. 5 in nocte ita veniet. Dicunt enim qui eiusmodi sunt, circa vitę extrema se dicere vel le cum latrone: Domine memento mei. Di Luce 23 cunt scriptum: In quacunque hora ingemuerit peccator, peccatorum illius non Ezec. 18 velit Deus esse memor amplius. At timendum est eos fallendos, puta qui dicere cū latrone hæc verba possunt: Domine memento mei, & cætera, non tamen pari corde, nec eodem spiritu, quo hæc latro dixit. Quid enim tibi hæc verba, pderunt (quisquis es) dicere, si compuncto animo & cō trito, humiliato, pœnitentiq; corde non dixeris? Nemo hæc verba vt latro, salubriter dicit, nisi cui singulari fuerit id gratia datum e cœlo. Quocirca dum sane viuitis filij, audite Ecclesiasticum dicentem: De Eccl. 5 propiciatu peccatorum noli esse sine metu neque adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas: Miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores cito respicit ira illius.

M Desperatio veniæ. Quartus portitor est desperatio veniæ. Dū cm̄ peccata peccatis cumulantur, dum non fit peccatorum perconfessionem euacuatio, dum gloriantur, etiam in pecatis suis impij, nec abstinere volunt à peccatis, nec frangere, vincereque sua praua desideria, fit vt tandem obruentibus simul omnibus peccatis, spem nobis tollant venię hostes nostri, qui donec nos pertraxerint ad peccandum, leuia omnia & remissibilit er mentiuntur. At vbi in profundum malorum duxerint, abducunt in desperationem: peccata nostra & iam aggrauantes, domini vero misericordiam ab oculis & à corde nostro vbique auertunt. His itaque portitoribus defertur anima mortua ad impœnitentiam, ad sepulchrum desperationis & obstinationis. Vestrum autem est filij, vt nunquam perseueretis in aliquo peccato peccati mortalis periculum quantum. mortali. Quando enim in mortali estis peccato, in potestate estis diaboli, & diuina misericordia permittente, iuste vos ille mox ad tartara secum sumeret: sed benignitas Dei vos in pœnitētiam expectat. Rom. 2 Verum videte, ne vobis thesaurizetis iram grauiorē in ire iudicij, perseuerando in peccatis vestris, & contumelijs Dei. Ah

filij agnoſcite miſericordiã dñi noſtri Ieſu Chriſti. Nõ erit difficile ei veſtri miſereri. Pronior eſt ad miſerendũ, q̃ vos eſſe poteſtis ad petendũ. Nõ erit quoq; difficile vobis ſaluari. Petite ex toto corde veniã à pijſſimo dño noſtro Ieſu Chriſto ſaluatore p peccatis veſtris, & eadem lugete. Stabiliatis voluntatẽ veſtrã ad non peccandũ denuo, & pro gratia hac adiutorioque vobis à Deo conferendo, eundem indefinenter obſecrate, & procul dubio ſalui eritis ſperãtes in eo. Si ſenſeritis vobis diſpliceré peccata veſtra, & volueritis ab his deinceps contineri, & quanquam nota ſit vobis fragilitas veſtra, non tñ vultis denuo ad eadem ſcienter & temere redire, ſed deo in omni eius beneplacito ſeruire: et ſi p̃terea ad hoc perficiendum cõfiditis in auxilio diuinæ pietatis, credite mihi, Dei miſericordia, ſi vos circa finem ita inuenerit, ſaluabit vos in Chriſto Ieſu domino noſtro, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Saluari q̃ modo nõ ſit homini difficile

DOMINICA XVII. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Epheſios IIII.

XXVI. OBſecro vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Vnus Deus, & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia & in omnibus nobis.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A SVperioris dominicæ lectio in eadem epiſtola ibi finiebatur, vbi hodierna die p̃ſens nũc incipit. Scripſerat nanq; Epheſijs diuus Paulus, quantũ rogaret deũ, genua ſua flectens ad eundem pro illis, illiſq; vt implerent omni plenitudine Dei, optaret. Verũ quia ſciebat non ita ſua dona homini infundere Deum abſque conatu, labore & deſiderio hominis: idcirco hortat nũc Epheſios his donis, quæ illis quotidie precabatur ipſe, ſeſe, qui dona hæc Dei cuperent, dignos idoneoſque præſtare. Itaque dicit: Obſecro vos ego vinctus in domino. Dũ hæc ſcriberet Paulus Epheſijs, Romæ tũc erat vinctus catenis, & in carcere ſeu cuſtodia. Propterea dicit ſe vinctũ, nõ ppter furtum aut homicidium, ſed in dño & propter dominum, hoc eſt, pro amore dñi. Sed vide quid obſecrat, id eſt, per ſacra rogat: Obſecro, inquit, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. Ambuletis quomodo vocationem veſtram decet, vt moribus ſanctitateque vitæ, id quod Chriſti ſeruum oportet, præſtetis. Ambuletis autem ad cœleſtem tendentes patriam cũ omni humilitate & manſuetudine. Vide quomodo humilitati mãſuetudinem, hoc eſt, mititatẽ coniungat: quas q̃ſq; Dei eſſe vult ſeruus aut diſcipulus, nõ negligat oportet, cũ dñs dicat: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Cũ patiẽtia ſupportantes inuicẽ, q̃ alter alterius onus iuuet portare: in charitate, hoc eſt, nõ ppter inanẽ gloriã, nõ ppter cuiuſcũq; importunitatẽ, nec ppter q̃dcunq; aliud, ſed ſolũ ppter charitatẽ. Inter aduerſa, q̃ viciſſim ſuffertis, eſtote ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs, vnanimitatẽq; volũtatis, vt ſit vobis cor vnũ & anima vna in domino, in vinculo pacis, quo pax animorum in exterioriq; homine cõcordia, ſit inter vos vinculum quoddam & nexus vnitatis ſpũs. Vnum corpus eſtis myſticum in Chriſto, qui eodem ſpiritu viuitis. Vnus enim ſpiritus eſt ſanctus, q̃ vos viuificat, docet, ducit & regit, ſicut multa mẽbra eiuſdem corporis corporalia anima vna fouet, eiuſdemque vitam pſtat. Sitis igit hoc modo vos quoque omnes in Chriſto vnum corpus per fidei dilectionis que vnitatem: & ſit vobis vnus ſpiritus, vna mens, vna voluntas, ſicut omnes in vna ſpe vocationis vocati eſtis, & quomodo ſimul vnum patrem habetis, ad vnam patriam ambulatis, eandemque remunerationẽ expectatis. Vnus eſt dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui in libertatẽ de ſeruitute peccati vos liberauit. Vna fides, qua ei ſeruit & qua colitur. Vnum baptiſma, nunquam ſcilicet iterabile, quodque idem eſt, ſiue à bono ſiue à malo id ſeruo miniſtretur. Vnus Deus & pater omnium. De quo Eſaias dicit: Pater noſter es tu: nos vero lutũ. Et factor noſter tu, & opera manuũ tuarũ omnes nos. Itaque vnus Deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnes exaltatus & ſupereminens, vbique & per omnia diffuſus & in omnibus nobis omnia implens, omnia poſſidens, omnia gubernans, & per gratiam ſuam in omnibus nobis, quotquot hanc vnitatem ſeruamus, quot quot in vnitate ſpiritus viuimus, habitans.

Epheſ. 3

Mar. 11 Gal. 6

Actor. 4

Ioan. 8 Rom. 8

Eſaie 64

EXEGESIS EVANGELII dominicæ decimę ſeptimæ poſt dominicam ſanctæ Trinitatis. Lucæ XIIII.

B ON vno duntaxat, ſed varijs tentabat modis dominus Ieſus ſaluator noſter animas, propter quas ſaluandas in mundũ venerat, ad patrẽ reducere. Ideo p̃ his orabat ſæpius, p̃ his vigil noctu in mõte, aut alibi ſolus orando frequens morabat, pro his ſynagogam accedebat Iudæorum, pro his de caſtello ad caſtellum prædicaturus ibat. Poſtremo ad conuiuia quoque eorũ, quos ſui nouit obſeruatores & ſibi æmulos, ire non recuſauit. Nihil enim omiſit, quod ad animarum ſalutem prodeſſe potuit. Omnia autem faciebant propter electos. Vnde eſt intelligendum, quod hi ſoli non erant in domo phariſæi q̃ Chriſtũ obſeruabant, & q̃ liuido aĩo Chriſtum inuitantes, aliquid inuenire deprehendereve in Chriſto quæſierunt, q̃ accuſarent eum: ſed fuiſſe etiã ibi bonos, q̃ ex verbis Chriſti inſtruerent, & ex eius ædificarent ſermone. Propter quos præcipue iuit, alioqui fortaſſe ad ſolos malos non iturus. Dicit igitur Euangeliſta:

Lucæ 6 Matt. 13

Matth. 9 Matt. 6

1. Tim. 2

Cũ intraſſet Ieſus in domũ cuiuſdã principis phariſæorũ ſabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum.

Non bono corde ac ſyncera dilectione putamus hunc phariſeum dominum inuitaſſe, ſed more ſuo phariſaico, qui erat magnam ſanctitatem externa exhibitione oſtentare, in conſuetudine humana opera promittere iuſtitiæ: latenter vero & in animo plenum eſſe odio, auaritia & hypocriſi. Hoc modo phariſæus q̃noque hic noſter dominum tractauit: Inuitauit quidem illum ad prandium, ſed ſubdola id videtur mente feciſſe. Nam ſequitur: Et ipſi obſeruabant eum. In conuiuijs ſolet homo eſſe loquacior, liberior ac familiarior. Quare Chriſtum quoque ſperabant phariſæi in aliquo exceſſurum, quo illum notarent ac cuſandum. Quamuis autem Chriſtũ obſeruantes phariſæi, non ſunt in eo ædificati (hoc enim non quærebant) non tamen Chriſtus, ſed nuidia & odium eorum eos ſcandalizabat. Nos vero benignitate & patientia Chriſti inſtructi cõfortamur, vt illius exemplo aduerſarios, inſidiatores ac calumniatores noſtros non deuitemus, vbi pro gloria eſt Dei aliquid agendũ: ſed inter malos quoq; diſcamus boni viuere, ficut luminaria in hoc mundo. Intrauit aũt Ieſus domũ illius phariſæi ſabbato mã ducare panem. Nõ de ſolo pane loquit Euangelium, ſed quõ vetus quoque teſtamẽtum per panẽ ſignificat cibos alios quoſcũque, ita hic quoq; per panem manducandum, refectionem intelligit paratam. Vtit enim ſcriptura nomine panis pro refectione, propter ſignificandam ſobrietatem, q̃ in refectione quærẽda eſt. Diſce hic Chriſti Ieſu paupertatem, qui nihil in hoc mũdo tanquam proprium habere voluit, qui quaſi egenus & vere pauper aliorum hominum eſt miniſterio refectus, ad alienas ædes inuitatus. Diſce hic quoque Chriſti humilitatem, quia neminẽ ſpreuit, ſed ad obſeruatores & æmulos quoque ſuos acceſſit. Diſce poſtremo Chriſti ſynceritatẽ. Nam licet ad domum huius eſſet phariſæi inuitatus, non tamen à veritate aut rectitudine declinauit, quo minus diceret aut taceret, quod erat dicendum, aut palparet diſſimularetque veritatem.

Mos phariſæorum qs fuerit

phil. 2

Panẽ diuerſa ſignificare

Pauptas Chriſti

Humilitas Chri.

Synceritas Chri.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

C Non immerito quis ſuſpicari hic poſſit hydropicum hunc phariſæorum ſtudio qui quereret ſanitatem à domino, pro curatum, quamuis id neſciret infirmus, ſed

ſed inuidia phariſæorum ita actum, vt tũc ſabbato curandus veniret, quo obſeruarẽt an ſabbato curaret. Erant em̃ phariſæi auidiſſimi laudis humanæ, & à vulgo æſtimabantur (quia ſic æſtimari quærebant) ſingulari quadam ſanctitate præditi. Inde igitur, quia gloriam, hominumque opinionem amabant, inuidia moti ſunt contra Chriſtum. Quem videntes turbæ longo interuallo anteire phariſæorum ſanctitatem, puta in ſapientia, in eloquentia, in virtute miraculorum & fama, Chriſtũ neglectis phariſæis ſequebãtur. Ideo obſeruabãt eũ, quæſtionibusq; tentabant, ſimulantes humilitatem duplici corde. Quærebãt autem hoc præcipue, vt in Chriſto quippiam inuenirent reprehenſibile, quo eius denigrarent famam. Quo nos vehementer exultamus & gratulamur Chriſti perfectioni, quod ne ab aduerſarijs quidem illius, licet multum inſidiantibus & infeſtis, potuerit in eo inueniri quicquam, ꝗd vel haberet mali ſpeciem. Quia vero diximus ſæpius, quod phariſæi obſeruarint dominum Ieſum, dicendum triplicem eſſe obſeruationẽ. Prima eſt humilitatis & charitatis, propterea ꝗd aliũ obſeruans optime ſentiat de illo, & cupiens eius operibus ac moribus inſtrui ac ædificari, ideo obſeruet illum. De huiuſmodi obſeruatione phil.3 ſeruidæ voluntatis Paulus dicit: Obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Alia eſt obſeruatio, quę fit ſuper aliũ propter illius imperfectionẽ. Et hæc fit vt ſicut magiſter ſuũ obſeruat diſcipulũ: quem vbi in arte defecerit, quærit inſtruere, ita quiſque obſeruet alium in moribus, quẽ benigne erudire, corrigere, ſeu illum vult monere, vbi deficere aut peram agere conſideraverit. Et hæc obſeruatio ex charitate venit. Tertia obſeruatio contingit ex inuidia, qua quiſpiã quærit & nitit inuenire aut explorare aliquid, quo alium, cui non fauet, confutet. Hęc eſt prorſus contra charitatem, vtpote obſeruatio inuidiæ. In duabus enim primis autis qui obſeruat, aut ille qui obſeruatur, quæritur fieri melior. In tertia fere ſemp latet inuidia: hoc caſu excepto, vt dum prę latus obſeruat ſuum ſubditum, pro quo rationem reddere tenetur, aut contra quẽ accuſationes & quærelas audiuit: qa tunc hæc obſeruatio non pertinet ad tertiam, ſed ad ſecundam conditionem. Non debet tamen prælatus, vbi nihil accuſationis nihilve ſuſpectum aduertit, ex ſola curioſitate inueſtigare ac quærere quod corrigat in ſubdito: ſed tunc ſolum debet corrigere quando aliquid denunciatur aut percipit, aut quando admonetur, vel ab interna inſpiratione, vel ab hominibus vigilare ſeu accuſati alicuius vitij veritatem explorare. Scriptum em̃ eſt: Nõ quæras iniquitatẽ in domo iuſti, nec vaſtes requiem eius. Itaque qui nullius habet rei curam ſibi commiſſam, non recte obſeruat alium, niſi (vt ſupra dixi) id fiat ex ſingulari charitate, ꝗ timet ſuo fratri confuſionem, ignominiã aut ruinam. Itaque dominus habens hydropicum ante ſe, cuius infirmitas orabat, dixit, vt ſequitur:

Quare Chriſtum obſeruarit phariſæi

Matt.22

Chriſti perfectio quãta

Obſeruatio triplex quæ

Prælatus qñ ſuũ obſeruare debeant ſubditum

Prou.24 Obſeruatio charitatis ꝗ ſit

Et reſpondens Ieſus dixit ad legiſperitos & phariſæos, dicens: Si licet ſabbato curare?

D Reſpõſio Chriſti ad cogitationes phariſæorum

Quid reſponderit (inquis) dñs, mirum eſt, qui nihil fuit interrogatus. Verum eſt, nihil ad phariſæorum verba, ſed ad eorum cogitationes & corda reſpondit. Nouit enim quid in illorum ageretur cordibus. Sentiebat eos ad murmurandum peramque iudicandum paratos, ſi ſabbato curaret. Ideo quo minus illi ſcandalizarentur, qui ex cæcitate ſua ſcandalum ſibi ſumebant, non ex Chriſti operibus eorũ reſpondit cogitationibus dicens, interrogando eos, antequam in ſabbato curaret languidum, atq; eos ne ſcandalizarentur præmonere, ſeu rationem reddere volens, dicit: Si licet ſabbato curare? Licet ne (inqt) hominem ſanum facere miraculoſe atque potẽtia diuina? & hoc in ſabbato? Hoc enim modo curare nihil eſt contra ſabbatum agere, cum ſit opus diuinum, pium, cũ ſit opus charitatis, quod ad Dei fiat honorem, quod Dei omnipotentiæ contemplationem, deuotionem, ac Dei amorem excitet. Huiuſmodi opera à Deo non ſunt prohibita, vt etiam præcepta ſint fieri in ſabbato, & ad huiuſmodi ſit opera inſtitutum ſabbatum, ſiue celebritas ſabbati, qua diuinis operum contemplandis vacemus.

At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehẽſum ſanauit eum, ac dimiſit.

Non interrogauit Ieſus phariſæos, ꝗd liceret dubitans, ſed eorum confutare cupiens errorem ac temerarium iudicium interrogauit. Ipſe enim nouit quid ſentiebãt. Verum nihil reſpondentes phariſæi, tacuerunt. Non enim habuerunt ꝗd reſponderent. Nec latuit eos ſapientia Chriſti, vt ꝗc quid reſpondiſſent, aut imperfectum, aut ineptum aut temerarium id fuiſſet. Tacebant igitur, ſed retinebant nihilo minus ſuam obſtinatam cæcamque opinionem de Chriſto, qnod curare hominem violatio eſſet ſabbati. Atque ideo non verbis, ſed opere quod liceret, dominus illis oſtẽdit. Siquidem infirmum manu apprehendens ſanauit ſine verbo, ſine oratione, ſola ſua voluntate imperante. Sanatum vero dimiſit, hoc eſt abire fecit, quo viderent omnes perfecte illum curatum. Poſt hoc quia vidit eos in cordibus ſuis murmurare, ſequitur:

Et reſpondens ad illos dixit: Cuius veſtrum bos aut aſinus in puteum cadit, & non continuo extrahet illũ die ſabbati? Et non poterant ad hæc reſpõdere illi.

E Viſo hoc tam grandi miraculo, nihil ædificati ſunt phariſæi, ſed fatue iudicabant Chriſtum violaſſe ſabbatum. Atque ideo ad illorum cogitationes iterũ reſpondens dominus, dixit: Cuius veſtrum bos in puteum cadens ſabbato non extrahit? Si licet iumento ſubuenire grandi cum labore in die ſabbati, ſubuenire homini nõ licet? Quaſi dicat: Auaritia excæcat vos veſtra, qua res veſtras perire nõ vultis, vt nõ videatis multo magis miſericordiam faciẽdam homini puta rationali creaturæ, quã iumento. His phariſæis ſimiles ſunt quidam paſtores Eccleſiarum aut prælati, qui bus maior eſt cura pro animalibus, pro iumentis & equis ſuis, quam pro animabus ſubditorum. Aegrotat equus, & quærit remediũ: periclitatur ſubditus, & diſſimulat. Quotidie vident ſubditos delinquere in ebrietatibus, impudicitijs, blaſphemijs, & impijs iurationibus: & adeo non arguũt, vt etiam ſe inter illos quaſi delinquentium capita conſtituant. Itaque quando e fauci bus diaboli extrahere animam alienam cõtenderẽt, ꝗ ſuas proprias venditant diabolo animas, alienasq; ſuo ſeducũt exẽplo? Hoc dictũ ſit ad illos, qui plus dolent (ſi in

phariſæis iſtis ſimiles ſunt ſing

firmetur) pro oue aut pro porco, quã pro anima ſubditi. Noſtrum tamen o filij non eſt de alijs iudicare. Neſcimus bona eorum, etſi videamus mala. Nam quales ſint adhuc futuri, ignoramus. Ingemiſcamus igitur & compatiamur alienis peccatis. Quod autem ad Chriſti verba reſpondere non poterant phariſæi, mirum non erat. Concluſi enim erant vt aliter ſentire aut contradicere non poſſent vtentes ratione, licet eos ad alia ſtimularet inuidia. Videbant enim omnia ſecreta ſua Chriſto (ꝗd ex verbis eius ſenſerunt) nudata & patefacta. His itaque in hoc confutatis, ad curationem ſpirituali eorum hydropiſis, hoc eſt, ad curandã illoꝝ ſuperbiam ſe cõuertit

Reſpõdere cur nõ potuerint Chriſto phariſæi

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cũ inuitatus fueris ad nuptias, non diſcũbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit ab illo inuitatus: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere.

Auiditate honoris & ambitiõis quę rebant phariſæi primos accubitus in conuiuijs. Quos arguere volens dñs Ieſus, vſus eſt parabola, intendens ſtimulare ambitionem, & ad humilitatem eos reducere. Admonet igitur eos honeſtatis, ne ſuũmum quærant locum, vnde poſtea cogantur deſcendere (quod turpe eſſet) ad locum inferiorem. Vult enim magiſter humilitatis menſuram nos noſtrã agnoſcere, ne ingeramus nos ad honores, ſed optemus potius neſciri, non reputari. Quod ſi alij nos honorare voluerint, nõ eſt nobis importune nimis reſiſtendum, nec pertinaciter abnuendum. Si enim inuitus fueris honoratus, nihil te lędit honor, in quo nõ delectaris. Laudatior igitur eſt, qui verecũde & humiliter acquieſcit, indignum ſeſe interim honorare agnoſcens, nec de honore quem tolerat magis quam acceptat, ſibi quicquam aſſcribens, quam ille qui importune renitens alios contriſtat. Modeſtiam hanc Salomon quoque commendans circa honoris appetitũ, eadẽ quæ hic Chriſtus ſuadet, dicẽs: Ne glorioſus apparea coram rege, & in loco magnorũ ne ſteteris. Melius eſt vt dicatur tibi: Aſcende huc, ꝗ vt humilieris coram principe.

F

Menſurã quõ ſuam agnoſcere debeat hõ

Honor quẽ nõ lędat

Prouer.25

Sed

Sed cum vocatus fueris, vade & recumbe in nouiſſimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.

Non putandus eſt Chriſtus nos velle docere, quomodo efficiamur glorioſi, ſed honeſtatem atque ciuilitatem docet. Quid autem hanc modeſtiam ac ciuilitatem ſequatur, indicat dicens: Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.

Non igitur nos humiliare debemus, vt gloriam inueniamus (quod eſt hypocritarũ & adulatorum) ſed q̃d iuſtũ & honeſtũ eſt, honeſte & iuſte faciamus. Ad Dei igit honorem & contemptum noſtri ſimus ferentes, & in nobiſipſis tã in cognitione, q̃ in affectione humiles. De gloria aũt nihil nobis vendicemus, ſed fugiamus potius honores. Quod ſi (vt ſcriptum eſt) fugientes gloria nos ſequatur, hoc ignorantię & beneuolentiæ tribuamus hominum, q̃ aliquid nos exiſtimãtes, cum nihil ſimus, honore quærunt nos afficere. Debet autem nobis magis certa eſſe noſtra notitia, quã vt aliena exiſtimatione efferamur. Loquitur tamen etiam hic Chriſtus hoc modo phariſæos arguens, quod gloriam non ſolum indigne, ſed etiã inepte & ſtolide quærerent, quaſi diceret: Si gloriam hominum quæritis, imprudenter agitis, conſtituendo vos in ſuperiori loco, vnde maior vobis oritur ignominia. Deſpicit enim vos vnuſquiſque aduertens ambitionem veſtram, poteritque fieri, vt turpiter humiliemini in omnium aſpectu. Sed ſi gloriam quæritis, honeſtius facietis humiliter agẽdo, vt gloria magis vos, quam vos gloriã, quærat. Honeſtius enim audies ad honoratiorem locum te vocantem, quam vt audires de ſuperiori ad viliorem te deducentem.

Humilia re noſipſos curdebeamus

Gal.6

Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

G Non dicit, Omnis qui exaltatur, humiliabitur, ſed q̃ ſe exaltat, hoc eſt, qui magnus vult eſſe, æſtimari ac præferri, hunc etiam ſua temeritas humiliabit. Supbia em̃ in omni homine eſt deteſtabilis. Et qui ſe humiliat, exaltabitur. Non intelligendũ eſt nec conſultum, vt ſe quis humiliet propterea, vt exaltetur, hoc enim duplex ſoret ſupbia. Nõ eſt aũt dubiũ eiuſmodi inueniri hoĩes, q̃ ppterea humilitatẽ fingant. Scriptũ nanq; eſt: Eſt q̃ negter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Hic bis eſt ſuperbus, quia ſuperbus eſt & fingens ſe humilem, cũ nõſit. Eſt etiam hypocrita. Moſes ſuperbiam, quam ſit exoſa Deo, indicat, dicens: Anima quæ per ſuperbiã aliquid commiſerit, quoniam aduerſus dominũ rebellis fuit, peribit de populo ſuo.

Ecclſ.10

Num.15 Superbia q̃ ſit Deo exoſa

Fugite igitur ſuperbiam, qm̃ vbique in ſacra ſcriptura eos maxime legimus Deo & eius iuſtitia vindice humiliatos. Adam q̃ p obedientiam Deo ſe noluit ſubĩcere, nonne humiliatus eſt? Dathan & Abiron qui Moſi imperium contempſerunt, non ne terra deglutiuit? Abſolonem contra patrem ſuum Dauid inſurgentem, quomodo Deus humiliauit? Deinde vide Sennacherib, Holofernem Nabuchodonoſor, Nicanorem, Antiochum & ſuperbiſſimos quoſq;, quibus ſint ignominĩs & ſupplicĩs detriti. Stat igitur in veritate, vt omnis qui ſe exaltat, humilietur, & qui ſe humiliat, exaltetur. Eſtote igitur filĩ chariſſimi viuentes in humilitate, altiora & menſuram veſtram quæ excedunt, non appetatis. Optetis eſſe magni, perfecti, ſancti & ſynceri in oculis Dei, non in oculis hominum. Diligatis ſanctitatem, non appetatis magnitudinem. Optate vt inter omnes homines Deum maxime diligatis, vt ſitis fideliſſimi obedientiſſimique eius ſerui. Et hoc ideo, vt illi propterea placeatis: non vt præ aliĩs excellentes ſitis aut appareatis. Amat Deus deuotionem, amat ſeruorem amat charitatem, non amat ſingularitatem aut extollentiam. Dominus noſter Ieſus Chriſtus hæc eadem aliaque cuncta, quę à nobis requirit, nobis quoque largiatur, q̃ eſt benedictus in ſecula, Amen.

Gen.3

Num.16 2.Reg.15 Eſaiæ 56

Iuſſ.10.Ia Dan.4

2.Mac.15 1.Mac.6 2.Mac.9 In humilitate quõ ſit viuendum

SERMO IN EADEM DOMINICA. De multiplici genere conuiuiorum, & de inſtitutione ſabbati.

H Euangelĩ huius inſtinctiões piæ q̃ ſint.

CVm intraſſet Ieſus in domũ cuiuſdam principis phariſeorum ſabbato manducare panẽ, & ipſi obſeruabant eũ. Lucæ decimo quarto. Multa ſunt quę in hoc nobis Euangelio innuuntur, inſtruentia nos ad pietatem. Nã quod dominus intrat domum principis phariſæorum manducaturus panem, monſtrat non eſſe illicitum ire ad prandium, cœnam ſeu conuiuium, ſi tamen illud fuerit honeſtum & moderatum. Quantum autem dominus ſe humiliauerit æmulis ſuis, ex hoc liquet, quod ad prãdium non recuſet ire phariſęorum: eorum ſcilicet, qui inuidi obſeruabant eum. Omnia enim ſuſtinuit propter animas. Eſt autem nobis occaſio hic quædam dicendi de conuiuĩs, quæ ſub multiplici contingunt differentia: quorum quædam probanda ſunt, quædam vituperanda. Primo eñ quædam ſunt conuiuia ex naturali dilectione, cuiuſmodi conuiuia permiſit exerceri in domibus filiorum ſuorum ſanctus Iob, qui filios ſuos benedicens, ſollicitus erat, ne forte quicquã agerent, quo offenderent dominum. Et hoc ſimiliter laudatur in parabola de prodigo filio, cui pater ex naturali dilectione paterna inſtaurauit conuiuium ad gratulandum ex perditione redeunti. Secundum eſt conuiuium, quod ex benigna exercetur pietate, cuiuſmodi ſanctus Tobias contribulibus ſuis ac pauperibus non raro parauit conuiuiũ. Solus enim ęgre manducabat vir religioſus, non ob aliud, niſi vt dona Dei egenis quoq; participaret. Et tu relinque magnos diuites, optimateſque extra domum tuã. Illi enim in domo ſua habent comedere. Qui ſi tecum prandent, tantum impenſarũ propter illos abſumitur, vnde viginti pauperes alios aut triginta refeciſſes, ne dicam centum. Nonne dulcius tibi foret, vt eiſdẽ impenſis ſeruatis, imo nullo penitus alio ſumptu exhibito, Chriſtum loco diuitũ centies tecum haberes in menſa, quam vt ingentem adeo inutiliter in conuiuia profundas pecuniam pro gratia & fauore hominum conquirendo? Sed, inquis, amicitia hominum egeo: non reprehendo. Vtinam pro charitate aut neceſſitate fierẽt moderata & licita conuiuia. Sed aliud eſt conuiuium, pro quo ab hominibus recipis mercedem temporalem, aliud eſt, quod Chriſti contemplatione, aliud q̃d propter hoĩes facis. Vt tamen dixi, honeſta moderataque conuiuia non obiurgo: ad alia autem (cuiuſmodi Tobias fecit, filioq; ſuo facienda mandauit) etiam hortor & præcibus inuito. Cuiuſmodi, inquis, ſunt? Vt de his, quæ cum tua familia, nullis aliĩs additis impenſis, eras manducaturus, impartias ſimul vni alterive peregrino, aut pauperi, aut viris religioſis Deum timentibus, gaudeaſque vere & ex animo læteris, Chriſtum te habere in menſa tibi aſſidentem. Nam Chriſtum certiſſime habes, ſi in paupere Chriſtum contemplaris, ſi Chriſti amore pauperem paſcis, ſi Chriſti denique nomine pauperi benefacis. Non te fallere poteſt veritas, dicens: Quicqui vni ex minimis meis feciſtis, hoc mihi feciſtis. Vtinam aſſueſceres, vtinam hunc tibi mortem induceres, quem ſancti quidam Dei amici ſibi induxerunt, licet diuites, quo ſolus prandium nunquam ſumeres, ad menſam nunquam ſederes, niſi pauperem aliquem virum, quem Dei amore tecum reficias, habeas. Eædem ſunt impẽſę, idem ſumptus, eadem coquendi & parãdi opera, quibus Chriſtus reficeretur & ſeruus. Quamobrem ſi vis iucunda habere vitæ extrema, hoc conſilium amplectere, vt pauperem tecum, cui de cibis tuis imparti as, habeas ſemper inmenſa. Tertiũ eſt conuiuium, quod ex liberalitate & honeſta amicitia offertur, cuiuſmodi diſcipuli duo euntes in Emaus fecerunt Chriſto. Et hoc quoque laudabile eſt, vbi ſe offert occaſio aut neceſſitas proſeruãda charitate. Hoc modo non improbantur recreationes ac cœnationes licitę vicinorum & artificum in diebus feſtis, vt ſimul tunc ad nutriendam inter ſe dilectionem donis Dei reficiantur. Non tñ opus eſt hic magnis impenſis, quia vbi tenuitas eſt, ibi etiam iuxta hoc ſunt epulæ paratæ, ne magis comeſſatio quæratur, quam charitas. Solẽt enim pauperes ſuo modo conuiuari, vt vicinus ad vicinum ſuum, quem ſibi parauerat cibum comportet, illeque quam dominus dederit benedictionem amico ad ſe venienti apponat. Itaque ſi abſque ebrietate, abſque laſciuia & grauibus impenſis honeſte de his quæ parauerat ſibi comportatis vicini commanducarent, non poſſet improbari, q̃a charitas in huiuſmodi q̃ñque læſa redintegraretur foueretur que, ne tanta eſſet inuidia inter eiuſdem artificiũ profeſſores. Verum, vt dixi, ſobria, moderata, atque honeſta hæc debent eſſe conuiuia, non ad detractiones, ſed charitatis inſtaurationem inſtituta, in quibus Deo non carni, non mundo, nec diabolo ſeruitur. Quartum eſt conuiuium, quod ex honore hoc eſt, quod animo honorandi exhibeĩ. Hoc modo Leui Chriſto exhibu

Humilitas ficta vti ſit duplex ſupbia

Pauperes cur potiꝰ adcõuiuia vocandi ſint quam diuites

Tob.2.4 Chriſtus q̃ modo ad mẽſam ſit recipiẽd⁹.

Conuiuĩ liberalitatis quod

Lucæ 14

Conuiuĩ honoris quod ſit Mar.2 Matth.9

Matt.26

I Conuiuĩ liberalitatis quod

it conuiuiũ. Huiuſmodi conuiuium etiã ſi homini exhibeat, licitũ eſt, puta vt q̃d Apoſtolus monet, cui honorem, honorẽ. i. cui debes exhibere honorem, impendes honorem, modo nihil in hoc fit conuiuio, vnde offendatur Deus. Quintũ eſt cõuiuium ex conſuetudine, vt ſit in nuptijs, vbi cõiuges cũ gaudio & feſtiuitate quadã coniunguntur. Hoc conuiuiũ etiã ſanctorũ fuit, ſicut legit de iuniore Tobia ſenioris filio, cui angelus Raphael, vt Saram Raguelis filiam in vxorem acciperet, perſuaſit, propterea quod illi ex lege debebatur. Vbi pro vtriuſque coniunctione narratur conuiuiũ in domo Raguelis ſeruatũ. Huiuſmodi autem conuiuia aut ſolennitates quam non diſpliceant Chriſto, quamdiu tñ hæc intra fines ſuos ſeſe continent, palam eſt ex hoc, quod Chriſtus in nuptijs eiuſmodi interfuerit conuiuio, vinũque ex aqua mutauerit. Sextum eſt conuiuium, quod fit ex oſtentatione magnificentiæ. Et hoc modo rex Aſſuerus grande fecit conuiuium, vt in Eſther legitur. Hoc modo hodie q̃q; ſumptuoſa nimis multa fiunt conuiuia, ad oſtentationem ſolam pertinentia. Et hoc conuiuium non laudatur in ſcriptura. Septimũ erat conuiuiũ ex voluptuoſitate, quale erat conuiũ Nabaal & epulonis diuitis in Euangelio: & hoc quoque reprehenditur in ſacra ſcriptura. Octauum eſt conuiuium ambitiõis, quod Adonias inſtante electione regis fecit, in uitatis optimatibus de curia patris ſui Dauid, p q̃s ad ſe regnum ducere q̃rebat. Nonum conuiuiũ legit Abſolonis fuiſſe, quod erat malitiæ, in q̃ fratrem ſuum occidit Ammon. Ad hoc nãque ordinauit cõuiuium, vt Ammon vbi temulentus eſſet, armatis obrutus occideret in vltionẽ Thamar violatę ſororis ſuæ. Hæc quatuor vltima cũuiuia fuerunt mala. Priora enim aut laudata, aut ſaltẽ toleranda. Veſtrum erit o filij ex his ſecundum eligere conuiuium, q̃ Tobiã imitemini ſanctũ, eiuſq; anteceſſores, patriarchas ſanctos. Secundũ q̃d in Euangelio nobis innuitur, eſt de violatione aut obſeruãtia ſabbati. Cuius obſeruatio q̃ eſſe debeat vt ſciat, animaduertendũ de obſeruatione ſabbati præceptũ nobis à Deo eſſe datũ: q̃d alio tñ mõ in nouo, alio in veteri teſtamento obſeruabatur. In veteri enim teſtamento erat vt figura Chriſti quieſcentis in ſepulchro, & erat præceptum cæremoniale, quo poſt ſex dies qui mortalibus conceſſi ſunt ad operã dum temporalibuſq; lucris inſiſtendum, ſeptimam Deus inſtituit diem, quæ eſſet requies & ceſſatio ab omni labore. Quæ requies, vt dixi, præfigurabat requiem Chriſti poſt laborem paſſionis, & poſt hominis recreationem in ſepulchro quieſcentis. Sicut enim ſexta feria creatus eſt homo, ita rurſus ſexta feria recreatus, redemptus, renouatusque eſt homo. Hoc modo in veteri lege, quantum ad hoc quod ceremoniale erat, trãſijt vt hoc modo nos non obſeruemus ſabbatum. Porro quantũ ad alium modũ ptinet, quo eſt morale præceptum, manet etiam in nouo teſtamento, q̃ iubemur abſtinere ab omni opere ſeruili, vt ſunt quæ fatigationem inducunt, quatenus Deo quis libere vacare non poſſit, ſiue hæc ſint in opere naturali, ſiue in occupatione terrena: cuiuſmodi eſt negociatio venditionis, elocationis, iudicia, quæſtus p rebus tẽporalibus, haſtiludia, ludi illiciti, & reliqua id genus, tã externa, q̃ interna alia, q̃ animã detinent, ne ſe ad Deũ leuare poſſit, nec eidem vacare aut coniungi mente. Ab illis omnibus eſt abſtinendum. Qui autem non abſtinent, à Deo puniuntur, & fere etiam in hac vita. Siquidem per inopiam manent miſeri, nec prodeſt eis vllus labor, vllus quæſtus, vllumve lucrũ, quod die quærũt feſtiua & illicito modo. Eſt enim ſabbatum maxime in nouo teſtamẽto inſtitutum, vt tunc feriatis à laboribus homo, & à ſtudijs lucrorum temporaliũ, tempore illo ad Deum ſe conuertat, animæ ſuæ ſtatum expendat, peccata quæ in ſe reperit, coram Deo plangat, cauẽdi poſt hac peccata voluntatem ſuam inſtauret, Dei præcepta, leges & beneplacita inquirat, monita ſacra & Dei verbũ audiat, miſſæ & oblationi altaris aſſiſtat, Deo ſe commendet, pro beneficijs acceptis Deo gratias agat. Ad hæc ſimiliaque alia ſtudia ſe cõuertat. Hæc enim ſunt, ad quæ ſabbatum, id eſt, feſtiuitates ſunt ordinatæ. Ab illis igit opibus, quæ hæc impediunt ſancta exercitia, ne fieri poſſit vt quis cor ſuum in habitaculum offerat Deo, abſtinendũ eſt. Hoc modo ſabbatum aut ſabbati præceptum perſeuerat etiam in nouo teſtamento. Nam licet nõ ſeruet dies ſabbati, ſeruatur tñ ſabbatum. i. requies & vacatio in alio die, puta in dominica quã ne cũ ludæis

Conuiuiũ conſuetudinariũ q̃

Tobiæ 7

Ioan. 1 Conuiuiũ oſtentationis q̃d ſit

Eſther. 1

Conuiuiũ voluptatis q̃d ſit 3. Reg. 15 Lucæ 16

Conuiuiũ ambitiõis quod ſit 3. Re. 1

Conuiuiũ malignitatis quod 2. Reg. 13

K

Exo. 20 Sabbatũ vti alio modo in veteri teſtamento, & alio modo in nouo obſeruatur

Gen. 1

Quieſcendum à q bus ſitoperib⁹ in die feſto

Feſtiuitates ad q̃d inſtitutæ & quõ ſanctificandę ſint

L

Sabbatũ cur in dominicã di

em mutatũ ſit in nouo teſtamẽto

dæis videamur iudaizare, in ſabbati locũ nobis celebrandum inſtituit Eccleſia, cuius occaſione interrogandi ſunt hæretici noſtri, qui nihil quod Eccleſia inſtituit, volunt obſeruari (quamuis ſua faciunt ſtatuta, & eadem obſeruanda tradunt, quo oſtendant ſe non eſſe Eccleſiam, quam non audiendam volunt) niſi ſacra cogãtur ſcriptura. Dicant igitur cum ipſi dominicum diem obſeruent nobiſcum, qua ſcripturæ autoritate hæc mutatio facta ſit, vt ſabbati feſtiuitas verteretur transferreturve in dominicam. Quæ ſcriptura, inquam, præcepit aut iuſſit hoc fieri? Nonne Eccleſia ſine ſcriptura ſpiritu ſancto docta tantum hoc fieri iuſſit? Quod ſi vnum potuit Eccleſia, aut ſi vnum Eccleſię hoc licuit, puta mutare ſabbatum, transferre feſtiuitatẽ eius in diem ſolis abſque ſcriptura, quare Eccleſiæ alia non pari modo quę ſecundũ Deum ſunt, nec contra ſcripturam pugnãt inſtituere licet? Poteſt reuera hoc Eccleſia: quam qui non audierit, ſit tibi, inquit Chriſtus, ſicut ethnicus & publicanus. Poteſt, inquam, non ſolum Eccleſia, ſed & p̃lati Eccleſiarum: maxime aũt qui eſt vniuerſæ Eccleſiæ paſtor, ſalutaria inſtituere, cũ illi maxime reliquiſq; paſtoribus à dño dicat: Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Si quæris quare ſabbatum potius in dominicam q̃ in aliã ſit diem translatum, reſpondeo, diem illum inſignibus operibus Dei eſſe decoratum. Quamobrem non iniuſtum fuerit ſabbati in illum ſolennitatẽ transferri. Primo nãq; hac die, quæ apud paganos dies vocabatur ſolis, Deus creauit cœlum & terrã. Sũpſit itaque in hac die mundus exordiũ. Secundo, vt quidam autumant, arca Noe hac die ſtetit quieſcens in montibus Armenię. Tertio, in hac die dominus populum ſuũ Iſrael eduxit de Aegypto in manu forti, vt quidam volunt. Quarto, hic primus fuit dies quo manna Deus pluit e cœlo eſcam filiorum Iſrael. Quinto hic dies eſt quo ex virgine natus eſt matre. Sexto eodem die circunciſus eſt pro peccatis noſtris, primo fundens ſanguinem. Septimo in illo die ſignorum ſuorum fecit initium, aquam in nuptijs mutans in vinum. Octauo, dicunt quidam hoc die Chriſtum quoque baptizatum. Nono, ſatiauit quinque milia hominum Chriſtus de quinque panibus & duobus piſcibus. Decimo, introductus eſt dominus Ieſus cum honore & ramis palmarum in Hieruſalem. Vndecimo, hoc die Chriſtus reſurrexit. Duodecimo, hoc die ſpiritum ſanctum miſit. Ob tanta igit beneficia, quæ nobis in die dominico Chriſtus exhibuit, ob tanta magnifica opera, q̃ bus hunc diem Chriſtus honorauit, recte meritoque in nouo teſtamẽto in diem dominicum ſabbati ſolennitas eſt tranſlata: quo etiam die reſurrectio noſtra atque lætitia perpetua ſignificatur. Si quæris, quibus operibus vitiatur ſeu transgredit feſtiuitas ſabbati aut dominicæ, dicẽdum eſt: Primo, labore manuum, propter præceptum quod à ſeruili iubet opere abſtinẽdum. Excuſatur tamen labor multiplex iuxta ſententiam doctorum piorum. Primo ſi labor fuerit modicus, qui ſcilicet nõ diu nec vehementer impedire poſſit quietem in Deo. Ille enim labor, qui animi quietem & ſpiritus tollit libertatem, interdictus eſt à Deo. Secundo ſi labor fuerit neceſſarius. Eſt autem hæc quæ excuſat neceſſitas, quãdo labor operatiue ſine rei periculo prę-ueniri aut differri nõ poteſt, vt in meſſe cõtingit, vbi fruges inuehi neceſſe eſt interdum die feſtiuo. Nam iacẽtibus ſegetibus in agro, aut feno, dum imminet tẽpeſtas, licet, ne periculo exponantur & pereant, in die feſto eadem inuehere. Simile hoc obſeruatur in vindemia, ſi frigus ingruerit, & in captura halecum. Piſtores quoq;, lanij, molitores & coci, quando neceſſarium eſt, aut vt aliter prouideri non poſſit de alimentis hominum, puto excuſantur, ſi in die feſto ſua faciant officia. Quãuis hæc omnia ſint intelligenda, vt feſtiuitati, quantum poteſt nihilo minus tribuatur, & quam fieri poteſt, feſto minus derogetur, quo mane ſcilicet audiatur miſſa & verbum Dei. Hic colliguntur pharmacopolæ, medici, chirurgici, qui hominem iuuãt arte medicinæ, nec propterea violatur ſabbatũ. Quod Chriſtus quoque confirmat, dicens phariſæis in Euangelio hodierno: Cuius veſtrũ bos aut aſinus in foueam cadet, & non extrahet eum die ſabbati? Tertio excuſari poteſt labor pietatis, vt ſi pro pauperibus arcetur aut metatur gratis propter Deum pure & non ſpe vlla remunerationis aut fauoris, nec aliqua affectione id fiat carnali ac ſenſuali, ſed Dei puro intuitu. Quarto, propter publicam vtilitatem, vt ſi labor tempore fiat quo eſt neceſſarius, vt ſit tempore obſi-

Eccleſiæ eiuſq; p̃latis licitũ eſſe ſalutaria inſtituere Mat. 18

Lucæ 10 Dominicę dieiſq; proximę ſingulares q̃

Gene. 1

Gene. 8

Exod. 12

Exod. 16 Lucæ 2

Ibidem

Ioan. 2 Matth. 3

Ioan. 6

Matt. 21 Mar. 16 Actor. 2

M

Feſtiuitas quibꝰ operibꝰ violetur, & quibus non

Feſtiuitates labori bꝰ manuũ violari.

pore obſidionis,& in bellis quando muniri infirma,&reparari lapſa oportet.Quod & Machabæi fecerunt, ſtatuentes pugnã non detrectare in hoſtes,vbi neceſſe foret, in die ſabbati. Secundo,fit transgreſſio feſtiuitatis placitando. Neque enim in feſtis iudicia debent ſeruari,cum in his q̃que diebus,quando legitima ſeruantur ieiunia,iudicia & placita ſint interdicta.

1.Mac.2 Placitationibus feſtũ diẽ violari

N

Tertio,transgreditur feſtiuitas in mercando.Non enim ad quæſtum & lucri cauſa venales debent tunc merces exponi, nec requiri,niſi fortaſſe quia alio tempore nõ poſſunt inueniri aut haberi, aut quia iam ſunt neceſſaria,vt infirmis &viatoribus cõtingit,qui eo tempore & loco q̃ poſſunt, coguntur emere.Secus eſt tamen de alimonia hominum, vt ſupra dictum eſt, pane, carnibus,vino, quæ poſt auditum officiũ diuinum poſſunt vendi. Quarto,fit trãſgreſſio feſtiuitatis in peccando. Et hoc modo,proh dolor,omnes feſtiuitates noſtræ prophanatæ ſunt,infectæ ſunt, Deoque odibiles ſunt. Nunquam enim plura fiunt peccata,quam in feſtiuitatibus, peccatum autem præcipuum eſt,quod requiẽ & feſtiuitatem,quam anima debet habere in Deo,prorſus tollit & perimit. Tertio quod nobis hic innuitur,eſt benignitas et pronitas Chriſti ad miſerendum.Nam nõ obſtante hoc quod phariſæi inique eſſent Chriſtum iudicaturi, quod illum operaq; eius forent calumniaturi,nihilo ſecius hydropicum hunc curat & abire ſinit, malẽs à phariſæis inique iudicari, quam miſero non miſereri. Quartum eſt Chriſti ſyn ceritas arguentis phariſæorum ſuperbiã, arrogantiam & ambitionem, idque cum eſſet in eorum conuiuium inuitatus: quo oſtenditur,quam noluit illis nefarie blandiri. Quintum,eruditio atque conſiliũ de humilitate amplectẽda,quo fit vt apud Deum exaltetur,quiſquis ſe humiliauerit. Nec ſolum apud Deum,ſed etiam apud homines humiliantem ſe ſequatur gloria. Veſtra autem gloria alia non ſit o filij à vobis quærenda,quam noſſe diligereq; Chriſtum,eique placere, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Benignitas Chſi quam

Syncerſtas Chſi in arguendo.

Gloriam fugiẽdam ſequi

Gloria q̃ nam ſolaq̃ renda ſit

Mercatura feſtũ diem violari,

Peccando feſtũ diem violari

DOMINICA XVIII POST DOMINICAM S. Trinitatis,epiſtola B.Pauli Apoſtoli I.Corinth.I

XXVII.

GRatias ago Deo meo ſemp pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo,in omni verbo & in omni ſcientia,ſicut teſtimoniũ Chriſti cõfirmatũ eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia expectãtibus reuelationẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, q̃ & confirmabit vos vſque in finẽ ſine crimine in die aduentus dñi noſtri Ieſu Chriſti.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

IPauli animus ſcribentis, & populi ad quẽ ſcribit animus conditioneſq; conſiderentur, nihil erit mirum, ſi in eadem epiſtola Corinthios nunc laudat,nũc vituperat,nunc arguit, nunc obſecrat, omnia pertẽtans vt profit,vt vincat, vt triumphet in Chriſtó Ieſu.In ciuitate vnius populi,in plebis vniuerſitate poſſibile non eſt, quin offendas quod laude,quod item cõtra ſit reprehenſione dignũ.Quapropter in hac lectione pfectis q̃s laudat loquens, paulo poſt ad impfectos ſermonẽ cõuertit, illos quoq; in eadẽ epiſtola reprehenſurus.Hęc vt dixi,ad eiuſdem ciuitatis populũ ſcribit vnumquemq; ſibi manifeſtans,q̃ vel nota tum ac reprehenſum,aut laudatum & in bono confirmatum ſe ſentiat. Itaque hic dicit:Gratias ago Deo meo pro vobis,ſemp exhilaratus in gratia Dei,quæ data eſt vobis.Aut,gratias ago Deo meo provobis,pter gratiam quæ data eſt vobis, non in Petro aut in Paulo,ſed in Chriſto Ieſu: qa in illo & per illum omnium bonorum donorumque ſpiritualium diuites facti eſtis. (Nihil enim deeſt timentibus eum) in omni verbo,hoc eſt,in dono omnium linguarum:quia & huiuſmodi qui hoc donum habebant,inter eos erant. Aut in omni verbo,hoc eſt, in omni eruditione & exhortatione verbi,quia ſcitis eum, qui lapſus eſt,erigere & ſtabilire verbo Dei, & in om

Pſal.11

Eſaiæ 5o

in omni ſcientia intellectuq; ſcripturarum ſicut teſtimonium Chriſti, q̃ teſtatus eſt credentibus dona ſe vberiora daturũ poſt reſurrectionem & aſcenſionem ſuam, in vobis confirmatum & impletum eſt. Aut ita:Vos abundatis verbo & ſcientia, quo nõ ſolũ vobis nihil deſit in oĩ ſciẽtia,ſed etiam alios poſſitis fulcire confortareq; in fide:ita vt teſtimonium Chriſti,quod omni homini à vobis id poſcenti debetis reddere de fide & ſpe, quæ eſt vobis in Chriſto Ieſu,adeo in vobis confirmatum eſt,vt nihil vobis deſit in vlla gratia ad veſtrã ſalutem,aut ad aliorũ ædificationem vobis neceſſaria.Vobis,inquam,magno deſiderio expectantibus reuelationẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti,in iudicio extremo futuram, vobisque ad eadem anhelantibus, ac digne paratis,quam impij timent, & hanc tuturam(ſi fieri poſſet)nollent,qui ſua gratia interim confirmabit vos vſque ad vitę veſtræ finem, quo perſeueretis in virtutibus,ſine crimine vllo, aut lethali peccato: qui finis erit in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti,ſiue ad iudicium is ſit vniuerſale in fine mundi,ſiue ad iudicium cuiuſuis animæ ſingulare per mortem hinc egredientis, & quo ad animam ſuam iudicium recipientis.

1.Pet.3

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicæ XVIII. poſt dominicam S. Trinitatis. Matthæi XXII.

B

QVomodo Chriſtus nunq̃ deſtituit docere & benefacere quibuſcunq; potuit ſine acceptione perſonarũ,ita tam Saducæi q̃ phariſæi i nunq̃ deſierunt Chriſtũ perſeq, tentare & calumniari. Omni enim tempore & odio perpetuo inſidiabantur ei.Nam antequam phariſæi illum accederent, narrat Euangeliſta,quod illum Saducæi fuerant adorti,putantes illũ poſſe ſermonibus conſtringi ac concludi,ne quod reſpõderet,haberet.Proponebant enim mulierem quæ poſt primi mortem iuxta legem nupſit germano defuncti: quo pariter mortuo alteri nupſit fratri,& ita ſucceden tibus ſibi maritis,accidit vt ſeptem habuerit maritos fratres. Quibus omnibus defunctis,demigrauit hinc tandem & mulier.Interrogant igitur, quem ſit mulier illa poſt reſurrectionem habitura virum ex his,quos olim habuit.Aut ergo ſeptẽ fratres habitura eſt viros,arguunt, vbi reſurrectio corporum creditur, quod deforme eſt,aut nullum:per hoc probatum eſt volẽtes,nullam eſſe reſurrectionem. Quibus Chriſtus dominus reſpondit,dicens: Erratis neſcientes ſcripturas neque virtutem Dei. In reſurrectione enim neque nubent neque nubentur:ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo,& reliqua quæ ſequuntur. Cæterum,vbi phariſæi cõſiderauerũt Saducæis impoſitum ſilentiũ,de quo vt de aduerſantium ſibi incommodo ſeu confutatione licet credantur delectati, in Chriſti tamen perſecutione fuere concordes. Quapropter illis recedentibus,phariſæi conuenerunt inter ſe vt dominum accederent. Sic enim dicit Euangeliſta:

Matt.22

Acceſſerunt ad Ieſum phariſæi: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eum: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?

Multitudine quidem conuenerunt,per vnum tamen ſolum interrogant:q̃ ſi Chriſtum vinceret,omnes viderentur victores. Si vero vinceretur,vel ſolus portaret ignominiam. Præter enim gloriam & opinionem hominum nihil quærere videbantur phariſæi aliud. Veruntamen q̃d hic legis doctor dicitur Chriſtũ tentaſſe,cui Chriſtus, ſecundum alium Euangeliſtam dixerit:Non longe es à regno Dei, mirum eſt, quomodo non longe fuerit à regno Dei, qui Chriſtum iniqua intentione tentauerit.Dicendum: Si idem eſt legis peritus, ſeu doctor,cuius apud alios quoque Euangeliſtas fit mentio, tunc mala intentione ad Chriſtum tentandum acceſſit. At vbi Chriſtum audiuit reſpondentem, mutatus eſt,dilectatusque in Chriſti reſponſione,laudauit dominum, quod optime reſponderit: Cui deinde quoque dominus dixit:Non longe es à regno Dei. Vnde cognoſcitur immutatus. Quemadmodum & hi qui miſſi fuerant à principibus ſacerdotum & ſenioribus Iudæorum,vt Ieſum captum ad ſe adducerent, audientes dñm populo loquentẽ mutati ſunt. Redeuntes

Chryſoſt.

Mar.12

Lucæ 20

Ioan. 7.

que infecto negocio, cum quare Iesum nõ adduxissent, interrogati fuissent, respondérunt: Nunquam sic locutus est homo vt loquitur iste. Posset tamen dici, quod vbi dicitur, tẽtans eum, non sit acceptum hoc verbum tentans in malam partem, sed tentare voluerit Iesum vt ignotum, & experiri, vere ne in illo esset perfectio tanta quãta dicebatur.

Ait illi Iesus: **Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum.**

C Interrogauerat legis doctor de primo & maximo mandato, quod illud esset tanquam primum, potissimum, maximeque necessarium. Et respondit dominus præceptum hoc esse dilectionis. Erat enim varietas opinionum hac de re disceptanti um, quibusdam hoc, aliis aliud supremum esse mandatum dicentibus. Ideo hic legis peritus, cum illius esset opinionis, puta, p̃ceptum charitatis esse primum atque præcipuum, volens experiri quid dominus q̃que sentiret, interrogauit. Responsum aũt accepit: Diliges inquit. Quare non dicit timebis? quia diligere magis perfectiusq; est quam timere. Illud enim filiorum est, hoc seruorum. Timor enim pœnã habet, quã charitas foras mittit: porro dilectio fiduti am præstat. Non ignoro tamen quendam esse timorem, qui coniunctus est charitati, qui vocari solet timor reuerentialis & sanctus, de quo scriptum est: Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Hic nanque timor etiam in futura vita non peribit. Ad cuius similitudinem & modum timent filij ingrati inueniri aut esse parentibus, timent offendere, timent cõtristare. Timent autem non propter se, id est, ne sibi propterea male contingat, sed timent ꝓpter parentes, ne quod illos contristet, ne, quod illos molestum aut q̃d dedecet, faciant. Hic timor crescit cum charitate, tantum abest, vt minuatur expellaturve.

Diliges, inqt, dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, vt oẽs cogitationes tuas in Deum reflectas. Ex tota anima tua, vt oẽs affectiones tuas in Deum conuertas. Ex tota mente tua, id est, vt omnes sensus tui Deo vacent. Alius enim est amor cordis, alius animæ. Amor cordis quodammodo sensualis atque carnalis, quia sensibilis est. Amor animæ non sentitur, sed intelligitur, quia amor hic in iudicio animæ constituitur. Tantum enim diligit Deum, quanti æstimat illum. Qui credit apud Deum omne bonum esse, & extra Deum nihil boni, hic diligit Deũ ex tota anima. Tota vero mẽte diligit, cuius omnes sensus Deo vacant. Aut ita: Corde toto diligit Deum, qui diligit tota voluntate: tota diligit mente, i. intellectu. Diligit tota anima, qui memoria alijsque potentijs animæ diligit. Hoc est primum, præcipuum, & maximum mandatum. Maius est enim diligere Deũ, quã hominem, præsertim cum ille diligatur ꝓpter se: hic autem propter alium, hoc est, ꝓpter Deum.

Chrysost.

Secundum autem simile est huic Diliges proximum tuum sicut teipsum.

D Aduerte quod præceptum de diligẽdo proximo dicit simile præcepto de diligendo Deo. Simile, inquam, dicit, nõ par, quia minus est dignitate. Quadrifariã autem homo est proximus noster. Primo natura, quia eadem natura conditi sumus. Secundo ꝯgine, quia ex vno patre sumus ꝓgeniti. Tertio hæreditate: eadem enim hæreditas nobis omnibus promissa est, quot quot credimus in eum, & quotquot potestatem accepimus filios Dei fieri. Quarto quis proximus noster dicitur lege: eadem enim lex nobis præcipitur, eadem nos lex ligat omnes ad obediendum Deo. Hic proximus noster nusquam in scriptura nõ declaratur diligendus. Nulla enim scriptura necessitatem hanc nobis tacet. Nam in Leuitico scribitur quod hic, & in Luca q̃que habetur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et in Ioanne dicitur: Hoc est prçceptum meum vt diligatis inuicem. Adeo autem vult proximum diligi à nobis Deus, vt se non æstimet amari, nisi diligatur & proximus. Vñ in epistola Ioannes, Si qs, inqt, dicit, diligo Deũ, & fratrẽ suũ odit, mendax est. Qui enim nõ diligit fratrẽ suũ quem videt, Deum quem non videt quõ potest diligere? Deinde ratio q̃q; nos cogit ad diligendũ. Aut em̃ pximus noster est bonus, aut malus. Si bonus, hac ratione ga bonus est, diligẽdus venit. Est enim filius Dei, vt Ioannes testatur: Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij DEI nominemur & simus. est

proximũ nostrũ esse hominem q̃dritariã.

Ioan. 1

Scriptura vti testet vbiq; proximũ esse diligendũ Leui. 19 Lucæ 10 Ioan. 15

1. Ioan. 4

Ratio vti cogatho minem ad diligendũ proximũ. 1. Ioan. 3

1. Ioan. 4 Timor sanctꝰ & filialis quis. psal. 18

Quõ diligendus sit Deꝰ ex toto corde, ex tota aia & ex tota mente

Est præterea Christo omni genere necessitudinis cõiunctissimus. Quod ipse palam Christus fatetur, dicens: Quicunq; fecerit volũtatem patris mei qui in cœlis est, ipse frater, soror, & mater est. Itaque qui bonus est, & Dei filius est, Christiq; frater, soror, & mater, quomodo diligendus non est? Porro, si malus est, adhuc tamen diligendus est triplici respectu. Primo, propter Deum. Si enim diuitis filium diligis quando sanus est, quomodo non diligis quando infirmus est? Hoc modo tu Dei filium, Dei plasma, Christi fratrem, quem ignoras cuius sit apud Deum futurus meriti, dilige, & dum sanæ est mentis, & dum vesanæ est: non quia vesanæ est, sed quia Deus te & illum fecit. Quare tu etsi steteris etiam, non iudices, non contemnas cadentem, sed cõpatiaris, sciens quod potens sit Deus erigere illum. Secundo, diligendus est propter seipsum. Maiori enim cõpassione prosequendus, & maiori est fouendus dilectione, dum infirmus ægrotat, quam quando exultat sanus. Tertio, propter teipsum. Plus enim lucraberis amando proximum te non diligentẽ, aut tibi contumeliosum, quam quando amas beneuolum. Inde em̃ Dei efficieris filius, Christo dicente: Diligite inimicos vestros, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est.

Matth. 12

Malos esse diligẽdos triplici respectu.

1. Cor. 10

Matth. 5 Lucæ 6

In his duobus mãdatis vniuersa lex pendet & prophetæ.

B Videtur vnum (dicit aliquis) dũtaxat esse præceptum, dicente Apostolo: Qui diligit proximum, legem impleuit. Dicendum: Ratio diligendi proximum est Deus, quem nemo non potest non diligere, quisquis illius intuitu hominem diligit. Plus enim semper diligimus eum, cuius nomine ac merito, aut ob cuius gratiã diligimus alium. Nam qui seruum diligit propter dominum, magis diligit dominum quam seruum, quem diligit tantum propter dominum. Inde tamen simul q̃q; intelligere nos necesse est, non oẽm dilectionẽ legem implere. Nam si aliter, aut alio fine diligis proximum, q̃ propter Deũ, iam nõ legem implesti, nec p̃ceptum obseruasti charitatis. Naturalis em̃ amor, socialis, ciuilis, inhonestus, carnalisve nihil de charitatis impleri potest præcepto. Quãdo igitur proximũ diligere iubemur sicut nosipsos, nõ est intelligẽdus ille amor, q̃ nos perperam, illiciteq; diligimus, vt eodem diligamus & proximum: sed sicut nosipsos in Deo diligimus & propter Deũ, ita etiã eadem charitate ꝓximis optemus salutaria, quæ nobis optamus, aut optare debemus. Eadem illis faciamus, quæ iuste nobis optamus fieri. Diligere enim alium, est ei bene velle. Voluntas autem bona haud quaquam ociosa est. Quare si vera est, procedit in opus. Et quia charitas est, fit etiam vt dilectio proximi malum non operetur. Plenitudo itaq; legis dilectio est Dei & proximi. Siquidem omnium virtutum origo, regina, nutrix & finis est charitas, qua Deus amatur & proximus. Et quamuis duo sint præcepta charitatis: vna est tamen charitas, qua Deus, pximusq; diligitur. Eo igitur amore q̃ Deum & quo nos secundũ Deũ diligimus, diligamus oportet proximum. Verbi gratia: Dicit Christus: Qui amat animã suam, id est, qui diligit & fouet vitam sensualem, perdet eam. Hoc modo male te amas, nec simili modo proximũ te conuenit diligere. Scriptum item est: Qui odit animam suam in hoc mũdo, in vitam æternam custodit eam. Hoc salubre est odiũ charitatis & hoc odiũ extendi se debet etiã ad proximum, vt scilicet illi negentur ea desideria, quæ sunt ei ad detrimentum animæ.

Dilectio quæ nã legẽ impleat, & quæ non.

Proximũ sicut seipsum diligere

Roma. 13 Dilectio quõ sit plenitudo legis.

Ioan. 12

Ibidem.

Odiũ charitatis salubre ad proximũ cũ etiã extendi debeat esse

Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid videtur vobis de Christo, cuius filius est? Dicũt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? F

Psal. 109 Lucæ 20

Quid sibi velit, q̃d dicit: Congregatis autem Pharisęis, fortasse miraris, cum sub initio Euangelij dicantur Pharisæi conuenisse. Dicendum, q̃d antequam dominus interrogaretur tentandus, conuenerant Pharisæi (sed hoc erat latenter tantum) vt tractarent inter se, qua illum arte tentarẽt. Et quia putabant illum latere posse, quæ ipsi in silentio simul mussitabant, signum est, quod nihil prorsus de diuinitate eius credebant, sed ne suspicabantur quidem. Soluto igitur eorũ cõcilio & cõuentione, paulatimq; illis separatis, alius post aliũ accessit ad Christũ, & interim legis doctor sũ

am fecit interrogationem. Omnibus itaq; congregatis ad Christum Pharisæis, qui tũc prę̃sentes aderant, interrogat eos Christus, quoniam (vt dixi) de domino Iesu nihil augustius, quam de homine sentiebãt, cuius esset filius futurus Messias Christus. Cui dum faciliter ac vere (quo ad humanam naturam) responderent, Dauid hunc esse filium (neq; enim ignorabant Dauid esse promissum, vt de semine eius sederet super solium eius) iterum obiicit Christus, quomodo Dauidis Christus possit esse filius, quem in spiritu, seu spirituali ac prophetali intuitu Dauid cernens, ait: Dixit dominus domino meo, hoc est, dixit dñs pater domino meo Christo, sede à dextris meis. Quæ verba si de diuinitate intelligantur, sensus est: Esto mihi æqualis. Si de humanitate: Esto mihi vicinior in potioribus bonis meis præ omnibus creaturis & participibus tuis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ, hoc est, donec plene tibi omẽs subiiciam inimicos tuos, qui te contempserunt: quod erit in die iudicij, vbi potestate & virtute plenus apparebit dominus Iesus iudicaturus omnes suos inimicos cum diabolo ad ignem perpetuum. Itaq; concludens: Si, inquit, filius est Dauidis Christus, quomodo eum dominum vocat? Aut si eius est dominus, q̃mo vocari potest filius? Nemo enim in hominibus esse filium iudicat patre maiorem.

Pſal. 109

Matth. 25

Nemo poterat ei respondere verbũ, neq; ausus fuit quispiam ex illa hora eum amplius interrogare.

Nihil ad hanc quæstionem, quæ supra captum eorum erat, respondere poterant. Nam Christum credebant, expectabantq; hominem tantum. Quare quomodo Dauid sum illum vocaret dñm, non intelligebant. Nã si intellexissent, facilis fuisset illis respõsio. Dixissent em̃ duas in Christo fuisse naturas, vnam personã. Fuit enim Christus Deus & homo, vnus Emanuel. Itaq; iuxta naturã humanã, quã ex Dauid suo habuit patre, filius erat Dauid. Iuxta vero naturam diuinam, qua patrem habuit Deũ, dominus fuit Dauid. Cum itaq; non possent respondere (quod superbis solet mentibus euenire) ignominia ducũt se magna affectos, propterea quod indoctiores Christo non poterant respondere. Retrocedunt igitur, nec ausi sunt amplius eũ interrogare. Potius Dei sapientiam agnouisse

Christus quẽ filius & dominus fit Dauidis.

Matth. 11 Lucæ 10

Ad vos igitur pertinet filij charissimi, sentire de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærere illum. Quapropter subijcite intellectum vestrũ in obsequium Christi, atq; captiuum tenere intellectum vestrum, ne aliter sapiatis, quam vniuersa Ecclesia catholica sapit. Si quid vestrum exuperat intellectum, vt capere nesciatis, quid credendum, quidve sit tenendum, fidem vestram communi vniq; fidei societis Ecclesiæ. Atq; cõstanter quod Ecclesia credit, credere vos astruite. Nolite discutere, aut inuestigare velle, vt ea, quæ sunt fidei, intelligatis. Sed potius dicite: Quicqd Ecclesia credit, credo ego q̃q; & palam & tacite. Non tamen quæro ratione vt credã, qa satis est mihi annũciatio per Christum, cuius ob honorem, ob reuerentiam, & autoritatem credo, quicqd credi debet. Hoc modo omnes scrupulos & quæstiones curiosas abigite. Dñs autem noster Iesus Christus vos illuminet & dirigat ad salutaria, qui est in secula benedictus, Amen.

Intellectũ suum quõ captiuũ tenere debeat homo.

Quæstiões curiosæ quõ abigẽdæ sint.

SERMO IN EADEM DOminica. De charitatis & amoris carnalis differentia, & de modo ordineq; diligendi.

H

Sapien. 1

DIliges dominũ Deum tuum ex toto corde tuo. Matth. XXII. Cum Ioãnes dicat apostolus: Qui nõ diligit, manet in morte, quam necessaria sit charitas, inde liquet, quod vitã non habemus spiritus, vitamq; gratię, nisi diligamus Deũ. Mortui, inquã, sumus in anima, quamprimũ Deũ nõ diligimus. Circa hãc dilectionẽ & diligendi modũ multa hic dicẽda sunt. Primo nanq; considerandа veniũt, quę sint, q̃ teneamur diligere, & quo ordine. Itaq; primum, præcipuum & maximum, quod diligendũ est, est Deus, qui hic iubetur diligi ex toto corde & super omnia. Tũc autem diligis eum ex toto corde, quãdo om̃es motus animæ tuæ ad Deum refers, continesq; cor tuum, ne ad vllam creaturam inclinatũ sit contra Deum

1. Ioan. 3

Diligere quænã teneamur, & quo ordine.

Quãdo qs diligat Deum ex toto corde.

Deum. Sunt autem quatuor affectiones cordis, quas in Deum esse oportet conuersas, sicut timor, amor, spes, & gaudium. Vis scire quomodo eas ad Deum cõuerti oporteat? Primo, vt nihil timeas, nisi Deum. Nolite, inquit, timere eos, qui occidũt corpus: sed eum timete, qui potestatem habet mittere corpus & animam in gehẽnam ignis. Nam qui corpus occidunt, cum iam expleuerint quod volunt, quid amplius facient? Nihil possunt vltra, quam quod hominem alioqui moriturum ex hac miseria, & ex ę̃rumnis eripiunt multis. Vitam nobis auferre possunt temporalem, quam nihilominus, vt debemus, Deo sumus resignaturi. Sed nunquid propterea eos, qui potentatum habent in terris, timebimus, vt propter ipsos quid illiciti & minimum contra Deum faciamus? Nequaquam, sed magis quam hominem timeamus offendere Deum. Quem ne offendamus, non timeamus quemcunq; offendere hominem. Deo em̃ magis oportet obedire, quam cuiuis homini. Occidat, qui vult occidere, spoliet bonis, qui vult spoliare, modo Deo nos non spoliet: & tunc semper triumphabimus diuites. Melius est enim (vt Augustinus ait) Deo dilecto emori, q̃ offenso viuere. Secundo, vt nihil diligas, quam Deũ, aut propter Deum. Quicquid amabile nõ est propter Deum, cuiusmodi est peccatum, hoc noli amare. Quicquid vero amabile, aut tolerabile est, aut amari licet, non debet aliter amari, quam in Deo, aut propter Deũ.

Affectiões cordis q̃ tuot quæ, quomodo ad Deum cõuertendæ.

Matth. 10

Actor. 5

Augusti.

Tertio, spes tua reducenda est in Deum, vt nulla super te veniat tãta calamitas, nulla tentatio, quæ spem & confidentiam tuam extinguat in Deũ. Sed dic cum Iob: Etiã si occiderit me, sperabo in eũ. Quarto, gaudium tuum in solo Deo sit. De nulla igitur re alia post Deum gaudeas, nisi quæ te viciniorem facit Deo, aut quæ coniungit te Deo. De illo enim, vnde non places, sed displices Deo, non est gaudẽdum.

Iob 13

Gaudium habeis in solo Deo cõstituendũ.

I

Anima cur & quõ sit diligenda.

Secundum quod tenemur diligere, est anima. Animam tuã diligere debes, & animam proximi tui, tanquam Dei imaginem. Imago nanque alicuius rei diligitur propter hoc, cuius est imago. Ita hoc modo anima propter Deum est diligenda, tanquam Dei imago, & sicut thesaurus precio sus, pro quo Christus omnia dedit sua, vt illum compararet. Quomodo enim Deus omnem excellit creaturam, sic anima oẽm corpoream dignitate superat creaturam.

Animæ dignitas & excellẽtia quanta.

Imo totus mundus vnius animę precio non potest æquari. Neq; enim pro vniuerso dedisset mundo Christus, quod pro anima dedit. Hæc itaq; diligenda abs te est, ne ipsam inquines, neve sordibus polluas peccatorum. Si enim peccatis animam polluis, haudquaq̃ diligis animam tuam. Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suã. Magis autem consentire te decet, vt omnia bona corporalia pereant, quam vt tua vel cuiuspiam alterius anima pereat. Imo, vbi animam vel tuam, vel alienam à peccato seruare aliter non possis, potius corporis est amittenda vita, quam anima. Qui enim aliter impleremus Dei mandatum, nisi vt vitam pro fratribus ponamus? Non iuberis vitam tuam corporalem pro alterius vita corporali ponere, sed iuberis pro anima fratris conseruanda, aut eruenda à morte, corporalem vitam (si aliter illi subueniri non potest) in mortem tradere.

Psalm. 10

1. Ioan. 3

Tertio loco tenemur corpora nostra diligere, ne eadẽ destruamus. Tenemur ea in sanitate & integritate, quo ad Dei maneant seruitium idonea, fouere & conseruare. Itaque si deuotionem sentis spiritus ac feruorem, ita illum exerce, ita tempera, ita rege, ne destruas, sed regas, humilieq; corpus tuum: q̃ destructo necesse fieret etiam, vt deuotio periret. Bonum itaq; corporis, hoc est, vita corporalis, anteferenda est rebus caducis & externis. Quarto loco tẽporalia, vt vilissima bona, sunt diligenda, tanquam adminicula, sine quibus non viuitur, nec Deo potest seruiri. Possunt igitur eatenus diligi, quatenus ad amorem conducunt Dei. Secundo sciendum est, quando dicitur, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, hoc præceptũ non perfecte posse impleri in hac vita, nisi dicatur perfectum, quando tantum ibi est de perfectione, quantum potest obtineri. Non enim potest obtineri tanta perfectio in hac vita, vt, iuxta quod verba sonant, dilectionis præceptũ in hac vita possit impleri. Quocirca hoc, quod in infimo gradu est perfectionis, videtur satisfacere præcepto. Verbi gratia, vt hic in charitatis præcepto dicamus præuaricationẽ te euitare, si nihil sit in corde tuo, quod contra vt supra dilectionem sit Dei. In hac nanq; vita ex parte cognoscimus, & ex parte etiã diligimus. Propterea non minor in nobis esse

Corpꝰ sum quatione tenetur homo diligere.

Bona temporalia q̃tenus diligenda.

K

Dilectiõis præceptũ vtrum in hac vita possit impleri.

1. Cor. 13

esse debet charitas, quam vt Deum diligamus super omnia, hoc est, nihil Deo æqualiter, nihil supra Deum, nihil cõtra Deum diligamus. Dicit enim Bernardus: Ego sane puto non ante perfecte impletum, vt diligas dominum Deum tuum ex toto corde tuo, quousq; iam cor non cogatur cogitare de corpore, & anima iam defistat curę corporis intẽdere, in administrando vires, potentias, motus & actus. Nec prȩceptum hoc, vt dictum est, constituit nos transgressores. Nam quod minus habet impfectio conuersationis nostræ, supplet humilitas confessionis. Magis enim vult Deus sibi à nobis exhiberi humilem defectiõem, quã superbam completionem. Propterea enim mãdauit mãdata sua custodiri nimis, vt vidẽtes imperfectionem nostram in implendo hoc mandatum, id est, cum id, quod debemus, nõ valeamus implere, fugiamus ad eius misericordiã, dicentes: Qm̃ melior est misericordia tua super vitas. Potest tamẽ nihilominus dici, q̃d insufficiẽs, imperfectaq; expletio, huius p̃cepti transgressionem non constituit, sed contemptus. Quãuis enim arduum, imo impossibile sit hoc prȩceptum in hac vita impleri, aut ad illius perfectionẽ attingi, transgressionis tñ culpam euadimus, si vel infimum gradum attigerimus charitatis. Sic enim dicit Psalmista: Imperfectum meũ viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. Ac si diceret: Imperfectionẽ meam, qua nõ impleo charitatem, in illa, vt deberem plenitudine ac perfectione, viderũt oculi tui: nõ tamen mihi desperandũ est, qm̃ quisquis habuerit charitatẽ, licet nõ in plenitudine qua deceret habeat, nihilo secius tamen in libro tuo, hoc est, in libro vitæ omnes scribẽtur, qui vel infimum habent gradum. Est itaq; impletio huius præcepti in hac vltima, sublimiq; perfectione ad salutem nõ prorsus necessaria. Alioqui nemo maneret in statu salutis, quia nemo huius perfectionem in hac vita implebit. Diligamus igitur si lȩ Deum, non verbo tantũ aut lingua, sed opere & veritate. Vultis nosse an diligatis Deum? Interrogate corda vestra, interrogate linguam vestram, interrogate sensus, actus & corpora vestra, vere ne diligatis Deum. Videte, si in omnibus quęritis Deum, si cuncta referatis ad illius gloriam, ne de illorum fitis numero, de quibus dicit Apostolus: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et iterum alibi in epistola Ioannis: Qui confitetur se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Et Christus dicit in Euãgelio: Vos amici mei estis. Quando? Si feceritis, inquit, ea quæ præcipio vobis. Qui itaq; esse vult Euangelicus, in hoc sit Euangelicus, vt Dei Euangelia q; præcepta perficiat. Porro si in vita tua caro tantum viuit, & carni tantum seruitur, quid prodest tibi nomen Euangelicum, cum sis carnalis totus? Quomodo ergo Christus dicit: Qui habet mãdata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me, si tu sine mandatorum impletione Deum diligis? Quæ, inquis, sunt mandata? Quæ hodiȩ de dilectione Dei & proximi recensentur. Præcepta enim Dei sunt ea, quę ad Dei pertinent cultum, in prima tabula Mosi scripta, de vno adorando, colendoque Deo, de nomine eius in vanum non assumendo, de sabbatoque sanctificando. Reliqua quæ in secunda tabula scripta erant digito Dei, erant quæ ad iustitiam & dilectionem proximi pertinent. Quæ omnia (vt Apostolus ait) in vno verbo instaurantur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Qui enim proximum diligit, nõ occidit illum, non furatur, non cum illius vxore adulteratur, non illius rem concupiscit, & alia scelera, nefariaque, quæ charitas non tolerat, & lex vetat, non admittit. Tertio, non est tacendum nonnulla esse, quæ considerata ad Dei inducere possunt dilectionem. Est enim iustum pariter ac dignum diligi à nobis Deum. Primo, quia Deus ipse bonus est. Bonum autem solum est amabile & acceptum voluntati. Vnde quicquid optat voluntas, non aliter illud appetit, optat, aut vult, quam sub ratione boni. Deus igitur quum sit summe bonus, summe est amabilis & immenso diligendus amore. Proinde Christus: Nemo, inquit, bonus, nisi solus Deus. Secundo, hoc iustissimum est, quia prior dilexit nos. Quod Ioannes testatur in epistola, dicẽs: Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam prior ipse dilexit nos. Et Hieremias: In charitate perpetua dilexi te. Adeo te dilexit, vt dilecta omnia relinqueret, & sua omnia in tuos vsus effunderet. De quo iterum Hieremias: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, id est, angelos cœlestes hęredes cœli. Et dedi dilectam animam meam in manus

Bernard⁹

Psal. 118

Psalm. 62

Psalm. 138

1. Ioan. 3

L

Deum an quis diligat, vnde scire possit.

Tit. 1

Ioan. 14

Ioan. 14

Exod. 34

Roma. 13 Galat. 5

Ad amorẽ Dei inducẽtia quę.

Marci 10

1. Ioan. 4

Hiere. 31

Hiere. 31

nus inimicorum. Vide iam si diligis amicum qui pro te emisit lachrymas, quãtum debes diligere Deum qui pro te effudit sanguinem? Si diligis qui rem aliquam vilem pro te exponeret, quanto magis is tibi est diligẽdus, qui pro te dedit in mortem animam suam? Quod pensans diuus Bernardus, dicit: Θ quam vehemẽter amplexatus est me in cruce, in qua effluxit aqua de latere, manauit sanguis ex corde, recessit anima ex corpore. Quarto, si quæras quanta esse debeat charitas tua ad Deum, dicendum ex Bernardo: Modum ponere charitatis, est ponere modum sine modo. Primo nanq; cum sit Deus infinitus & immensus, ideo infinito est amore diligẽdus. Propterea enim nullus amori est prȩfixus terminus, finis aut mensura. Quamuis autem nulla creatura ad infinitũ se possit extendere, cum sit omnis actio creaturę finita & limitata: voluntas tamen, desiderium & affectus in creatura ad infinitum se potest extendere. Secundo, cũ infinito nos Deus ipse quoque dilexerit amore, ideo absque mensura, & sine fine est diligendus. Tertio, quia infinita nobis bona tribuit: ideo infinitos ei tenemur offerre affectus charitatis. Ideo sanctus Thomas: Causa, inquit, diligendi Deum est diuina bonitas, quæ est infinita. Non est modus in charitate vltra quem non oporteat progredi. Et Hugo: Quantum potes, tantum dilige. Mẽsura tua fit potestas tua. Quarto, quia infinita nobis ex Deo vtilitas accidit. Quam magna, inquit Psalmista, multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscõdisti timentibus te. Si timentibus te, inquit Augustinus, quid tunc diligentibus te: Seruos enim est timere, filiorum vero diligere. Quinto, pensandum est, quam multiplici differant modo amor carnalis & amor diuinus, licet in multis etiam assimilentur. Primus modus, quo amor carnalis à spirituali differt, est, quod qui diligit Deum, semper habet præsentem quem diligit. De quo non incongrue dicit Psalmista: Si ascendero in cœlum, tu illic es, & si descendero in infernum, ades. Porro, amor carnalis minime habet quem diligit. Exerit enim se amor ille sæpenumero inutiliter ad ignorantes, ad eos qui redamare spernunt, & ad absentes. Secundus est modus, quod amor carnalis nõ diligit confidenter. Qui enim alium diligit carnaliter, nescit an redametur. Multos enim (vt dixi) diligimus, qui nos e regione non redamant. Multos diligimus non amantes. Verum de Deo hoc aliter est. Iesum enim cum diligimus, non possumus ambigere, quin rursus nos q̃q; diligat ipse. Dicit nanque in scriptura: Ego diligentes me diligo. Tertio, amor carnalis diligit nescientes. Hoc enim amore diligimus eos quoq; qui non sunt, aut quos nunquam vidimus, ex fauore alicuius virtutis, vel gratulatiõe alicuius nobiscum similitudinis. Verbi gratia: Pugnax diligit pugnantem, iracundus iracundum, & in narrationibus quas audimus aut legimus, vbi sui quis audierit similem, mox natura irridente, illi plus, dum huius adhuc rationem ignorat, sæpe numero afficitur. Itaq; diligitur sæpe quis ignorãs se amari. Verum de Deo secus est. Nemo illum diligere potest ignorantem. Omnes enim in homine animi motus intentionemq; considerat. Minime igitur latenter potest amari. Quarto, in amore carnali contingit sæpe falli, vt putes te ad gratiam dilecti facere, gratiamque illius te propterea mereri, vbi contra impetras offensionem & indignationem. Fauente nanque licet animo tu feceris quid in gratiam amici: ipse tamen, quia cor tuum non videt, multifariam aliter hoc accipere, aliter interpretari, aliterque iudicare potest. Hoc non habet Dei amor. Quicquid enim fimplici & recto corde feceris, non reȷcit, quia diligit fimplicitatem & intentionem confiderat syncritatis. Quare nõ potest ei non placere, quicquid simplici illi corde obtuleris. Quinto, amor carnalis odit corrivalem: solus enim vult amare & amari. Id circo inuidet alijs simul amantibus. Sed aliter est in amore Dei. Quisquis enim Deum diligit, ille non solus cupit amare, sed quoscunq; potest vt Deum diligant, hortatur, suadet, inducit atq; inuitat. Delectatur ac gaudet, quod secum multi ament Deũ. Scit em̃ nihil sibi perire, nec minus à Deo propterea se amari. Sexto, amor carnalis non potest sustinere præter se quempiam plus amari. At vero Dei amor, quãuis Deum super omnia amet, potest tamen bene sustinere alium sibi in donis, beneficijs atque in ipso amore præferri. Potest inquam, sustinere, vt Deus alium plus quam se diligat. Scit enim Deum esse iustũ, & aliter nõ posse quam iuste agere, nulliq; iniuriam

S. Thom.

Hugo.

Psalm. 30

Augusti.

Amor carnalis & amor diuinus q̃ multiplici modo differant.

Psal. 138

Prou. 8

N

Psalm. 10

riã fieri,vbi omnes male operantes,&non nisi filij damnationis viuimus, & per misericordiam Dei solam sustinemur. Septimo,carnalis amor non sustinet se contemni,aut post haberi, aut sibi alios præferri. At amor Dei,quia nihil quęrit nisi Deum, cuius attendens excellentiam, suamq; vilitatem,non miratur,nec ægre fert,si præferantur sibi alij. Satis illi est,imo in hoc consolatur se,quod Dei numeratur,locaturq; inter amicos,quamuis vilior alijs,aut inter viliores vilissimus. Octauo,differt amor Dei ab amore humano, qa amor Dei, hoc est,qui Deum amat,certus est se amari,nec Dei dilecti perdere posse amicitiã, nisi suo ipsius vitio. Nunquam enim Deus deserit amãtem nisi desertus. Nunquam prior ab amico recedit,sed expellitur &abijcitur cõ temptus. Verum amor carnalis, seu humanus prorsus alio se habet modo. Nam iuxta arbitrium suum vel diligit,vel non diligit se amãtem: nec qui dilectus est,amanti se respõdet semper amore. Quapropter nulla amicitia melior,nulla suauior,nulla fidelior,nulla constantior, nulla securior, nulla denique felicior, quam ea quæ est in Deo. Hanc igitur solam quærite filij, hanc amate. Felices,qui in Dei estis amicitia,qui in eius gratia viuitis. Omnem creaturã potius deserite & contemnite, quam vt Christo displiceatis aut Christum non diligatis. Illum rebus cũctis anteferte. Eius amicitiam quamdiu tenetis, nec diabolus nec homo,nec quid vniuersus aduersum vos valebit mundus. Hoc vobis charissimi largiatur dominus noster Iesus Christus,qui se diligi iubet, vt nostri iuste misereatur, nobisque iuste benefaciat. Qui cum patre & spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

Amicitia omniũ felicissima quærẽda quæ sit.

DOMINICA DECIMANONA POST DOminicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Ephesios quarto.

XXVIII Enouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis, quod bonũ est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

Psalm. 4

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Vomodo nusquam non alibi, ita hic quoq; Ephesios admonet Paulus de exuendo homine vetere, & induẽdo nouo. Dicit igitur: Renouamini spiritu mentis vestræ, hoc est, ad priorem nouitatem, quam Adam pater vester olim habuit antequam peccauit, quando ad imaginem sui creatoris fuit creatus, redite: quam nouitatẽ mentis per peccatum amissam, in seipso Christus nobis reduxit. Renouari itaque spiritu mentis, est induere (vt alibi idem Apostolus monet) dominũ Iesum Christum, id est, eius assumere similitudinem & viuendi formam. Propterea sequitur: Et induite nouum hominem, cuius formam & imaginem in se vobis expressit Christus. Huius conuersationis conformitate vos perinde ac indumento contegite, quo nihil Christo dissimile, aut contrarium in moribus vestris appareat. Itaque hunc nouum hominem Christũ induite, qui secundum Deum, id est, sola virtute Dei, & potentia spiritus sancti creatus est, in iustitia vera, veraque sanctitate, absq; vlla peccati contagione. Eam ob rem vt illum induere, ad eius similitudinem viuere, ipsiusq; vitam in vobis exprimere possitis, hoc agite, vt deponentes omne mẽdacium, id est, desistentes mentiri, loquimini vnusquisq; veritatẽ cum

Gene. 1

Roma. 13 Renouari spũ mẽtis quid sit.

proximo suo, quoniam sumus inuicem membra, quorum alterum fallere nõ decet alterum. Quod si vetustatis & de pristinis moribus quippiam in vobis deprehenderitis, irascimini vobisipsis. Agite pœnitentiam, & nolite deinceps peccare. Aut ita: Irascimini quidẽ motu iræ naturali, ac subito rationem præueniente (hoc enim permitto, quia ab huiusmodi ira non estis liberi) sed tamen nolite eousq; consentire huic passioni, nolite huic vitio tantum locum dare, vt propterea quicquã agatis, velitis, aut loquamini, quo peccetis. Sol non occidat super iracundiam vestram. Tantisper nolite iram seruare, vt in crastinum vobiscum perseueret, sed ante vesperum, ante solis occasum iram abijcite, hoc est, quã tocyus, vbi iræ in vobis senseritis commotionem, ad tranquillitatem, animique serenitatem redite. Aut ita: Sol iustitiæ Christus dominus non occidat, ac subtrahatur vobis per iracundiam vestram. Non adeo iram finatis vobis dominari, vt lumen diuinæ gratiæ, aut intelligentię sol vobis obtenebrescat. Et quia iramalum cogitat, &q̃ modo perficiat, meditatur, vos nolite locũ dare diabolo, qui per huiusmodi ostium in vos nititur intrare. Sinitis autem intrare, si eius consenseritis suggestionibus, aut si ad iniquitates pristinas redieritis. Idcirco qui furabatur, aut aliud quid peccati huiusmodi exercere solebat, iam nõ furetur, Nec aliena tollat: quin potius ipse quoq; laboret manibus suis, operans quod licitum ac bonum sit opus, vnde non solum se honeste nutriat, sed habeat etiam vnde tribuat egeno, aut necessitatem patiẽti. Est enim elemosyna, non de male acquisitis, non de alienis, sed de iuste acquisitis danda. Ideo hic dicit: Operetur quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

Eleemosyna vnde facienda sit

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicę XIX. post dominicam S. Trinitatis, Matthæi nono.

B Nte hoc Euangeliũ præsentis huius dominicę scribit Matthęus, quomodo cũ discipulis ascẽderit Iesus in nauiculã, & de Galilęa se contulerit in regionẽ Gerazenorum, in nauiq; adhuc constitutus dormierit: orta vero tempestate à discipulis excitatus surrexerit, vẽtis impauerit, factaq; sit tranquillitas magna. De illa profectione habuimus Euangeliũ post octauas Epiphaniæ. Itaq; cum esset in terra Gerazenorum, occurrerunt ei duo viri habentes dæmonia sæui & crudeles, habitãtesq; in monumentis, hominibusq; infesti, adeo vt eadem via homines metuerent tranfire. Veruntamen occurrentibus illis, Iesus eiecit dæmonia ab eis. Porro dæmonibus petentibus, vt gregem intrarent porcorum, q̃ fieret miraculũ euidentius, concessit: totusq; ilico grex porcorum præceps in mare currens, submersus est. Quamobrem cum hęc oppidani ciuitatis illius didicissent, ad vnũ fere omnes egressi, rogauerũt Iesum ex humilitate, quod creditur, à finibus suis vt recederet. Æstimabant enim indignos se tãta sanctitate. Potuit tamẽ nihilominus fieri, vt maluerint Iesu potentia carere, q̃ stare sub periculo amissionis tẽporalium rerum per eius præsentiam. Huiusmodi enim timorem colligebãt ex miraculo gregis porcorum in mare mersorum. Hoc modo hodie sunt multi, qui à se remittere malunt, atque præsentia Iesu carere, quam suos porcellos, id est, illicitos quæstus relinquere. Itaq; inde descendens Iesvs, redire statuit in Galilæam. Et hinc sequitur Euangeliũ hodiernum.

Matth. 8

Ascendens Iesus in nauiculã, transfretauit, & venit in ciuitatem suam.

Rediens dominus ex regione Gerazenorum per fretum seu mare Galilææ, nauicula transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Si ciuitatem Christi Nazareth quis velit hic nominari, dicere posset primo quidẽ diuertisse Iesum in ciuitatem Nazareth, quæ ciuitas Christi dici poterat, quia erat ibi cõceptus & educatus, postea vero se cõtulisse in Capharnaũ, vbi miraculũ q̃d sequtur, fecerit. Nihil eñ scribit hic Euãgelista, nisi q̃d in ciuitatẽ suã venerit, & deinde miraculũ in paralytico fecerit: q̃d tamen non eueſtigio, sed inde abiens in Capharnaum facere potuit. Probabilius tñ videtur esse, q̃d communiter sentiunt doctores, vt Capharnaũ hic dicat ciuitas (vt textus habet) sua, hoc est, Christi: non aliam ob causam, nisi quod frequẽs ibi morabatur, multisq; signis & miraculis illam nobilitauerit.

Nazareth cur ciuitas Ghristi vocet.

Lucæ 1 Lucæ 2

Capharnaum cur dicatur ei uitas Christi.

Et ecce offerebãt ei paralyticum iacentem in lecto.

C Audito reditu Iesu, paralyticũ quendam Capharnaitæ ad eundem curabãt introferre, quem credebãt à dño pñssimo sanandum. Erant aũt viri quatuor portãtes eum in grabato, siue in gestatorio lecto, vt pauperibus sterni solet. Cum vero ad domum venirent, vbi prædicabat Iesus, nimiam inuenerũt populi multitudinem, adeo vt præ turba non potuerint Iesum accedere. Confortati igitur & excitati fide, ascenderunt super domum, & fracto tecto, seu aperto, submiserunt paralyticum funibus de alto ante pedes Iesu. Nihil enim dubitabant infirmitatem supplicaturam pro misero. Nouerant quoque dominum miseri cordissimum, & ad huiusmodi beneficia pronum.

Marci 2

Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Aduerte quia dominus Iesus dicitur vidisse, hoc est, attendisse fidem offerentium: vt intelligas non parum prodesse fidẽ alienam, maxime autem, vbi quis vel per ætatem vel insaniam, aut infirmitatem sui parum compos est, vt queat habere fidem. Adeo autem huic profuit fides aliena, vt ab infirmitate per illam curaretur: quamuis verisimile sit infirmum quoq; habuisse fidem ad Christum. Quomodo enim alioqui se permisisset per tectũ submitti, nisi auidus sanitatis speraſſet hanc se assecuturũ à Christo? Hoc modo infantibus & fatuis natis prodest fides parentũ, siue offerentium ad baptismum, in quorũ fide paruuli baptizantur, mundãtur, filijq; Dei ac cœlestis regni efficiuntur hæredes. Cõfide, inquit, fili. Obserua misericordissimum dominum, vt miserum hũc hominem, quem pharisęi dedignarentur aspicere, filium vocat, ipsum erigens, ad cõfidentiam erga se, & dicens: Confide fili, nam recipies sanitatem, cui maiora quoq;, quã est sanitas corporis, conferentur. Remittũtur enim tibi pctã, quo sanitatem cõsequaris etiam animæ. Hæc autem verba dicens dominus Iesus creditur displicẽtiam, contritionemq; peccatorum (sine qua adultis nõ remittuntur peccata) infudisse paralytico. Nemini tamen hic videatur mirum, quod homini paralytico & quærenti sanitatem pctã prius remiserit, quam ab ægritudine liberauerit corporis. Voluit enim nos docere pctã nostra haud raro multorum malorum, puta aduersitatũ, infirmitatumq; nobis esse occasionem & causam. Antequam igitur plenam illi cõtulit sanitatem corporis, & ppulsata manifesta infirmitate, prærogauit illi animæ (quæ potior erat) sanitatem, instar medici boni, q primo data purgatione vitiosorum humorum, sanitatem paulo post introducit.

Fides aliena quõ pfit infantibus ad salutem.

Pctã nra multoꝝ malorũ ẽ sæpe occasionem.

Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.

D Audierunt scribæ & pharisęi Christũ dixisse: Remittuntur tibi pctã tua. Quę verba, tametsi alius quispiam dixisset homini, potuissent in meliorem partem interpretari, vt sensus esset: Remittuntur tibi peccata tua, scilicet à Deo. Verũ nihil moderatum de Christo sentire poterant scribæ & pharisæi, sed oñia ad calumnias verba eius trahebant. Mox eñ inuidia stimulante Christum insimulabant præsumptionis, arrogantiæq;, qui sibi cum purus ac solus esset homo, diuinitatem ascriberet remittendo peccata, quod esset blasphemia. Quis eñ peccata potest, inquiunt, dimittere, nisi solus Deus? Credatis igitur scribæ Christũ Deũ, & non erit ambiguitas aut murmur.

Marci 2

Sciendum hic, blasphemiam committi posse triformiter. Aut Deo attribuendo quod Deo non conuenit, vt est peccare, ignorare, errare, impotentem esse, &c. Aut ab eo remouendo, siue in eo negando, q̃d ei competit: vt negando eum summe bonum, omnipotentem, &c. Aut creaturæ ascribendo, quod solius est Dei. Et hoc tertio modo putabãt scribæ & pharisæi Christum blasphemare. Credebant enim eũ solum hominem, qui quod Dei est propriũ, sibi arrogaret. Legerant enim de Deo scriptum: Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Verum duplici argumento probare se voluit dominus Iesus non blasphemare. Primo enim ostendit sibi in hoc vt sequitur, inesse diuinitatem, quia notas sibi esse mõstrabat aliorum cogitationes, quod nihilo secius solius erat Dei. Quis enim nouit quid in corde agatur hominis, nisi solus Deus? Deinde quod recte dimiserit homini peccata, per sequens probat miraculum, quo eum ab infirmitate liberat, sanitatiq; restituit.

Blasphemia cõmitti triformiter.

Esaæ 43

Argumento duplici probat Christus se nõ blasphemare.

Et cum

Et cũ vidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula?

Non credebant scribæ & pharisęi dominum Iesũm aliud quam purum esse hominem. Idcirco scandalizabantur sæpius in Christi sermone & eius operibus. Verunta men scandalum hoc sibiipsi sumebant. Fecerat enim dominus Iesus, & ostenderat illis tot signa & virtutes, vt merito non possent dubitare, sed asserere etiam cogerẽtur, nisi inuidia illos excæcasset, non humana, sed diuina virtute illa fuisse patrata. Itaque Christus eorum cogitationes detegẽs, dicit: Vt quid mala cogitatis in cordibus vestris? Quasi diceret: Me dicitis blasphemãtem, qui dico paralytico: Remittuntur tibi peccata tua, cum solus peccata remittat Deus. Si non creditis me potestatem habere dimittendi peccata, dicite mihi, qua potestate ego cogitatiões cordium vestrorum cognosco secretas, cum æque Dei sit solius peccata dimittere, & cordis intueri secreta? Quid est facilius, id est, minoris potestatis, dicere: Remittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula? Aeque virtutis sane est vtrunq;. Vtrunq; enim diuinam exigit virtutem atq; potentiam infinitam, nisi quod in hoc differentia est. Nam in corporali miraculo aduertere potestis eius potestatem, per remissionem autem peccatorũ, cuiusmodi, & an sequatur effectus, aut virtus, ignoratis.

1. Reg. 16

Vt autẽ sciatis, quoniam filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, tũc ait paralytico: Surge, tolle lectũ tuum, & vade in domũ tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam.

B Vt vobis certum fit licere filio hominis, hoc est, filio virginis (nullum enim habuit patrem in terris filius Dei) absq; blasphemia dimittere peccata, videbitis quod facturus sim miraculum, quo cognoscatis non humana virtute, sed diuinitate me niti. Mandat itaq; paralytico, dicens: Surge, tolle lectum tuum. Quare tolli lectum iubet? Ne phantasticum putetur miraculum: & vt lectum tollere possit atq; portare, qa à quatuor viris huc fuerat portatus. Probat autem bifariam hoc miraculo se esse Deum. Primo, quia propria virtute illũ infirmũ curat, quod solius Dei est. Secundo, quia infirmum hunc sanauit in testimonium diuinitatis suæ, quo murmurantes cõuinceret, non falso sibi diuinitatem arrogasse, sed verum se dicere, nec blasphemare, si dicat se Deum, aut si etiam peccata dimittat. Hoc nanq; miraculum non potuit esse, nisi à Deo, cum per naturam hæc infirmitas hoc modo, id est, tam subito & nullo adhibito medicamine, prorsus sit incurabilis. Et cum ipsum miraculum fieret in testimonium diuinitatis Christi, quo probaret se vere esse Deum, veraq; esse quę prędicabat, ideo non potuit non verum testari. Alioqui Deus, q in huius rei testimonium & confirmationem verborum & operum Christi hoc fecit miraculum, astruxisset (quod impossibile erat) mẽdacium, aut mentienti suffragium præstitisset.

Deũ se esse probat Christus bifariam.

Videntes autem turbæ timuerũt & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

Turbæ timebant videntes Iesum peccata dimittere, videtes eum secreta cordium manifestare, & in horum testimonium cõfirmationemq; videntes eum non orãdo, sed imperando morbos incurabiles fugare. Fuit aũt hic timor reuerentiæ. Siquidem hinc mirabilem Christi perpenderũt sanctitatem, dignitatemq;. Et quãuis nondum crederent ipsum Deum, crediderunt tamen illũ sanctissimũ virum diuina virtute plenum, quõ Nicodemus de illo sensit, dicens: Scimus quoniam à Deo venisti magister, scilicet nobis missus. Nemo eñ potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo. Fatebatur Deũ per illum operari; non fatebatur eum esse Deum. Sic turbæ præ illius reuerentia & admiratione timebant, & glorificabant Deum, gratias & laudes illi offerentes, quod tantam potestatem, vt hæc tria, quæ paulo ante dixi, Christus potuisset, dedit hominibus, id ẽ, Christo, quem hominẽ tantum putabãt. Ex consideratione itaq; sanctitatis Christi, ex cõsideratione magnitudinis eius reuiebant in considerationẽ quoq; suæ paruitatis, vilitatis & iniquitatis: quare etiam diuinæ iustitię contra se rigorem non immerito formidabant. Et de hoc hactenus.

Timor reuerẽtię erga Chm.

Ioan. 3

F Cæterũ, q̃d in Euangelio hoc & miraculo ante pctã dimiserit infirmo, quam illi corporis restituerit incolumitatem, nõ oci

Pctã cur dimiserit Christus

Infirmo anteq̃ ſanitatem reſtituerit. Pſalm.31

osum eſt. Haud dubium nanq; ſi nõ aliud vel hoc ſignificatur nobis, multa, quemad modum Pſalmiſta ait, flagella eſſe pctõris, & miſericordiſſimum patrem ſe exhibere Deum, quando hic flagellat. Siquidẽ, ego, inquit, quos amo, arguo & caſtigo. Et Paulus: Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Quocirca & hic paralyticus, & alij item multi quotidie doloribus, infirmitatibus q; exercentur, vt ab illis delectationes, deſideriaq; ſeparẽtur pctõrum. Quod cuicunq; id fiat, ſalubriter fit, & gratias agat clemẽtiſſimo patri, qui non ſeruat illi vindictam in diem extremæ vltionis. Eſt tamen aduertendum, multiplicem eſſe cauſam infirmitatum, aut tribulationum, quare infligantur mortalibus. Primo nãq; id contingit in vltionem, ac purgationem peccatorum, puta vt eruantur delinquẽtes à mala volũtate, libidineq; peccandi. Hoc in Oſee per adulteram mulierem nobis inſinuatur, quæ relicto marito ſuo poſt amatores ſuos cucurrerat, & per tribulationes, miſerias, ęrumnasq; compulſa ad primum redire ſtatuit maritum, figuram in ſe exprimens animæ peccatricis, quæ relicto, ſpretoq; Deo, vadit poſt deſideria, & poſt cõcupiſcentias ſuas. Veruntamen ſæpenumero miſericordiſſimus Deus, illã miſeratur, & ſepit viã eius ſpinis tribulationũ & infirmitatũ, vt etiã volens ire poſt pctã ſua, nõ poſſit, donec in ſe tandẽ reuerſa vltro dicat: Reuertar ad virum meũ priorẽ, cui ſcilicet in baptiſmo deſpõſata ſum, quia magis mihi (vt Propheta dicit) bene erat tũc, quãdo. ſ. Deo obẽdiens ei adhæſi, quam nunc, dum ſequor concupiſcentias meas, & dæmonũ ſtudia imitor, illis ſeruiens. Hoc modo Nabuchodonoſor ad ſui eſt agnitionem per calamitates reductus, vt daret gloriã Deo, cõtra quẽ ſuperbus ſe erexerat. Hoc modo Manaſſes in carcere pœnituit, deditq; illi vexatio intellectũ. Hoc deniq; modo Maria ſoror Moſi, quę detraxerat fratri, lepra percuſſa reſipuit, manifeſtam Dei plagam in ſe agnoſcẽs. Hoc modo Ozias quoque rex præſumptionis atq; temeritatis pœnas dedit: & quod ſperatur, correctus eſt. Secundo, contingit infirmitates, aut ſupplicia dari ad vltionem peccatorum, ad exterminium ſcilicet hominis, & inchoationem æternæ pœnæ. Hoc modo Dathan & Abiron, q̃s rebelles, detractores, cõtumaceſq; Deo illis iuſta reddente terra deglutiuit.

Infirmitatũ ac tribulationũ cauſa multiplex.

Oſee 2

Eccli 18

Oſee 2

Daniel. 4

2. Para. 33

Num. 11

2. Para. 26

Num. 16

Hoc modo Herodes per elationem, alijſq; facinoribus delinquẽs, pcuſſus eſt à Deo, & corroſus vermibus expirauit. Similem exitum Antiochus habuit. Pharao quoq; inter flagella nõ melior, ſed durior factus, tandẽ male periit. Tertio, infirmitas inducitur ad gloriã Dei manifeſtandam. Huiuſmodi accidit cęco à natiuitate, quem dominus illuminauit. Nam interrogantibus Chriſtum eius diſcipulis, an hic peccaſſet cæcus, an eius parẽtes, quamobrem cæcus naſceretur: reſpondit dominus Ieſus, neq; hunc, neq; parentes eius peccaſſe, ſeu peccando id commeruiſſe, vt cæcus ille naſceretur, ſed vt manifeſtaretur gloria Dei.

Act. 12

2. Mach. 9 Exo. 9. 11

Ezech. 31 Ioan. 9

Quarto, infligitur aduerſitas ad humiliationem, cuiuſmodi Paulo apoſtolo accidit, q̃ de ſeipſo confitetur, dicens: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet: quæ tamẽ tentatio, vt illi accidiſſe intelligeretur, non ad illius deſtructionem, ſed ad ædificatiõem, ſequitur mox: Propter q̃d ter dñm rogaui, vt diſcederet à me, & dictum eſt mihi: Sufficit tibi Paule gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Quid eſt, virtus in infirmitate perficitur? Superbia, aut cõplacentia propria ex bñactis rebus, ſeu in donis Dei humiliatur, ne bona q̃q; noſtra & dona Dei nobis ſint in animę iacturã ſeu ruinam.

G

2. Cor. 12

Quinto afflictiones, calamitateſq; eueniunt homini, ad oſtendendam illius innocentiam, ad patientiam commendandam. Huiuſmodi fuit Iob, cuius innocentia, ſimplicitas, perfectioq; vt oñibus nota fieret, probari ac manifeſtari illũ oportuit ad noſtram ædificationem, quo nobis exempla quoq; virtutum in eo latentium erumperent, atq; ad imitationem nos inuitarent.

Iob

Quocirca vos filij eſtote patientes & mites abſq; murmuratione in oñibus aduerſitatibus, quæ veniunt ſuper vos. Accipite eas de manu benigniſſimi patris. Nolite infirmitates corporum importune deprecari, magis orate Deum, vt vobis patientiam & fortitudinem ad ſuſtinenda aduerſa tribuat, q̃ vt à calamitatibus oñibus eripiat. Pro pctis veſtris eadem, quę ille pro vobis paſſus eſt, eidem offerte. Quæ vos aũt patimini, nõ tanti æſtimetis, vt digna ſint, quæ pro pctis veſtris illi audeatis offerre. Nimis enim eſt modica in his virtus. Quare, vt dixi, indigna iudicate, quæ pro peccatis veſtris

Aduerſitates cũ patientia & mititate tolerãdas eſſe.

Pro pctis noſtris qd Deo offeramus.

Eph. 2

ſtris in ſatisfactiõem Deo offeratis: ſed, vt dixi, eius ſatisfactionem ſufficientem ac digniſſimã illi pro vobis offerte. Si vero boni aliquid agere vos cõtigerit, aut mali pati quippiam, hoc Deo ad eius gloriam, ad eius honorem, ad eiuſq; beneplacitum oferatis. Diues eſt enim Deus in miſerationibus, hic tamen nos liberos nuſquã citius à peccatis faciet, quã in ſanguine ſuo, in morte ſua, in vulneribus ſuis, in pœnis ac virtutibus ſuis. Hoc nobis omnibus piſſimus dominus noſter Ieſus Chriſtus concedat, qui cum patre & ſpiritu ſancto Deus viuit benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. De pœnitentia, confidentia & cogitationibus malis.

H

Matth. 14

Ascendens Ieſus in nauiculam transfretauit & venit in ciuitatem ſuã. Matth. IX. Dñs Ieſus, qui Petro conceſſit, vt ambularet ſup mare, ipſe nauicula vti voluit, q̃ per fretum ſeu ſtagnum maris tranſiret. Docere q̃q; in hoc nos voluit, qui in patriam noſtram redire nitimur, vt hoc æuo, quo viuimus, & quo non aliter, quam in mari ſumus, tranſfretãtes nauicula debeamus vti pœnitentiæ, qua trãſuehamur ad patriam, ſeu ad ciuitatem noſtram. Hæc eſt ciuitas, cuius apoſtoli, alijq; ſancti nõ fuerunt hoſpites & aduenæ, ſed ciues & domeſtici Dei: ad quam ſumus nos quoq; creati, ad quam ſumus per Chriſtum redempti, cuiuſq; vt ſimus ciues, ſumus adoptati. Hæc eſt illa ciuitas, quam futuram inquirimus, non habentes hic interim aliam ciuitatem. Quia autem omnes peccatores ſumus, ideo cunctis etiam nobis pœnitentia eſt neceſſaria.

Naulcula pœnitẽtię nobis ad patriã eſſe trãſtre tandum. Ephe. 2

Hebr. 13

Hæc pœnitẽtia in omni loco, in omnique ſtatu agi, ſeruarique poteſt, niſi quiſpiam ſit ſtatus, officiumve aut miniſterium, quod abſque peccatis exerceri non poſſit: hunc ſtatum relinquere oportet, ſicut Matthæus theolonarij reliquit officium. Quãuis autem pœnitentiam facere in omni ſtatu licito (vt dixi) quis poſſit, difficile tamẽ eſt eandem, præſertim quo ad dignos fructus pœnitentiæ, recte impleri in ſeculo, & in conuerſatione hominum, vbi cẽtum inueniuntur ante, qui à pœnitentia retrahant, quam vnus qui adhortetur. Omnes enim, qui pie volunt viuere in Chriſto, perſecutionẽ patientur. Et hoc quidem olim ante mille quingentos annos ita ſcriptum eſt, quando feruebat deuotio, quando ardebat charitas in oñibus. Quid hodie fit, vbi ex diametro ſanctis inſtitutis bñ viuendi repugnatur? Quis volẽs ſua pauperibus diſtribuere, & Chriſtum pauperem ſequi, non deridebitur, dehortabitur? & ſi perſeuerauerit, non vt inſanus deſpicietur? Tanta eſt nũc malitia temporum, vt magis, qui abſtinet mundo, reprehendatur ac ſubſannetur, quã qui ſeruit. Quãobrem cum dominus dicat: Videant homines opera veſtra bona, vt glorificent patrem veſtrũ, qui in cœlis eſt (quod tamen de opibus bonis neceſſarijs, & ad quæ tenemur, maxime intelligendum eſt, nõ de ſingulis arbitrarijs aut ſupererogatorijs, quę propria quis ſibi deuotione præſcribit) hodie tamẽ tanta eſt hominum corruptio, tanta corruptorum multitudo, vt pene dicendum ſit: Abſcondita ſint opera veſtra bona coram hominibus, ne videant, & derideant, perſequãtur, ſcandalizentur & peccent. Dixi igitur inter homines difficulter pœnitentiam poſſe obſeruari. Fuerũt eam ob rem ad pœnitentiam olim inſtituta monaſteria, quo tam à gloria mundana, quam à mundi perſecutione liberi pœnitẽtes Deo ſeruirent. Sed hic ſtatus quoq; hodie perſecutiõem patitur. Quem certe quiſquis nunc quęrit, quando contemptus eſt ſtatus ille mũdo, maiori eſt præconio laudandus, maioriſq; deuotionis ſperandus futurus, quam ſi olim quis monachatum, quando is tum erat ſtatus glorioſus, petiſſet. Vbi igit mo-naſtice adhuc viuere licet, atq; Deo ſeruire, ibi tranquillo magis animo Deo ſeruitur. Neq; enim, vt apoſtatæ monachi quidam ſtatui illi detraxerunt (qui impudenter illum quoq; reliquerunt) ibi cæremoniæ ſolæ ſunt. Nam in monaſterijs bene inſtitutis vigilatur, vt ſit pax animi, fratrum cõcordia, charitas, corpoꝛ macerato, mortificatio vitiorũ, puritas cordis, ſalus animarum, & exornatio virtutum. Ibi nanq; certatim boni monachi pro virtutibus; puta pro humilitate maiori, pro mãſuetudine, pro deuotione ac pietate in Deum contendunt, ibi magis proficere indies conãtur. Ibi ſe deniq; Deo ac propter Deum hominibus ſubijcere quotidie magis ſatagunt.

Matth. 19 Marci 10 Lucæ 18 Marci 10. & 14 Malitia iſtoꝛ temporis quanta. Matth. 5

I

Monaſteria cur ſa lubriter inſtituta ſint.

Religioſorũ bonoꝛ vita qualis ſit.

Ad huiuſmodi aliq̃d monaſterium tibi properãdum foret, q̃ pro peccatis tuis pœnitentiam agere inſtituiſti, aut qui vitã tu-

Matth. 9 Marc. 2

Matth. 3 Pœnitẽtia cur in ſeculo difficile poſſit recte impleri. 2. Tim. 3

Pœnitẽtię fructus dignos facere volẽtib⁹ qd agẽdum ſit.

am omnem cupis Deo ſacrificare. Quod ſi obtinere tibi non contingat, in domo tua ab illis hominibus ſeparatus monachum age, fuge loca publica, & hominum, quantum potueris, cœtus, viue ab hominibus & curis abſtractus: parum aut vix loquere, ſtudio & orationi inſiſte: delectationibus ſenſuũ repugna, ac voluptates, quæ neceſſariæ non ſunt, naturæ proſcinde. Et in hoc modo viuendi tanquam in nauicula perſeuera. Bonum quidem eſt in monaſterio ac in religione viuere, in qua, vt diuus Bernardus expertus dicit, homo viuit purius, cadit rarius, ſurgit velocius, incedit cautius, quieſcit ſecurius, irroratur frequẽtius, purgatur citius, moritur cõfidentius, remuneratur copioſius, Sed bonũ eſt etiã, cui religionis monaſticæ ſtatus, aut nõ quadrat, aut nõ conceditur in domo ſua abſtractã vitã ab hominibus ſolitariãq; agere, & ſanctis exercitijs Deo vacare. Sit igitur prima hæc eruditio euãgelica, vt per pœnitẽtiam transfretemus in ciuitatem, & patriam noſtram. Secundo, inſtruat nos q̃d Chriſtus monuit paralyticũ vt confideret. Multa nanq; & magna impetrare poteſt confidentia ad Deum. Sciendum tamen confidentiam eſſe triplicem. Prima eñ mala eſt confidentia, cum quis de Dei miſericordia præſumens, aut tam faciliter eam ſibi promittẽs, vt ſup miſericordia diuina peccet. Quia eñ, vt Eccleſiaſtes habet, nõ profertur cito contra malos ſententia, abſq; vllo timore filij hominũ perpetrant mala. Hac confidentia multiplici modo fallit diabolus hoiem. Aut enim Dei miſericordiã tam magnam bonitatemq; promittit, vt iuſtus eſſe Deus deſinat, vindexq; malorum. Aut ſibi ipſi pollicetur pœnitentiam ſe facturũ, gratiam Dei ſe impetraturum, emendaturumq; omnia ante mortem. Hæc inquam, omnia inanis, humana, fallaxq; præſumptio ſibi pollicetur, que tamen nihil poteſt præſtare, propterea quod in Dei dono & manu ſint hæc omnia conſtituta. Niſi eñ dominus te ad pœnitẽtiam induxerit, niſi contritionem infuderit, & gratiam emendandiq; contulerit voluntatem, fruſtra de te aliquid tibi, quod minime tuæ eſt facultatis, promittis. Mirum quoq; eſt valde, q̃ tam ſtultam habemus confidentiam, cum millies, ſi volumus, ante oculos videmus, quam difficilis, quam imperfecta, quã deſolata, quam diffidẽs, quamq; raro vera ſit pœnitentia, quæ differtur vſque ad finem. Quid ergo ſperamus, aut quid præſumimus, cum aliter contingere fere cernimus in omnibus, quam imparati ſcilicet ad moriẽdum, quam inuiti, quam triſtes, & interdum amentes, & muti moriuntur? Si tibi, quod veriſimile eſt, contigerit, vbi tũc erit præſumptio tua dicens: In fine ego pœnitebo? Modo igitur hoc cogita, modo noli eſſe ſecurus de peccatis tuis, ſed libera te ab eis, vt in ſecuritate viuas, quanta à bona conſcientia poteſt haberi, & moriaris.

Bernard⁹. Religiõis ꝓgratiuę quæ ſint.

Ecclẽs 8

Pſalm. 10

Sapien. 12 Cõfidẽtia ꝓſumptuoſa q̃ multos fallat.

Cæterum male agere, & ſecurum interim eſſe, ſtultitia eſt ſtultius, De his loquitur Eccleſiaſtes dicens: Sunt impij qui ita ſunt ſecuri, quaſi iuſtorum facta habeant. His certe nihil inſipiẽtius. Quid enim tam præſumptuoſum, quam male viuere, & bonum finem expectare? De his autem loquor, qui pœnitentiam hic renuunt, qui conuerti ad Deum nolunt, emẽdationem vitæ vſq; ad mortem, hoc eſt vſq; dum peccare amodo nõ poſſunt, differunt. Ad hãc fiduciam pertinet promittere ſibi vitam lõgam, perſuadere ſibi dies multos, ſingulare robur & ſanitatem, credereque ſe diu victurum. Quapropter in Sapientiæ libro dicitur: Spes impij quaſi lanugo eſt, quæ à vẽto tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quę à procella diſpergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffuſus eſt, & tanquam hoſpitis vnius diei memoria prætereuntis.

Stultitia hoim maxima quę ſit. Eccles 2

Sapien. 1

L

Cõfidẽtia fraudulenta.

Secunda confidentia eſt fallax & fraudulenta. Ea ſcilicet, quam quis habet in aliqua creatura, aut in aliquo dono naturæ, ſeu gratiæ gratis datę. Scriptũ nãq; eſt: Maledictus qui ponit carnem brachiũ ſuum, hoc eſt, q̃ confidit in homine. Bonum eñ eſt cõfidere in dño, quam confidere in homine. Quando in homine cõfidis, in quo confidis? In eo profecto qui ſeipſum dum miſer eſt, iuuare nõ poteſt. In eo, inquam, confidis, quem neſcis, an craſtina ſit luce futurus. Benedictus itaq; vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Nec glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec vir fortis in robore ſuo, ſed in eo quod agnoſcit, diligitq; dominum, in quẽ omnẽ ſuum iactat cogitatum. Porro ſi in diuitijs confidis, ſcito te eſſe ſtultum, quia diuitiæ te non liberabunt in die mala. Et ideo dicit Sapiẽs: Qui cõfidit in diuitijs, corruet. Et in Baruch ſcribitur: Vbi ſunt q̃ argentum theſaurizant, & aurum in q̃ confidunt homines,

Hier. 17

Pſalm. 117

Hiere. 17

Hiere. 9

Pſalm. 54

Prouer. 11 Baruch 3

mines, & non eſt finis acquiſitionis eorũ, Sequiſ aũt poſt pauca: Exterminati ſunt & ad infernos deſcenderunt, & alij in loca coꝛ ſurrexerunt. Tertia cõfidentia ſeu fiducia eſt ſaucta, bona & cõmẽdata, q̃ oĩs alia fiducia abijcit, vt in Deo ſolo confidatur. Beati igit omnes, qui confidunt in eo. Nemo enim in eo confidens vnquam derelictus eſt. Ideo hortatur Pſalmiſta dicẽs: Spera in eo, & ipſe faciet. Et Eccleſiaſticus: Reſpicite filij nationes hominũ, & ſcitote quia nullus ſperauit in domino & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Extendit autem hæc confidentia ſe ad quatuor. Primo, vt confidas Deo de temporali prouiſione, vt Pſalmiſta monet: Iacta cogitatum tuum in dominum, & ipſe te enutriet. Et Petrus. Omnem, inquit, ſollicitudinem veſtram proijcientes in eum, nam ipſi cura eſt de vobis. Idcirco miro ſtudio hortatur nos veritas, vt ab inutili illa ſollicitudine abſtineamus, dicens: Nolite ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut q̃d bibemus, aut q̃ operiemur? Scit enim pater veſter cœleſtis, qa his oĩbus indigetis. Quęri te aũt primum regnũ Dei, & oia hæc adijci entur vobis. Porro diuinam prouidentiam cui confidamus, præſtolari nos conuenit, conſiderantes tria in Deo. Primo eius paternam conditionem: pertinet enim ad patrem prouidere filijs ſuis, vt in Luca Chriſtus dicit: Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter bona dabit petentibus ſe? Itemque: Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe. Secũdo, conſiderando Dei ſolitã benignitatẽ. Ita eñ de patribus noſtris legimus q̃d illorum curã habens neceſſaria in omni defectu illis adminiſtrauit. Nam quis p̃cepit coruo vt paſceret Heliam, adferẽs ei carnes & panes, iuxta torrentem Carith? Aut quis torrente exiccato apud mulierẽ viduam religioſum illum ſuſtentauit in Sarepta Sidoniorum, niſi is qui dixit: Præcepi enim mulieri viduæ, vt paſcat te? Nonne filijs Iſrael, deficiente farina quam ſecum ſumpſerant ex Aegypto prębuit manna, quo illos paſceret de cœlo? ſicut ſcriptum eſt, Angelorũ eſca nutriuiſti populũ tuũ.

Ibidem

Confidentia ſancta quæ ſit pſalm. 2

pſalm. 56 Eccle. 2

Fiducia in Deo ad q̃ quatuor ſe extendat pſalm. 54

1. petri. 5

Matt. 6

M

Prouidentia diuinã pſtolantibus triacõ fideranda eſſe

Lucæ 11

Pſal. 102

3. Reg. 17

Ibidem

Exod. 16 Num. 11

Sapien. 16

Matt. 6

Tertio, penſando Dei liberaliſſimam diſpenſationem, qua homines & iumenta paſcit, volucres cœli, & piſces maris. Reſpicite, inquit, volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Et adijciens: Nonne, ingt, vos pluris eſtis illis? Hæc fiducia ſeu confidentia modum ponit atque refiſtit auaritiæ & tenacitati, ſuperfluam ſollicitudinem abigit diffidentiã caſtigat, prouocatq; ad dandã eleemoſynã. Cõfidentia eñ non timet defectũ. Cõtra vero, q confidit in diuitijs ſuis, corruet, vt dicit Sapiẽs. Nimia eñ ſollicitudo id agit vt plerumq; careamus neceſſarijs. Quia eñ prudẽtiæ & curæ noſtræ nimiũ fidimus aut tribuimus, finit Deus aduerſa omnia occurrere, q̃ videamus, quam nihil nobis noſtra ſollicitudo conferat, niſi Deo autore & directore. Secundo, confidas Deo pro obtinenda peccatorum venia. Ad quod hodie quoque in Euangelio hortatur Chriſtus paralyticũ, dicens: Cõfide fili, remittunt tibi peccata tua. Ad hanc fidutiã inuitat ſimiliter, nosq; roborat triũ conſideratio. Primo, ingenita bonitas, atque naturalis miſeratio Chriſti, q̃ ore ſuo benedicto dicit: Miſericordiã volo & non ſacrificium. Ipſe nanque ad dandũ & parcendũ eſt pronior, quam nos ad accipiendũ. Secundo, Dei incarnatio, quæ aliud nobis non loquit quam veniã & miſericordiam, vt ad Timothæũ ſcribit Paulus dicens: Chriſtus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere. Et Chriſtus: Filius hominis non venit in mundũ, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Et in Luca: Filius hominis non venit homines perdere, ſed ſaluare. Tertio patiens Dei expectatio. Vnde Eſaias: Propterea expectat dominus vt miſereat veſtri. Et Paulus: An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit?

Ibidem

Ioan. 12

Lucæ 9

Eſaiæ 30 Rom. 2

N

Tertio, confidas Deo p̃ ereptione in tentatione. Quappter in Pſalmo dicit dñs: Clamauit ad me, exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eripiã eum & glorificabo eũ. Iacta igit cogitatũ tuum in dñm, & ipſe te enutriet. Augeri autem in nobis & creſcere debet confidentia illa pariter ex tribus. Primo, ex hoſtium depreſſione, de qua Chriſtus diſcipulis loquit, dicens: Confidite, quoniam ego vici mundũ. In Chriſto igit cõfide & vinces, eius victoria tua eſt, eius virtus tua eſt, eius innocentia ſalus tua eſt. Secundo, ex tui protectione. Dominus enim protector vitę meæ, à q̃

Pſal. 90 pſal 54 Fiducia in Deo habẽda in tẽptatione ex q̃ bus tribus augeatur. Ioan. 15

Pſal. 26

trepidabo? Qui ad Abraham loquens: Noli, inqt timere Abraham. Ego protector tuus sum. Tertio, ex diuina bonitate. Adeo enim bonus est Deus, vt vltra vires tuas nolit te grauari, sicut Paulus dicit: Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cũ tẽtatione prouentum, vt possitis sustinere.

Gene.15

1.Cor.10

Quarto, confidas Deo in gloriæ expectatiõe, omniumq; bonorũ remuneratiõe. Idcirco Hæbræos Paulus admonet dicẽs: Nolite amittere confidentiã vestrã, q̃ magnã habet remunerationẽ. Hæc aũt cõfidẽtia futuræ beatitudinis simili modo fulcit ex tribus. Primo, ex cõuentione seu promissione. Ita enim nobis dominus promisit, nam interroganti se quid faceret, vt vitam æternam possideret? respondit. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei. Item de his quos in vineam conduxit dñs, in parabola Euangelica dicit: Conuentione autem facta ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Item ad Apostolos: Vos qui permansistis mecum in tentationibus meis, sedebitis mecum in regno meo super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Secundo, fulcitur, augeturq; ex nostra redemptione, hoc est, ex Christi passione. Habemus eñ, vt Paulus dicit, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Quæ enim est alia fiducia nostra, aut quæ spes, quæve consolatio, quam in sanguine Christi, qui melius efficaciusq; p nobis ad patrem clamat quã sanguis Abel? Tertio, fulcit hęc cõfidentia ex oratione nostra. Siquidem quicunq; inuocauerit nomẽ dñi, saluus erit. Sciendũ tñ confidentiam suam nobilissimũ esse donũ quod nec fallere nec falli potest, vtpote bonitati soli diuinæ innitens, quamuis nulla confidentia debeat dici sancta in eo, qui Dei mandata cum possit, non vult obseruare, nec in eo, qui Dei licet seruet mandata, in obedientia tamen sua, hoc est, in sua perfectione confidit, huicq; innititur: sed tantum ille veram habet confidentiam, qui quantum nouit, quantum potest, Deo placentia agit, in his tamen confidentiam suã non ponit, sed in meritis ac passione Christi tantum confidit. Pro hac confidentia debemus dominum continuo atque perseueranter orare.

Heb.10 Beatitudinẽ futurã obtinẽdi fiduciam ex quibus tribus fulciatur.

Matt.19

Matt.20

Lucæ 22

Heb.10

Gene.4

Ioel 2 Confidentia sancta q̃ sit nobile donum & quis eã habeat

O Cogitationes malę an sint peccata Matt.15

Tertio ac postremo instruat nos, quod dominus reprehendens scribas: Vt qd, inqt, cogitatis mala in cordibus vestris? Si cogitationes malæ nõ essent peccata, non eas Christus reprehenderet, Nã & cum pharisæi discipulos Christi notarent, propterea quod non lauabãt manus suas manducaturi, dominus illos excusans, dicebat: Non lotis manibus mãducare, non coinquinat hominem: sed ea quæ de corde exeunt, hæc sunt quæ coinquinant hominem: & exempli gratia multa, quæ de corde exeunt coinquinantia hoiem recensens, nominat etiam cogitationes malas. Sunt igit cogitationes malæ cauendæ. Quæ inqs, sunt malę. Hę. s. quoq; opa fierent, essent mala aut dãnabilia, hoq; etiam cogitationes sunt noxiæ & malæ, non quia sunt nudæ cogitationes tãtum & phantasiæ, quantum attinet ad actum cogitandi, sed vt sunt peccatorum cogitationes, quarum res cogitatæ delectant, tametsi consensus repugnet ad operandum, non tamen repugnat in cogitationibus rerum cogitatarum ad delectandum, seu ad corde voluptuandũ in illis.

Cogitationes q̃nam sint malæ

Prohibet autem adeo dominus peccatũ, vt nolit seruos suos neq; opere, neque lingua neq; affectu, neq; delectatione consentire p rationem peccato. Iterum dico, adeo tibi Deus phibuit pctm̃, vt nolit nõ solũ vt agas pctm̃, sed etiã nolit, vt tu illud velis, optes aut diligas: imo nolit vt sponte finas affectũ tuũ esse inclinatum pctõ, aut vt in peccato, hoc est, vt in re cogitata quæ pctm̃ est, sponte delecteris voluptuerisq;, vt fit sæpe in his qui carnalia meditantur. Potest tamen fieri, vt tentatio carnalis, aut in carne, aut in imaginatione & affectu te inuitum molestet, imo etiã secũdũ rationẽ inuitũ sensualem appetitum tuũ delectet, & sis nihilominus absque periculo mortalis peccati. Non potest autem (vt doctoribus sanctis placet) fieri, vt quis voluptatis aut delectationis animi gratia in peccato mortali cogitato (etiam nolit illud facere) delectetur animo deliberato, & in delectationem rei cogitatæ consentiat absq; periculo mortalis peccati. Quod à nobis auertat Iesus Christus Dei filius in secula benedictus, Amen.

DOMINICA XX. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios V.

Videte

XXIX. Videte quomodo caute ambuletis. Non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, qñ dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis & hymnis, & cãticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino: gratias agentes semp pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo patri subiecti inuicem in timore Christi.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A Ante monuerat Apostolus Ephesios tenebrarum operibus non communicare, nec horũ participes fieri: magis autẽ ea redarguere. Hic autem admonet, vt cauti ambulent atque prudenter, dicens: Videte ac sagaciter vobis prospicite, quõ prudenter & caute ambuletis, circunspiciendo vobis in oĩ loco & opere, quõ tentationum insidias, peccatorumq; euitetis occasiones, ne aut vestris, aut aliorũ vitijs inquinemini. Non quasi insipientes, vt hi faciunt, qui q̃uis nulla peccandi voluntate trahantur, à specie tñ mali non abstinẽt, quod est insipientiæ, dum alijs occasionem prębent scandali: sed ambuletis, inqt, vt sapientes, quorum conuersatio tam in interiori, quã exteriori homine coram Deo & hominibus irreprehensibilis sit: recuperantes tempus aliquando infructuose transactũ, aut redimentes illud, ne ociose transigendum amittatis, q̃ nunc eo sitis feruentiores, quãto olim negligentiores fuistis, quoniã dies mali sunt: Non quod dies in se sint mali, sed quod ex tempore homo facillime sibi materiam occasionemve, nisi prudentissime circumspiciat, sumat delinquendi. Ascribuntur enim tempori, quæ fiunt in tẽpore. Inde est quod Christus dicit: Sufficit diei malitia sua. Et in Machabæorũ libro: Videns Ionathas quia tempus eum iuuat. Sequitur: Propterea nolite fieri imprudentes, indiscreti, aut non circũspecti, ne multa negligatis facienda, neve negligenda faciatis, sed intelligatis quę sit voluntas Dei, quid à vobis ille requirat, quidve illi placeat. Non vinũ moderate sumptum, sed ebrietatem vobis prohibeo, ex quo luxuria generat. Ita enim dicit: Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Idcirco quoq; dicit Sapiẽs. Luxuriosa res vinũ, & tumultuosa ebrietas. Quicunq; his delectat, nõ erit sapiens. Porro, luxuria vbi fuerit, ibi commorari non potest spũs sanctus. Ideo monet, dicens, Sed impleamini spiritu sancto, q vos diuino salubriter inebriet amore, mentesq; vestras ab amore tẽporaliũ ad æterno rũ desideriũ transmutet. Applicat aũt similitudinẽ ad sanctã hanc ebrietatẽ spũs, eorq; consuetudinem qui calicibus student epotandis, interimq; nugantur simul iuxta vinum confabulantes & cantantes. Ideo impleamini, inquit, non vino in quo est luxuria, sed spiritu sancto, in quo sobria est ebrietas mentis. Colloquentes vobismetipsis alterutrũ in Psalmis, in hymnis ac laudibus Dei, & in canticis spiritualibus, q̃ futura gaudia cœlestium q; bonorũ memoriã p̃ludunt: cantãtes & psallentes in cordibus vestris dño, tanquã hi q diuino amore suauitatisq; eius memoria sunt ebrij, & gratias agentes Deo, non ad horã, sed semper pro omnibus eius beneficijs, pro omnibus quoque hominibus, quorum consolatio & gaudium vestra debet esse cõsolatio & gaudiũ, sicut membra sibi gratulari vnius corporis decet. Neque enim si oculis doluerit, & dolore recedenti sanitati fuerit restitutus, minus gaudebunt singula alia membra, quam si ipsa fuissent afflicta, & denuo liberata. Ideo monet, p omnibus nos gratias agere Deo patri misericordiarum, & totius cõsolationis, idq; in nomine domini nostri Iesu Christi, per quẽ hæc oĩa nobis dantur, in quem quoq; si agnoscimus hoc, resultat omnis laus & gratiarum actio, quã patri offerimus p filium seu per nomen dñi nostri Iesu Christi. Itaque hæc omnia agẽtes, estote ergo vos inuicẽ quoq; humiles & subiecti, alter alterũ honoꝛ

Ambulandum quõ sit caute & prudẽter,

1.Thess.5

Temporis acta assignabi q̃ fiunt in tẽpore. Matt.9 1.Mach.12

prou.20

B Prou.23 Ebrietas spiritꝰ sancta & sobria.

2.Cor.1

Rom.12

honore præueniens,alter alteri deferens,
portans,dissimulans,tribuens,ignoscens,
Matt.23 & minorem vilioremque vnusquisq; se o-
mnibus sentiẽs in timore Christi,q̃ dixit:
Qui maior est vestrũ, sit sicut minister ve-
ster.Et Ecclesiasticus: Quanto maior es,
Eccle.3 humilia te in omnibus.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicæ XX.post dominicam S.Trinitatis. Matthæi. XXII.

CBi Christus dñs no
ster palmis, honori
bus,ac laudibus in
vltimo suo aduentu
Hierusalem aduene
rat, & illa die duo-
busq; sequentibus à
Mat.11.22 mane vsq; ad vespe-
Luc.19.20 rã prædicationi intendens, multas diceret
parabolas,quibus præcipue ludæorum in
gratitudinem taxabat, gentis Iudaicæ de-
sertionem & electionem gentium,tandem
que suæ necis meditationem ac machina-
tionem pungens.Quæ omnia contra se in
telligentes sacerdotes summi, pharisæi &
scribæ,ira debacchati sunt in eũ libẽterq;
occidissent,nisi timuissent plebẽ,q̃ dñm le
sum vt pphetã colebat. Inter multas itaq;
parabolas,quas ibi dominus dixerat, vna
ea; hæc fuit, quæ hodie recensetur ab E-
uangelista Matth.dicente domino.

Simile est regnum cœlorum homini regi,qui fecit nuptias filio suo.

Regnum cœlo; hic non p futura bea-
titudine accipit,sed p Ecclesia præsenti mi
litante:ac si diceretur: Negociũ & status
militantis Ecclesiæ assimilatur homini re
gi,hoc est,Deo patri, q propter clementiã
suam homo dicitur: propterea vero quia
gubernat omnia potenter ac sapientissime
vocatur rex.Hic fecit nuptias filio suo, vel
dum in vtero virginis illi coniunxit natu
ram humanam,vel dum illi prædicanti de
sponsauit Ecclesiam,cuius & amore Chri
stus mortuus est:vel dũ animã quãcunque
sanctã tanq̃ sponsam per fidem & charita
tem illi coniunxit.De hac vltima despõsa
Osee 2 tione loqtur dñs p Osee, dicens: Spõsabo
te mihi in fide.Hæ nuptiæ celebrant in ba
ptismo,vbi Deus cõiungit aiæ: celebrant
etiã nihilominus,aut potius redintegrant
in cõuersione peccatoris. Habet em̃ aia
post baptismũ peccãs speciẽ adulteræ,q̃ re
licto viro suo fornicat cũ amatoribus alie
nis.Hanc tñ Deus benigne iterũ recipit re-
deuntẽ,sibiq; recõciliat, quãuis p prophe-
tã dicat:Mulierẽ q̃ semel spreuerit maritũ
suum,& ab eo recesserit, denuo non redi
turã ad illũ, hoc est, non iterũ à priore ma-
rito recipiendã.Tu tñ,inqt,o aia peccatrix
tametsi me reliqueris & fornicata fis cum
amatoribus multis aliquotiesq; reconcilia
ta,itarum atq; iterum reliqueris, reuertere
ad me,& suscipiam te: tantum abest,vt be-
nignissimus animarum amator Deus ani-
mam spernat redire volentem, vt dicat eti
am angelis Dei fore gaudium sup vno pec
catore pœnitentiam agente. Hæ aũt nu Luc.15
ptiæ celebrant in thalamo conscientię tuę
vbi Deo anima tua desponsatur.Crede au
tem hoc Deo tuo, nunquam fuit aut erit
tam castus,tamque feruens amor spõsi ad
sponsam,quam est Dei ad animam.Tui a-
pud illũ est memoria.Ipse etiã Christus fi-
lius eius spõsus tuus ne tui obliuiscerẽt,
hoc est,ne in ipsius venire obliuionem te
putes,tibi dicit:In manibus meis descripsi
te.Reuera in manibus Christi descripti su
mus,ga cicutrices qnq; vulnerũ qbus nos
redemit,sibi tenuit,quo & ipse memor es-
set,& patri intuenda signa eadem ostende
ret,quibus quanta pro hominibus passus
esset,illum (vt sic loquar)admoneret.

Adulteræ speciẽ habet aispectrix Ibidem

Amor dei ad aiam sicut delẽ quantus.

Esaiæ 49 Vulnerũ qinq; cicatrices cur Christus seruauerit

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias,& nolebant venire.

D Per hos seruos prophetas intelligit
priores veteris testamenti ad Iudæos mis-
sos q clarius Christũ q̃ lex p̃dicabãt &hor
tabant plebẽ ad expectationẽ Christi, vt
crederẽt in eũ venturũ,quõ nos credimus
in eum q venit,Sed nolebant venire, hoc
est,nolebãt prophetarũ monitis acqescere.Iudæi nanq; p bona parte fuerũt semp
duri,increduli ac inobedientes. Quam du
ritiam recte Stephanus illis exprobrauit,
dum Christo testimonium mox lapidan-
dus ferret, dicens: Dura ceruice & incircũ Acto.7
cisi corde & auribus, vos semper spiritui
sancto restitistis,sicut & patres vestri,ita &
vos.Quem prophetarum nõ sunt persecu
ti patres vestri?Et occiderunt eos q̃ pnun-
ciabant de aduentu iusti. Moses quoque
Deut.32 Iudæorum populo loquẽs,dixit:Ego scio
contentionem & ceruicem tuam durissi-
mã.Ad huc viuente me & ingrediẽte vo-
biscum,

biscum, semper contentiose egistis cõtra
dñm:quanto magis cum mortuus fuero?
Nolebant igitur venire.

Iterum misit alios seruos dicens:Dicite inuitatis:Ecce prandium meũ paraui. Tauri mei & altilia mea occisa sũt,& omnia parata,venite ad nuptias.

Alij serui missi, sunt posteriores ,pphetæ & apostoli seu successores apostolorũ.
Hi dixerunt inuitatis,hoc est,ludęis,qui p
legem inuitati sunt,quõ rex mandauerat:
Ecce prandium meum paraui,ecce mysterium incarnationis homo factus perfeci,
fidem institui,credenda ordinaui,sacramẽ
tum Eucharistiæ dedi,scripturæ alimenta
proposui,& gratiarũ dedi chrismata. Tau
ri mei,inquit,& altilia mea occisa sunt.
Gregorius Tauri mystice qd. Altilia quid Vt sancti quidem doctores exponunt,tau
ri patres sunt veteris testamenti,qui inimi
cos suos seueritate iustitiæ persequebant:
altilia vero patres noui sunt testamenti,q
veluti altilia gratiarum pinguedine satia-
ti,& gratia contemplationis quasi pennis
quibusdam subleuati,in altum volant.Hi,
inquit rex,pro nuptijs filij mei sunt occisi,
& propter fidem incarnationis, tam hi q
sub lege fuerunt,quam qui tempore Euan
gelij vixerunt,propter prædicationem &fi
dem incarnationis mortui sunt, & omnia
parata sunt.Quicquid enim ad salutem ho
mini est necessarium,puta adoptio, sancti
ficatio,baptismus,pœnitentia,infusioque
gratiæ,ianuæ cœlestis apertio, per Chri-
sti passiõem ac meritum est consummatũ,
& vobis sumendus fructus, sumenda refe
ctio,percipiendaque horum vtilitas offer
tur,nihil restat nisi vt veniatis & ingredia
mini. Venite igitur fide & moribus ad
nuptias.

Illi autam neglexerunt. Et abierũt, alius in villam suam, alius vero ad negociatiõem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.

E Sub triplici differentia monstrat eos,
qui inuitati erant,fuisse.Primi em̃ neglexe
runt bona cœlestia,beneficia Dei paruipẽ
dentes.Pro nihilo enim, vt Psalmista ait,
Psal.105 habuerunt terrã desiderabilẽ. Alijs,hoc ẽ,
q secundo hic loco recensent,magis cordi
fuit cura rei temporalis.Quamobrem illo
rum quidam in villam,qua dominatio ter
rena significatur, abierunt vt ambitiosi.
Alij vero in negociationem suam abierũt
vt auari,per quæ studia occupati nuptijs si
bi possibile interesse non videbatur.Tertij
fuerunt Deo magis ingrati, qui non solũ
noluerunt venire, sed etiam seruos ad se
missos,scilicet prophetas, occiderunt, sic
vt Christus alibi Iudæis quoque improp
rat dicens:Hierusalem,Hierusalem quę oc
cidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te Matt.23
missi sunt.De apostolis quoque in Actis le
gitur,q̃d in carceres positi sunt, quod fla- Acto.5
gellati sunt,& q̃d ibãt à conspectu concilij gaudentes, quod digni habiti fint pro
nomine Iesu contumeliam pati. Pręter au
tem prophetas qui ante Christum occisi
sunt,interempti sunt quoque de nouo te-
stamento à Iudæis multi, puta Ioannes Ba Mar.6
ptista,Stephanus,ex apostolis Iacobus,a- Acto.7. 12
lijsq; multi, qui persecutiõem passi aut oc Acto.9
cisi sunt,aut vt occiderentur, quod Paulo
accidit, laboratum est.

Rex aũt cũ audisset,iratus est:Et missis exercitibus suis, p̃didit homicidas illos, & ciuitatem eorum succendit.

Vox sanguinis innocentium occisorũ
nullo enim tempore clamat in cœlũ,vt oc
cisio Abel testatur. Nihil enim Deum la- Gene.4
tet.Et vt dicit Sapiens, Auris cœli audit o- Sapien.1
mnia.Et Psalmista: Qui fecit, inquit, aurẽ psal.93
non audiet? Est autem effusio sanguinis Effusio sãguinis innocentis vticlamet in cœlum vindictã.
innocentum de quatuor peccatis vnũ cla-
mantibus ad Deum. Auditus itaq; Dei e-
ius est cognitio aut consideratio. Iratus i-
taque rex non passione aut appetitu vindi
ctæ,sed zelo & voluntate iustitiæ,qua ma-
lum erat non impune dissimulandum,mis
sis exercitibus suis (de futuris hic Chri-
stus tanq̃ de p̃teritis loquit,quia p parabo
lam loqtur,cui secundum diuinitatem o-
mnia p̃sentia sunt)missis,inquam, exerci-
tibus suis, Vespasiano .s. & Tito perdidit
homicidas illos. Vide qa exercitus Ro- Cur exercitus Romanorũ vocentur Dei exercitus.
manorum nominat aut intelligi vult ex-
ercitus Dei. Hi enim, quantum Dei iusti-
tiam attinet, fuerunt exercitus Dei, quia
seruierunt iustitiæ Dei,inferentes vltionẽ
peccatorum his, quibus voluit & quan-
do voluit Deus iuxta prouidentiam suam.
Et quamuis illi alia prorsus intentione
hæc facerent,alijsque rationibus mouerẽ-
tur quare hæc facerent, & quare Iudæa va
starent,Dei vlciscentis voluntatem igno-
rantes:Deus tamen in vltionem peccato-

rum

rum illorum illam calamitatem Iudæis, quam paterentur, ordinauit. Hanc calamitatem Iudæorum pñſſimus Ieſus præmeditans in die palmarꝫ vrbẽ ingreſſurus, Lucæ 19 fleuit ſuper eam. Cuius rationẽ atqꝫ cauſam quoque aſſignans, ait: Fleres & tu quoque: ſi prænoſceres quæ tibi ventura ſunt, propterea quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Simili modo regem olim Hiere. 15 Babyloniæ Nabuchodonoſor dñs ſeruum ſuũ vocat, qa virga furoris eius erat, q caſtigaret eos q caſtigatiõe erãt digni: ſeruiens tñ in hoc ſuꝫ tyrãnidi atqꝫ crudelitati, Deo hanc in vltionẽ peccatorũ vertente. Quod autem dicitur quod ciuitatem eorum ſuccendit, hoc pariter in illo excidio Hieroſolymitano accidit, quia ciuitatem ſimul cũ templo Romani combuſſerunt.

Tunc ait rex ſeruis ſuis: Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni.

F Nuptiæ Chriſti q modo ſint parati.

Nuptias dicit paratas, qa Chriſti ſunt myſteria, quibus nos ſibi deſponſandos redemit, impleta, puta incarnatio, paſſio, reſurrectio, & Chriſti cum Eccleſia coniunctio. Sed qui inuitati erant, puta Iudæi, nõ fuerunt, inquit, digni intereſſe his nuptijs, quia vocationem licet multiplicem accepe rint, fuere tñ ſemp ingrati ac rebelles, & reſtitere lumini, ne illuſtrarent. Quare prorſus tandem propter ingratitudinem ſunt relicti. De hac re in Actis Paulus quoque Actor. 13 obiurgaſſe Iudæos legitur, dicens: Vobis quidem oportebat primũ loqui verbũ Dei ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Huc enim aſtipulatur q̃d mox Euangelium dicet.

Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcũque inueneritis, vocate ad nuptias.

Mittit ſeruos ſuos, hoc eſt, apoſtolos, in exitus viarum, id eſt, vltra terminos Iudææ. Ante enim ſuam reſurrectionem apoſtolis prohibuerat, in vias gentium ne abirent, & ciuitates Samaritanorum ne introirent, ſed ad oues tantum domus Iſrael. At hic videt inſinuare Chriſtus, q̃d poſt reſurrectionem ſuam apoſtolis erat mãdaturus: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. De hac autem Iudæorum reprobatione ac derelictione videtur apud Eſaiam Chriſtus fuiſſe locutus, vbi dicit: Hæc dicit dominus, formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum, & Iſrael non congregabitur: per Iacob & Iſrael populum gentemque Iudæorum ex Iacob natam ſignificãs. Eſaiæ 49 Voluit ergo Chriſtus Iacob, id eſt, populum Iudęorum congregari, vti teſtatur dominus Ieſus, dicens: Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui te congregare, quemad Matt. 23 modum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Iacob igitur, id eſt, gentem Iudæorum voluit reducere, ſed Iſrael, id eſt, idem populus cõgregare noluit. At vero de gentium vocatione conuerſioneque, quæ hic in eo ſignificatur, q̃d ſeruos ſuos ad exitus viarũ mittit, adiecit Eſaias: Eſaiæ 49 Et glorificatus ſum in oculis domini, & dixit: Parꝫ eſt vt ſis mihi ad tribus Iacob, & fęces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucẽ Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad vltimũ terræ. Hoc eſt ergo dictum in Euangelio: Quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Quaſi diceret: Cunctis gentibus Euangelium Chriſti prædicate, & ad Chriſti miſericordiſſimam refectionem ſpiritus eas ſtudioſe adducite. Per exitus enim viarum per exitus viarum q̃ nam deſignentur Gregorio vel cuiuſcunqꝫ profeſſionis ac conditionis homines, vel ſecundum Gregoriũ, in quacunque calamitate conſtitutos vult ſignificari. Hi enim magis vt vocationi reſpondeant, ſunt idonei.

Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt bonos & malos. Et impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

Vel inde liquet dñm in hac parabola G loqui de Eccleſia militante, non triumphãte. Hæc enim non recipit malos. Porro illa, puta militans recipit bonos & malos. Quocirca non eadem parabola, quomodo Lucæ 14 nec par ſignificatio eſſe videtur, quæ de cœna alibi dicta eſt, & quæ hic de prandio. Illa nanque cœna conuiuium ſignificat cœleſte. De illa nemo refertur, qui intrauerit, denuo eiectus, qa nemo malus illud cõuiuium ſeu illã cœnã intrat. Hic vero referunt & boni & mali vocati, atque ad prandium nuptiarum militantis Eccleſię introducti. Similẽ habes parabolã de ſagena Matt. 13 miſſa in mare, & ex omni genere piſciũ cõgregante, &c. Recipit itaque Eccleſia militãs & bonos & malos: q̃s non tunc qñ Eccleſia eos recipit, ſed qñ emittit, in finẽ Deus diſcernit. Dubitare etiam quis poteſt, q̃ modo

modo de gentibus poſſit intelligi quod intro duxerint bonos & malos. Quis enim gentium inuenitur, antequam ad fidem veniat aut antequam conuertatur ad Deum, bonus? Dicendũ de bonitate naturali morali hoc intelligi: cuiuſmodi inter gentes inueniebãtur multi, q̃d Paulus dicebat, q Rom. 2 legem non habentes, ea tñ quæ legis ſunt facientes, ſibi ipſis facti ſunt lex. Erant em̃ inter gentes multi, qui bona indole pollebant, & virtutibus ſtudio acquiſitis. Hi ſuo modo dicebantur boni reſpectu malorũ. Erãt nihilo minus inter gentes q̃qꝫ nõnulli boni colentes Deũ, vt Eunuchus Cãdacis reginæ, quem Philippus conuertit ad fidẽ. Et idem de Cornelio Centurione ſentiendum eſt, quẽ conuertit Petrus. De Eutropo q̃qꝫ, q vnus ferè ex illis fuiſſe gentibus, q dixerunt apoſtolis, Philippo & Andreæ: Volumus Ieſum videre. Impletas itaque diſcumbentium nuptias dicit, hoc eſt, multitudinem & numerum ad nuptias vocatorum ex vtroque populo ſignificat impletum, atque Eccleſiam in vniuerſum orbem terrarum diffuſam. Hoc autem perfecte continget in fine mundi, cum (vt Apoſtolus ait) gentium plenitudo intrauerit, Rom. 11 & omnis Iſrael ſaluus fiet.

Intrauit autem rex vt videret diſcũbentes. Et vidit ibi hominem nõ veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Amice, q̃modo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.

H Intrat rex Deus pater in nuptias, vt videat diſcumbentes, hoc eſt, vt videat Chriſtianos poſitos ad mẽſam Euangelicę doctrinæ. Intrat, non loci mutatione, ſed iudicio & meritorum diſcuſſione. Hoc autẽ Rom. 2 maxime, quoad ſingulos, fit in morte. Tũc enim ſingulos iudicandos diſcutit, atque vnicuiqꝫ iuxta ſua merita reddit. Et vidit, inquit hoiem nõ indutũ veſte nuptiali. Quę veſtis ſit nuptialis, Gregorius explicat, di- Gregorius. Veſtis nuptialis q̃ ſit. cens hanc eſſe charitatem. Hanc enim veſtẽ dñs habuit, dum ad ſociandam ſibi Eccleſiã in mundũ venit. Intrat igit̃ in Eccleſiam qui fidẽ habet: ſed ſine veſte nuptiali intrat, qſqs charitatem nõ habet. Hac em̃ veſte inter electos reprobo ſqꝫ diſcernit. Ita qꝫ vbi hoiem nuptialiter non veſtitũ vidit rex, dicit illi: Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Amice per fidem, & nõ amice p charitatẽ. Amice p naturalẽ bonitatẽ, & nõ amice p gratiam. Oĩa em̃ diligit Deus, quantũ ad id q̃d ſunt p naturam, ſicut dicit in libro Sapien Sapien. 11 tiæ: Diligis oĩa q̃ ſunt, & nihil eorum odiſti quæ feciſti. Amice quõ huc intraſti nõ habens veſtẽ nuptialẽ? hoc eſt, quõ inter fideles apparuiſti, & ſacramentis q̃qꝫ cõmunicaſti Eccleſiæ, non habens charitatem? Sed ille ad hæc verba obmutuit. Quid em̃ impius reſpondere poteſt Deo, quem propria cõſciẽtia dãnat? Neqꝫ em̃ erit tũc locus impudẽtię, nec vlla recipi excuſatio poteſt,

Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis manibus & pedibus eius, mitte eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Non his miniſtris hæc dicet rex, q̃s ante miſerat ad vocandos, ſeu introducendos ad nuptias: ſed per miniſtros angelos intelligit, qui executores diuinæ ſunt iuſtiti æ. Ideo em̃ alibi ſaluator dicit: Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Matt. 13 Manus aũt ligant, cũ bene operandi facultas tollit. Pedes ligantur, cum deſideria & affectus indurantur in malo. Poſt mortẽ em̃ omnis potentiæ bonorum operũ, pductiue in reprobis ligantur, id eſt, ceſſant operari, & obſtinata manet, voluntas in malo. In tenebras, ait, mittite exteriores. Quo Tenebræ duplices quæ ſint verbo duplices indicat tenebras. Sunt em̃ tenebræ interiores, in quas delinquentes cadunt per culpam. Sunt tenebræ exteriores, in quas proĳciuntur damnati per pœnam. Qui ergo mentis tenebras quas peccatum generat, cauere noluit, proĳci iubetur in exteriores ignium tenebras vel inuitus. Ibi erit fletus ex triſtitia & perpetua deſperatione, & ſtridor dentium ex ira & impatientia damnationis.

Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.

Si de Chriſtianis hoc fuerit ſolis in I telligendũ, tunc eſt ſentẽtia plane terribilis, Hos em̃ certũ eſt eſſe vocatos & veniſſe, licet non oẽs habeant veſtem nuptialem. Porro ſi de vniuerſo hoc mũdo intelligat, vt nemo ſit q non ſit vocatus, vel ad fidem Euangelicã, vel ſaltẽ (ſi ita dicere licet) ad conditionẽ aliquam viuendi, q̃ vel iuxta ſecretum iudicium Dei poſſet, ſi vellet, ſaluari, vt contingere poſſet multis in extremi

tate mundi constitutis, & à Christianis separatis, & qui nihil vnquam de Christo audissent (Sunt enim arcana Dei iudicia multa nobis incerta & incognita, & misericordissimus est pater noster omnium dominus) vt cõtingit quoq; nouo mundo iã pridẽ inuento, qui nescierant p̃ter se alios homines esse in mundo. Itaq; si (quod multi sunt vocati) intelligatur de vniuerso mũdo, non mirũ est, comparatione facta ad hominum vniuersitatem, paucos esse qui sint electi. At vero, si vt dixi, de solis est Christianis intelligendum, cum dolore & gemitu cordis est cogitandum, multos esse vocatos, paucos vero electos. Vos charissimi ita viuite, vt nulla disceptatione vobis opus sit ad inuestigandum, quæ sit huius verbi intelligentia, puta multi sunt vocati, pauci vero electi. Viuite puri & immaculati coram Deo. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quod si desperationis tentatio vos inuaserit, huic ex hoc Euãgelio ediuerso opponatis, q̃d multis hic ad nuptias ingredientibus vnus tm̃ narrat, q̃ absq; veste sit nuptiali repertus. Quo succurri potest cõsolandis, & dici de vniuerso mundo id intelligi, quod dictũ est, paucos electos. Quamuis enim non vnus tm̃, sed plurimi credantur damnãdi: ex his tamen qui introierunt ad nuptias, id est, ex his qui Christianam fidem susceperunt, indicatur in hoc vno pauciorem esse inter Christianos numerum damnandorum, quam saluandorum. Hoc, inquã, potest pusillanimibus suffragari ad consolationem, maxime cum & in parabola de decem virginibus adultis & ratione vtentibus scriptum sit, quinque fuisse prudentes, & quinque fatuas, quod medietatem saluandorum significaret secundum literã exceptis pueris, & ante vsum aut sine vsu rationis decedentibus baptizatis. Veruntamen hoc soli notum est Deo. Nostrũ est sentire de dño in bonitate, & habere bonã voluntatẽ ad illum, multumque eius misericordiæ confidere. Quod largiatur nobis dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Pſal.2 Desperationis tentatio quõ abigenda.

Matt.25

Sapien.1

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ sint quæ retrahant à Deo, & quæ sint electionis Dei signa.

K

Missit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias. Matthæi XXII. Haud dubium de patre hoc omnium cœlesti intelligit, qui Christo filio suo nuptias fecit, desponsando ei Ecclesiam, hoc est, omnium electorũ animas. Ad quarum nuptiarum prandiũ, id est, ad paratam Euangelicam doctrinã, & sacramenta nouæ legis, quæ sunt epulæ huius conuiuij, inuitauit multos: ad quos etiam vt venirent, misit seruos suos, tam pphetas quam apostolos, sed venire noluerunt. Sciẽdum igitur primo, Deum hominẽ dupliciter ad se vocare, vel occulte, vel manifeste. Serui aũt occulti, seu nũcij Dei, sunt aspirationes sanctæ, quibus ad cor hominis loquitur Deus. Eam ob rem Psalmista dicit: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Et in Iob: Porro ad me dictũ est verbum absconditum. Verbum abscõditum est diuinæ inspirationis vox ad animam loquens. Exterior seu manifesta vocatio fit per prædicationem, per beneficia, per aduersitates, & huiusmodi. Verum hic dicitur, quod qui inuitati erant, venire neglexerant, quo iudicatur multa subiri impedimenta, quæ hominem remorantur à Deo. Quibus tamen victis, spretis atque contritis coniungere nos debemus Deo, impedimentaq; cuncta disrumpere.

Nuptiarũ Dei prandiũ q̃d sit

Vocari hominem à Deo dupliciter. Nũcij dei qui sint. Pſal.84 Iob 14

Inquirendum igitur quæ sint, quæ nos à Deo aut retrahunt aut impediunt. Et est dicendum, quinque inueniri. Primum est, propria voluntas. Nam hic dicitur, quia nolebant venire. Obedire nolens Deo satis indicat præferre se propriam voluntatem suã diuinæ. De voluntate propria quandoquidem hic accipitur, vt non est subiecta, sed aliena & contraria Deo, dicit Bernardus: Quid odit Deus aut punit, nisi ppriã volũtatẽ? Tolle ppriã volũtatẽ, & infernus nõ erit. Quõ em̃ volũtas bona origo est virtutis, ita volũtas mala scaturigo est oĩm vitiorũ. Nõpotest aũt dici volũtas bona ppria, q̃a si est bona, iã nõ est ppria, sed cõmunis Deo & sanctis. Mala volũtas sola dicit ppria. Idcirco Ecclesiasticus monet: Post cõ cupiscẽtias tuas nõ eas, & à voluntate tua auertere. Si p̃stiteris aĩæ tuæ cõcupiscẽtias eius, facient te in gaudiũ inimicis tuis. Cauete igit filij, ne in vobis sit volũtas q̃ nõ cõsentiat Deo, q̃a hæc est mala & ppria. Quicq̃d em̃ in nobis malũ est, hoc nobis ppriũ est, q̃a nõ à Deo, sed à nobis est. Secũdum est

Impedimẽta hominem à Deo retrahentia q̃.

Voluntas propria q̃ dicatur & quã sit periculosa Bernard⁹

Eccli.18

Negligentia quantũ impediat hominem á Deo Apoc.3

Tepiditas quã sit homini pniciosa.

Leo Papa.

Matt.20

L

Pſal.100 Superbia quantum impediat hominem

dũ est impedimenum negligentia. Id hic dicit, postq̃ rex denuo misit seruos suos, illi aũt neglexerũt. Inuenit in hoĩbus q̃busdam tepiditas, q̃ Deo q̃q; nauseã p̃uocat, vt scribit in Apocalypsi: Vtinam esses calidus aut frigidus, sed q̃a neq; es calidus neque frigidus, incipiam te euomere ex ore meo. Nulla res adeo est hoĩ pniciosa q̃ tepiditas, q̃a nõ habet hæc opera bona quæ Deo placeant, nec opera vehementer mala q̃ dolorẽ pœnitentiæ inducant. Sunt em̃ fere oẽs tepidi, grandiũ siue malorũ siue bonorũ sibi nõ cõscij: quare nec stimulos q̃q; sentiũt cõsciẽtiæ remordentis, nec feruorẽ amoris. Hi plerumq; rarius cõuertunt ad Deum, q̃ magni pctõres, cũ nullum sibi suspicent piculũ. Verũ nõ negligentibus, sed studiosis & operãtibus p̃uenit regnũ cœlorum. Neq; em̃ paterfamilias alijs voluit dare mercedẽ, q̃ in vineã conductis & mercenarijs. Ideo nõ dixit. Voca negligentes aut somniculosos, sed voca operarios & redde illis mercedẽ. Tertiũ impedimentũ est supbia, ambitioq; honoris seu potestatis. Nõ habitabit, inqt Psalmista, in medio domus meæ, q̃ fecit supbiam. Noli te ergo filij honores, gloriã & laudes hominũ quærere, q̃a in q̃etudinem in hoc vobis procuratis maximã cordis. Quot em̃ suspitiones, q̃t timores, q̃t adulationes, q̃t inuidiæ mõstra, q̃d deniq; plagas vulnera que ac passiones vobis inducitis, q̃t vitijs tãdem vos seruire necesse est, dũ vni putatis ambitioni supbiæq; vos seruientes? Imo & vix agnoscetis vos seruos. Superbia enim seipsam non iudicat. Superbia sese non arguit, q̃n etiã iniuriam sibi fieri putat superbus, si de se vel ab alio male audierit sentiri. Nihil igit dulcius rege humiliũ. Nihil suauius pace humiliũ & mansuetorum.

Cupiditas quõ hominem retrahat à deo.

Quartũ impedimentũ est cupiditas. Ideo hic dicunt alij abijsse in negociationes suas. Nonne vides eos q̃ diuitias seculi quærunt, quõ nullũ tempus illis prolixum est, vbi de lucris & negociationibus suis tractant? Pene dixissem negationibus dñi. Negant enim inter huiusmodi veritatẽ Christum. Porro opera sancta agere, & diuino intereſſe officio, hoc eos grauat, & vniuersum absumit tempus. Multa, inquiunt, alia habemus agere. Vere multa habetis agere, ne intretis ad nuptiarum prãdium, aut ne intretis quomodo deberetis cum veste nuptiali, hoc est, cum charitate. Multos, in quit Ecclesiasticus, perdidit aurum & argentum. Christus quoque: Quid prodest homini, si lucretur vniuersum mundum, seipsum vero perdat, & detrimentum sui faciat? Aut quã commutationem dabit homo pro anima sua? Non tñ de omnibus diuitibus loquor: sed de his q̃ quærunt diuitias, qui volunt diuites esse aut fieri in hoc seculo. Dicis fortasse: Si mihi à parentibus relictæ sunt diuitiæ, nunq̃d ppterea diuitiæ mihi sunt impedimẽta ne saluer? Nõ sunt tibi impedimentũ si volueris, sed sunt etiam occasio & auxilium vt saluer is. Audi igit consiliũ Psalmistæ q̃d facias: Diuitiæ, inquit, si affluant nolite cor apponere. Nolite in diuitijs superbire, nolite exaltare, nolite ppter illas q̃q̃, quod Deum offenderet, admittere, nolite illis aliter quã ad necessitatem (non ad voluptatẽ) aut ad Dei gloriam, aut ad proximi cõsolationẽ vti. Si ergo adsunt, nolite inde extolli. Si absunt aut à vobis recedunt, nolite contristari, sed dicite cum Iob: Dominus dedit dominus abstulit: sit nomen domini benedictum. Diuitias si habes, ideo te habere credas vt earum sis dispensator, nõ seruus. Non ille imperent tibi, hoc est, earũ amor non imperet tibi, non prohibeant tibi ne se, id est, diuitias ad consolationẽ pauperũ audeas exponere: sed imperet tibi Christi amor, vt in eius honorem, vbicunque potueris, gaudeas easdem erogare. In hunc nanque vsum eas tradidit tibi Deus. Videt te delicatum qui ferre non potes multa ieiunia. Ad orationẽ indeuotus es, ad alia item mortificationum studia & exercitia ineptus. Quapropter in hoc tibi prouidit Deus, vt habeas quo à pauperibus, quorum est regnum cœlorum, illud cõpares. Iterum dico fili, scito te diuitijs iustis (nã si iniustæ sunt, ne ad horã quæso has retineas) à Deo & honoratũ & oneratũ, ppterea vt his q̃ non habent necessaria, subuenias, atque sic pie dispensando p̃ te & p̃ tuis & pro consolatione pauperũ temporalia bona, compares æterna. Hoc modo & non alio, fac p̃sit tibi diuitias habere.

Ecclesiast.

Matt.5

M

Malitia hoĩm quã tũ resistat saluatori

Quintũ impedimentũ est malitia, q̃ ex hoc quoque præsenti Euangelio, quantũ nõ solum impediat salutẽ, sed etiã saluti, imo & saluatori resistat, liquet. Nã dicit: Reliq̃ tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Quid miramini? Aspicite hæc vestra tẽpora. Videtisne hodie crudeliorem

liorem quoque exerceri malitiam? Nõne sanctorum vidistis corpora ac exuuias, q̃s olim & in vita, & post mortem Deus miraculis fecit glorioſos, aureis ablatis tũbis ac thecis, aut in cineres cremari, aut in paludes abiici? Quid plus fecit Dacianus aut Decius? Nonne vidistis eos qui nefarię noluerũt sentẽtiæ subscribere, & eos q̃ summo pastori Ecclesiæ dicunt obediendum, q̃ fatent deniq; sancto Petro, & eius successoribus, nõ cuiuis prophano hoi dictũ: Pasce oues meas, occidi? Nonne qui veritatẽ loqui audent, trucidantur? Exosi habentur omnes, quotquot loquuntur veritatẽ, persecutionemq; patiuntur. Nec hi soli fugantur, qui prædicant veritatem Ecclesiasticam & Euangelium, iuxta catholicorum patrum orthodoxorum sententiam, sed etiam illi non sustinentur, qui nemini verbis, sed operetantum & vita prædicant hoc est, q̃ non verbis cõtendunt, quõ viure oporteat, sed vitæ suæ exẽplo id cõmonstrant. Cuiusmodi monachi ferme vbique nũc pſecutionẽ patiunt oẽs: pſecutio tamẽ Ecclesiæ in illis nõ finiet. A sanctuario q̃dem pſecutio & plaga dñi incipit, sed paulatim in pſecutores hæc reuoluetur. Beati autem qui nunc patiuntur propter iustitiã.

Ioan. 21

Ezech. 9

Matt. 5

Beatus ille verus episcopus Ioãnes Rofensis, qui vero martyrio propter Christũ passus & coronatus est. Beati eius socij, q̃ veritatem Christi pluris quam hominum minas fecerunt. Quõ ings Rofensis aut socij eius pro Christo passi sunt, cum p̃ summi pontificis statu magis occisi videant? Pro Christo, inquã, nõ pro pontifice passus est cum alijs Rofensis. Quia em̃ Christum Petro soli dixisse testatus est, eiusq; successoribus: Pasce oues meas, quo Petrum eiusque successores Christus pastores constituit omnium ouium suarum, non quemuis regem, qui & seipsum subiectum summo debet se agnoscere pastori si vult inter oues Christi annũerari. Quod si inter Christi oues non vult agnosci, nõ mirum erit, vt neget pastorem, neget verba Christi, neget institutionem Christi, seque cum sit homo prophanus, animarum puta interficiendarum, se constituat pastorem, & temporalium (quod solum ei conuenit) se constituat rectorem? Pro hac itaque veritate Rofensis episcopus, vir Deo dignus cũ sociis suis passus est, vt sanguine suo testarent illum ouem nõ esse Christi quisquis Petrum aut eius successorem, pastorem à Christo sibi constitutum negaret, contemneret, aut in illius se locum ordine inuerso, neque vocatus à Deo, nec potestate accepta subrogaret. Mortuus est, inquam, Rofensis, vt testaretur hanc sententiam veram esse & Euangelicam, soli Petro eiusque in persona successoribus eius dictam: Pasce oues meas. Ab illo pastore quisquis se subtraheret, ouem se Christi non esse luce clarius confiteretur. Qui enim non agnoscit pastorem ouiũ à Christo sibi constitutum, ouẽ se negat Christi.

D. Ioãnes Rofensis episcopus quõ pro Christo passus fuerit.

¶ Ioan. 21

Cæterum quisquis Petrum & eius successores nõ agnoscere vult pastores, agnoscat Vigilantij, Vuickleffi, Hussi, atque vetustorũ hæreticorum successorẽ Lutherũ. Qui, inquã, Ecclesiæ Christi ab apostolis ad nos vsq; deriuatæ non vult consentire aut communicare, in q̃ oẽs sancti, oẽs martyres, oẽs maraculis insignes sancti doctores Ecclesiæ vixerunt, cõmunicet & cõsentiat hæreticis: aut q̃ spiritu non vult regi, illo, à quo regit & fouetur Ecclesia sancta, quærat alium sibi spiritum, quo hæretici solent regi, puta spiritum dissensionis & diuisionis, qui spiritus est satanicus. Verũ nunc de hac re satis. Veniet tempus quo non verbis, sed iudicio de eadem re disputabitur, quo potentes tunc potenter tormenta patientur. Interim qui iusti sunt, iustificentur adhuc, & qui in sordibus sunt, sordescant adhuc. Itaque vt redeamus vnde digressi sumus, eos, quos miserat seruos rex ad inuitatos vocandos quidam malitia ducti, non solum non audierunt, sed etiã occiderunt. Quo cõstat eos dedita opera fuisse malos. Posuerunt enim mala pro bonis, & odium pro dilectione seruis Dei retribuerunt. Sed dubitare haud immerito q̃s potest: Cũ hic dñs multos dicat vocatos paucos vero electos: scriptum vero sit nescire hominem, an amore odiove dignus sit, an quædam sint signa, quibus agnosci quis possit aut consolari, q̃d Dei electus sit. Dicendum, hoc nulli certo constare posse, in gratia aut Dei amore se esse: possunt tamen indicia quædam & nonnullæ coniecturæ esse, quibus cõsolari possit homo Deo deuotus, sperareque se de numero esse electorum vnum. Dicit enim Bernardus: Si nullum esset signum ciuium cœli & ciuium inferni in hac vita, quæ tunc poterit esse consolatio inter spem & metũ

1. Cor. 14

Sapien. 6 Apoc. 22

Psal. 105

Eccle. 9

Bernard. Electionis Dei signa quæ sunt.

anxia

anxia sollicitudine fluctuantibus? Non igitur sine testimonio consolationis electos suos dereliqt. Itaq; primũ signũ est peccata in se detestari. Recte igit dixit Hieronymus: Tunc peccatorũ salus incipit, cum q̃s veraciter p̃ delictis ingemiscit. Contra vero lætari in delictis, sicut de quibusdam scriptura dicit: Letant cũ malefecerint, & exultãt in rebus pessimis, est pessimum signũ. Secundũ signũ electoꝝ est libenter de Deo audire, aut delectabiliter audire verbum Dei. Quod pro signo Christus quoque Iudæis, quo se cognoscerent, vñ essent, dedit, dicens: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, q̃a ex Deo nõ estis. Hęc ẏba filij ad vos q̃q; applicate. Corda vestra excutite, an in templo vos delectet magis audire officiũ diuinũ, & sermonem, seu prædicationẽ quam de nugis, rumoribus seculi, & pphanis rebus vestris fabulari. Dicit aũt Gregorius, certissimum esse signum p̃destinationis, libenter audire verbum Dei. Perpendite cuiusmodi sit affectus vester ad verbum Dei.

O Hieron. Peccatorũ detestatio quã sit bonum iudicium, Prou. 2

Verbũ dei libẽter audire signũ esse electorum. Ioan. 8

Gregori⁹

Tertium est signum, patiens aduersitatũ toleratio, vt sunt infirmitas, paupertas, &c̃. Beatus em̃ hõ q̃ corripit à dño. Dñs quoq; in Apocalypsi: Ego, inqt, q̃s amo, arguo & castigo. Et Paulus: Flagellat aũt omnem filiũ quẽ recipit. Et iterũ: Quis em̃ filius, quẽ non corripit pater? Quartũ signũ est, in tribulationibus emendari. Si q̃s ita miserias aduersitatesq; sustinet, vt sub his melior efficiat, signum habet electionis Dei. Porro cor durũ male habebit in nouissimo. Huiusmodi aũt fuit Pharao, cuius cor ex plagis Dei nõ melius aut obedientius fiebat, sed in malitia potius indurabatur. Quintum est signum, timentes Deum ac seruos Dei honorare. Qui em̃ Dei seruũ aut amicũ venerat, propterea q̃a Dei amicus est, multo magis Deũ amat ac venerat, ob cuius gratiã hoiem diligit aut venerat. Infallibile aũt est, quod dominus dixit: Quod vni ex minimis meis feciſtis, hoc mihi feciſtis. Vnde manifestum est eum, quisquis dei amicos, propterea quod Dei sunt amici, diligit, multo magis Deum diligere. Sextum est humilitas. Christiana obseruantia & electi Dei oẽs hoc habent, vt aliq̃d virtutũ Christi suis studijs imitent, suisq; moribus exprimãt. Maxime aũt in humilitate Christi nõnihil cũ eo dẽ participãt oẽs Christi discipuli. Timor

Iob. 5 Apoc. 3 Heb. 12 Ibidem

Eccle. 3 Exod. 5. 9 12. & 14

Seruos dei honorare bonũ esse signum

Matt. 25

Humilitas vt sit electorum signum

P

em̃ Dei deprimit hoiem in sui cognitionẽ, vt erubescat corã humili Christo Deo supbire. Si em̃ discipulus est Christi, non potest non aliquid didicisse ex magistro & eruditiõe Christi. Est em̃ Christus doctor & magister humilitatis, & cuncti illũ humiles sequuntur, quõ diabolus quoq; rex est super oẽs filios superbiæ. Septimum est, grauate audire mala de proximo, cum proximorum mala in bonum conuertere seu excusare oporteat. Est enim hoc veræ dilectionis argumentum. Diligere aũt salutis indicium est ac signũ, sicut Christus dicit: In hoc cognoscent oẽs, quod mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Laudatissima igit est consuetudo, absentibus neque detrahere, neque de illis detrahentes audire. Octauum est proximis in aduersis compati ac subuenire. Scriptum nanque est: Iucundus homo, qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in ęternũ non commouebitur. Quid enim Dei misericordia tam dignum, quã hominis misericordia in pximũ p̃rogata? Propterea beatos dicit Christus misericordes, q̃m misericordiam consequent. Psalmista quoq; ait beatum, qui intelligit super egenum & pauperem quoniam in die mala liberabit eũ dominus. Nonũ signũ est, iniuriæ facilis dimissio. Qui libenter offensiones donat in se delinquentium, facile suis quoq; peccatis à Deo veniam impetrat. Et ideo hortat nos Paulus, dicens: Estote inuicẽ benigni & misericordes, condonantes inuicẽ. Neq; em̃ mentit veritas, dicẽs. Dimittite & dimittetur vobis. Ecclesiasticus q̃q; idem consulens: Relinque, inqt, pximo tuo nocenti te, & tunc tibi dẽcanti peccata soluẽtur. Decimũ signum, desiderare se fore meliorem. Generat em̃ hoc desideriũ in animo aliq̃ p̃parationem aut congruitatem ad recipiendã gratiam. Beati nanq; qui esuriũt & sitiunt iustitiã. Quid aũt aliud est esurire ac sitire iustitiã quam desiderium profectus maioris? Vndecimum signũ p̃destinationis est, ad passionem & mortẽ Christi, & ad beatam virginem Mariã deuotio: puta vt libenter passionem Christi recolas, vel saltem cum gemitu eius fis memor. Suaue quoque & desideratum fit tibi de hac cogitare, audire & loq. Suaue fit tibi eandem venerari, meditari, & honorẽ ei orando, & gratias agendo exhibere.

Iob 44 Detractiones nolle audire, q̃ sit bonum signum

Ioan. 13

Psal. 111 Cõpati pximis bonũ esse signum

Mat. 5

Psal. 40

Iniuriarũ facilis dimissio, signum esse electionis Ephe. 4

Lucæ 6 Eccl. 28

Desideriũ virtẽ melioris, signũ esse bonũ. Matt. 5

Passionem Christi deuote recolere p̃destinatiõis esse indicium

Beatiſſimam quoque virginem Mariam q̃ tidie ſalutare, diligere, & venerari euidens futuræ gratiæ, miſericordiæq; apud Chriſtum inueniendæ eſt indicium. Non em̃ finit non remuneratum Deus, quicqd vel ſuę paſſiõi, vel eius in honoẽ oblatũ fuerit matri. Imo & miſericordiſſima Dei mater ſciens ꝓpter peccatores ad hanc gloriã & dignitatis præeminentiam ſe veniſſe, non poteſt nõ ꝓcibus ſuis nunquã repellendis apud filiũ ſuũ mortalibus, maxime aũt ſibi deuotis ſuccurrere, & miſericordiã obtinere. Videte nũc filij abſq; diſſimilatiõe, quæ in vobis exſignis huiuſmodi inſint, & pro his, quæ vobis non inſunt, pariter domino ſupplicetis miſericordiſſimo noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Mariã venerari q̃ ſit bonum ſignum

DOMINICA XXI. POST DOMINICAM S. Trinitatis, Epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Epheſios VI.

XXX. CONfortamini in domino & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecte ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela neqſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A POſtquam Epheſios multa inſtructione Paulus docuerat, tãdem opus erat illos quoq; erudire, quõ contra aduerſariũ excitarentur, & ſepararent ad pugnam. Et qui inter illos ſuis viribus bonum ſe poſſe operari putauerant, nunc & voluntatem bonam & conatum, & vires à Deo intelligerent poſtulanda. Dicit igitur: Confortamini, hoc eſt, efficiamini fortes contra aduerſarij inſultus impugnationeſque omnes: idque non in viribus veſtris, ſed in domino, hoc eſt, eo fidei reſpectu, quo ad dominum confugiatis, credentes eundem eſſe dominum veſtrum omnipotentem, qui adeſſe & protegere vos velit. In hoc domino confortamini, & in potentia virtutis eius, quæ ab illo procedit, cuique nemo poteſt reſiſtere. Induite vos armaturam Dei. Induamini armis omnibus, quibus militatur Deo. Roborate animarum veſtrarum vires virtutibus, quæ contra diabolum arma ſunt præcipua, vt poſſitis ſtare, hoc eſt, reſiſtere perſeueranter, ac præualere aduerſus inſidias, fraudes, dolos, tentamentaq; diaboli, q̃d haudquaq̃ poteſtis, niſi Dei auxilio, & liberi arbitrij exercitio ſuffulti. Sola enim gratia, aut ſolo arbitrio nemo diabolo reſiſtit. Neq; em̃ nobis ſola hæc eſt colluctatio, nec ea præcipua eſt, quę eſt aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, aduerſus hoſtes carnales, fragileſq;, nec ſolũ cõtra vitia carnis nobis pugnandum eſt, ſed potius aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harum, contra angelos apoſtatas de ordinibus & ſedibus principatuum ac poteſtatum excidentes: aut contra reprobos illos ſpiritus, qui tanquam nequiores minoribus aliꝭ pincipantur & præſunt: aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, id eſt, qui ſunt principes mundi huius, mundanorum ſcilicet hominum, iuxta intellectũ quem dominus ſignificare volebat dicẽs: Iam princeps huius mundi eiꝭcietur foras. Diabolus itaque rector eſt ac princeps ſeruoꝝ ſuoꝝ, impiorum hominũ ſcilicet, q̃s captiuos in peccatis & in tenebris vitiorũ detinet, quotquot illius obediunt voluntati. Hi enim tenebræ ſunt mũdi, ſicut q̃buſdã dicit Apoſtolus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in dño. Quando eratis (inqt) impij ſub iugo & dominio diaboli, fuiſtis tenebræ: nunc vero diaboli iugo contrito, poſtquã Dei eſtis filij, per adoptionem facti, eſtis lux & filij lucis in dño. Contra rectores itaq; mundi tenebrarum harum nobis decertandum eſt, & contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus, cõtra dæmonum agmina nequitijs plena in aere illo caliginoſo. Vult itaq; Apoſtolus dicere: Tametſi nos homines perſequantur, ſi occidant, rapiantque nobis bona & famam, non tamen nobis contra homines eſſe pugnandum, ſed vigilandũ potiſſime contra principes horum malorum, contra malignos ſpiritus, qui intus nos perſequũtur, & capere moliuntur. Propterea quoſdam infirmos inſtigãt, fallũt, ſeducuntq; ad mala. Hi ſunt, qui nos impugnant per ſeipſos & per homines, vt ad iram, inuidiam, odium, deſperationem, aliaq; id genus peccata quæcunq; nos præcipitent.

Iob 9. 41 Pſal. 75 Sapien. 11 Hiere. 49

Ioan. 12

Tenebræ mundi huius q̃ ſint. Ephe. 5

B Cõtra aduerſarios igitur interiores multo diligẽtiori ſtudio eſt vigilãdum, ſatagendumq;, vt illos quam vt exteriores vincamus perſecutores. Hi em̃ non repugnãdo, nec mala retaliando vincuntur, ſed cedendo, ſuſtinendo, ſe humiliando, diligẽdo, atq; bene faciendo placantur. Eiſdem aũt armis, hoc eſt, eiſdẽ virtutibus vincitur diabolus, placatur etiam homo. Eſt autẽ nihilo minus aduertendum, neq; hominem, neq; diabolum poſſe aliquid aduerſum nos, niſi Deo id permittente, vt manifeſtum apparuit in Iob, quem diabolus nõ potuit lędere, neq; in rebus, neque in corpore, niſi data ſibi facultate à Deo. Quapropter ad impatientiã nemo ſub onere aut moleſtia, nemo tentationum importunitate ad deſperationem, nemo deniq; ad iram aut vindictę appetitum permoueatur, ſed reſignatũ Deo debet homo habere animum, cuius amore æquanimiter ferat, quod alioqui grauate eſſet laturus, aduerſarioq; cuiuis mente reſpondere: Non haberes aduerſus me poteſtatem vllam, niſi datum tibi eſſet deſuper.

Hoſtes tã exteriores q̃ interiores, quibus vincendi ſint armis

Iob. 1. & 2

Reſignatio homini neceſſaria, quæ.

Ioan. 19

Fides diabolũ, mũdumq; vincens, quæ. Iob. 1. 1. Ioan. 5

Hæc fides, hæc reſignatio animi, qua de manu domini tam mala, quam bona recipiantur, eſt victoria, quæ vincit mundum & diabolum. Sequitur: Propterea accipite armaturam Dei, qua ſolet Deus ſuos armare ſeruos. Nec hoſtibus cedatis, aut fugiatis, ſed munite vos armis, quibus poſſitis hoſtibus reſiſtere in die malo, & in hora tẽtationis, qua vos malum impugnat: aut in die malo, q̃ viget malitia vos impugnans, & vt poſſitis in oñibus perfecti ſtare, tam inter proſpera, quam inter aduerſa, ne vos proſpera extollant, nec deijciant vos mole ſta. State igitur ſuccincti lũbos veſtros cingulo caſtitatis. In his enim viget viris luxuria. Propterea dominus dicit: Sint lũbi veſtri ꝓcincti. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate. Eſtote caſti, non tantum in oculis hominũ, ſed in oculis etiã Dei, & induti loricam iuſtitiæ bonarum actionum, & calceati, hoc eſt, calceis induti pedes. Per pedes ſignificantur affectus, quos munire decet, ne terrena tangant, aut terra inquinentur. Vt ſitis, inquit, præparati, expediti, ac idonei, ad annunciandam gratiam Euãgelicæ pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, hoc eſt, pro ſcuto ſit vobis fides catholica, in quo poſſitis ſcuto tela nequiſſimi ignea extinguere, hoc eſt, quo poſſitis vehementes tentationes ac impetuoſas diaboli vincere aut reddere inanes. Et galeam ſalutis aſſumite (quæ eſt ſpes ęternorum bonorum) qua omnia contemnatis terrena: & gladium ſpiritus ſeu ſpiritualem gladium aſſumite, qui ſermo eſt diuinæ prædicationis, diuidens carnem à ſpiritu, reſecans à virtute vitium, ac noxia cuncta, puta impietates & hæreſes reſcindens.

Lucæ 12

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicę XXI. poſt dominicam S. Trinitatis, Ioannis quarto.

C MVlti veſtrum chariſſimi, arbitror, ſcriptũ legerũt in Iob: Homo natus de muliere, breui viuẽs tẽpore, replet multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & cõteritur, & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodem ſtatu pmanet. Siquidẽ homo dũ creſcit, deficit: quãtoq; eius extẽditur vita, tãto eadẽ ipſa creſcẽs minuitur. Prorogatio nãq; & curſus vitæ, q̃d aliud eſt, q̃ eiuſdem decurtatio? Statutũ eſt enim oĩbus hominibus ſemel mori. Vnde quanto viuitur diutius, tanto ipſa vita breuior efficitur, tanto que ad mortem acceleratur. Verum anteq̃ ad mortem veniamus, vita noſtra multis aſpergitur amaritudinibus, multisq; atteritur moleſtijs, per quas ad ſe modo nos trahit Deus, aut iã tractos apud ſe, ne recedamus, cuſtodit. Quamobrẽ decet nos pater

Iob 1.

Hebr. 9

num ſuũ erga nos amorẽ intelligere,&cor porũ infirmitates,quæ ſunt animę ſanitas, non abhĩcere, ſed patiẽter amplecti.Memi niſſe enim nos apoſtolicæ ſententiæ opor

2.Cor.12 tet,quæ dicit:Libenter gloriabor in infir mitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.Cum enim infirmor,tũc potẽs ſum. Itaq; in huius dñicę Euãgelio regulus qui dã & pater afflictus introducitur pro filio orans:qui tandem ąq; eſt exauditus,& fili us eius ſanatus.Sanatio aũt vnius infirmi multos ægrotos ſanauit in anima: imo pa trem ąq; illius ſanauit ab imperfectione fi dei.Dicit itaq; B.Ioannes Euangeliſta:

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.

Regulus iſte quis fuerit.

Quis iſte fuerit regulus, varia eſt multo rũ opinio.In hoc tñ conſentiũt(puto)oẽs, hominẽ non regiæ fuiſſe dignitatis,ſed in poteſtate conſtitutũ, vnũ ex terræ optima tibus & rectoribus,qui vel à Romanis,vel ab Herode cõſtitutus,partẽ gubernauerit regni.Hic nuptĩs interfuiſſe dicitur in Ca

Ioan. 2 na Galilææ,& agnito Chriſti miraculo cir ca mutationẽ aquæ in vinum,ſpem aliquã recuperandæ cõcepit ſanitatis pro filio.Fu it itaq; regulus ille vnus ex rectoribus, ſa trapis ſeu præfectis terræ,& fortaſſe in Ca pharnaum cõſtitutus præfectus. Hic itaq; condolens filĩ infirmitati, qui incipiebat mori,tẽtauit quicquid potuit,remedia vn decunq; petens. Hic cum eſſet memor mi raculi in nuptĩs facti,ad Ieſum concitus ſe contulit,ſperãs ſe ibi remedĩ quid pellen dæ mortis & infirmitatis ab eodem ſe acce pturum,vt ſequitur.

Hic cum audiſſet,quia Ieſus adueni ret à Iudæa in Galilæam,abĳit ad eũ, & rogabat eum, vt deſcẽderet & ſanaret filium eius,incipiebat enim mori.Di xit ergo Ieſus ad eum:Niſi ſigna & pro digia videritis,non creditis.

D Dicet quis: Cum dominus regulum hunc taxare videatur ob fidei defectũ,nũ quid credere non iudicandus eſt, qui do minum acceſſit,rogauitq; vt ſanaret filium eius? Si non credidit Chriſtum poſſe ſana re,cur illum acceſſit, & vt ſanaret filium ſu um,rogauit? Verum excutienda ſunt regu li verba,& videndum quid credidit, vbive dubitauit. Credidit Chriſtum poſſe ſa-

Fidei defe ct° duplex in regulo. nare,ſed in hac fide duo fuere defectus fi dei.Vnus,quia putabat Chriſtum nõ poſ-

ſe ſanare,niſi adeſſet homini ſanando.Nõ credidit vt abſens curare poſſet infirmum. Atque ideo dominum rogauit, vt deſcen deret. Alter defectus fuit, quod putabat eum mortuum non poſſe ſuſcitare:ideo fe ſtinabat Ieſum in domum ſuam adducere, antequam filius eius moreretur. Hunc du plicem fidei defectum in eo videns Ieſus, ait ad illum: Niſi ſigna & prodigia videri tis,non creditis.Non obiurgat eum quod peteret ſignum, ſed quod imperfecte cre deret.Sciebat nanque recipiendæ ac pro pagandę fidei ſigna eſſe neceſſaria ac Chri ſti miracula. Primo nanqne erant ſigna neceſſaria, quibus Chriſti prædicatio con firmaretur,propter difficultatem creden dorum,quæ erant ſupra captum humanũ. Contra quæ ratiocinationes multæ fieri poſſent humanæ,quæ vt excluderẽtur,mi raculis opus erat,quibus ratio humana cõ fiteretur atque credere virtute diuina per ſpecta compelleretur. Niſi enim Chriſtus miraculis, ſignisque aſtruxiſſet veritatem ſuæ prædicationis, niſi ſignis & prodigĩs virtutem commonſtraſſet diuinam, quis credidiſſet ei dicenti ſe filium Dei? Quod enim homo eſſet Chriſtus, oculo poterat probari corporali. Quod vero Deus erat, non poterat perſuaderi, niſi virtus in eo eſ ſe perſpiceretur diuina.Miracula autem o perari ex poteſtate,ſine oratione,&virtute propria, mortuis reddere vitam aut lan guidis ſanitatem, naturam teſtantur diui nã. Dixi igitur, niſi virtute aliqua di uina,quam purus non poſſet operari ho mo,Chriſtus probaſſet ſe Deum, quis di centi ſe Deum obligatus fuiſſet hoc ipſum credere? Nonne & ipſe hoc ipſum confite tur,dicens: Si opera non feciſſem quæ ne mo alius fecit,peccatũ non haberẽt incre dulitatis,ſcilicet Iudæi? Nũc aũt excuſatio nem nõ habent de pctõ ſuo.Siquidẽ Chri ſtus ex poteſtate & imperãdo(vt dixi)fecit miracula,quod nemo ſanctorum alius fe cit.Sancti enim ſiue veteris,ſiue noui teſta mẽti fuerint,non ſuo,ſed Chriſti nomine: non ſua,inquã,virtute,ſed Chriſti virtute: non imperando,ſed precibus impetrando fecere miracula. Quocirca Chriſtus dixit ąq;:Opera quæ ego facio, ſunt quæ teſti monĩũ perhibent de me. Opa quæ facit Lutherus & eius ſocĳ apoſtatæ,pariter te ſtimoniũ perhibẽt de illis,q̃d ſunt pſeudo apoſtoli,hæretici, Chriſto & Eccleſiæ re-

Miracula Chriſti ne ceſſaria fu iſſe ,ppter tria.

Actor.9

Ioan.15

Ioan.5

Luthera noꝝ opa cuiuſmo di phibẽt de ipſis te ſtimoniũ.

belles,

belles,à ſpiritu ſancto alieni,& Satanæ diſcipuli,qui quicquid honeſtum eſt,aut virtuoſum,oppugnãt,quicquid vitioſum, roborant.Reuera enim Lutherani poſſent dicere:Licet nomẽ nobis arrogauerimus Euangelĳ,opera tamen noſtra quæ facimus, teſtimoniũ perhibent de nobis,quod non Euãgelici,ſed carnales ſumus. Secundum ſpiritum enim viuere, quamuis rariſſime, imo fere nunquam,ne doceamus quidem, tantum abeſt vt faciamus,niſi quod quicquid loqmur, ſi detrahimus, ſi nugamur, ſi ſeducimus denique, modo repugnet Ec cleſię,vocamus Dei verbum,vocibuſq; cla mamus:Euangelium,Euangeliũ,non ali ter quam Epheſĳ olim per duas horas cla mabant:Magna Diana Epheſiorum.Cla mantes aũt nihil de Euangelio ſecundum ſpiritum,niſi ea quæ contentiones fouẽt, & detractiones ſeminant,proferimus, ſed iuxta ſpiritum loqui,& iuxta carnẽ viuere docemus.Opera enim noſtra ſunt, & in carne & in fraude. Quod ſi non creditis nobis,opera noſtra teſtimoniũ perhibent de nobis,quod carnẽ diligimus, ſpiritum execramur. Secundo, neceſſarium fuit, vt Chriſtus faceret ſigna & prodigia ratione fidei(in qua ante erant)antiquandę. Tunc enim nõ erat gens,quæ fidem aliquã non receperat, imo perfidiam &idololatriam, Iudæis exceptis,qui veram habebant vſq; ad illa tempora fidem.De fide autem recepta quemuis eripere, & in aliam fidem introducere,non poteſt fieri, nec perſuaderi quidem mortalibus,niſi opera huiuſmodi videant, quæ diuinitatem teſtentur, vt ſint vltra poteſtatem humanam. Romani nanq; &aliæ gentes videntes per viam naturæ euenire abundantiam & cariſtiam,ſe renitatem & tempeſtatem, generationem & defectionem,cœleſtibus ſideribus,puta ſoli,lunæ,cæterisq; planetis virtutem &di uinitatem tribuerant(cum reuera nihil eſ ſent ex ſe,ſed tantum miniſtrãtia lumina, eorumq; virtus eſſet illis indita à Deo) & eadem vt numina diuina cum alĳs porten tis,dĳsq; ſuis multis colebant. A quo erro re eos euellere, & aliam fidem perſuadere nemo potuit, abſq; oſtenſione miraculo rum. Porro Iudæi fidem & legem ha bebant à Deo per Moſen ſibi traditam. A qua fide, in qua erant nati, quomodo in aliam fidem,& in legis derelictionem po tuiſſent induci neſcio, ſi non vidiſſent mi-

Idololatriæ origo, quæ.

racula in Chriſti nomine(qui eis per apoſtolos prædicabatur)fieri, quæ teſtimoni um ferrent,non aliud nomen ſub cœlo da tum eſſe hominibus,in quo nos oporteat ſaluos fieri, quam nomen domini noſtri Ieſu Chriſti. Ab aſſuetis enim difficile eſt auelli,& eam in qua natus es, fidem diffici lius relinquere,niſi cogaris miraculis.Qua propter videte hic quęſo quorundam leui tatem & petulantiam,qui fidem veram,an tiquam,ab apoſtolis nobis traditam,mi raculis,ſignisq; confirmatam deſerẽtes, in quarũdam apoſtatarum (quorum ſumma ſanctitas eſt carnalis ſpurcitia)carnalem li bertatem ſe tradiderũt, nihilo honeſtiores inde factis Mahumetanis. Hi Lutherani ſunt hæreſum multarum coaceruatores & ſe ctatores.Quõ igitur dixi, vt fidem ſuã pri ſtinam,tam Iudęi,quam Gentes relinque rent,in Chriſtumq; crederent,neceſſe erat id fieri per miracula,quæ homines dum vi derent,crederent, quæ alioqui non credi diſſent. Tertio,neceſſarium erat,vt fi dem ſeu prædicationem fidei comitarẽtur miracula,propter perſequutionem tyran norum.Vbique enim prædicationi Euan gelicę contradicebatur.Verum ſancti mar tyres ſignis & virtutibus, quo à tyrannis grauiores patiebantur perſequutiones, in uenti ſunt illuſtriores.His autem eorũ ve hementer perfidiam & idololatriam con futabãt.Deniq; & hoc ipſum eis Chriſtus ante promiſerat dicens: Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur:In nomi ne meo dæmonia ejĳcient,&c.Itemq;: Qui credit in me,opera quæ ego facio &ipſe fa ciet,&maiora horum faciet.Adde iã quod hi qui fidem prædicabant,homines erant illiterati,ſimplices,inermes,abſq; humana potentia aut defenſione. Illi vero quibus prædicabatur,reges erant & imperatores, philoſophi,principes & rectores ſeculi, ſa pientesq; mundi. Quapropter vt illiterati conuerterẽt doctos, vt ſimplex doceret a ſtutum,infirmus terreret potẽtem, neceſſe erat vt adeſſet virtus Dei,poteſtasq; miracu lorum.Nam illud miraculo maius eſt, p pi ſcatores,ſimplicesq; homines nemini for midabiles,cõuerſos eſſe ad fidem reges ſe culi,potentes,principes,prudẽtes ſeculi,ſa pientes & philoſophos.Verũ quid illos cõ uertit? Nunquid perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis apoſtolorum conuerſi ſunt? Minime.Adeo enim dolofi aut verſuti non fue

Actor.4

Marci 16

Ioan.14

G

non fuerunt apoſtoli, vt hoc poſſent. Sed nunquid mẽdacijs decepti ſunt? Haud qua quã. Quid igitur? Audierunt verba apoſtolorum ſimplicia quidem, & ab omni fuco aliena, quibus tanta inerat virtus, tanta veritas, vt illis nemo cõtradicere poſſet. Hoc enim illis à Chriſto promiſſum fuerat, di

Lucæ 21 cente: Dabo vobis os & ſapientiam, cui nõ poterunt contradicere omnes aduerſarij veſtri. Addita præterea erat eis virtus mira

Acto. 2. 6 culorum, qua in Chriſti nomine per eos fi gna & prodigia magna fiebant in populo.

H Poſſet autem hic obijci de lege Mahu

Mahume ti lex q̃lis metana, quoniam illa abſq; miraculis recepta eſt. Dicendum, longe aliud eſſe iudicium de lege Euãgelica, & de lege Mahume

Lex Chriſtiana q̃ ſit ſancta & honeſta. ti. Siquidem in lege Chriſti nihil eſt carnale, quia eſt lex ſpiritus, ne in minimo quidem legi naturæ repugnant, in ea eſt caſtitas, in ea omnis eſt virtus, omnisq; honeſtas. Nec poteſt quicquam quod nefarium ſit, quod iniuſtum ſit, quod impium ſit, q̃d inhoneſtum ſit, quodve dedeceat, in lege Chriſtianorũ inueniri. Quocirca hæc lex nemini perſuaderi poteſt humanis verbis, niſi his qui viuere deſiderant ſecundum ſpiritum, quod paucorum eſt. Lex autẽ

Lutherana hæreſis in quo Mahumetanę legi aſſimilatur. Mahumeti tota carnalis eſt, promiſſionẽ etiam habens carnalem, licet prorſus mendacem, Lutheranæ ſectæ parum diſſimilẽ. Vtraq; enim carni ſeruit, vtraque ſpiritum odit, vtraq; licentiam carni præbet, licet Lutherana lex vmbram quandam fingat honeſtatis, omnem tamen libertatem carnis laxat. Et quia nemo eſt qui (ſi putentur licere) carnalia non amet, ideo quod hæc faciliter hominibus ſuapte natura ad hæc inclinatis ſuadetur. Mahumetana olim Orientem Chriſto ademit: nunc hæreſis Lutherana (in qua omnia eius intelligo genimina viperina ex vno parente paulatim orta & deriuata) Chriſto tollit omnem Occidẽtem. Sed nimium digreſſi ſumus. Reuertamur ad Euangelium.

Dixit ad eum regulus: Domine, deſcende priuſquã moriatur filius meus.

I Quamuis imperfecta huius reguli fuerit fides, fuit tamen ſingularis deuotio eius ad Chriſtum. Quamobrem non expectauit, donec ad ciuitatẽ ſuã veniret Ieſus, ſed longe adhuc conſtitutũ adijt, & p filio rogauit. Quem dñs Ieſus nõ ſolum exaudire volẽs eius filiũ ſanando, verũ etiã ipſum regulum ab imperfectione fidei liberãdo, reprehendens exercuit eum. Verum cũ ille hæc diſſimulans ſuſtineret, atq; à precibus non deſiſteret, dominus illi reſpondit:

Dicit ei Ieſus: Vade, filius tuus viuit.

Non dixerat regulo, quemadmodũ dixerat Cẽturioni: Ego veniã & curabo eũ, Matth. 8 ſed vt orantem q̃q; ſanaret patrem, qui opinabatur Ieſum abſentem nõ poſſe curare, & ideo vt ad ſe deſcẽderet, Ieſum rogabat, ire noluit. Sed mouit hic diuus Gregorius Gregor. Cur ad Cẽturionis ſeruum Chriſtus ire voluerit, & nõ ad filium reguli, quæſtionem: Quare dominus ad ſeruum Centurionis accedere, licet nõ rogatus, voluit, & ad filium reguli ire noluit? Nempe ideo, vt inſtrueret nos, qui homines intuemur vt homines. Secũdum humanam em̃ rationem omnino videbatur nobis magis eundem ad reguli filium, quam ad Centurionis ſeruum. Sed Chriſtus vt monſtraret quã ſtudioſus humilitatis eſſet, quãq; non eſſet acceptor perſonarum, ſed æque oẽs diligeret, ad reguli filium ire recuſauit, ad ſeruũ Centurionis ire paratus fuit. Alia eſt præterea ratio. Nam Centurio perfectã habuit fidem, in qua nihil ædificari oportuit. Ideo vt illius nobis fidem quoq; & deuotionem manifeſtaret. Ego (inquit) veniMatth. 8 ens curabo eum. Sciebat enim quid eſſet reſpõſurus Centurio: ideo vt nos quoq; eius tantam fidem ſciremus, prouocabat eũ ad reſpondendum. Hic vero regulus habebat fidei imperfectionem, quæ in illo pariter erat curãda. Ideo ire dñs ad filium eius noluit, ne eius errorẽ confirmaret. Sed abſens curare voluit filium, quo præſentem curaret quoq; patrem, exiſtimantem opus eſſe ad curationem filij corporali p̃ſentia Chriſti. Propterea cõſtanter regulo hic Ieſus dicit: Vade, filius tuus viuit.

Credidit homo ſermoni quẽ dixit ei Ieſus, & ibat. Iam aũt eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret.

Aliqd in fide profecerat interim, dũ domino loquebatur regulus, q̃a iam credidit verbo Chriſti, & fide confortatus, rediturus in domum à domino abſceſſit. Cui occurrerunt ſerui nunciantes filium viuere, id eſt, eſſe incolumẽ, vel, quia lætum nũcium non eſt differendum. Eſt enim ſemper deſideratum & acceptum, ideo feſtinarunt ſerui mox, quod audire deſiderabat, domino nũciare: vel quia ſuperfluum videbatur

batur ſeruis, magiſtrum, ſeu dominum Ieſum fatigari, vt deſcẽderet, cum iam filius, cuius gratia vocabat Chriſtus, incolumis erat. Putabant enim cum ſuo dño deſcenſurum Chriſtum, cuius iam eſſet præſentia ſuperflua propter filij ſanitatem.

Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerũt ei, q̃a heri hora ſeptima reliquit eum febris.

Ioannes Chryſoſt. Ex hoc loco Chryſoſtomo videtur, q̃d perfecte non crediderit regulus iſte, ſed titubauerit: atq; rei veritatem explorare volẽs, propterea interrogauerit, qua hora melius habuiſſet, vt inde diſceret, an virtute Chriſti, an alia occaſione aliqua naturali filius recuperaſſet ſanitatem. Reſponderunt igitur illi ſerui eius, q̃ hora ſeptima illum reliquiſſet febris, hoc eſt,, quod cũ eſſet febri tunc correptus, ſubito illum reliquit febris p̃fecte, & ſine vlla debilitate, aut morbi veſtigio factus eſt, manſitq; ſanus. Pari modo ſocrus Petri febricitans curata eſt.

Lucæ 4 Nã ſubito ſurrexit à Chriſto curata & miniſtrauit menſæ.

Cognouit ergo pater, q̃a illa hora erat in qua dixit ei Ieſus: Filius tuus viuit. Et credidit ipſe & domus eius tota.

Beda. Perpenditur hinc (vt Beda dicit) quemadmodum in alijs virtutibus, ita in fide q̃que eſſe gradus. Nam regulus initium habuit fidei, cum dominũ pro filij ſalute rogauit. Incremẽtum habuit, quando ſermoni credidit Chriſti, domum reuertens. Poſtremo nunciantibus ſeruis perfectionem obtinuit fidei, nihil poſthac dubitans. Credidit autem, vt hic dicitur, nõ ipſe tantum, ſed domus eius vniuerſa. Quo palã fit, quã vtile ſit, patrẽfamilias habere bonum, aut Deo deuotũ, quamq; peſtiferum ſit malũ, impiumq; habere dominũ. Quomodo em̃ eſt paterfamilias, ita ſunt eius quoq; miniſtri & familia tota. Profuit igitur familiæ domus regulũ credidiſſe in Chriſtũ. Nam hac occaſione ſtuduerunt etiam oẽs qui in domo erant, fide ſe domino conformare. Qui ſi impius fuiſſet, familiam quoq; habuiſſet impiã. Eſtote igitur filij ſemper,

Conuerſari cũ bonis, q̃ ſit vtile. quantum eſt poſſibile, cum bonis, vt participes fitis quoq; in bonis eorum, & in virtutibus, & aſſuefiatis ad honeſtatem & ad virtutem, luxta enim mores & vitam eorũ cum quibus habitas, vita & animus tuus imperceptibiliter mutatur, vt cum laſciuis fias laſciuus, cum arrogãtibus & ſuperbis ſuperbus, cum tumidis tumidus, cum inobedientibus rebellis. Et cdiuerſo, vbi Dei timor eſt in patrefamilias aut vxore, ibi docetur, participatq; tota familia, vt diſcat timere Deum. Qui vobis filij miſericordiã ſuam det & gratiam, vt illum præ oculis habentes, ſemper ei mancatis ſubiecti ac obedientes, in Chriſto Ieſu domino noſtro, q̃ eſt benedictus in ſecula, Amen.

SERMO IN EADEM DOminica. Cur pœnæ peccati originalis poſt baptiſmum maneant, & quare formidabilis ſit mors.

L Erat quidam regulus, cuius filius infirmabat. Ioannis quarto. Hominibus cũctis naturaliter hoc inſitum eſt, vt quærant ſui integritatem & ſanitatem: fugiant vero ſui corruptionem, ſeu mortẽ. Hoc modo huius infirmi pater per naturalem amorem & compaſſionem remedium ægroto filio ſuo quodcunq; potuit, ad ſanitatem quæſiuit. Sed miraris fortaſſe, vnde nobis accidant infirmitates, aut etiam ipſa mors. Dicendum ex originali pcto hoc nobis accidere, vt moriamur, vt pœnas, dolores, infirmitates, moleſtias, grauamina, famem, frigora, & quæcunq; nobis ſunt moleſta, ſentiamus. Quod ſi obieceris ſeu interrogaueris iterum: Quum dominus omnia nobis pcta in ſua paſſione dimiſerit, & pœnas peccatorum nobis ademerit: cur ergo nihilominus poſtquam ſumus baptizati, pœnis affligimur? Scriptũ nanq; eſt: Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Si Chriſtus noſtros quos pati debemus dolores portauit, & ſi in baptiſmo nos recipimus efficaciã, virtutẽ, & meritum paſſionis Chriſti, videtur q̃ pœnas huiuſmodi, quas per originale pctm̃ incidimus, iterum in baptiſmo exuimus. Reſpondendũ hic per tres eſt conſiderationes. Prima: Chriſtus omnem pœnã peccatis debitam, in ſua paſſione ſoluit perfectiſſime, quæcunq; animam hominis poſt ſeparationẽ à corpore ab ingreſſu regni cœleſtis impedire, vel perpetuo, vel ad tempus poſſet. In baptiſmo nanq; vbi nobis virtus cõmunicatur paſſionis Chriſti, omnis culpa, tã originalis, quam actualis, venialis q̃que & mortalis aboletur, atq; remittitur.

Infirmitas & mors vnde accidant homini.

Eſaiæ 53

Pœnæ peccati originalis cur poſt baptiſmũ maneant.

Baptiſmus vti tollat omnem culpã & pœnam.

Tolli-

Tollitur præterea ibi omnis obligatio ad pœnã, cui alioqui obnoxij essemus, tam inferni, q̃ purgatorij. Eam ob rem dicit Auguſtinus: Per baptiſmũ quicquid in homine factũ, dictũ & cogitatũ eſt, totũ abolet, vt quaſi factũ non ſit, habeatur. Secũda cõſideratio. Per efficaciam paſſionis Chriſti & eiuſdẽ virtutẽ non remittuntur pœnę temporales peccato originali debitæ, quas in hoc mundo ſuſtinere habemus, vt ſunt infirmitates, miſeriæ & ærumnæ multæ, tã demq; mors corporalis. Illæ em̃ pœnæ terminantur in hac vita, & cum vita corporali: ideo nihil poſſunt hominẽ impedire aut prohibere poſt ſeparationẽ, nec perpetuo, nec ad tempus. In baptizato enim nihil impedit regni cœleſtis ingreſſum, niſi peccatum poſt baptiſmum cõmiſſum. Nam priora peccata in baptiſmo ſunt deleta. Tertia conſideratio: Chriſtus dominus noſter quamuis ſua paſſione pro peccatis omnibus omniumque peccatorum pœnis pro nobis ſatisfecerit, ab his tamen pœnis temporalibus, quas in hac ſuſtinemus vita, ex ingẽti miſericordia ſua nos liberos eſſe noluit omnino. Sciebat em̃ nobis nullo modo prodeſſe, vt ab his pœnis & moleſtijs hic penitus eſſemus liberi. Proinde (vt videmus) quos habuit in mũdo chariores, eoſdẽ pluribus moleſtijs & calamitatibus ſubiecit. Conferunt enim hæ pœnæ multum his qui eas, vt debent, ex obedientia ſuſcipiunt, intelligentes eas in remedia animarum ſuarum à ſummo medico ſibi impoſitas.

Auguſtin.

Infirmitas vti purget à peccatis

Sapien. 11

Pſalm. 31

Pſalm. 37

Matth. 9

Infirmitate carnem ſpiritui ſubijci.

Galat. 5

2. Cor. 12

Infirmitate à peccatis retrahere.

Eſaiæ 26

Aduerſitates dilectionis diuinæ eſſe indicium.

Apoc. 3

M Conficitur igitur infirmitates, calamitates, ærumnas quoq; & aduerſitates, in vtilitatem animarum noſtrarum nobis relictas. Quas, inquis, patiunt vtilitates? Multas, inquam, ſi patienter tolerẽtur: quarum aliquas recenſere hic libet. Exempli igitur gratia ægritudinẽ ſeu infirmitatem accipiamus, in qua alias q̃q; intelligamus moleſtias. Prima autem huius eſt vtilitas, vt homo ſentiens infirmitatem, p̃paret ſe ad exitum. Qui em̃ tunc ſe ad mortem, q̃n infirmus eſt, nõ parat, q̃n parabit? Beati igitur qui q̃tidie ſe parant ad egreſſum (neſcit em̃ homo finẽ ſuũ) vt cũ dñs pulſauerit, cõfeſtim aperiant ei. Eſt aũt magna admonitio infirmitas corporalis, vt ſe homo paret ad mortem, ne quaſi improuiſus, imparatusq; moriatur. Scitũ quoq; illud eſt Seneçę dicẽtis: Mors vbiq; te expectat, ſed ſi ſapiens fueris, vbiq; eam expectabis.

Infirmitatũ, aduerſitatumq; vtilitates multiplices, quæ.

Eccleſ. 9 Lucæ 12

Seneca.

Secunda eſt vtilitas, quia à peccatis infirmitates, aliaq; incommoda patienter tolerata nos purgant. Miſericordiſſimus em̃ dominus infirmitates & calamitates noſtras in expiatiõem nobis ordinat peccatorum. Adeo vt non raro in illis membris, p̃ quæ peccauimus, etiã puniamur, vt in nobis impleatur illud: Per quæ qs peccauit, per hæc & punietur. Infligi autem pœnas pro peccatis à Deo teſtatur Pſalmiſta, dicens: Multa flagella pctõris, ſperantẽ aũt in dño miſericordia circundabit. Et Dauid qa deliquerat: Qm̃, inqt, in flagella paratus ſum, & dolor meus in cõſpectu meo ſemper. In Euãgelio q̃q; non longe à ſuperiori dñica lecto nobis referebatur de paralytico, quẽ dñs curaturus hoc modo affatur: Confide fili, quoniã remittuntur tibi pctã tua. Quo ſatis indicabat pctã fuiſſe cauſam infirmitatis, & per infirmitatẽ illum iterũ ad animæ redire ſanitatem. Tertia eſt vtilitas, quia infirmitates, ærumnæq; hoſti noſtro laſciuiam, petulantiamq; eripiunt. Eſt em̃ nobis familiaris noſter hoſtis caro noſtra, quem circũferre cogimur & nutrire, non tamen occidere. Nutrire, inquã, illum tenemur ad ſobrietatẽ, ad neceſſitatem q̃q;, nõ ad petulantiam aut voluptatẽ. Itaq; cum infirmitatibus carnem dñs affligit, hanc rebellem ſpiritui ſubijcit. Nunquã enim caro nõ cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, p̃ſertim ſana & laſciuiens. Eam ob rẽ, cum id in ſe quoq; experiretur Paulus, ingenue fatetur ſe libenter gloriari in infirmitatibus ſuis, quandoquidẽ cum infirmor (inquit) tunc potens ſum. Quaſi dicat: Cum infirmitas carnem meam domat, potentior atq; liberior tũc in me eſt ſpũs meus ad Deum.

Quarta vtilitas eſt, nam infirmitas à peccatis retrahit. Multa em̃ homini infirmo nõ libent, quæ alioqui male liberent, & ad peccandum inducerent. Multas aufert ęgritudo delectationes, qbus, niſi infirmitas impediret, excederetur. Multa em̃ pctã homo faceret ſanus, quæ non facit infirmus. Nec à pctis tantum infirmitas retrahit, ſed eſt etiam multorum occaſio bonorũ. Proinde Eſaias dicit: Dñe in anguſtia requiſierunt te. Quinta eſt vtilitas infirmitatis, qa indicat gratiam Dei. Eſt em̃ idonea ad obtinendum Deũ. Nam ſingulare eſſe creditur dilectionis diuinæ indiciũ, infirmitates ſuſtinere, iuxta illud: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Familiare nanque eſt Chriſto ſuis amicis dare aduerſitates, ſiue hæ ſint infirmitates, ſiue alia incommoda. Tu igitur ſciens Deo id acceptum eſſe, pro ipſius optes amore aliquid ſuſtinere. Omnem idcirco infirmitatem de eius manu accipe, & in gloriam eiuſque beneplacitum quicquid ſuper te venerit, ſuſtine. Hanc tamen reſignationem & patientiam nihil impedit, ſi remedia interim humana cõtra morbos, infirmitateſque inſtituta, vel quæras, vel admittas. Quia neſciens Dei voluntatem, facere debes (dum infirmus es) vt homo, qui ſuã valetudinẽ, incolumitatẽq; ad gloriam Dei expendendam, non debet negligere, ſed ita remedijs vti humanis, vt æque ad voluntatem, ſi Deus ita voluerit, paratus ſit: & vtrum ſibi remedium hoc ſanitatem recuperet nec ne, Deo id committat, Deoq; ſuam voluntatem conformet.

Infirmitatẽ à futuris pœnis eripere hominem.

Nahum 1

Auguſt.

1. Petri 2 Infirmitas vti ad regnũ cœlorũ ducat.

2. Tim. 2 Matth. 22

Roma. 8

O Mors qd ſit.

Se xta vtilitas infirmitatis eſt, quod à futuris pœnis hominem liberat. Quicquid enim hic punit Deus, non puniet poſt hanc vitam. Caſtigatio autem quæ in hac vita datur homini, eſt incomparabiliter clementior, quam ea quæ poſt hanc eſt vitam expectanda. Iuſtus autem eſt Deus, vt quicquid hic punitum eſt, nõ puniatur denuo. Ideo dicit Nahum propheta: Afflixi te in prẽſenti, & amplius te non affligam. Quapropter diuus Auguſtinus non inſipienter quoq; fertur oraſſe ad dominum: Hic vre, hic ſeca, ſaltem in æternũ parcas. Septima vtilitas eſt, quia infirmitas ad regnũ cœleſte introducit. Nam ſi Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, quomodo nos nihil pro peccatis noſtris ſuſtinebimus? Quod ſi ſuſtinemus (vt Paulus ait) conregnabimus etiã. Hoc in parabola Euangelica nobis inſinuare Chriſtus voluit, quando repudiatis his tanquam cœna ſua indignis, qui venire noluerunt ad paratam cœnam, miſit ſeruos ſuos, vt introducerent pauperes & debiles, cæcos & claudos. Hi em̃ q̃s hic deſpicit mundus, & qui in mundo hic præmũtur, magis ad cœleſtis cœnæ introitum idonei fiunt. Non ſunt igitur condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Verum dicet hic qs: Quare fit vt nulla ſit res, quæ adeo timeatur quomodo mors? Et timenda ne eſt mors? Dicendum, mortẽ nihil aliud eſſe, quam animæ à corpore ſeparationem. Mors, inquam, eſt ſolutio coniunctionis animæ & corporis. Quæ coniunctio cum ſit arctiſſima, familiariſſimaque, inuitiſſime, ſi de naturali curſu loquẽdum eſt, partes ſeparantur. Nulla quoque eſt creatura, quæ non contendat ſe tueri & repugnare naturaliter, ne intereat. Quia nihil eſt, quod ſui appetat deſtructionẽ, vnaquæq; res manere & perſeuerare in ſuo eſſe cupit. Hoc videre poſſumus in omnibus creaturis, præſertim vitam ſenſibilem, vegetabilem, aut rationalem habentibus, q̃modo quælibet ſuam tuetur vitam, ſui fugit corruptionem, nec deſinere aut perire vult: quanto magis homo, qui eſt creatura nobilis? Cum igitur animæ & corporis ſeparatio, deſtructio, atq; ſolutio ſit hominis, per quã altera pars, hoc eſt, corpus corrumpetur, & pereat neceſſe ſit, eſt homini horrori naturaliter ſui deſitio, ſiue ſeparatio animæ à corpore, quæ eſt mors. Quia, vt dixi, cum omnis creatura, tum præc. pue homo horreat ſui corruptionem, & appetat non perire, ſed permanere, atq; quicqd hac in re ſibi eſt contrarium, fugiat, ſecundum naturam horribile eſt homini mori. Secus eſt de virtute & gratia Dei. Quod enim natura horreat mori, perſpicuum eſt ex Euangelio, quandoquidem Chriſtus quoq; pro noſtra conſolatione hãc paſſionem vltro ſuſtinere voluit, vt quum iturus eſſet ad mortẽ, cœperit pauere, tædere mœſtus eſſe, ac triſtis vſq; ad mortem. Quid vltra? Cœpit patrẽ rogare, vt à ſe auferret calicem hunc paſſionis & mortis, quo ſe verũ hominẽ p̃baret, vtpote qui ea, quæ veri ſunt hominis, & conditiones naturæ humanæ in ſe ſentiret. Secus autẽ eſt, ſi de gratia Dei loquamur. Nam multis ſanctorũ, præſertim in nouo teſtamẽto, & perfectis mors fuit in deſiderio, & vita in patientia. Nam Paulus cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto: idq; reputabat multo ſibi eſſe melius, quamuis in carne manere hic propter fratres magis foret neceſſariũ. Itaq; ſi Dei gratiam attendimus, ſi noſtri redemptionem, adoptionemq; per Chriſtum cogitamus, ſi egreſſum noſtrum ad felicitatem in bona ac forti ſpe, fiduciaq; præſtolamur, non erit horrori mors, præſertim ſecundum rationem. Legimus enim quoſdã ſanctorum naturaliter, aut iuxta ſenſum carnis ſaltem timuiſſe mortem. Nam Hezechias rex nõ ſolum de bonis aut melioribus, ſed de optimis etiam vnus, cũ illi prophe-

Mors cur naturaliter fit horrori.

Lucæ 22 Marci 14

Matth. 26

Philip. 1 Mors cur multis ſanctis fuerit in deſiderio.

Eſaiæ 38

ta dixisset: Dispone domui tuæ, quia mori eris tu & non viues, cõtristatus vertit se ad parietem, & fleuit, dicens: Domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, &c. Sic Gedeon quoq; cum vidisset angelum expauit, putans se propter rea moriturum: & Manuah pater Samsonis. Eam ob rem, contra hunc timorẽ dominus suos discipulos ac martyres futuros omnes confortans: Nolite, inquit, eos timere, qui corpus occidunt, animam aũt non possunt occidere. Est igitur mors quidem omnibus iuxta naturam formidolosa. Scriptum enim est: Preciosa in cõspectu domini mors sanctorum eius. Cæterum, peccatoribus ac impœnitentibus multo maxime est formidanda, de quibus item scriptum est: Mors peccatorum pessima. Sunt tamen alia quędam, quæ terribiliorem hominibus, quam in se est, faciunt mortem. Solent enim (vt quidam tradunt) comitari mortem, terrores ac aspectus terrimi dæmonum, tentationesq; graues, quibus nituntur in desperationem inducere morientem inimici. Verum de his quid sentiendum sit, puto incertum esse. Nõ dubium est tamen maxima tũc sollicitudine dæmones instare, vt infirmum fallant, seducant aut rapiant. Veruntamẽ Deus, qui hoiem sub alijs tẽtationibus hic custodiuit in vita, custodiet sperandum est, etiã in morte: tm̃ vt homo habitet in adiutorio altissimi, & in protectione Dei cœli cõmoretur. Fidelis enim Deus, qui non permittit tentari hominem supra id, quod potest sustinere. Quare si tunc grauior, improbiorque accesserit tentator, sperandus est quoque ediuerso potẽtior futurus adiutor. Leguntur quoque nonnulli vidisse in fine, aut circa finem dæmonis præsentiam, vel ad sui purgationẽ, vel ad damnationis suæ inchoationem, sed an omnibus hoc contingat, incertum habeo. Postremo, hæc consolatio est timẽtibus Deum circa mortem. Quantumcunq; sit mors formidabilis, est tamen bonis finis tẽtationum, finis miseriarum, terminus peccãdi, post quem non erit peccatum, sed præmium, consolatioq; & gaudium. Est mors bonis ianua paradisi, ingressusq; regni cœlestis. Est porta qua de miserijs nostris exeuntes recedimus, & est porta, qua ad gaudiorum pleni tudinem intramus. Quid quod ad patriam nostram pertingere, nisi per hanc portam, non possumus? Non est igitur timenda mors, sed obedienter ad Dei beneplacitum suscipienda, quo facies tibi mortem valde vtilem, Deoq; vehemẽter acceptam, Est quoque mors mansuete, imo & optato sustinenda. Introducit enim mors à miserijs ad vitam, quomodo scriptum est: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ex Deo ædificationem habemus domũ non manu factam, sed æternam in cœlis. Quapropter magis timeamus ne inueniamur inobedientes, ingrati atque rebelles Deo: nam his maxime formidabilis esse debet mors, qui nolunt conuerti ad dominum.

Hi vero, q filij sunt Dei viuentis, qui seruare cupiunt Dei præcepta, nõ habent turbationis atque timoris causam. His enim cum per mortem sibi cœperit hæc vita temporalis deficere, dicitur à domino: Leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Quo significatur electis Dei vitam hanc esse captiuitatem & carcerem: mortem redemptiõem: post mortem vero reddi patriam, consolationem, beatitudinemque æternam. Per mortem igitur à multis eripimur malis. Primo, à malignitate mundi. Quapropter nos scriptura hortatur, vt exeamus de medio Babylonis, redeuntes ad terram promissionis, lacte & melle manantem. Ibi enim nõ erit fraus, nec dolus, nec peccatum, nec impostura, cuiusmodi mercimonijs mũdus hic plenus est. Secundo, liberamur ab eius vanitate. Vidi, ait Ecclesiastes, cuncta sub sole, & erant omnia vanitas. Quid em̃ est aurum? quid preciosa vestis? Vestis quidẽ necessaria est. Sed quare preciosa? Quare de serico? Quid magnum nomen? Quid honor? Quid potentatus? Quid diuitiæ? Quid pulchritudo & voluptas? Omnia vanitas, & retia, quibus homo à mundo capitur, ad infernũque trahitur. Horum finem facit mors, reueraque monstrat, quam nihil fuerunt hæc transitoria, neminem adiuuantia, sed vanitas sola, & magis rerum sunt apparentiæ, imagines seu vmbræ, quã res. Tertio, mors liberat ab inquietudine. Quid enim in hac vita est quietum? Aut quis regum seu diuitum est, qui tanquillitatem hic possideat? Nulla hic est pax, nunquam deest querimonia. Semper enim aut adest quod nolis, aut deest quod velis. Sẽper est q̃ formides, semper de quo doleas.

Nihil

Indicũ 6

Iudicũ 13

Matth. 10

Psalm. 115

P

Psalm. 33 Mortẽ terribiliorẽ facientia quæ sint.

Psalm. 90

1. Cor. 10

Timẽtib' Deũ quæ nõ sit consolatio circa mortẽ.

Mortem quõ facias tibi homo vtilem.

1. Cor. 3

Mors quibus debet esse formidabilis & qb' nõ.

Lucæ 21

Q

A quibus malis liberetur homo p mortem. Hiere. 9

Eccles 1 Vanitas mũdi quita.

Ingerudo huius vitæ quanta.

Nihil est igitur mortalium vita, quam labor & afflictio spiritus. Verissimum quoque est illud Christi: In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Illuc igitur nobis aspirandum, vbi est requies, gaudium, & pax. Ab hac inquietudine, ab ærumnisque alijs multis per mortem eripimur solam. In futura nanque beatitudine nullus est luctus, labor & dolor, quoniam hęc omnia tranfierunt. Quarto, liberat nos mors & educit ex tenebris, ex caligine, ignorantia, atque ex defectu veritatis, ad veram scientiam, & verum lumen. Quamdiu enim hic sumus, quantumuis pro scientia laboremus multo sudore, tam parua est tamen hæc scientia ad veritatem, vt vix dici possit opinio. Taceo quod tã multa sunt, tam magna & ardua, de quibus certam hic nullam habemus scientiam, multa de quibus opinionem tantum: quæ tamen an veritatis aliquid contineat, ignoramus: innumera vero, quorum ignorantiam omnem confitemur. Non igitur sine causa dicitur: Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Quomodo enim sapiẽtia mundi stulta non est, quæ an sapientia sit, an recte perhanc homo sapiat aut erret, certus non est, nisi fit ibi experientia sensus? Quinto, liberat nos mors à periculis infinitis. Quandiu em̃ in hac vita sumus, an amore, odiove simus digni, ignoramus. Adde iam instabilitatem & infirmitatem nostram, quare nihil nobis audemus cõfidere, nihil promittere. Nam & de voluntate nostra & actione, an placeat Deo, & quamdiu placitura sit, nescimus. Deinde fragilissimi sumus, & indefinenter à nobisipsis quoque impulsi, hoc est, à malitia, ab ignorantia, & ab infirmitate nostra, vbiq; delinquimus. Sunt alia item innumera pericula, quibus continue labimur & peccamus, à quibus item sola nos mors eripit. Quam vt tranquillam, felicem & beatam sentiamus, largiatur nobis dominus noster Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

Ecclẽs 1 Ioan. 16

Apoc. 21

1. Cor. 3

Ecclẽs 9 A quibus periculis eripiatur homo per mortem.

DOMINICA VIGESIMASECVNDA POST dominicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Philippenses 1.

XXXI. CONfidimus in domino Iesu, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu: sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeã vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defensione, & in confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis synceri, & sine offensa vsq; in diem Christi Iesu, repleti fructu iustitiæ, per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

APaulus Apostolus Philippensibus scribens, suam sollicitudinem pro illis, zelum paternum que insinuat amorem. Ideo dicit: Confidimus in domino Iesu, vt is, qui opus bonum in vobis cœpit per gratiam præuenientem, nunquã vobis defuturus sit per subsequentem & cooperantem: sed quod cœptum est in vobis bonum, perficiat ad finem, hoc est, vsq; in diem Christi Iesu, quo tunc vnicuiq; iuxta illud quod meruit retribuet. Quæ dies Christi cuilibet erit singularis in morte, vniuersalis autẽ in nouissimo die. Hoc nanq; ita sentio, sicut iustum est me sentire de omnibus vobis. Neque enim iustum foret aliud sentire de tam bonis filijs, eo quod habeam vos, nõ in solis labijs oris, sed in corde meo, & in vinculis meis. His enim vos compatimini, & propter me estis contristati & afflicti, quod hic Romæ sim vinctus, & carcere tẽtus. Ideo vos habeo quoq; mecum in vin-

Prouc. 24

culis meis,quę mecum vos in ſpiritu,& ex charitate ſuſtinetis:nec minus hęc vosquã me torquẽt. Habeo igit vos in corde meo, & in vinculis meis,& in defenſione,&confirmatione Euangelij,pro q̃ ego gaudens, vincula patior &carceres. Hius autem gaudij,quod in tribulationibus habeo,& lætiæ,quam in ſeculo futuro ſempiternã expecto,confido ſocios omnes vos eſſe &fore. Teſtis enim mihi eſt Deus,quanto affectu cupiam vos omnes, q̃ fideliter,quamquam ſyncere omnium veſtrũ ſalutem deſiderem,& conſolationem in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc ante Deum pro vobis, voſq; oro, vt charitas veſtra non deficiat, ſed abundet magis ac magis creſcens in omni ſcientia & diſcretione,& in omni ſenſu prudentiæ,vt probetis potiora, hoc eſt, vt prudenter diſcernere valeatis,nõ ſolum inter bona & mala,ſed etiam inter bona & meliora,vt ſitis ſynceri, integri, ac mundi corde,ſine offenſa, innoxij erga Deum & proximum, vſq; in diem Chriſti,hoc eſt, vſq; ad diem vitæ veſtræ nouiſſimũ. Sitisq; repleti fructu iuſtitiæ, quæ eſt abundantia bonorum operum, per Ieſum Chriſtum in gloriam & laudem Dei.

EXEGESIS EVANGELII eiuſdem dominicę XXII. poſt dominicam S. Trinitatis, Matthæi XVIII.

B

Vi debitis æreq; alieno grauãtur,ſi nõ fuerint ſoluẽdo, iuſte miſericordiã ad hoc ſaltem poſtulant, vt illis concedatur ſoluendi dilatio. Nam vt omne debitum remittatur ſibi,nemo eſt,qui hoc expectet. At vero dominus non ſolum expectat, aut præſtolatur,nec partem donat debitorum,ſed omne miſericorditer etiam debitum dimittit, ſi tamen æque in proximos noſtros fuerimus miſericordes,quomodo nobis volumus miſereri. Hoc cum in varijs locis nobis inculcet,hic etiam illud ipſum in parabola nos docet,vt cuiuſmodi animum nos gerimus erga proximum noſtrum,huiuſmodi quoq; in Deo inuenianus erga nos. Præmonuerat autem diſcipulos, vt cõcordes viuerent. Nam ſi duo vel tres conſenſerint ſuper terram,pro quacunque re petierint,dabitur eis à Deo. Hinc Petro interroganti: Si peccauerit in me frater meus,dimittam ei vſq; ſepties? Non dico tibi(inqt Ieſus)vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties,hoc eſt,toties,quoties peccauerit. Hanc ſententiã confirmare volens,adiunxit parabolam hanc,dicens: Matth. 18

Simile eſt regnum cœlorum homini regi,qui voluit rationem ponere cũ ſeruis ſuis.

Negocium, inquit, præſentis Eccleſiæ ac ſtatus ſimilis eſt homini regi, qui rationem voluit ponere cum ſeruis ſuis. Non alium regem quærere nos oportet,quam eum de quo Pſalmiſta dicit: Dominus regit me,& nihil mihi deerit. Eum ſcilicet,in cuius veſtimento ſcriptum legitur: Rex regũ & dominus dominantium. Et iterꝝ in Pſalmo: Quoniã hic eſt Deus Deus noſter inæternum,& in ſeculũ ſeculi,ipſe reget nos in ſecula. Hic voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Debitores ſumus omnes Dei: multa talenta accepimus,multa ex his amiſimus, multa male expendimus, voluntatem domini tranſgreſſi ſumus in multis. Neque enim hoc ſolum à nobis exigitur, vt caueamus malum,ſed etiam vt faciamus bonum. Hæc enim duo generalia ſunt præcepta iuſtitiæ: Declina à malo,& fac bonũ. Voluit rationem ponere,hoc eſt,operã ſeruorum ſuorum & ſtudia diſcutere. Serui eius ſunt omnes mortales. Siquidem tenemur ei ſeruire,Primo,ratiõe creationis. De quo Eſaias ait: Formaui te,ſeruus meus es tu Iſrael,non obliuiſcaris mei. Factus eſt enim homo à Deo propter Deum,puta vt homo Deo, hoc eſt, ſuo creatori ſeruiret: mundus autem factus eſt propter hominem,vt homini ſeruiret. Cõſtitutus itaque homo in medio,habet cui ſeruiat,ipſe habet quoque à quo ſibi ſeruiatur. Vtriuſque ſeruitutis ſolus ipſe fructum recipit. Nam quum domino ſeruit,non dominus huius ſeruitutis accipit fructum aut commodum, ſed ſeruus: nec ex ſeruo iuuatur dominus, ſed ſeruus. Quod vero homini ſeruit mundus,ex illo quoque nemo præter hominem iuuatur. Ideo Paulus dicit: Omnia veſtra ſunt,vos autem Chriſti. Secundo,ſumus huius regis ſerui,quia ab eodem empti. Empti,inquit,eſtis precio magno. Non corruptibilibus auro ſiue argẽto,inquit Petrus,redempti eſtis,ſed precioſo ſanguine agni immaculati. Tertio, ſumus Pſalm. 22 Apoc. 19 Pſalm. 47 Pſalm. 36 Eſaiæ 41 Seruire tenetur homo Deo propter ſe. 1. Cor. 3 1. Cor. 6 1. Petri 1

mus ab eo quoq; vt in parabola operariorum in vinea declarat) ad ſeruiendũ ei conducti. Promiſit enim ſeſe nobis dare mercedem. Ego, inquit, ero merces tua. Poſiturus itaq; eſt rationem cum ſeruis ſuis, vel generaliter in fine mundi, aut ſingulariter in cuiuſuis hominis morte. De hoc Eccleſiaſtes: Cuncta, inquit, quæ fiunt, adducet dominus ad iudicium,& pro omni errato, ſiue bonum ſiue malum, expetetur ratio. Matth. 20 Gene. 15 Matth. 25 Eccles 12

Miſericordia Chriſti quãta.

Videte tamen miſericordiam Chriſti. Prædicit nobis rationem à nobis exigendam. Excitat nos ad timorem & ad reddendæ rationis ſollicitudinem. Deinde conſilium quoq; dat, quomodo ſi ad rationem reddendã non ſufficimus, euadamus. Neque enim vult mortem peccatoris, ſed conſulit, hortatur ac monet etiam, quo cõuertatur & viuat. Ezech. 18

Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat decem milia talentorum.

C Rationẽ quõ ponat Deus q̃li die cũ ſeruis ſuis.

Quotidie rationem ponit cum ſeruis ſuis dominus, illos excitãdo, illis inſpirando, ipſorum delicta & defectus eis oſtendendo, & ad emendationẽ inuitando. Cœpit rationem ponere, quia expergefecit in peccatis dormientes, vt ipſi quoque de ſuis peccatis pœnitentes cogitarent, & quomodo ea emendarent, quomodove debita ſoluerent, meditarentur. Poteſt enim ſimilis eſſe loquutio, quomodo in Ioanne de ſpiritu ſancto dicitur: Ille arguet mundum de peccato. Et: Ille teſtimonium perhibebit de me. Quod ita recte intelligitur: Ille ſpiritus ſanctus venturus in vos arguẽt per vos, id eſt, faciet vos arguere mundũ de peccato. Et, ille teſtimonium perhibebit de me, quia vos teſtimonium perhibere faciet confortans vos, & metũ auferens, danſq; vobis os & ſapientiam, cui non poterunt contradicere omnes aduerſarij veſtri. Hoc, inquã, modo poteſt intelligi hic quoque, quod rex, id eſt, Deus, ſiue Chriſtus cœpit rationem ponere, quia fecit ſeruos ſuos in hac vita ſecum rationem ponere. Semper enim Dei ſerui cum vita ſua rixantur, operaq; illorum nemo magis, quã ipſi, accuſat. Itaque dum rationem dominus ſeu rex exigeret, oblatus ei vnus eſt debens decem milia talentorum. Non longe, quid verba hęc ſingula ſignificent, quęramus, ſed hoc nobis ſcitu eſt neceſſarium, ſignificari hic peccatorem grauibus, multiſq; criminibus obnoxium ad rationem reddendam poſitum. Ioan. 16 Ioan. 15 Lucæ 21

Cum autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus venundari, & vxorem eius,& filios,& omnia quę habebat, & reddi.

Non habuit ille præuaricator quo dominum ſuum placaret, reddens debita. Sic peccatores quid præter peccata habẽt quibus Dei iram commeruerunt, aut quando poterunt placare dominum, nihil bonorum operum habentes? Erat igitur à domino iuſſum, vt ipſe cum vxore,& filijs,& omnibus quæ habebat, venũdaretur, donec ſolueret. Homo peccãdo venũdat ſe diabolo, quia pro delectatione breui vẽdit ſe illi in ſeruum: vendit quoque Dei dona, quæ à Deo accepit in illius obſequium. Item, vendit æternam beatitudinem pro inferno. Cui vendit? diabolo. Non vt poſſeſſor fiat diabolus beatitudinis, ſed vt ipſe quod erat accepturus, amittat. Venditur autem non ſolum ipſe peccator, ſed & vxor eius, id eſt, concupiſcentia, & filij eius, id eſt, opera: & omnia quæ habet naturalia & gratuita dona dat diabolo, ſubijcitque cum eiſdem ſe illi in ſeruũ. Qui enim in peccato eſt mortali conſtitutus, iam amiſit omnia bona quæ habuit, puta amicitiam Dei, gratiam Dei, opera bona, merita, aliaque ſtipendia, quibus itur ad æternam vitam. Hæc itaque cum peccato mortali omnia moriuntur, & hominem relinquunt. Licet, homo ſi per gratiam reſurrexerit, eadem quoq; reuiuificentur atq; reſurgant: vtpote quæ olim vitam habuerũt in gratia Dei facta. P&õr vti vendat ſe ſe diabolo. P&ñ mortale quib⁹ bonis ipo lieſt homem

Procidens autem ſeruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiã habe in me, & omnia reddam tibi.

D Docuit hic nos dominus, quid facere nos oporteat, cum pro peccatis noſtris rationem non poſſumus reddere. Procidere enim debemus ad genua, ſupplices rogare, domini longanimitatem implorare, vt patientiam habeat nobiſcum, non vtẽs ſeueritate iuſtitiæ, ſed indulgentia miſericordiæ. Quod autem promittimus omnia nos reddituros, hoc tunc facimus, quando firmamus voluntatem noſtram, vt poſthac à peccatis, quibus deliquimus, contendamus

damus abſtinere, Dei præcepta, eiuſq; voluntatem fideliter perficere, quicquid negleximus, nouo feruore recuperare, atque omnia in priſtinum (vt fic efficiamur quo modo antequam peccauimus, fuimus) reſtaurare.

Miſertus autem dominus ſerui illius dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.

Quid miſericordia domini clemẽtius? quid eius benignitate dulcius? Plus quam rogatus eſt tribuit. Rogatur vt patientiam habeat, expectetq; donec debitũ reus ſolueret. Ipſe vero non ſolũ conſenſit, verum etiam totum reo debitum dimiſit. Largiſſima enim Dei miſericordia nobis non partem dimittit, partem ſeruat peccatorũ, ſed totum dimittit, & totũ donat: & hoc, quo ad culpam. Quod ſi tam ingens ſit contritio, dilectioniſque feruor, ac de propriis vitijs pudor, magnam partem pœnæ peccatis noſtris debitæ, aut omnem pœnam etiam relaxat.

Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios. Et tenẽs ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius rogabat eũ, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: ſed abijt, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum.

Recte hic à domino egreſſus dicitur ſeruus ille nequam. Mox em̃ auerſus à domino, ad ſua eſt vitia conuerſus. Nam erga ſuum conſeruum, nequaquam miſericordem exhibuit animum, cuiuſmodi ipſe in domino ſuo fuerat expertus: ſed paſſione vitioſa ſolita, cupiditatis ſcilicet & crudelitatis victus, mox vbi conſeruum inuenit ſibi debitorem, ſuffocabat eũ, hoc eſt, vehemẽter illi inſtitit, improbeq; eius anguſtauit animum, vrgens illum ad reddendum debitum. Fuit autẽ debitum quod ei debebat conſeruus, tãto minus debito illo quo ipſe domini fuerat debitor, quantum centum denarij minorẽ pecuniarum faciunt ſummã, quam decem milia talentorũ. Quia peccare in Deum, tanto eſt grauius quam peccare in hominem, quanto dignior, melioriq; eſt Deus homine. Eſt p̃terea alia ratione peccatum in Deũ grauius, maiuſq; quam peccatum in hominem cõmiſſum. Homo enim obligatus eſt Deo ad ſeruiendum, quandoquidem quæcunque habet, habet à Deo, eſtque à Deo: vnde totum quod eſt, & quod habet, debet Deo. Proinde quum peccat in Deum, ingratus primum efficitur Deo, ſubtrahẽs illi debitam ſeruitutem. Deinde etiam in hoc iniuriam ac contumeliam facit Deo, quod ea quæ vetat & odit Deus, diligit, imo eius voluntati ac amori etiam præfert. Vide nunc eius beneficia, quo aduertas etiam quanta ſit tua erga illum ingratitudo. Expẽde qd fit, quod fecit, quum non eſſes, te eſſe non lapidem aut lignum, ſed rationalem creaturam, hominem, Chriſtianum, orthodoxum, nõ inter hęreticos, Lutheranosve natum, & ſchiſmaticum. Dedit tibi vitam & alimentum, honeſtam educationem, inſtituit ad mores pios, artem quoque qua te nutrias, præbuit: dedit præterea filium ſuum, cum eſſes morte damnatus, pro te occidendum, dedit omnia quæ ſaluti ſunt neceſſaria. Poſtremo cum ſpreta redemptione illius innumeris vicibus animam tuam inferno peccatis alligaſſes, expectauit, nõ damnauit, peccantem ad pœnitentiam te induxit, & vſque in præſens recidiuantem quotidie expectat. Quid huic putas benefactori debeas? Hunc ſi vel ſemel tantum offenderes, excedet debitum tuum peccata, quibus læditur homo, quantum debitum decem milium talentorum maius eſt, quam centum denariorum. Quo enim beneficia maiora à Deo receperis, tanta eſt ingratitudo quoque maior. Nequam autem ille ſeruus noluit miſericordiam impendere conſeruo ſuo roganti, quomodo ſibi à domino impenſa fuerat. Sed abijt ad exigendum debitum, vindictam & ſupplicium adhibens, carcerem ſcilicet.

Peccatũ in Deum cur grauiꝰ ſit peccato in hominem commiſſo

Beneficia Dei homini collata quæ ſint.

Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant.

Conſerui illi qui hæc vidiſſe & contriſtati narrantur, ſunt viri ſancti in Eccleſia Dei, quos zelus iuſtitiæ comedit, & iniquitatem ferre non poſſunt. Hi enim quomodo gaudent de virtute, de iuſtitia, & de quouis bono, ita pariter triſtitia afficiuntur, dolentque de malo. Hi venerunt ad dominum non corporis greſſu, ſed expanſione affectus & cogitationum (omnium

Pſalm. 68

eum em̃ corda intuetur Deus) aſcendentiũ ad Deum atq; q̃d iniuſtitia hæc fieret, corã eo gementium. Exponuntur autem à nõ nullis hæc verba de angelis Dei beatis, q̃ vocantur conſerui noſtri, iuxta illud Apocalypſis quo illorum vnus dixit Ioanni: Conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum.

Angeli vocant cõſerui hominum Apoc. 19

Et iuxta illud Pauli: Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, &c̃. Hi tãquam cuſtodes noſtri, omnia opera noſtra conſiderant, noſtro profectui congratulantes: & vbi noſtrum aſpiciunt periculum, noſtrumque defectum ac vitium, ibi ad modum triſtitiã ſe habent: vtpote videntes malum, quod nollent eſſe aut fieri, quia diſplicent eis peccata noſtra, & nobiſcum diſſentiunt. Narrant autem domino ſuo quæ vident, non tanquam ignoranti, ſed vt iudicanti, verba & opera noſtra, quemadmodũ Tobiæ angelus loquebatur: Ego obtuli orationem tuam domino.

Hebr. 1

Tobiæ 12

Tunc vocauit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitũ dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Non ne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

Vocauit ſeruum hunc dominus p ſententiam mortis, & ab hac vita hinc migrare iuſſit. Cui primũ eius exprobrat malitiam & ingratitudinem, dicens: Serue nequã? Erat reuera ſeruus ille nequã, & valde malus: ſi quidem ex multis eius deprehenditur malitia. Primo, ex eo quod illico vbi à domino egreſſus eſt, poſt receptam tantam miſericordiam immemor charitatis ſibi à domino exhibitæ, in conſeruum ſuum exarſit crudelis. Secundo, quia non in alienum, ſed in conſeruum ſuum, hoc eſt, in eiuſdem domini ſui (qui erat ſibi miſericors) ſeruum præſtitit eſſe crudelis & immiſericors. Tertio, cũ decem milia illi fuiſſent donata talentorum, noluit ipſe in centum denarijs eſſe clemẽs.

Malitia ſerui ne q̃ ex quibus ſex deprehendatur.

Quarto, quia conſeruum non ſolũ manebat, ſed vrgebat etiã ad ſolutionem, atq; illum anguſtabat, quia dicitur, quod ſuffocabat illum. Quinto, quia procedentem conſeruum & rogantem ſpreuit, nec vt audiret, vlla eſt miſeratiõe motus. Sexto, q̃ totũ exegit debitũ per carceris tormentum. Dñs igitur ad rationem illũ ponit, dicens: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi. Quaſi dicere vellet: Et merito dimiſi, quoniam rogaſti me. Debetur enim iuſte miſericordia à benigniſſimo optimoq; Deo ſeſe humilianti & oranti. Ego inquit, dimiſi tibi. Tu vero non parimiſericordia ac clementia conſeruum tuum tractaſti. Ego enim plus, quam rogaſti, tibi conceſſi. Tu nec hoc quod rogauit conſeruus tuus exaudire voluiſti. Ego totum debitũ tibi donaui. Tu, donec ſolueret, patientiam habere noluiſti, nec expectaſti, ſed cum tormentis exegiſti debitum. Ego grande debitum dimiſi tibi. Tu vel parum ignoſcere noluiſti. Nonne merito miſereri te oportebat cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

Et iratus dominus eius, tradidit eũ tortoribus, quoadusque redderet vniuerſum debitum.

Iratus dominus in immiſericordẽ ſeruum, & quomodo conſeruum ſuum ille tractauerat, ita ſeueritatem quoque iuſtitiæ in illum regyrauit. Debita enim omnia ante dimiſſa, propter illius ingratitudinẽ in ipſum retraxit, quem tortoribus .i. ſpiritibus malignis torquendum, quouſque omne ſolueret debitum, tradidit: non quod aliqñ ſoluto debito liberandus ſit, ſed q̃d debitum illud ſit infinitum, ac ideo nullo tempore ſoluendum, quare pœna quoq; illius nullo eſt termino finienda. Vnde colligitur, cuius debitum nunquam totum reddi aut ſoluipoteſt, huius pœna nunquã finietur. Sed variat hic doctorum opinio, quomodo quod Deus ſemel remiſerit, replicet aut reuoluat illud per recidiuum peccatorem, atque quod dimiſerit, iterum puniat. Sed vt communiter conſentiunt, dici poteſt, poſt peccata dimiſſa ad peccata reditum illum per ingratitudinem adeo fieri grauem, vt præſentium & præteritorum peccatorum pœnis æquiualenter mereatur puniri.

Peccata dimiſſa an redeant

Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris.

Marc. 11 Matt. 6

Hic cauſam totius parabolæ, quare illã dixerit, enunciat. Eam nanque ob rem vt miſericordes ſimus in proximũ, vi debita, iniurias, offenſioneſque æquanimiter dimittamus, nullam vindictam appetentes, nec cogitantes, quõ retaliemus. Satis em̃ ex multis locis didicimus Chriſto docẽte.

nullam nobis ſperandam eſſe veniam delictorum, niſi & proximis delicta remittamus. Et quod præcipuum eſt, vt non ore tantum remittamus aut lingua, ſed opere & veritate. Propterea enim dicit grauiſſima quæq; à tortoribus nos paſſuros, ſi non ex cordibus noſtris dimiſerimus noſtris fratribus in nos peccantibus. Eſtote igitur filij memores verbi q̃d ſaluaror veſter Chriſtus vobis dixit: Cum ſtatis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem. Quod ſi non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra. Eam ob rem in oratione quã nos docuit (vt videremus quã purã quamq; integram ad nos mutuam voluit obſeruare charitatem) vbi poſuit: Dimitte nobis debita noſtra, mox conditionem adiunxit: Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ac ſi orantes diceremus: Tm̃ nobis dimitte, & eo modo ignoſce peccatis noſtris, quõ nos debitoribus noſtris dimittimus aut ignoſcimus. Vñ ſequit: Si nõ dimittimus, iã non veniã, ſed vltionem cõtra nos flagitamus. Sed obijcit qs: Si ſemp eſt ignoſcendum, creſcent mala & ſæuiet impunita nequitia. Dicendũ, culpã eſſe dimittendam, ſeruandã & oẽs charitatẽ, & animi tranqllitatẽ: nihilominus diſciplinam & iuſtitiã exercendã, nõ animo vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ, propter commune bonũ, ac ne cæteri delinquendo ſimilia perpetrare non timeant, & ne rigor pereat diſciplinæ atq; iuſtitiæ, & mali fiant procaciores, boni vero à malis opprimantur. In huiuſmodi enim ſimilibuſq; alijs caſibus expedit correctionem ſeruari atq; diſciplinã, qa ſeueritas diſciplinæ ſi condiatur lenitate miſericordiæ, duplicem habet à Deo remunerationem. Nec ſanare infirmum, corrigere peccatorem, putandum vllo eſt modo (ſi tamen intentio caſta & modus ſeruetur) ſpectare ad vltionẽ, ſed ad miſericordiam. Quam nobis omnibus largiatur Ieſus Chriſtus Dei filius in ſecula benedictus, Amen.

1. Ioan. 3

Marc. 11 Ignoſcendũ vti ſit proximo in nos delinquenti.

Matt. 6

Dimittendũ vel puniendum qd ſit in proximo delinquẽte.

SERMO IN EADEM DOminica. Quæ ſint, quæ peccatorum impetrent remiſſionem.

H Imile eſt regnum cœlorum homini regi qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Matth. XVIII. Quam benignus, quã ad miſericordiam erga nos ſit pronus, quam denique ad proximos noſtros dominus nos velit obſeruare charitatem, cum alijs multis locis, tamen hic vbertim nobis ſignificat: quandoquidem docet nobis non aliter eſſe orandum, quam dimittere nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Docet qdem nos quia libenter vult ignoſcere, veniã dare p delictis, ponitq; in oratione legem, quam ſeruantes, ſciamus nos exauditos eſſe pro peccatis noſtris, orantibuſq; veniam datã. Eſt aũt lex & in oratione hæc conditio, vt oremus, dimittantur nobis peccata noſtra, quõ nos pximis noſtris dimittimus. Si multum, multum, ſi parum, parum, ſi nihil, nihil. Noluit enim nos miſericordiam ſperare, quamdiu duri perſeueramus & inclementes erga proximos. Ideo in huius Euangelij parabola oſtendit etiam dimiſſa peccata per ingratitudinem reuocari, ſi non dimiſerimus fratribus noſtris iniurias, offenſiones ac debita ex cordibus noſtris. Sunt itaque multa, quæ nos in hoc Euangelio inſtruunt. E quibus quod pene vltimo loco recenſendum erat, nunc primo dixi, in capite illud vobis conſtituens, quia quaſi ſumma eſt totius Euangelij in hoc ſita, vt diſcamus, quam miſericors ſit erga nos dominus noſter Ieſus Chriſtus: nempe pronior ad miſerendũ, largiorq; ad tribuendam, quã nos confidẽtes ſumus ad petendum. Hæc itaq; prima ſit noſtra inſtructio, erigens nos ad ſpem & fidutiam diuinæ pietatis. Secunda inſtructio ſit, quam iam quoque tetigi, vt proximis noſtris libenter ignoſcamus, certi q̃niã ſi dimittimus, dimittet nobis: ſi compatimur & miſeremur, miſerebitur noſtri: ſi denique proximis noſtris dederimus, dabitur nobis. Hæc duo, vt dixi, præcipua ſunt, cur hæc parabola nobis narratur. Tertia inſtructio, vt prudenter ambulemus, ſcientes nos de omnibus donis Dei acceptis, de bonis commiſſis, de tempore finguliſque cõceſſis alijs Deo reddituros rationem. Vnde liquet, ab illis qui plus aliquid præ cæteris accepiſſe cognoſcuntur, maiorem quoque rationem exigendam, vt cui quinque ſunt talenta cõmiſſa, de quinq; reddat rationẽ. Cui duo, de duobus dño reſpondebit. Cui vero vnum, etiã quomodo illud in Dei expenderit honorem, ab eo expoſtulabitur. Quarta

Euangelij huius inſtructiões quæ ſint.

Matt. 6

Lucæ 6

Gregorius

Matt. 25

Fora diuini iudicij duo quæ ſint.

Miſericordiæ fori non eſſe negligendũ.

Eſaiæ 26

Exech. 18

Heb. 4

Matt. 6

Matt. 5

Iacob. 2

Matt. 7

Remiſſionẽ peccatorum p quæ ſex faciliter obtineamus.

ta eſt inſtructio q̃ hinc colligitur duo eſſe fora iudicij, vnum eſſe iuſtitiæ, alterum miſericordiæ. In vtrouis potes, quodcunque elegeris, rationem reddere. Vide igitur, vt non negligas forum ſeu iudicium miſericordiæ, ad quod, quamdiu anima tua hic moratur in corpore tuo, diuertere potes. Nam vbi tempus hoc præſens tibi ad hoc conceſſum neglexeris, non licebit tibi redire aut appellare ad forum miſericordiæ, ſed velis nolis ſenties æquitatis iudicium ſuper te, inconcuſſaque ſtabit ſententia pronunciata, in foro iuſtitiæ. Itaque quamdiu viuimus, omnium cauſas Deus remittit ad forum miſericordiæ: quam tantam ſentiemus, quantũ humiles ſuppliceſq; illum rogauerimus, quantumque proximis noſtris miſerti fuerimus. Præparabitur enim, vt Eſaias ait, in miſericordia ſolium eius: & hoc (vt dixi) quamdiu vixerimus. Rationis autem exactio in hac p̃ſenti vitã, ſeu in foro miſericordiæ, eſt diuina admonitio ad pœnitentiam. Quando homo ergo annos ſuos rememoratur in dolore cordis, & in amaritudine pœnitentiæ meditatur peccata ſua, tunc rationem reddit vitæ ſuæ Deo. Videns autem ſe deficere in ratione reddenda, vt ne vnum quidẽ pro mille queat reſpondere, per confeſſionem ſiue vocalem, ſiue mentalem ſe Deo humiliat, veniam petit, ac indulgentiã atque prioris vitæ inſtituit emendationem, mox quoque à benigniſſimo domino omnium peccatorum aſſequitur remiſſionem. Quacunque enim hora ingemuerit peccator, iniqtatum eius, dicit dñs, nõ recordabor amplius. Et huius commonefacit nos Apoſtolus, dicẽs: Accedamus cũ fidutia thronũ gratiæ eius. Hanc aũt miſericordiã cũ fidutia tũc petimus impetramus que de eius bonitate ſecuri, dum conditionem hãc obſeruamus, quam iubet, dicens: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis peccata veſtra. Et ſi non dimiſeritis hominibus nec pater veſter dimittet vobis. Beati igitur miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Contra vero, iudicium ei ſine miſericordia, qui non facit miſericordiam. Et Chriſtus: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis. Sũt autem ſex quæ faciliter à Deo impetrãt remiſſionẽ peccatorũ. Nam quemadmodũ peccata quædam ſunt clamantia in cœlum & vindictam poſtulantia, ita ſunt opera quoque quædam bona ad Deum clamantia pro remiſſione peccatorũ: Et primum quidem generale eſt, puta pœnitentia, quę ſemper veniam impetrat, quia cor contritum & humiliatum deſpicere Deus nõ poteſt. Quamobrem Hieremias dicit: Si pœnitentiam egerit gens iſta à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam ſuper malo q̃d cogitaui, vt facerem ei. Teſtantur hoc ipſum Niniuitę, quibus ciuitatem eorum per Ionam prophetam prænunciatum fuerat ſubuertendam. Veruntamen cum pœnitentiam agerent omnes à rege vſque ad minimum, indutique ſaccis ieiunarent tam homines quam iumenta, non induxit dominus malum quod locutus fuerat ſuper ciuitatem. In pœnitentia autem ſingulare, quod miſericordiſſimum dominum fere cogit, ſunt lachrymę. Vidit olim lachrymãtem ſororem Lazari Mariam, alioſq; amicos flentes, pro pietate & ipſe quoque lachrymatus eſt: videt nunc pœnitentem lachrymantẽ, & durus erit? Haud quaquam durus eſſe poteſt humilianti ſe & pœnitẽti, quia hoc eius repugnat naturę. Secũdum quod peccatorum impetrat remiſſionẽ, eſt oratio. Huius teſtimoniũ in hoc habemus Euangelio, vbi ſeruo dicitur: Omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Et Eccleſiaſticus ait: Fili, peccaſti, non adijcias iterum: ſed de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur. Tertium eſt amor, quomodo ſcriptum eſt: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et in Prouerbijs: Vniuerſa delicta operit charitas. Petrus quoque in epiſtola: Charitas, inquit, operit multitudinem peccatorũ. Quartũ eſt eleemoſyna, Chriſto dicente: Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Item Eccleſiaſticus: Ignẽ ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Sub nomine autem eleemoſynę, miſericordię & pietatis opera quęcunq; alia intelliguntur. Quintum, eſt tribulatio patienter tolerata. vnde Tobias: In tempore, inquit, tribulationis peccata dimittis. Et in Apocalypſi legitur: Hi ſunt q venerunt de magna tribulatione, & lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Et qd mirum, ſi peccata tribulationem patienter ſuſtinentibus dimittet Deus? quando gloriam quoq; cœleſtẽ eisdem promittit dicens: Beati qui perſecutionem patiuntur

Pſal. 50

Hiere. 18

Ionæ 3 Pœnitentia quã facile veniam impetret peccatorum.

Ioan. 11

Matt. 18

Eccl. 21

Lucæ 7 Proue. 10 1. Pet. 4

Lucæ 11 Eccli. 3

Tobiæ 3 Apoc. 7

Matt. 5

tur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum
2.Cor.4 eſt regnum cœlorum. Et Paulus: Id quod in præſenti leue & momentaneum eſt tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operabit in nobis. Sextum, eſt remiſſio iniuriarũ. De quo Eccleſiaſticus dicit: Relinque
Eccli.28 proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Hæc aũt omnia pertinent ad forum miſericordiæ, quia ſunt præſentis, non futuræ vitæ exercitia. In hoc foro fuerat ſeruus iniquus iam abſolutus, ſed iniquitatem repetens, & Deo ingratus venit ad forum iuſtitiæ, in quo non potuit niſi iuxta quod meruerat,
2. Cor.5 Forum iuſtitiæ ꝙd ſit ſententiam obtinere. Eſt præterea aliud forum iuſtitiæ, de quo Apoſtolus loquitur, cum dicit: Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque quod geſſit in corpore ſuo, ſiue bonum ſiue malum. Tunc enim dies illa erit, de qua Ioel propheta: Dies domini
Ioel.2 magna & terribilis valde, dies iræ, miſerię & calamitatis, &c. Tunc quoq; miſericordiæ tempus finẽ accipiet, nec vltra erit ſupplicandi locus. Quapropter admonet ſaluator, dicens: Ambulate dum lucem habetis,
Ioan.12 ne tenebræ vos comprehendant. Iam tempus eſt gratiæ, quo ſicut in die honeſte ambulare poſſumus. Porro aliud tempus, ſi di
Rom.13 cendum eſt tempus, vocatur nox. Ideo de vtroque loquens dominus dicit: Me
Ioan.9 oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox qñ nemo operari poteſt. Et Paulus: Ergo dum tempus habemus, operemur bonũ ad oẽs. Quin
Gala.6 ta huius Euangelij inſtructio eſt, neminẽ poſſe ſatisfacere, ne pro vno mortali peccato quidem: ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Veruntamen, hoc non ita
L Satisfacere neminẽ poſſe pro vno pcto mortali debet accipi, quod ocio & torpore nos efficiamus ſegnes, aut vt aliquid boni deſperemus incipere, quoniam potius conatus noſter ad anteriora ſemper debet ſe extendere: nihil nobis interim de operibus ſeu de conatu noſtro pręſumentibus nihil nobis confidentibus viribus noſtris. Vigilare multo plus oportet, ne deſimus nobiſipſis & gratiæ Dei, ne obicẽ ponamus gratiæ, ne eius operationi non acquieſcamus & inſtinctui. Neque enim ſine omni ſtudio, induſtria, ac conatu noſtro ſaluabit nos Deus, ſed q cõſentit, quique acqeſcit gratiæ eius nos excitãti, q obedit volũtatẽ ſuã inſpiranti: & in nobis operanti, hũc ſaluum faciet, vt vel tantillum ſit ex nobis cooperans ad ſalutẽ noſtrã. Itaque dixi neminem poſſe ſatisfacere pro aliquo peccato mortali. Hoc in ſeruo illo nequam nobis inſinuatur, quando dicitur: Cum autẽ non haberet vnde redderet. Certe nec ipſe nec aliquis eſt peccator, qui, vnde reddat, habeat, niſi ex meritis Chriſti. Non autem habẽtem quo ſatisfaciat ex ſuis operibus, nec eum qui fulciri poteſt meritis Chriſti, hoc eſt, eum qui perſeuerat in peccato & in mala voluntate, iubet dominus venũdari hoc eſt, dare & amittere omnia quæ habet aut expectat, puta gratiã Dei, virtutes, bonaque omnia cum cœleſti promiſſione. Vbi enim vel vnum peccatum eſt mortale, pereunt, tollunturque hæc omnia ſalutaria, quę homo vendit pro delectatione peccati. Sexta inſtructio eſt, mendicare oratione ſemper coram Deo. Hoc nanq; quã tum profuerit illi ſeruo, inde manifeſtum eſt, ꝙd tam grande euaſit debitũ, ingenſq; ſuppliciũ rogãdo. Miſericordiſſimus em dñs vltra quã rogauit, donauit ei oĩa. Septima eſt inſtructio, vt attendamus quã deteſtetur inclementiã & duritiã noſtrã Deus erga proximũ. Nam ſeruum illum durum reuocauit ob illius ingratitudinem, & tortoribus puniendum tradidit. Quam pœnam euaſerat ſemel, ſed domino ingratus, quia noluit miſereri proximo, ideo exiccauit ſibi quoque fontem miſericordiæ, vt veniæ iam locus non eſſet, quem ſibi ipſe duritia & inclementia ſua recluſerat.

Oratio p ſeueranſq; cito impetret

Duritia in proximũ quã dete ſtabilis ſit corã Deo.

Octaua inſtructio eſt, attendere rigorem diuinæ iuſtitiæ in eos, qui miſericordiam eius ſpernunt, miſericordiæque tempus negligunt. Nam pro quouis peccato mortali, ſiue vnũ, ſiue multa fuerint, reddi tur à Deo pœna æterna. Non putandũ eſt tamen eos & qui multa & qui pauca habent peccata mortalia, in pœnis fore æquales, ſed vnuſquiſque iuxta delictorum menſuram habet ſibi ſupplicium conſtitutum.

Iuſtitię diuinæ rigor quantus.

Mouet autem quoſdam quod dñs piiſſimus miſericordiſſimuſq; pro peccati delectatione fere momentanea retribuit æternam pœnam, quod iuſtitiæ & æquitati non videtur reſpondere. Dicendum igit primo: Cum peccatoris hominis volũtas ſit mala permaneatque perſeuerans peccãdo vſque ad finem, quaſi in æternitate peccat. Quamdiu enim viuit, peccat: & ſi diutius

M

Pœna æterna quã iuſte infligatur pro peccati delectatione momẽtanea.

eius quam viuit, viueret, diutius peccaret, imo ſi perpetuo viueret, ꝑpetuo peccaret. Iuſtum eſt igitur huic voluntati, quæ ſe extendit in perpetuum, dari etiam pœnã ęternam. Quod ſi dicis, multos peccare abſque voluntate perpetuo peccandi, quibus ſecũdum hanc reſponſionem adhuc non debetur pœna æterna, dicendum eſt: Qui peccat non habens voluntatem perpetuo peccandi, pœniteat de præteritis, & firmata voluntate ſtatuat ſibi cauendum à futuris. Hic non ſuſtinebit æternam pœnam, ſed vel in tempore prẹſenti, aut in purgatorio expiabitur. Non ergo habet locum obiectio hæc. Ois peccator aut denuo ad Deũ conuertitur, aut perſeuerat in peccato. Si conuertitur, iam liber eſt, immunis eſt ab inferno: ſi perſeuerat, interrogo quouſq; perſeuerabit? Vſq; ad annum, inquis. Poſſem dicere: Annũ nullum habet in ſua poteſtate viuendi homo quicunque fuerit. Ideo hæc nulla eſt conſtitutio. Securus eñ non eſt, quin cras aut hodie (quod quotidie cernimus) moriatur. Sed demus, vt illi miſericordia hæc fiat, vt annum adhuc viuat. Hoc exacto conuerteretur? Etiam. Ergo quod tunc facturus eſt, modo faciat, & peccare deſinat. Iuſtum igitur eſt vt non excludatur à regno Dei. Verum, ſi adhuc poſt annum peccat, & iterum atque iterum peccat, vſque dum mors illum apprehenderit, quis dubitat eum ſic ita ſemper voluiſſe continuaſſe peccatum, quoad viueret, ſi etiam diutius vixiſſet? Quamdiu enim nulla fit voluntatis mutatio, intelligitur perpetuitas. Vt vero clarius hoc intelligas, compertiſſimum eſt omnibus nobis, poſſe nos quidem ex nobiſipſis delinquere. Quod cum facimus, libro arbitrio noſtro abutimur, nullum quærentes auxilium à Deo, qui ſemper non ſolum paratus eſt, ſed multis etiã modis præuenit nos tueri, à peccatis defendere, & adiuuando nos à tentationibus liberare. Verum nos iniqua noſtra voluntate abutentes, non admittimus auxilium gratiæ eius. Non igitur coacti nec inuiti, ſed ſponte contempto gratiæ diuinæ adiutorio peccamus. Itaque quomodo, vt dixi, ſponte peccamus, & ex volũtate libera noſtra, hoc eſt, quod peccare libere poſſumus non eſt æque in poteſtate noſtra igitur reſurgere. Propterea ſtulte ineptiſſimeq; dicunt quidã: Ego volo hoc peccatũ facere, cras iterum volo confiteri. Potes certe ſine ſingulari gratia illud peccatum cras cõfiteri, ſed non potes de illo, quomodo opus eſt ad remiſſionẽ impetrandam, pœnitere, aut de peccato ſine gratia Dei dolere, quia non potes tibijpſi dare charitatem nec Dei habes gratiam in manu tua: vt quando velis eam ſpernas (hoc quidẽ potes) & quando iterum velis, reſumas, hoc tuo impoſſibile eſt arbitrio. Iam itaque ad quæſtionẽ tuã ſeu obiectionem tuam reſpondendo dicendum eſt: Quando peccas, vltro & ſponte nec inuitus peccas. Adeo eſt enim, teſte Auguſt. peccatum voluntarium, & niſi ſit voluntariũ, non erit peccatum, Peccando ad impoſſibilitatem per te reſurgendi te obligas. Quomodo ergo voluntarium eſt peccare, ita voluntarium eſt etiam ad impoſſibilitatem ex te reſurgendi obligari. Vnum enim vitans, vitas & alterum: & primum eligens neceſſe eſt, vt quod ſemper comitatur eligas & alterum. Iam ergo dic mihi: Cur in talem te ponis ſtatum volens & ſponte, à quo non poſſis cum velis per teipſum reſurgere? Vide ergo quomodo non ſemper velis peccare, quando eligis ſponte ſtatum, in quo aliter non poſſis per teipſum quam perſeuerare in peccato. Eſt ergo peccandi volũtas in te perpetua, cui iuſte quoque æterna redditur pœna. Secundo, ad eandẽ quæſtionem reſpondet Auguſtinus, dicens: Factus eſt malo dignus æterno, qui hoc in ſe perimit bonum, quod eſſe poſſet æternum. Hoc autem bonum, eſt bonum gratiæ in præſenti tempore, & bonum gloriæ in futuro. Tertio dicitur, quoniam peccatum infinitæ eſt grauitatis: ideo nihil mirum infinitam quoque illi deberi pœnam. Omnis nanque pœna iuſte taxanda venit iuxta dignitatem illius, qui offenditur. Quamobrem grauius punietur quoque qui in regis faciem daret alapam, quam qui in ſubulci daret. Cum itaque Deus qui peccato offenditur, infinitæ ſit virtutis dignitatis ac maieſtatis neceſſe eſt etiã peccatũ eſſe infinitæ grauitatis, ꝑptea q̃d diuinã maieſtatẽ infinitamq; contemnit. Peccatũ igit mortale æterno ſupplicio punitur ac infinito, non acerbitate pœnæ, ſed perpetuitate. Quarto, cum dominus Deus bonis noſtris opibus, quæ non ex nobis, ſed ex ipſo habẽt, vt ſint bona ac ꝓmio cœleſti digna, vtpote quæ Deus ipſe

peccare poſſe ex nobiſipſis nos habere reſurgere aũt non ita

peccare ſub ſpe cõfeſſionis tacendæ q̃ ſit ſtultiſſimum

N

Auguſti.

Idem

Peccatũ grauitatẽ eſſe infinitam.

Peccatum mortale cur infinito ſuppliciopuniat

opera-

operatur in nobis,valdeque modicum habent ex parte noſtra,promiſerit reddatque præmium infinitum:ideo non ab re erit,ſi ediuerſo pro malis operibus facinoribuſque minetur, reddatque ſupplicium æternum.Quod tamen ſemper intelligendum eſt de his peccatis mortalibus,quæ per pœnitentiam non delentur. Eſt autẽ pœna hæc æternitatis grauiſſima & intolerabilis.Primo,quia pœna eſt deſperationis. Nulla enim ſpes ibi eſt liberationis , & de hoc certi ſunt damnati,quod nunquã liberabuntur.Propterea dicitur in libro Sapientiæ:Vſque ad ſummum deſolabuntur, & erunt gementes. Secundo, anxia eſt ibi mortis deſideratio:Deſiderabunt enim (vt Apocalypſis habet)mori,& mors fugiet ab eis.Et quamuis ſemper viuere,aut nõ perire ſit naturaliter delectabile, in miſeriis tamen & in pœnis viuere, non eſt delectabile.Nec ibi viuunt recte,ſed rectius dicit,vt continue moriuntur,& nunquã tamen moriunt, ſed mors depaſcet eos. Tertio,quia ſunt ibi cũ tædio grauiſſimo, detinentur enim violenti , iuſtitia diuina eos cogente & retinente.Vide ergo quam miſera ſit hæc perpetua in pœnis captiuitas. Quarto, quia pœnarum nulla eſt ibi interpolatio nec mitigatio. Quinto, quia boni cuiuſcunque eſt ibi aut conſolationis priuatio. Sexto, qa ibi eſt malorũ exaggeratio. Cõfluunt em̃ vndecunq;, & conglobant oĩa mala, quæ cõtriſtare poſſunt:& eſt ibi ppetua ſeparatio à Deo. Aqua nos defendat,& cuſtodiat dominus noſter Ieſus Chriſtus , qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus benedictus in ſecula,Amen.

O pœnam infernũ propter ſex eſſe intolerabilem Sapien. 4

Apoc. 9

Pſal. 48

DOMINICA VIGESIMA TERTIA POST dominicam Sanctę Trinitatis,apiſtola beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes tertio & quarto.

XXXII. IMitatores mei eſtote, & obſeruate eos qui ita ambulant,ſicut habetis formam noſtram . Multi enim ambulant,quos ſępe dicebam vobis (nunc autem & flẽs dico)inimicos crucis Chriſti:quorum finis interitus quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum,qui terrena ſapiunt. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Vnde etiam ſaluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtum,qui reformabit corpus humilitatis noſtræ,configuratũ corpori claritatis ſuæ ſecundum operationem, qua poſſit etiam ſubiicere ſibi omnia. Itaque fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium meum & corona mea,ſic ſtate in domino chariſſimi.Euodiam rogo & Syntychen deprecor,idipſum ſapere in domino . Etiam rogo & te germane compar,ad iuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio , cũ Clemente & cęteris adiutoribus meis,quorũ nomina ſunt in libro vitæ.

Pſal. 4

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A PAulus apoſtolus vbi Philippenſes inſtruxerat verbis, tandem ſeipſum in exemplum conſtituens:Imitatores,inquit, mei eſtote.Dixeram vobis,vt idem ſaperetis,in eadem quoque maneretis regula morum ac diſciplinæ Chriſtianæ nunc addo etiam, aut etiam hoc adiicio,me vobis in exemplum conſtituens,Imitatores mei eſtote in humilitate,manſuetudine ac feruore charitatis.Nam ſicut dixi vobis, non me arbitror comprehendiſſe:ea tamen quæ retro ſunt obliuiſcens,in ea quæ pfectiora ſunt me extendo.Eſtote igitur vos quæſo mei imitatores,idem ſtudium habentes proficiſcendi:& obſeruate ad imitandos eos q ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram,quam in me vidiſtis,& quam vobis tradidi,

Phil. 3

tradidi,tam verbis, quam literis. Multi enim ambulant aliter , quos ſæpe dicebam vobis non imitandos,ſed cauendos,vtpote per latã viã ad perditionẽ ambulantes: nunc autem flens dico, eos inimios crucis Chriſti, hoc eſt, humilitatis, patientiæ, & obedientiæ eius. Aut ita : Inimicos crucis Chriſti eos dico. Crux enim Chriſti nihil eſt aliud,quam iugis mortificatio vitiorum,maceratioque carnis , omnes electos crucifigens affligensq;.Quæ cum illis exoſa & contraria ſit,recte vocantur inimici crucis Chriſti.Ideo autem flens eos ſic nomino , miſerans perditionem & cæcitatẽ eorum,iuxta ac ſubuerſionem audientiũ: quorum finis interitus,& mors ſempiterna.Quorumque Deus venter eſt. Quicqd enim agunt,vt delicate & opipare viuant, faciunt:& gloria,qua gloriantur,in confuſionem,hoc eſt,ad ignominiam eſt ipſorum.Gloriantur enim in his,de quibus deberent erubeſcere. Quo innuitur , Paulo manifeſtatam gloriationem illorum pſeudoapoſtolorum de circunciſione gloriantium.Hi enim ſunt qui terrena ſapiunt,ad literam, ſecundum carnem omnia,nihil ſecundum ſpiritũ intelligentes. Quantũ putas hæc congruere Lutheranis?Noſtra aũt conuerſatio longe ab illis diſtat, quippe q̃ ſecundum fidem,ſpem,charitatem,& operationem in cœlis eſt.Corpore nanque in terra ambulamus, ſpiritu autem & corde ſumus in cœlo . Vnde & ſaluatorem noſtrum expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum , qui nos reſuſcitaturus in meliorem formam reparabit . Reformabit enim corpus humilitatis,vtilitatis & abiectionis noſtræ,puta quod modo innumeris corruptionibus &miſeriis ſubiacet: hoc,inquam,reformabit,vt ſit configuratum corpori claritatis ſuæ,puta vt eandem ſeu ſimilem claritatem habeat corpus noſtrum vile , quam clariſſimũ innocentiſſimumq; habet corpus illius ex virgine ſumptum modo glorificatum à patre. Hoc autẽ Chriſtus faciet ſecũdũ operationẽ omnipotẽtiæ ſuæ, qua poteſt non ſolum corpora noſtra reformare,ſed ſubiicere etiam ſibi omnia. Itaque fratres mei chariſſimi& deſideratiſſimi,quos feruenter amo & vehementer deſidero, gaudium meum & corona mea.Veſtra enun ſalus , veſtra honeſtas,veſtra charitas,& perfectio mihi gaudium eſt in præſenti tempore,& corona in futuro . Sic ſtate in dño chariſſimi, quomodo à me docti eſtis,& ſicut vidiſtis viuendi formam , quam ego oſtẽdi vobis. Euodiam rogo & Syntychen deprecor id ipſum ſapere in domino.Putatur Apoſtolus audiuiſſe aliquid diſſenſionis,vel inter illas eſſe mulieres,aut fortaſſe vtramque in fide à communi corpore Eccleſiæ periclitari, quæ alioqui religioſæ erant. Ideo rogat eas,vt æque cumcæteris idipſum ſapiant,ſtentque in domino. Erant matronæ Chriſto deuotæ prædicatoribus Euãgelij neceſſaria miniſtrãtes,ideo eaꝝ reminiſcit Paulus atque commendat,dicens: Etiã rogo te germane compar,id eſt,in Euangelica prædicatione mihi adiutor ,aut,ſimilis, adiuua illas ,tuis hortationibus eas cõfortando & confirmando in fide,quę mecum laborauerunt in Euangelio , non prædicãdo,ſed neceſſaria ſuppetando, idque non ſolum mihi prædicanti,ſed etiam Clemẽti & alijs coadiutoribus meis miniſtrarũt neceſſaria:quorum nomina hic prætereo, quia ſcripta ſunt in libro vitæ, hoc eſt , in memoria æterna apud Deum. Sic enim apoſtolis quoque dictum eſt: Gaudete & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

Matt. 7

Crux Chriſti myſtica q̃ ſit.

Lutheranos hæreticos nihil ſapere niſi quod carnis & huius mundi ſit.

B Phil. 4

Luce 10

EXEGESIS EVANGELII eiuſdẽ dominicę vigeſimæ tertię poſt dñicam ſanctæ Trinitatis,Matthęi vigeſimo ſecundo.

C NArrat Matthæus ante hoc Euangelium, q̃d Chriſtus phariſęis parabolas dixerat multas,puta devinea agricolis locata, de homine rege,qui nuptias fecerat filioſuo multosque vocauerat ,qui venire neglexerant:in qua parabola tandem poſt impletum numerum diſcumbentium dixit dominus Ieſus: Multi quidem ſunt vocati, pauci vero electi.Quæ omnia Iudæi &phariſæi propter ſe,vt res exiſtimantes dicta abierunt à domino inter ſe tractaturi,quo modo illum caperent in ſermone: malitia enim inuidiæ nunquam quieſcit. Quamuis enim phariſæis ſeminaret Chriſtus cũ veritatem , tum eruditionem,ipſi ex ver-

bis & operibus eius aliud non colligebãt, aranearum more, quam inuidię venenum. Idcirco tam studiosę erant, quõ Christum allicerent, vt vel laudibus falsis, vel adulatione captus, libere & incautus quid effuti ret, coram Herode aut Cæsare accusandũ. Dicit igitur Euangelista:

Abeuntes pharisæi consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes:

Sub potestatem venerant Romanorum Iudæi, quibus iam soluere tributum cogebantur, multis hanc sensus solutionem li citam esse astruentibus, propterea quod communi omnium pace & quiete populus Romanus militaret: Pharisæis vero cõtradicentibus, non debere populum Dei qui decimas & primitias offerret, humanis exactionibus subiici. Cum igitur infidiosa, odiosa atque tumultuosa ex omni parte hæc esset quæstio, ita, vt quicquid ad eam responderetur, offenderetur, abierunt pha risæi à Christo discedentes, inter se consilium inierunt secreto, quomodo illum caperent in sermone. Nacta vero hac occasione expensione tributi, inter se consultant, qua arte, quo dolo, qbus verbis, qua simulatione adulationeque Christo hanc proponerent quæstionem de tributo pendendo Cæsari. Abierunt igitur, Herodianosque suo consilio applicauerunt, (quos tamẽ omnium maxime exosos habebant, sed maius adhuc eorum erat odiũ in Chri stum) & tractabant cum illis, quomodo su am absconderent malitiam: nec phariseι ipsi interrogarent Christum, vtpote Christo suspecti atque insidiatores eius ab olim cogniti. Videbatur igitur illis consultius atque calidius se facturos vt discipulos suos mitterent Christo incognitos, coram quibus fateretur, quod fortasse corã pharisæis non auderet fateri. Asciant ẽterea illis Herodianos, quia metuebant sibi tanquam manifestis æmulis & inimicis Christi, si quid accusare vellent ipsi contra Christum non credendum. Quo igit validus haberent contra Christum testimonium, curabant vt Herodiani quoque audirent Christum contra Cæsarem loquentem. Nam si diceret, Cæsari dan dum tributum, coram plebe illum confutarent, cuius magna pars dum interrogaretur, illum circunstabat, quod zelũ pro lege Dei non haberet, nec quicquam pro Deum co lentibus vellet loqui. Structa itaque hac versuti a, cum Herodianis ad Christũ mittunt discipulos suos. Qui discipuli malitia magistris non inferiores, ad pellicien dum Christum rhetoricantur, in eam scilicet partem, quo incautus Romanos offenderet. Per Herodianos hic intelligũ tur vel Herodis milites stipendiarij, vel hi qui Herodi dicebant tributum soluendũ, quos contemptim pharisæi vocabant Herodianos. Præerat autem tributis exigendis Herodes Romano obediens imperio.

Num. 25 3. Reg. 19

Herodiani quinã dicti

Magister, scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur: Licet censum dare Cæsari, an non?

D

Vides ne, quam accurate fabricant dolos? Nouimus, inquiunt, magister, quia verax es. Quod vnum vehementer ornat veritatis magistrum. O hypocritæ, quare hactenus illum seductorem clamastis, qua re occidere voluistis, si cognoscitis quia ve rax est, & viam Dei docet in veritate? Non ne iugulum nunc vestrum mendax, vestra etiam verba coarguunt? Non enim respicis personam hominum: ideo neque regẽ ne que expauebis Cæsarem, quo minus veritatem dicas. Dic igitur nobis, quid tibi vi detur? Non quærimus quid legitimum qd ve iustum sit, sed quid tu sentias, quid ve ti bi videatur, audire cupimus. Dic nobis, & libere tuum nobis iudicium enuncia. Licet dari censum Cæsari, nec ne? Sciebãt aliquos esse ociosos, puta Iudam & Theodã, qui Cæseri facta seditione negandum cen sum asseuerabant. Propterea in eandem su spitionem quoque Iesum inducere te ntabant pharisæi.

Matt. 25

Cognita autem Iesus nequitia eorũ, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostẽ dite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

Hypocritas recte vocat, nam alios se fi mulabant, alij erant. Non inquirebant de veritate quam discerent, sed respondentẽ eo ducere cupiebant, quo laqueum illi pa rauerant. Quod Lucas quoque clarius ex plicat dicens. Miserunt ad eum insidiato-

Hypocrita quis sit

res,

Lucæ 20

res, qui se iustos simularent. Verum cogni ta nequitia eorum grauiter eos cõfutauit, vtens in respondendo zeli acrimonia. Ma nifestauit enim omnem illorum simulatio nem, adulationẽ, dolum, machinationẽ, at que malitiam, sibi vt Deo esse manifestam in hoc, quod dicit: Quid me tentatis hypo critæ? Quasi dicat: Qua mente ad me venia tis, iam noui. Tamen ostendite mihi num mum, qui pro tributo solet dari Cæsari. Erat autẽ, vt quibusdam placet, nummus habens imaginem & superscriptionẽ Cæ saris, decem communes nummos, id est, denarios valens. Hunc quælibet domus q̃ tãnis dare cogebatur pro tributo Cæsari. Dicebatur autẽ numisma à nummo deri uatum, quod Cæsaris habebat imaginem & superscripionem. Fertur autem à quibus dam propteria dici nummum aut numis ma, quod à Numa Põpilio olim apud Romanos per nummos emendi atque vendẽ di consuetudo hæc introducta sit.

Numisma vñ dicat.

Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio?

Non ex ignorantia nec dubitans hæc interrogat, sed aptum quærens instruendi locum. Erat enim denarius habens Cæsa ris imaginem & superscriptionem. Atque ideo de vtroq; interrogat, puta tam de i magine, quam de superscriptione.

Dicunt ei: Cæsaris.

Non Augustum loquuntur, sed Tybe rium Cæsarem, qui successit Augusto, vt Hieronymus ait, eiusque erat præuignus, sub q̃ passus est Christus. Oẽs aũt Roma ni imperatores dicti sunt (vt Hieronymo placet) Cæsares, à primo Caio Cæsare, qui imperiũ arripuerat. Porro mos soluẽdi tri butum Romanis, introductus fuerat à tẽ pore, quo Pompeius cõsul Romanus Iudę am Romanis subiugauerat. Tunc enim vi ctoribus Romanis Iudæi promiserant, tan quam reipublicæ defensoribus & pacis cõ seruatoribus, tributum soluere. Postea ve ro à quodam Iuda Galilęo orta seditio est, cui Iudæorum nonnulli consentientes, as seuerabant se cogi non debere ad tributũ soluendum, sed liberos esse se à legibus hu manis, qui legi essent diuinæ subiecti, sol uentes (vt supra dixi) decimas & primitias domino. De hac quæstione itaque nũc in terrogarunt dominum. Quibus ille respõ dit sapienter, vt sequitur.

Hierony.

Hierony.

Tũc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Vtrumq; conclusit sententia breui, q̃ Cæsaris sunt, Cæsari adiudicans: quę vero Dei sunt, Deo. Temporalia enim, quæ tri buenda sunt Cæsari, noluit negari: quæ ve ro Dei sunt, nihilominus eidem quoq; of ferri. Non dissensit ab hoc loco Paulus q̃ que, iubens omnibus reddi debita, cui tri butum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. Nemini, inquiens, qc quam debeatis, sed omnia debita, id est, cui cunque aliquid debetur, soluite. Nemini igitur quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Studiosi ad hoc estote, vt nihil a pud vos maneat, quod alteri debeatis, exce pta dilectione, quam nunquam vos pute tis impleſſe satis: sed manere semper vos ę stimate adhuc debitores, quo proni sitis ad omnibus subueniendum. Reddite, in quit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Ac si dice ret: Nihil excusationis habetis per hoc, q̃d Deo datis decimas, aut primitias, aut alia si quæ huiusmodi sunt, qn æque, quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddatis. Sed vide quã sobrie adiudicat Cæsari, non omnia quæ vult, non exactiones & violentias, quas à plebe, à clero, & ab omnibus suæ ditionis exigunt hi qui præsunt, principes scilicet & magistratus: sed hæc tantum, quæ Cæsa ris sunt, id est, quæ illis iure debentur, & ad eos pertinẽt. Debemus enim nos Chri stiani Deo & hominibus. Hominibus qdẽ & his tam spiritualibus, quam temporali bus. Debemus enim præpositis & præla tis nostris, qui pro animabus nostris Deo sunt rationem reddituri, obedire ex ani mo, & in omnibus, quæ ad illorum curam pertinent. Cum enim omnis anima pote statibus sublimioribus subdita sit, anima vero potissima sit pars corporis, quomo do illa suis rectoribus non gauderet, quã doquidem & ecclesiastica hæc iurisdictio & potestas nunquam defuit Christianis.

E

Rom. 13

Prelatis subis qd omnis debeat Christianus.

Heb. 13 Rom. 13

Debet igitur omnis Christianus sum mo Pontifici tanquam vniuersæ Ecclesię p̃lato, debet suo antistiti, debet suo prælato aut pastori, debet deinde suo principi, hisq; q ab eodem missi sunt, obedientiam, subiectionem, honorem, dilectionẽ & fidę litatem. Nam de tẽporalibus seruis ait Pau lus apostolus: Quicunq; sub iugo sunt ser ui, dños suos oĩ honore dignos arbitren-

1. Tim. 6

Ephe.6 tur. Et iterum alibi: Serui obedite dominis veſtris carnalibus, cum timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, non ad oculũ ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei
1.Pet.2 ex animo. Et Petrus: Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis: non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Quamdiu enim hi, qui præſunt nobis, diuina ſunt ordinatione ad regendos nos conſtituti, debemus illis obedire, tanquam diuinæ ordinationi: ne cum illis repugnare velimus
Num.16 Deo inueniamur repugnaſſe. Habemus in libris Moſi, quã ſeuere punierit Deus Dathan & Abiron, filios item Core cum alijs rebellibus aduerſus Moſen ſe erigẽtibus. Eſt tamen obſeruandum ſemper illud Pe-
Acto.6 tri: Quia oportet Deo magis obedire, quã hominibus. Propter humanum igitur imperium haudquaquam deſerenda eſt obedientia diuina: nec aliquo modo agendũ in fauorem hominis, quod contra honorem & beneplacitum ſit Dei. Da igitur, quæ Dei ſunt, Deo, decimas & oblationes: quæ vero ſunt poteſtatis temporalis, redde potefiati ſeu principi, tributum, vectigal, cenſum & huiuſmodi. Decimæ in ve-
Decimæ Deo ſoluẽ dæ cur in futurũ ſint teri lege à domino inſtitutæ ſunt pro alimonia miniſtrorum templi. Deo igitur, q tibi dedit omnia, redde ex omnibus decimam partem. Deo, inquam, redde. Noli triſtis aut ad dandas decimas inuoluntarius eſſe: mirare potius, quod illas Deus dignatur à te recipere. Nec tuum eſt conſiderare quis ſit, qui recipiat, quis vtatur, aut quo modo conſumantur decimæ. Tu Deo debes, tu Deo ſoluis, tu Deo reddis. Ille à te exigit, ille ſi non dederis, te puniet, ille ſi deuotus obtuleris, tibi mercedẽ retribuet. Homini fraudem facere potes, Deo fraudẽ facere non potes: quam etſi feceris, certus eſto, propterea non eris ditior, ſeu multo infelicior. Qui enim decimas Deo nõ ſoluunt, præter hoc, quod à domino in anima puniuntur, & hic & in futuro, nihilominus benedictionem in temporalibus, aut ſanitatem, ſeu vitam amittunt: quicquid aũt non foluiſti, debes. Quod ſi peccatum non dimittitur niſi ablatum reſtituatur, vide qua audacia mori præſumas nõ ſolutis decimis.

Decimas nõ ſoluentes, quõ puniant à Deo.

Auguſti.

Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt.

Audierunt Chriſti ſapientiã, qui ipſorum prauitatem omnem videns, nõ vt diſcipulos, ſed tentatores declarauit. Nouiſſe eñ illum ſenſerunt, vel in primo reſpondentis verbo omnẽ malitiam & ſimulationem ſuã: deinde eluſam omnẽ ſuam fraudem ac verſutam machinationem ſenſerunt. Tertio, Chriſti in ſuperabilem ſapientiam, contra quam nihil excogitare poterant. Idcirco hic dicitur Audientes hanc Chriſti ſapientiã eiuſq; irreprehenſibilem reſponſionẽ, mirati ſunt, q̃d eorũ caliditas non inueniſſet inſidiandi locũ. Et relicto eo abierunt. Qui in ſapiẽtia eius cõpungi debuerant & veniam petere, promittereq; ſtudia meliora, hi frigidi obſtinatique ſuam malitiam ſecum reportant, & nihilomeliores effecti Ieſu relicto, abierunt.

Audiſtis iam filij, deteſtati eſtis illorum tẽtatorum maleuolentiam verſutam. Quod ergo in illis execramini, hoc in vobis odiſſe & cauere debetis. Caueatis igitur vitium hoc adulationis, caueatis quæſo propter Deum duplicitatem atque inſidiandi ſtudium. Fraudulenta enim nequitia duplex eſt nequitia, quia fraus & nequitia: nec eſt peſtilentior hoſtis quã amicus ſimulator & inſidiator, hoc eſt, qui blanditur & amicum ſe fingit palam: clã vero machinat inſidias. Quapropter filij diligite ſynceritatẽ, fugite adulationẽ, cauete fictionẽ & hypocriſim. Si locũ habet correptio in pximo, & emendatio ſperatur, nolite palpare vitium, nolite laudare, nolite conſentire, nolite tacere: ſed cum modeſtia, humilitate, manſuetudineq;, vbi fructus expectatur, proximos corripite. Si vero correptio non habet locum, & fructus nullus ſperat tacete, & Deo ac prælatis corripiendos cõmittite. Synceritatem in verbis & moribus abſq; fuco vllo, præſertim in charitatis exhibitione ſeruate. Nemini nanq; nõ eſt grata acceptaq; ſynceritas. Hæc quãuis ad horã q̃nque contriſtat, ga nemo in ſui humiliationibus, in accuſationibuſq; ſuauiter audit veritatem. Nihilominus tñ, vbi tranſierit reprehenſio & paſſio humana excitata, ſedata fuerit, veritas & ſynceritas amatur, honorat, laudaturq;. Nemo ignorat diligentis vulnera eſſe vtiliora, quam oſcula fraudulenti. Nemo nõ magis vult à iuſto & ſyncero corripi, q̃ à peccatore & adulatore laudatori: adeo inuiſa eſt cũctis duplicitas: ſemp q̃q; adfert ſecũ vtilitatem ſyncera admonitio. Simulatio vero omnibus (vt dixi) ſuſpecta & odioſa eſt, qa tã ſimulatio q̃ adulatio, quæ ex vna radice creſcunt, quærit, quæ ſua ſunt tm̃, nihil habens de charitate, multum vero de fictione & totum de priuato amore. Dominus noſter Ieſus Chriſtus det nobis omnibus inter nos ſyncerã dilectionẽ, qua vnuſq;que loquat veritatẽ cũ proximo ſuo, ne de illorum ſimus numero, qui loquuntur quidẽ
Pſal.27 pacem cũ proximo ſuo, mala autẽ in cordibus eor. Hoc auertat à nobis Deus Dei filius, qui cum patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula, Amen.

Adulatio cur cauenda ſit.

Nequitia fraudulenta cur duplex ſit nequitia.

Correptio q̃n & q̃ modo adhibẽda ſit.

Synceritatem in omnib⁹ eſſe ſeruandã.

Prou.12

Simulationem om

SERMO IN EADEM DOMINICA. Quibus debemus, reddamus debitũ: & quomodo anima ſit numiſma aut denarius.

G Abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone. Matthæi XXII. Suum morem non dimittunt Phariſæi, quin Chriſto, quia pleni erant inuidia, ſemper inſidientur. Excogitare igitur eos facit eorum malitia aſtum doloſque, quo
Lucæ 23 domino quærant mala. Verum, niſi Chriſtus eis conceſſerit ſeu permiſerit horam, qua vigeat poteſtas tenebrarum, & malitiam quamcunque velint in ipſum exercerant, non poterunt quicquam in illum fa-
Quænã in hoc Euangelio nobis inſinuentur. cere mali. Videamus nũcquid in ſe habeat hoc Euangelium. Primum eſt, quod abijſſe dicuntur Phariſæi à Chriſto. Nullius hic boni indicium eſt, nihil virtutis hoc nobis ſignificat recedere à Chriſto. Dictũ
Hiere.17 eſt enim per Hieremiam prophetam: Domine, omnes, qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te, in terrra ſcribentur quoniam non derelinquerunt venam aquarum viuentium dominum. Non hunc animum habuerunt apoſtoli, qui nonnullis à Chriſto diſcedentibus, nec poſtea illum ſequentibus propter verba quædam à Chriſto dicta, quæ non intellexerant ab
Ioan.6 eodem interrogati: Nunquid & vos vultis abire? Per os Petri reſpõderunt omnes: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Secundũ q̃d conſultaſſe aut conſilium inijſſe dicuntur, q̃d intelligit cũ Hærodianis, hoc eſt, cum gentibus, qui non cognoſcebant Deum. Quare non cõſilium acceperunt cum Chriſto? Quia res, quam tractabant, mala erat. Chriſtum autem non patrocinari iniuſtitiæ non ignorabant. Ad ſui igitur ſimiles iuerunt pro tractando conſilio, ad malos ſcilicet & impios. In quorum conſilio tractabatur, quomodo Ieſum caperent in ſermone. Propterea autem ſeorſum diuertebant, quaſi non debeat Chriſtus audire verba eorum, quæ certe abſens audiebat, tametſi vltra mare diſceſſiſſent, imo eorum etiam omnes cogitatus videbat. Quale conſilium, tales & conſiliarij. Conſilium bonum, vbi prudentia eſt, quærit à quatuor. Primo à Deo, iuxta illud Tobiæ: Omnia conſilia tua in ipſo permaneant. Item Eccleſiaſticus: Omnis ſapiẽtia à domino Deo eſt. Si ab eo eſt ſolo, quomodo igitur quærenda foret ab alio, niſi ab ipſo? Secundo, conſilium quære ab homine bono, non à malo. Quomodo tibi enim dabit conſilia bona, qui eadẽ ſibi non præbet? A conſiliario igitur malo, vt Eccleſiaſticus iterum monet, ſerua animam tuam. Tertio conſilium eſt tractandum, vt Tobias monet, cum ſapientibus. Eccleſiaſticus quoque hortatur dicens: Cum fatuis conſilium ne habeas, non eñ
1.Par.10 3.Reg.12 poterunt intelligere, niſi quæ eis placent. Quarto conſilium petendum eſt à ſene. Propterea Roboam ſpreto conſilio ſenio rum, dum cum iunioribus conſultare cœpit, & eorum ſequi conſilium, ſtultitiæ ſuę mercedem, hoc eſt, decẽ tribuum à regno defectionem ſuſcepit, nec eum niſi duæ tribus tanquã regẽ poſthac ſequebantur.

Conſilij bonum à quatuor ſe q̃rendũ Tobiæ 4 Eccle.1

Eccle.37

Eccli.8

Itaq; cũ audis ludæis conſilium inijſſe contra Chriſtum, diſce tu non turbari, ſi contra te conſilia tractẽt homines, quãdo contra Chriſtum praua hoĩes machinantur. Non eſt ſeruus maior dño ſuo. Si me, inquit Chriſtus, perſecuti ſunt, & vos ſequentur. Quid, ings, tunc mihi eſt faciendum: Vt taceas & diſſimiles ſuſtinens. Tacendo peccare non potes, vbi locutionis nullus eſt fructus. Quis enim fructus loquendi, vbi inuidia imperat? Tace igitur, quoad tempus adueniat, quo parum prudenterque loquaris. Quam parum locutus eſt Chriſtus? paucis tamen verbis totum phariſæorum conſilium, quod verſutia aſtutiſſima vallauerant, confutauit. Tu quoquo fac bene, & fine alios contra te machinari in quod volunt ex liuore. Vide ne malum velis malo excludere. Caue iniuſta via ambulare, aut medio aliquo ilH

Ioan.15 Iniurianti vel perſecutione paſſus qd agere debeat.

licito vti. Videbis, quia se, non te dehonestabunt. Consilium iniquorum nudabit, veritas & iustitia triumphabit, Quicunq; pie vult viuere in Christo, persecutionē patietur. Quia autem bene agens habet persecutores aut insidiatores, satagat vt ita loquatur, ita agat, ita moderetur sermones suos, ne quod iustum agit, faciat iniustum ex aliqua circunstantia. Habent enim hoc calumniatores cuncti, vt cum opus tanquam bonum reprehendere non possint, si modicum quid in aliqua circunstantia operis neglectum deprehenderint, contra totum opus insaniant, obganniant & detrahant. Hoc modo obseruabunt Christum Iudæi, explorantes vbicunque, quo reperirent quod accusarent. Tertio, q̄d in Euangelio narratur, est studium Pharisæorum, quo nitebantur Iesum capere in sermone. Sciebāt lubricam esse humanam linguam, quæ facile adulantium quoq; capitur linguis, maxime ab insidiantibus. Id circo hoc tertium non minus quam duo priora detestabilia sunt & cauenda, vtpote charitati contraria. Nitebant illum Pharisæi capere in verbis, qui est sapientia summi patris. & qui nouit abscondita cordis.

Quartū est æque detestabile, puta discipulorum Pharisæorū adulantiū simulatio, dicentiumq; : Magister scimus qa verax es, &c̄. Magistrum vocabant, cuius esse nolebant discipuli. Veritatis appellant doctorem, quem vt seductorem habebant. Pessimū genus hominū est adulatorū. Inueniuntur autem homines ad hoc puto nati vt vnumquemq; laudent, bona dent verba, in faciē oībus blandi, nemini tamen interim fideles aut amici. Hi loquuntur q̄d libenter auditur, & placentia affirmāt. Hoc vitium tñ si absque incommodo sit proximi, vanissimū est. Porro si aīo insidiandi, nocēdi aut fallendi proximū fiat, est peccatū graue, nec raro est peccatū mortale. Deinde si peccatū qs laudat mortale, aut bonum debitum virtutemq; vituperat, æque est graue peccatū. Quintū est exemplum Christi qui adulationes hominum impiorum non recepit. Hoc enim nobis in ædificationem reliquit, ne adulationes (rem periculosam) acceptemus. Stultissimum enim est in ore hominum ponere gloriam suam magis quam in conscientia. Num lingua aliena te virtuosum faciet aut beatū? Nunq̄d ediuerso te faciet malum? Minime. Quandocunque igitur laudaris, cogita id ideo accidere, quod homines te recte non cognoscunt. Cogita quia si te cognoscerent, quantum detestarentur? Expende quam multa sunt in te vitia clandestina, quæ nolles ab aliquo cognosci. Quę si homines vitia cognoscerent, putas laudarent? Minime. Deinde erubesce q̄d multa in te laudantur, quæ laude non sunt digna: quæ virtutis non habent meritum, aut ne nomen quidem, ab hominibus extolluntur. Quibus si tu adeo es demēs vt credas, nimium erras. Quomodo enim alterius linguæ magis credis, quam conscientiæ testimonio? Credere autem videris, si ad laudes iniustas, si ad adulationes lætaris iniquas. Quid quod alij tam vecordes sunt, vt si alijs laudantibus aut adulantibus, quispiam fit, qui non simul eos laudet aut commendet? hunc iniquo tolerant animo quasi iniuriam passi, autcō tristantur, quasi tunc beati sint, cum in ore aut in oculis hominū sunt magni. Quid demum quod multa æstimantur in te esse & prædicantur, quæ prorsus à te aliena cognoscis? Num adeo eris insipiens, vt quasi habeas, quæ homines te dicunt habere inferis, aut non habens exultes, aut glorieris? Nunquid alijs, quam tibijpsi credes magis? Videtis quanta pericula sunt in adulationibus, in falsis laudibus, & in vana æstimatione hominum? Non igitur abs re fuit, quod sancti tam studiose suas abscōderunt virtutes, propterea quod laudari timebant, indeque aut in opinionem circa se iniquam, aut in complacentiam abduci. Quapropter eos qui te vituperant, magis quam eos qui laudant te, ama. Hi enim adferunt tibi fructum. Siquidē te humiliant, te vigilem ac prudentem faciunt & cautū.

Itaque qui te laudant, non possunt tibi prodesse: sed qui te vituperant, illi si vis, vehementer tibi possunt esse vtiles. Indicant enim tibi vitia tua, ostendunt vñ efficiaris humilis, faciunt te prudentiorem, ac magis diligentē. Nam si aliud etiā non conferrent, sunt tamen in remedium tibi bonū contra superbiam. Vide autem quomodo adulatores Christus repulit. Quamuis enim vera essent, à quibus Christum laudabant, non tamen laudandi, sed fallendi, adulādi insidiandiq; animo hypocritæ isti loquebantur. Sed tu puta quoque, quando laudaris, homines non eadem de te credere

a. Tim. 3.

Gloriā suam in ore hominū ponere ē stulti.

Ioannes Chrysost.

Adulationis vicium q̄ sit graue peccatū

Adulationem non esse recipiendam.

Virtutes suas cursancti abscōderūt tam studiose

Vituperatores quā sint vtiles & cur magis amandi sint q̄ laudatores.

dere aut sentire, quæ prædicant, sed honestatis causa fic de te bene loqui, aut alia humana infirmitate, amoreve te decipi: maxime autem ab eis te ignorari putes, & non agnosci. Sextum in hoc Euangelio est Christi ædificatorium verbum: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. In quibus verbis generaliter discimus vnicuique suum ius tribuendum, Deo præcipue cultum & reuerentiam, & hominibus quoque suum debitum, puta vnicuique iuxta illius statum & ordinem. Ante omnia enim Deo obedientiam debemus, cuius obedientiæ nihil est anteferendum. Debemus eidem quoq; fidem & dilectiōem: proximis vero compassionem, misericordiam & charitatem. Est itaq; in his verbis primo nobis dictum, vt hominibus quæcunq; debemus, soluamus, ita tamen ne Deo quicquam debito seruitio aut obsequio negligamus, subtrahamusve. Si igitur inuestigatio fiat de Deo, & de hominibus, vtri plus debeatur, recte respondetur: Date quæ Dei sunt, Deo: quæ vero hominum sunt, reddite hominibus. Simili modo si de carne & spiritu quæstio fiat, recte respondetur: Date carni quæ illius sunt, & date spiritui quoque quę illius sunt. Habet enim caro suum obsequium necessarium, quod illi debemus, quandoquidē carnem frenare, non extinguere debemus. Debemus item illam nutrire, fouere, regere, eidemq; quatenus oportet, seruire. Sed propter carnem non est negligendus spiritus. Illius enim cura præferenda est, vbi vtriq; seruiri non potest. Soluamus igitur oportet, quæ sunt spiritus, spiritui: & quæ sunt carnis, carni. Exercitia spiritus quæ ad Dei fiunt honorem, amoremq;, aut ad proprium cultum, purificationemque mentis, nobiliora sunt, quam obsequia carnis siue corporis. Veruntamen si propter illa spiritualia, aut propriū corpus, quo ad ea quæ sunt necessaria, negligentes lædimus, aut proximos nostros negligimus, non recte facimus: quia vni ita debet seruiri, vt alterum non oporteat relinqui. De vtroq; em̄ hic dominus dicit in hoc verbo: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quę sunt Dei, Deo. Reddite Deo & spiritui, quæ spiritus ac Dei sunt: & reddite carni & proximo, quæ carnis & proximorum sunt. Seruiri debet proximo, propter Deum. Sæpenumero tamen contingit (vbi scilicet maior necessitas fuerit) vt relicto Dei seruitio, aut ad tempus posthabito, magis sit currendum ad subueniendum, aut necessitatibus proximorum seu carnis, quam ad contemplationum diuinarum, spirituſque exercitia: non tanquam ad id quod magis nobile seu dignius, sed tāquam ad id quod magis est, pro hoc tempore necessariū. Ne cesse est, inquam, interdum Deum propter Deum relinquere: hoc est, necesse est, vt aut intermittatur (ad quod non ex debito quis tenetur) aut differatur seruitium Dei propter hominem, cuius nunc occurrit necessitas, cui oporteat aut debeat absque dilatione subueniri. Relinquitur igitur (vt dixi) Deus in seipso propter Deum, vt honoretur in proximo. Simili modo corpori quandoq; infirmo adeo est indulgendum, non vt propterea offendatur Deus, sed vt minus, quam possit, colatur Deus. Si tamen recte loqui vobis debeo filij, dicam: relinquendus est Deus, vt iuuetur proximus, aut vt iuuetur corpus propriū, in quibus magis honoretur Deus. Nihil enim impendendum est, aut proximo, aut proprio corpori, nisi ordine seruato charitatis, vt illud referatur in Deum, & fiat propter Deum. Fit autem sæpe nonnihil propter Deum magis, tametsi exhibeatur proximo, quam si ipsi exhiberetur Deo. Hoc propter illos dico, qui tamē raro inter vos inueniuntur, q̄ corporibus suis nimiū, puta necessaria, subtrahunt, quod vitiosum & Deo nō acceptū est: & contra illos q̄q; qui exercitijs suis proprijs, licet spūalibus, ordinatisq; ad Deū vacant, vt interim necessitatibus subuenire proximorū negligāt, aut alijs operibus, officijsq; charitatis. Septimum q̄d nobis in hoc Euāgelio spiritaliter significat, est denarij seu numismatis mystica solutio. Per denariū em̄, seu p numisma hic spūaliter nobis anima significatur hoīs ad imaginem Dei creata, sicut scriptum est: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā. Nō est aūt homo secundum corpus ad imaginē aut similitudinē Dei, sed scd'm animā creatus. Habet aūt assimilationē aliquā anima ad Deum. Est enim ipsa quoq; à Deo creata immortalis. Est præterea vna in toto corpore, & in qualibet eius parte. Nullum ostendes autem membrum corporis tui viuum, in q̄ non sit anima, in q̄ etiam non sit tota: quæ tamē nihilominus tota est in alio mēbro,

Natureno strę quæ nam debeam exoluere.

Spūs nro quænā debeamus ac soluamus.

Deus quō sit interdū ppter Deum relinquendus.

L

Aīa quō p denarium significet.

Gene. 1

Anima q̄ habeat assimilationem ad Deum.

& tota in toto corpore, nec tamen nisi vna eademque est anima. Tertio, non inquinatur sordibus corporis anima, q̃modo nec Deus. Quarto, in eodẽ corpore dissimilia operatur, puta alia in auribus, alia in oculis, &c̃, quemadmodum varia Deus in hominibus operatur. Quinto, sicut vnus est Deus in tribus personis, sic aliquo modo in tribus potentijs vna est anima. Non autem absq; ratione dominus Deus tãta nobilitate dignatus est animam, vt ad sui imaginem similitudinemq; hanc faceret: quia per hoc eam reddere voluit, vnde feruentius reda maret patrem. Est enim amor naturalis inter patrem & filium, qui aliquo modo propterea quandoq; arctior, validiorq; est, si fuerit inter eos magna similitudo. Inter omnes enim creaturas terrestres nihil anima sibi inuenit simile: ideo hac similitudine admonetur, vt se eleuet, conuertatq; ad Deum. Hanc animam, id est, illum denarium Dei similitudine insignitũ, ostendi sibi cupit Christus. Non vult illum corrumpi, non inquinari, non obliterari, sed mundum sibi ostendi. Vbi ostenditur denarius ille mysticus, hoc est, anima Dei imagine insignita? Profecto in confessione: q̃ in leprosis decem peccatores significantibus manifestatur, quibus Christus dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Et Sapiens in Prouerbijs dicit: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericodiam cõsequetur. Secundo ostenditur anima in operatione. Quod ex verbis Iacobi colligitur, dicentis: Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Et Christus: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra.

Denarius mysticus quõ Christo ostendidus fit.

Lucæ 17

Prouc. 28

Iacob. 3

Matth. 5

Tertio, & tũc maxime ostẽditur in morte. Tunc enim Christo adducetur, ostendetur q̃ anima. Quam ille videns, cuius, inq̃t, est hæc imago & superscriptio? Nihil enim in ea tunc debet reperiri, quam eius imago & quicqd ipse digito suo, hoc est, spiritus sancti operatiõe in ea scripserit. Nos quicquid fine illo superscribimus, in hoc fœdamus animas nostras, inquinamusq; eius imaginem. Agimus enim puerorũ more, qui videntes picturam nobilem, graphicoq; depictam, suos etiam tractus linearũ eidem superducunt, imaginemq; & picturam deformant ac corrumpunt. Ita nos in picturam & imaginem Dei superducimus picturam nostram, quæ sunt mala opera nostra. Idcirco interrogabit nos rex noster: Cuius est hæc imago & superscriptio? Mea esse deberet imago, sed aliter hic video. Quid sibi hæc vult aliena superscriptio? Non manu hæc mea quæ cerno, scripta sunt. Quis hæc superscripsit? Dic: Homo, mundus, diabolus. Hi enim sunt scribę nequam. Homo vt homo nihil scribit vtile. Mundus & diabolus nisi malum scribere non norunt. Reddite dicet igitur, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c̃. Reddite diabolo, mundo & carni, quæ illis iure debẽtur, & quæ anima meruit. Reddite mundo honores, opes & reliqua, quæ secum anima non potest ferre, vana atque caduca omnia. Reddite carni vermes, corruptionem & putredinem. Reddite diabolo animam, quę illi se sponte in vita mancipauit, tormentis affligendam. In hac diuisione videte, quam flebile sit Christum qui animam creauit, animam insigniuit, animã suo sanguine lauit & redemit, nihil recipere, gratisque pro anima laborem & sudorem, vulnera & sanguinis effusionem pertulisse. Beata hæc anima, quæ Dei imaginem aut impollutam, aut saltem in pœnitentia iterum mundatam offert Christo. Quod vt vobis filij contingat, nunc dum viuitis, hoc curate, nunc fletibus contritionis animas vestras lauate, nunc quæ spiritus sanctus vobis suggerit, illius manu superscribite, vt cum ad mortem ostensuri animam vestram veneritis, Deus suã agnoscat imaginem, laudet superscriptionem, vosq; & pro labore, & pro custodia coronet Iesus Christus dominus noster benedictus in secula, Amen.

M

Scribæ falsi & nequã fœdantes sua superscriptione Dei imaginẽ quisq;

Animam vti impolluta Chro sit præsentãda post mortem.

Anima q̃ puritate Deo ꝑsentari debeat in morte.

Deut. 9

DOMINICA VIGESIMAQVARTA POST dominicam sanctæ Trinitatis, epistola beati Pauli apostoli ad Colossenses I.

Non

XXXIII

NOn cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali, vt ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorũ. In Christo Iesu domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A PAulus Apostolus Colossensibus scribit, quibus nõ ipse per seipsum, sed p suos discipulos prædicauerat. Et quia horum dilectionem erga se audierat: Ex die, inqt, illa, qua per Epaphrã audiuimus dilectionem vestram erga nos, non cessamus orare & quadam importuna fiducia à Deo postulare pro vobis, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, hoc est, vt diuinitus illustremini ad cognoscendum quid velit Deus, quidue illi placeat aut displiceat in omni sapientia diuinarum atque cœlestium rerum, & in intellectu spirituali sacrarum scripturarum, vt nõ solum quomodo ambulandum sit agnoscatis, sed ambuletis etiam digne Deo, vt vita & conuersatio vestra deceat Deum, Deoque digna sit, cui in omnibus placeatis, & fructum referatis in õmi opere bono, crescentes in sciẽtia Dei, qua illum, & quid de eodem sentiri debeat, agnoscatis, indiesque cognoscere satagatis. Oro itaq;, vt fitis cõfortati in omni virtute secũdũ potẽtiã claritatis eius, hoc est qua potest vos Deus cõfortare, sua claritate illuminando vos: Si enim sol crescere & germinare facit, quanto magis claritas Dei eos qui lucem illius non fugiunt, sed diligunt, ad lucemque accedũt, illustrans confortabit secundum potentiam claritatis suæ, in omni patientia & longanimitate, ne fitis inter aduersa tristes, sed cũ gaudio gratias semper agatis Deo patri, qui sua gratia nos dignos fecit, transire in partem sortis sanctorum, id est, in partem æternæ hæreditatis, quæ est in lumine, hoc est, in beatifica Dei visione. Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ, malignorum scilicet spirituum, quibus antequam ad Christum sumus conuersi, seruiebamus, ipsique dominabantur nobis. Itaq; eripuit nos, & transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ, hoc est, in Ecclesiam militantem, quæ est regnum Iesu Christi filij Dei, in numerum fidelium, & in societatem membrorum corporis Ecclesiæ Christi, quo ex nobis fiat omnibus vnum regnum Christi, in quo per fidem & charitatem regnet in nobis Deus. In quo Christo habemus redemptionem à seruitute diaboli ac vitiorum, & remissionem peccatorum.

EXEGESIS EVANGELII eiusdem dominicę XXIIII. post dominicam S. Trinitatis Matthæi nono.

B

IOquente Iesu ad populum, verius tamen, hoc est, potissime ad discipulos Ioãnis, qui illum quare non ieiunarent eius discipuli, interrogauerant, atque excusationẽ pro eisdem Christo reddente, accessit vir quidam clarus, sed humilis. Erat enim princeps synagogæ. Quamuis enim Hierosolymis templum haberent Iudæi, in potioribus tamen ciuitatibus nihilominus habuerunt domum, in quam conueniebant, vt Deum laudarent, vtq; docerẽtur legem. Cuius princeps is qui præerat, archisynagogus dicebatur, aut princeps synagogæ. Huiusmodi hic erat princeps, q̃ p filia sua vehemẽter ægrota, & iam in extremis constituta,

ſtituta,adeoque de vita illius deſperata, vt diceretur mortua, rogabat. Hic quamuis imperfectus adhuc eſſet in fide, meruit tamen humilitate ſua,vt illi quæ poſtulabat, præſtaret Chriſtus.Siquidem ad pedes Ieſu procidens, rogabat illum. Erat autem, vt ex alio Euangeliſta liquet,illius nomen Lucæ 8 Iairus. Narratur itaque hic ſuſcitatio puellæ mortuæ. Nam dum iret, & in itinere adhuc eſſet conſtitutus dominus,inter poſuit ſe occaſio alterius miraculi in muliere fluxum ſanguinis patiente. In cuius narratione apud quoſdam finitur Euangelium:licet alij cõtinuent,vt finem de ſuſcitatione puellæ quoque narrent.Itaq; ait Euangeliſta:

Loquente Ieſu ad turbas,ecce princeps vnus acceſſit,& adorabat eum dicens:Domine,filia mea modo defuncta eſt:ſed veni &impone manum tuam ſuper eam,& viuet.

Marci 5 Alius Euangeliſta hoc narrans miracu lum,dicit Iairum rogaſſe: Filia mea in extremis eſt. Sed non eſt contradictio. Potuit enim fieri,vt vtrumque diceret:Filia mea in extremis eſt, adeo vt ipſam putem iam defunctam,quæ erat quaſi defuncta. Abiens enim, illam adeo reliqui infirmam, vt non putaretur deinceps victura. Ad hunc modum loqui ſolemus de agonizante: Lucæ 8 Marci 5 Matth.9 Mortuus eſt. Nã Lucas ſcribit, quod iam moriebatur. Marcus, quod eſſet in extremis. Matthæus vero dicit Iairum dixiſſe: Filia mea defuncta eſt.Sed veni,inquit Iairus, & impone illi manum,&viuet.Imperfectio fidei illius oſtenditur, quia corporalem putabat Chriſti præſentiam neceſſariam. Sicut Nahaman Syrus de Heliſæo loquebatur,dicens: Putabam vt egrederetur 4.Reg.5 ad oſtium Propheta, & inuocaret Deum ſuum, tangeretque locum lepræ, & ita ſanaret.Quamuis autem hic Chriſtum legitur adoraſſe,nõ tamen adoratio hæc latrię fuit,quæ Deo ſoli debetur, ſed reuerentia magna, cuiuſmodi regibus & prophetis fiebat,quæ vocatur λουλεία, quia non æſtimabat Chriſtum Deum,ſed hominem tantum, & magnum Dei amicum. Ad quem nihilominus tanta erat fides eius,vt crederet Chriſtũ tactu manus ſuæ ſuſcitare poſſe mortuum.

Et ſurgẽs Ieſus ſequebatur eum, & diſcipuli eius.

C Mira hic Ieſu humilitas, & gratiſſima manſuetudo indicatur Chriſti. Erat enim miſericordiſſimi cordis, qui ſe non poterat continere à benefaciẽdo infirmis. Condolebat quoque viro, quãdoquidem hæc eius filia vnica illi erat proles, annos circiter duodecim nata. Sequebatur itaque illum Chriſtus,ſequebantur quoque eius diſcipuli, & (vt alij referunt Euangeliſtæ) Lucæ 8 turba copioſa. Antequam tamen ad illius Marc.5 venitur domum,& Ieſu adhuc in via conſtituto,narratur à ſeruis patri puellæ filiã eſſe mortuam.Ex quo nuncio creditur cõſternatus pater. Quem miſericordiſſimus dominus cõfortans:Noli,inquit, timere, tantummodo crede,& ſalua erit. Putãdus eſt,interueniente alterius miraculi occaſione,dominus eo libentius remoratus in itinere,donec quæ in extremis erat vitę,puella moreretur,q̃ gloriofius ad populi ædificationem, & patris perfectã cõuerſionem fieret miraculum.Dum itaq; ſequeretur:

Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis,acceſſit retro,& tetigit fimbriam veſtimenti eius.

Narratur ab alijs Euangeliſtis hæc mu Marci 5 lier ſanguinis fluxum patiens, non vt fieri ſolet naturali modo,ſed continuis duo Lucæ 8 decim annis huic paſſioni ſubiecta,diuitias ſuas (hanc Martham Ambroſius fuiſſe Ambroſi⁹ dicit ſororem Marię)hoc eſt,magnam partem ſeu portionem diuitiarum ſuarum in medicos pro ſui curatione erogaſſe,quam uis nihil illi profuerit. Accedens igitur ad Ieſum retro,quia propter paſſionem ſuam reputabat ſe immundam & indignam offerre ante conſpectum domini, nec decere vt Chriſti poſtularet contactum. Mouebat eam quoque pudor & verecundia ſe reuelandi: quare ſaltem retro accedens,cupiebat fimbriam tangere Chriſti. Ob- Fimbriã ſerua quod Chriſtus hic narratur fimbri- vti in ſua am quoque in veſtimento habuiſſe, iuxta veſte Chriillud Numeri, quo præcepit dominus fi- ſtus habuerit. liijs Iſrael,vt fimbrias per quatuor angulos Nume. 15 haberent palliorum cum vittis hyacinthinis,qui cœleſtis eſt color,quo admonerentur cœleſtem præ alijs hominibus habere conuerſationem,quia ſubditur ibidem:Vt recordentur mandatorum Dei,& ſint ſancti coram domino Deo ſuo. Huiuſmodi itaq; veſtẽ creditur Ieſus portaſſe. Iuſtiſſimum

mum nanque erat, vt populus, ex quo Chriſtus naſciturus erat ſecundum carnem, ſingulari ſanctitate polleret,& ab alijs populis diſtingueretur. Diſtinctio Diſtinctio autem hæc fuit Iudæorum ab alijs gentibus,in carne per circunciſionẽ, in lege per Iudæorũ ab alijs gẽ nb⁹ olim q̃ fuerit. reſtrictiorem modum viuendi, & in veſte, qua ſingulari vtebantur cum fimbrijs & vittis.

Dicebat enim intra ſe:Si tetigero tãtum veſtimentum eius,ſalua ero.

D Vt ante dixi, ex pudore non audebat palam dominum rogare pro ſui ſanatione.Ex humilitate reputabat ſe immũdam, &indignam quæ offerret ſe conſpectui domini Ieſu,ideo retro acceſſit: ex fide quoq; ſibi promiſit ſanitatem,ſi modo fimbriam eius veſtimenti tangeret. Fecit itaq; quod iudicabat ex fide faciendum.Nam vt ex alijs Euangeliſtis manifeſtum eſt,tetigit ve- Marci 5 ſtimentum Ieſu, & ilico ſtetit, exiccatuſ- Lucæ 8 que eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit ſe ſanatam. Tunc Chriſtus qui omnia nouerat, omnia viderat,& in corde illius mulieris hæc operabatur, quique eam ſanauerat, interrogans, non vt quod ignoraret diſceret,ſed vt quod latebat,ad Dei gloriam & in huius fidelis mulieris præconium,fieret manifeſtum, dixit: Quis me tetigit? Negantibus multis ſe non tetigiſſe, dixit Petrus, alijque diſcipuli: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt,& tu dicis:Quis me tetigit? Vide benignitatem ſimul ac magnificentiſſimam potentiam domini Ieſu. Turbæ eum comprimebãt,dum alius alio volebat eſſe Chriſto vicinior. Non autem adeo comprimebant turbæ, quin magis ſenſiſſet leuiſſimum tactũ fimbrię veſtimenti ſui. Alij enim homines mole corporum premebant: hæc mulier fide tetigit.Dixit itaque iterum Chriſtus: Tetigit me aliquis.Nam & ego noui virtutem de me exiſſe.Interea videns hæc mulier,qa non latuit, quod præ verecundia clam eſſe appetiuerat,tremens venit,&procidens ante pedes eius,quamobrem tetigiſſet,& quã conſequuta ſit ſanitatem,coram omni populo confitetur.Hęc oñia ex Luca & Marco colliguntur.

At Ieſus conuerſus & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora.

Ieſus omnia ſciens, omnia præuidens, conuertit ſe ad eam,quę ſe parabat prodere,& domino confiteri,vt illam tremulam & formidantem conſolaretur. Dixit itaque ad procidentem ante ſe mulierem: Confide filia. Iam erat mulier ab eo,cuius tetigerat veſtimentum, ſanata: quare ergo iubet eam Chriſtus, quaſi adhuc ſanãdam confidere? Dicẽdum, quod dominus eam hortabatur ad robur, perſeuerantiamque in fide.Vel ideo, qa formidoloſa erat mulier &tremens,quam à ſe non conſolari & confortari pñſſimo cordi Ieſu durum videbatur.Scribit Euſebius in Eccleſiaſtica hiſtoria,mulierem hanc fuiſſe Emorroiſſam, Euſebius. Emorroiſſa mulier q̃ fuerit. eamque poſtquam liberata fuerat, & fortaſſe poſtquam Chriſtus cœlos aſcenderat, in Cæſaria Philippi, vnde fuerat oriunda,ſtatuã in ſua curia feciſſe, quæ Chriſti cum fimbrijs (vt eum viderat) haberet effigiem. Ante quem ſui quoque locauit imaginem genibus flexis, iunctisque ſeu cancellatis manibus procumbentem. Creſcebat autem herba ſub eadem ſtatua, quæ Fimbrię imaginis Chriſti virt⁹ quãta. quamdiu non attingeret creſcendo ad fimbriam veſtimentorum imaginis, nullam in ſe habebat virtutem. Vbi vero Chriſti attigit veſtimentum, omnem ſanabat languorem. Hanc imaginem teſtatur Hiero- Hierony. nymus à Iuliano apoſtata Chriſti gloriam ægre ferentem amotam, ipſumque in illius locum ſuam ſubrogaſſe,ſed ictu fulminis poſtea confractam. Si autem, vt Ambroſius ait,mulier hæc fuit Martha, quo- Ambroſi⁹ modo in Cæſaria Philippi habuit curiam? Dicendum hoc non deberi abſurdum videri,mulierem vehementer nobilem,atq; vt tradunt, de ſanguine regio ortam,curias aut ędes amplas in varijs habuiſſe locis, præſertim cum pater eius Theophilus Syrus ſcribatur ducatum habuiſſe Syriæ: quod hoc modo tamen verum putandum eſt, ſi intelligatur Syriæ habuiſſe gubernationem: potuitque ibi fuiſſe nata Martha, quamuis Chriſto prædicante morata fuerit in Bethania. Quæcunque autem fuerit mulier, certum eſt eam fuiſſe deuotiſſimam & fide plenam. Ideo etiam Chriſtus ad eam conuerſus,conſolatur eandem,dicens:Cõfide filia,fides tua ſe ſaluã fecit.Et ſequitur: Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora,qua ſcilicet Chriſti fimbriã tetigit. Hic in Eccleſijs quibuſdã finitur hodiernum Euangeliũ,inquibuſdam aũt continuatur ſuſci-

ſuſcitatio filiæ Iairi principis.

Et cum veniſſet Ieſus in domũ prin cipis, & vidiſſet tibicines & turbã tumultuantem dicebat: Recedite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum.

E Ambroſi. More veterum circa funera (vt Ambroſius ait) tibicines adducebantur lugubria canentes, qui præſentes ad compaſſionem mouerent. Habent enim hoc ſoni & melodiæ, vt animos aliter & aliter excitẽt: quædam prouocent audaciam, vt in bellis, quædam deuotionem, vt in feſtiuitatibus & templis, cõgregationibusq; ſacris: quædam ad lætitiam, vt in nuptijs & cõuiuijs: quædam ad luctum & compaſſionẽ, vt in exequijs & funeralibus. Turba hęc tumultuans fuit vicinorum, amicorum, aliorum item pręſentium multorum, qui tumultũ, id eſt, confuſum excitabant ſonum, alijs lugentibus, alijs loquentibus, alijs diſcurrentibus & funeralia parantibus. Vidit itaque turbam tumultuantem, flentem & eiulantem dominus, & dixit: Recedite, ſcilicet de cubili, in quo mortua iacebat puella: nõ enim eſt mortua puella, ſed dormit. Verũ dicebat. Dormiebat Chriſto, alijs hominibus erat mortua. Facilius potuit Chriſtus ſuſcitare mortuam, quã tu excitare poſſes dormientem. Homines tamen, qui aderãt, deridebant Chriſtum, quod diceret puellam dormientem. Putabant enim minoris eſſe iudicij Chriſtum in hac re, qui neſciret diſcernere inter mortuum & dormientẽ. Vide tamen, quia pius dominus nihil deridentibus reſpondet, ſed ſui deriſionẽ humiliter portat.

Et cũ eiecta eſſet turba, intrauit & tenuit manũ eius, & dixit: Puella, ſurge. Et ſurrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuerſam terram.

Iuſte ejcitur turba vt non interſit miraculo, quę deridebat dominum. Et quid mirum, ſi non permiſit deridentem intereſſe turbam, quãdo omnes noluit intereſſe diſcipulos? Nam acceptis ad ſe Petro, Iacobo, Ioanne & parentibus puellæ tantum, intrauit ad puellam. Et tenens puellæ manũ clamabat, dicens: Puella ſurge. Quo hæc dicente, reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit puella. Et obſtupuerunt parentes puellæ ſtupore maximo, viſo tanto miraculo ex poteſtate, & ad modum imperantis facto. Præcepit autem parentibus puellæ, ne cuipiam dicerent. Prohibuit parẽtibus miraculi reuelationem, non quod putaret vel parentibus tacentibus miraculum hoc celari poſſe, qñquidem tãta turba ſciebat puellæ mortem, & viuentem denuo non potuit ignorare: ſed quod oſtenderet ſe humilitatem amare, & ſi ad Dei gloriã id pertinuiſſet, ignotum malle ſe eſſe. Veruntamen latere nõ potuit miraculum: turba enim, quæ ante deriſerat Chriſtum, propterea quod dixerat Ieſus puellam dormire, euulgabat miraculum, vt fama illius exiret per vniuerſam terram. In hac puella ſignificatur mors animæ in ſecreto conſcientiæ per malam voluntatem: vt dum homo voluntatem habet peccandi mortaliter, aut quando delectatur in peccato mortali, quod cum gaudio ſeu amore recogitat, aut ſaltẽ oblectat ſe in re cogitata (quæ peccatum eſſet in opere mortale) ſponte phantaſiando propter delectationem cogitationis. Nam ſi animo cogitationeque ſponte voluptuari in peccato mortali, eſt peccatum mortale mentale. Intelligitur etiam in puella mortua peccatrix, aut peccator in tenera adhuc ętate conſtitutus, necdum in timore Dei fortis, ſed iuuenilibus paſſionibus ac hoſti faciliter cedens. Huic cito ſubueniendum eſt, feſtinandumque vt educatur ex peccato, ne conſuetudinem contrahat delinquendi. Adducendus igitur mox ſaluator, nec diu in peccatis relinquendus eſt mortuus. Quo inſtruuntur quoque adoleſcentes vtriuſque ſexus, vt vbi deliquerint, non quieſcant, non expectent, nec differant venire ad confeſſionem, in qua à morte reſurgant, Deo reconcilientur, diabolum à ſe expellant, vireſq; à Deo & gratiam, reſiſtendi diabolo virtutem & fortitudinem accipiant. Quis enim illum, qui liber eſt, pugnare fortius atque validius neſciat, quam eum, qui captus ac vinctus eſt? Fili igitur noli morari in peccato: quia perſeuerando in peccato, moraris in captiuitate diaboli. Noli perſeuerare in peccato, quia neſcis quando ſtrangulet, opprimat aut ſuffocet te diabolus: ad illum enim pertines, & illius iuris es in peccato mortali conſtitutus: & certe non raro hoc peccatoribus contingit. Nam licet & iuſtis quandoque contingat ſubito mori, hoc tamen non facit diabolus, nec aliquid

Miraculi reuelationem cur prohibuerit Chriſt.

F Mors aiæ vt ſæpe hic deſignet puellam.

Adoleſcẽtes pctis obnoxij ſ cito curãdi in aia.

Morari in pctõ ſ ſit periculoſum.

Marc. 5 Lucæ 8

Mortẽ ſu biraneam iuſtis non eſſe pericu loſam.

Sapien. 4

Incontinẽ tia victi quiq; quã topere reiur gere debe ant.

quid iuris habet in homine iuſto, ſed naturali id curſu contingit, nec vlli ſic morienti iuſto propterea eſt periculum, quod ſubito mortuus ſit, quia iuſtus quacũque morte præoccupatus fuerit, ſemper in refrigerio erit. At vero peccator, cuius eſt mors infeliciſſima, ſi in peccato mortuus fuerit, vbi manebit? Ad infernũ ibit, vbi nulla eſt redemptio. Quapropter chariſſimi vos rogo, vos moneo & hortor, ſi continere vos non poteſtis, dum adhuc eſtis innocentes, quin ſuperemini, quin vincamini à diabolo, aut carne ad peccãdum, quomodo vincere poſſetis iam à diabolo victi, capti & ligati? Non igitur differatis Deo mox reconciliari, & de diaboli laqueis iterum elabi. Quoties, inquis, me reconciliabo? Toties fili, quoties peccaſti. Non videatur tibi hoc ſuperfluum, quia iterata ſæpe confeſſio diaboli vires eneruat, neque enim ſuſtinet humilem tui accuſationem. Habes pñſſimum, miſericordiſſimumque Deum, libenter te recipit, optato amplexatur te redeuntem, modo ex animo non abiturus iterum, ſed perſeueraturus, redeas. Si igitur millies in die peccaueris, millies pœnite, millies ad illum redi, millies etiam te recipiet, nec improperabit. Non putes ex tenimium illum fatigari, vt poſt hac recipere nolit: veruntamen noli ſuper eius miſericordia innitens peccare. Antequam peccas propone tibi eius iuſtitiam, pœnas inferni, perpetuaq; mala peccantibus præparata: at vbi peccaueris, ediuerſo accipe ante oculos Dei miſericordiam, & feſtina à Deo veniam petere, eidemque reconciliari. Quod ſi nolueris meo huic conſilio acquieſcere (crede mihi) timeo in peccatis tuis te periturum. Nam nolle quærere gratiam Dei, & negligere eius amicitiam, nec curare, vtrum ſit in morte, an in vita, vtrum in luce an in tenebris ambulet (quod hominum eſt tantum terrena cogitantium) ſignum eſt indurati cordis. A quo liberet & ſeruet nos dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, cum patre & ſpiritu ſancto benedictus in ſecula, Amen.

Quid añ, & qd poſt pctm ſibi proponat homo.

SERMO IN EADEM DOminica. De luxuriæ peccato, eiuſque & aliorum vitiorum remedijs.

G

Princeps vnus acceſſit & adorabat Ieſum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta eſt, ſed veni & impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Matthæi nono. In Euangelio hodierno duo audiuimus miracula: Vnum quod dominus rogatus iuit ad reſuſcitãdum puellã à morte, quam poſtea quoq; reſuſcitauit. Alterum, quod ſe in itinere hoc interpoſuit, vbi mulierem deuotiſſimã ſanauit à ſuperfluuio ſanguinis. Et princeps quidem ſynagogæ, quamuis imperfectus eſſet, nec plene illuminatus in fide, erat tamen humilis, adeo vt ante Ieſum, quamuis princeps eſſet ſynagogæ, procidens rogaret illum, vt ſuſcitaret filiam ſuam vnicam. Adeo nanque erat infirma, atque in extremis vitæ conſtituta, vt licet ignoraret eam mortuam, tamen ex coniectura, vt loqui ſolemus de agonizantibus, dicebat eam mortuam, quia viuere eam diutius non poſſe naturaliter ſciebat. Illum ergo ſequẽte mitiſſimo Ieſu cum ſuis diſcipulis & multa turba, intercidit aliud miraculum faciendum. Mulier enim quædam duodecim annis ſanguinis fluxum continue patiens, magna fide ad Chriſtum concepta, ſanata eſt: maior enim illius erat fides, quam principis archiſynagogi. Siquidem hic credidit neceſſarium fore, vt dominum ad mortuam filiam duceret, dominuſque mortuæ manum imponens eandem reſuſcitaret. Hæc vero latenter in corde ſuo ſtatuit tantum illius fimbriam tangere, promittens ſibi, ſi tetigerit, ſanitatem. Itaque ſecreto acceſſit retro, tetigi: Chriſti veſtem, eſtque ilico ei ſanguinis fluxus reſtrictus, & ſanata eſt. Veruntamẽ cum verecunda eſſet, & latere ſe putaret, Chriſtus eam prodidit. Siquidem quis ſe tetigiſſet, interrogauit: Tetigit me, inquit, aliquis, nam virtutem ſentio à me exiſſe. Ad quod illa veniens, procidit tremens ante illum, ac quicquid factum erat, totum narrauit. Sed mirum videtur, quare verecundam voluerit mulierem dominus Ieſus manifeſtari, quæ cupiebat latere? Reſpondet Chryſoſtomus. Primo ideo hoc Chriſtum feciſſe, ne mulier de lege ſibi cõſcientiam faceret, quoniam illius veſtem tetigerat. Polluebatur nanq; & immundum fiebat ſecundum legem, quicquid mulier huic paſſioni ſubiacens tetigiſſet. Secũdo, vt illã inſtrueret perfectius, & ad puriorem

Fides Emorroiſſę mulieris: in quibus maior fuit ꝙ archiſynagogi.

Marc. 5

Cur Chriſtus mulierem hanc voluerit manifeſtari Chryſoſt.

Leuit. 15

fidem excitaret: siquidem ipsa latere cupiens putabat Christum quoq; , q̃d eius fimbriam tangeret, latere posse. In quo errauit vehementer, quia Christum nil potest latere, qui est cognitor omnium. Tertio, vt eius fidem cunctis in exemplum ostenderet. Quarto, vt fidem principis confortaret: hic enim imperfectior erat multo, quã mulier illa. Ideo dicit Chrysostomus: Fidelior erat hæc mulier archisynagogo: nam ille medicum ducebat, huic tactus fimbrię sufficiebat. Per hanc mulierem infirmam significatur nobis peccator vitio luxuriæ ægrotus. Quomodo enim illa duodecim annis passionẽ fluxus sanguinis sustinuit, ita qui luxuriæ vitio succumbit, in quacunq; fuerit specie, nõ potest facile ab illo liberari. Inducit autẽ mala multa, tam corpori, quam animæ. Adfert enim molestias & ægritudines corporis. Nam quãti fiunt sæpenumero labores, quantæ vigiliæ, discursus, incommodaq; sustinentur, quantæ fiunt impensæ, quanta dehonestatio famæ, vt, quod potissimum est, animarum taceã pericula, quo momentanea obtineatur delectatio? Nam vt Gregorius ait: Luxuria hebetat sensum, confundit intellectum, maculat voluntatem, obscurat memoriam: & si mentem occupauerit, vix bona cogitare permittit, sed substantiam etiam temporalem consumit. Hieronymus quoq; in Osee: Luxuria, inquit, insatiabilis est voluptas: & quanto magis capitur, tanto magis incentiuum patitur. Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non quiescit. Est autem luxuria laqueus diaboli efficacissimus ad capiẽdas animas. Nam Balaam quod cõsilium quo Israelitis præualerent Madianitæ dedit aliud, quam vt filios Israel prouocarent filiæ Madian ad fornicatiõem, idololatriamq; ? vnde offensus dominus, qui Israelitas defendebat, pmitteret eos cædi ac vinci à Madianitis. Sciebat enim ad luxuriam succensos facile ad omnia vitia alia posse capi.

Quid enim homo luxuriæ desiderio succẽsus non facit? Viuit em̃ vt fine ratione brutum, quod nullum vt suam concupiscenti am expleat, vitium cauet. Itaq;, qui luxurię operam dat, brutum efficitur, & brutalem animum acquirit. Proinde per Ioelem dicitur: Computruerunt iumenta in sterco re suo. Luxuria quoq; miserum seruum facit hominem. De quo, licet ethnicus, Tullius dicit: Illumne ego liberũ dicam, cui mulier imperat, leges imponit: vocat, veniendum est: eiẽcit, abeundum est: poscit, dandum est: minatur, extimescendum est? Hũc ergo non tantummodo seruum, sed & nequissimum seruũ ego iudico. Hoc vitium verecũdiam amittit, honestatem negligit, carnẽ consumit, virtutem rodit, Dei timorem extinguit. Quisquis in illud inciderit, vix emerget. Cadit enim sicut in puteum, aut in voraginẽ qua submergitur. Qui ab hoc cupit liberari, necesse est primo, vt ocium vitet. Ocia enim si tollas, periere Cupidinis arcus. Ocium generat concupiscẽtias, & cogitationes illicitas. Secũdo, vẽtris saturitatẽ caueat. Scriptum nanque est: Subtrahe ligna foco, si vis extinguere flãmas. Tertio, vini potũ moderetur. Venter enim (vt Hieronymus ait) mero æstuãs spumat in libidinem. Quarto, fœminarum consortia & colloquia fugiat. Colloquium enim mulieris quasi ignis exardescit, dicit Ecclesiasticus. Et Sapiens: Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem eius amara, quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps. Quinto, valet ad luxuriæ extinctiõem, dolorem sentire, vt sunt virgarum disciplinæ, aliæque afflictiones similes. Sexto, validum est remedium oratio. Maxime enim impetrat oratio, vbi remedia alia superiora frequentantur. In humilitate igitur & contritione spiritus procide ante pedes Christi, & auxilium ab eo pete. Septimo, fimbriam vestimenti Christi tange, vt luxuriæ in te restinguatur concupiscentia, ac fornicandi desiderium. Quod, inquis, est vestimentum Christi? eius humanitas. Scriptum enim est, quum de Deo Paulus loqueretur, formam serui accipiẽs, & habitu inuentus vt homo. Hæc enim est tunica Ioseph, tincta hædi sanguine. Hoc vestimentum est, quod pro redemptione generis humani fuit rubricatum in cruce. Quod admirantes angeli dixerunt: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus in Bosra? Quo respondente: Ego qui loq̃r iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Iterum interrogauerũt: Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimẽta tua sicut calcantium in torculari? Respõdit: Torcular calcaui solus. Vere solus calcauit, qui solus vulneratus est propter iniquitates nostras. Passio itaque Christi fim-

Cicero.

Chrysost.

Luxuria p quæ remedia sit extinguẽda.

Hieron.

Eccli. 9 Prou. 5

Gregor.

Hieron.

Luxuriã esse laqueum diaboli.

Num. 25

Bruto fi milem effici luxurio sum.

Ioel. 1

Vestimentũ Christi mystice tãgendum quod sit.

Philip. 2

Gene. 37

Esaiæ 63

Esaiæ 53

fimbria est humanitatis eius. Vita em̃ quã hic laboribus duxit plenam, in fine per passionem & mortẽ consummata est. Est quoque Christi passio vltimum nostræ redemptionis precium. Hanc, inquam, tangere te oportet, vt exiccetur in te luxuria. Itaq; meditari Christi passionem, virtutem eius inuocare, amaritudinem eius in cor sumere, est Christi vestimentum tangere. Dicitur autem aliquid tangi corde, & aliquid manu. Vtroq; modo tangas Christi passionem oportet. Tãgis enim corde, dum eius dolores expẽdis & corde meditaris, quam profundi & fœui fuerint dolores, quã larga sanguinis effusio, quã dolorosa pœna, quam amara passio, quam acerba mors. Si hæc te mouent ad luxuriæ displicentiam, corde tetigisti fimbriam vestimenti Christi. Porro, manibus quoque tangis, si in eius passione miram humilitatem, perfectissimam mansuetudinem, incredibilem patientiam aduertẽs, si dum corpus eius adeo laceratum, vt nulla in eo sit sanitas, cõtemplaris, horreas voluptuari carne, horreas oblectari peccatis, delectationibus, concupiscentijsque carnis: Christi mallens imitari humilitatem, eius patientiæ conformari, aliaque sectari virtutum vestigia. Tunc manibus quoque, id est, operibus tetigisti, quæ tamen opera adhuc magis tecum sunt in desiderio, quam in exercitio.

Est contra luxuriam, & alia quæuis grauia peccata, in qua nonnulli recidiuum sæpius patiuntur, hoc remedium, vt tam constanti proposito quis ac si voluisset proponat, vt etiam, si non est nimium instabilis, voto statuat, quotiescunque fornicari passione solita victus consenserit, non ire vel le ad opus, nisi primum ter aut quinquies legerit orationem dominicam. Quod non nulli facientes hoc modo curati sunt. Siquidem consensu ad peccandum iam dato, dum ante voluerunt quinq; orationes dominicas legere pro sui illuminatione, qui mente iam capti, imo passione carnali amentes fuerant, interim passio vehemens adeo in eis mitigata est, vt nollent pro magna re, quin oratio deliberandique mora intercessisset: quo interim factũ est, vt mutato animo id quod tam anxie ante quæsierant, iam nollent. Est aliud remedium curãdi luxuriam, vt quis firmato animo statuat aut voueat, quotiescunque in illud peccatum denuo lapsus fuerit, tãtam velle eleemosynam dare, aut opus pœnitẽtiale, quod carnem affligat, sustinere, vt est ieiunare, vino abstinere ad tempus, in terra aut super asserem quiescere, aut aliud huiusmodi, quod grauiter fert natura, agere. Hæc pœnitentia futura, quam is qui huiusmodi est, scit sibi necessario faciendam, eundem qui alioqui est bonæ, licet infirmæ voluntatis retrahit, ne toties peccans pœnam cogatur pro peccato luere. Retraxit nonnullos, & prorsus tandem liberauit confessio, qui vt dixi Deo pro[illegible]erãt, quoties peccato succumberent, toties velle se per confessionem mox iterum purgare, quod dum ita facerẽt, liberati sunt. Succurrit enim dominus, vbicunque inuenerit volũtatem bonam, eo tempore scilicet, quo extra tentationem validam est constitutus, licet infirmam, vt hanc magis, magisque roboret, iuxta quod viderit in homine bonæ voluntatis studium quod exercet, & quantum recurrit ad flagitandum auxilium à Deo. Confutatur enim vehementer diabolus per confessionem, quippe cuius virtus in confessione semper efficitur minor. Et hoc dictum sit non solum de omni specie & genere luxuriæ, imo de omni quoque mortali peccato. Reperitur tamen inter alias luxuriæ species, maxime in adolescentibus & in fœminis quoque periculosissima illa luxuria, quam quidam sibijpsis, aut etiam alijs eiusdem sexus concitãt. Ideo autem periculosissimam dico, quia in alijs luxurię speciebus vitari potest occasio & consortium: hic vero in mollitie, seu immunditia, qua homo secum operatur malum, euitanda nihil iuuat fuga, imo secretus locus ad huiusmodi abominabilia pctã potius iuuat & solitudo. Qui in eiusmodi culpabiles sunt, intelligunt quæ dico: qui puri sunt, non interrogent quid voluerim dicere. Hoc tamen filij scitote, tantum nõ dicerem (quia tam horrendum est hoc peccatum, vt aer quoq; so lo nomine & vocabulo putandus sit inficiẽdi) nisi scirem non solum pueros & adolescentes, sed etiam adultos ac senes in tanta stoliditate ac crassa ignorãtia inueniri, qui putant hoc non esse peccatum, si tactibus impudicis se polluant. Nec coniugio quoque hoc deest peccatum: quod reuera tantum est, vt maius non fit peccatum peccasse cum matre aut sorore, quam secum, &c. quia hoc genus luxuriæ innaturale est,

Fimbria vestimẽti Christi mystice quæ sit

Passio Chri quõ corde & manu tangenda sit.

Hiere. 14

Remediũ cõtra quæuis grauia peccata.

Remediũ aliud curãdi luxuriã & quæcũq; alia pctã.

Luxuriæ species periculosissima ĩ mollicie.

Molliciei peccatũ q̃ sit graue atq; horrendum.

& contra naturam, ſicut & illud quod exprimit Apoſtolus: Maſculus cum maſculo, & fœmina cum fœmina, turpitudinem operãtes. Legitur ex quibuſdam ſanctis hiſtoriis, quod diabolus ſoleat pro naturali inuidia ſua erga homines incitare ad hoc peccati genus, ſed vbi homines reprobos excitauerit ad opus tam deforme, tam que innaturale, non poſſe illum videre, ſed naturaliter horrere & fugere, quod contra naturam ſit, donec impletum ſit peccatũ. Vide filij qui innocentes eſtis, quid fiat inter impios. Per mortem domini noſtri Ieſu Chriſti igitur obſecro vos, innocentiam veſtram vel ſemper, vel vſq; ad cõiugium ſeruate. Intrauit enim peccatũ hoc molliciei, & indies magis intrat in vniuerſam carnem, adeo vt pauci inueniantur veri aut veræ virgines, coram Deo immaculati. Et vbi peccatum hoc inoleuerit, difficillimum erit illud iterum curari. Filij, ſi qui veſtrum in hoc maculati ſunt peccato, feſtinent ad coniugium, quia ſatius eſt multo vxorem aut maritum habere, coniugaliaque opera licite exercere, quam tam enormiter Deũ offendere, & ſeipſum tam abominabili peccato polluere. Veruntamẽ de his loq filij, verecundia & honeſtatis amor me prohiberẽt, niſi ſcirem vehementer nimis vobis hanc præmonitionem neceſſariam fore. Vultis filij & filiæ immaculati ab hoc alijſq; peccatis carnis manere? Vultis intemeratum pudicitię veſtrę florem, aut ſemper, aut vſque ad coniugium ſeruare? Audite quæſo conſiliũ, & propter Deum parcite, quia ſic res vrget, atque neceſſitas loqui. Si poſſibile eſt filij, dormiãt iuuenes & pueri ſoli, abſque condormientibus. Neſcitis enim & non creditis, quid curioſitas, quidve mala ſocietas, quid denique petulantiſſima carnalitas doceat. Plus dicere nõ audeo. Vbi filij licet vix nouem & decem annorum aut minores condormiunt ancillis, quid doceantur, quia periculum ſciunt ſibi huiuſmodi corruptrices de conceptu non imminere, &c. Nec dormiant maſculi cum alijs maſculis, aut puellæ cum puellis. Quod ſi hoc obſeruari difficillimum ſit, tunc hortor vos puellas & maſculos, hortor vos quoque parentes, vt liberos veſtros inſtruatis, quo nullo patiantur modo vnquam ſe tangi ad loca pudenda ab alijs quacunque vel leuitate, curioſitate, petulantia, dolo, aut etiam afinitate, ſed in ſenſualitate. Iterum igitur dico: Cuſtodite animas veſtras, & rationalem voluntatem veſtram, vt ſi quid etiam in carne mali ſenſeritis, hoc inuiti ſentiatis, hoc eſt, non conſentiatis, ſed velitis libẽter tentatione ac illo vitio carere & liberi eſſe. Dominus noſter Ieſus Chriſtus vos illuminet, vos dirigat, vos cuſtodiat, protegat & ſeruet ab omni pctõ, dirigatque omnes actus veſtros in beneplacito ſuo, qui cũ patre & ſpiritu ſancto eſt benedictus in ſecula, Amen.

Roma. 1

Pudicitiæ quãto zelo cuſtodienda ſit.

Molliciei pctũ quãtum hoc tẽpore inoleuerit.

Cõſilium cõtra hoc aliaq; carnis pcta.

Virginitatẽ ſeruare q̃ ſit glorioſum Ambroſi⁹

Hieron.

Auguſtin.

Voluntas rationalis quõ in tentatione cuſtodienda ſit.

DOMINICA VIGESIMAQVINTA LOCO epiſtolæ lectio legitur Hieremiæ viceſimo tertio.

XXXIIII

ECce dies veniunt, dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabit̃ Iuda, & Iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit domiuns, & non dicent vltra: Viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: ſed, Viuit dominus, qui eduxit & abduxit ſemen domus Iſrael de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc. Et habitabunt in terra ſua, dicit dominus omnipotens.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

AN prorſus abs re videri cuipiam debet, quod in hac vltima dominica (ſi quando viceſima quinta poſt Pentecoſtes octauas dñica euenerit) loco epiſtolæ ex Hieremia lectio ſumitur. Eſt em̃ dominica hæc aduentui vicinior: idcirco memoriam dominici ſeruat aduentus. De quo Hieremias ſanctus ita loquitur: Ecce dies veniunt, dicit dominus. Ac ſi dicat: Certiſſime futurum eſt, quod ſuo tempore implebitur, vt ſuſcitem, hoc eſt, vt concipi & naſci faciam ex Dauid germen iuſtum, ſeu fructum ſanctum. Hoc haud dubium de Chriſto intelligendum eſt, qui ſecundum naturam tunc erat naſciturus humanam ex Maria virgine filius Dauid, quemadmodum de illo angelus quoque Mariæ prænunciauit: Et dabit illi domiuus Deus ſedem Dauid patris eius, &c. Et Paulus: Factus eſt, inquit, ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Vocatur autem Chriſtus germen Dauid iuſtũ, id eſt, fructus, ſeu filius ſanctus. De quo germine Eſaias loquitur, dicens: Et erit in die illa, puta tempore Euangelicæ legis, germen domini in magnificẽtia & gloria, & fructus terræ ſublimis. Et regnabit rex in cordibus credẽtium per fidem, quia illi ſeruient ei. Quamobrem Eccleſia quoque in Euangelio regnum cœlorum vocatur. Et Chriſtum regem Eſaias ſæpenumero prophetat, vt eſt illud: Dominus iudex noſter, dominus legifer noſter, dominus rex noſter, ipſe veniet & ſaluabit nos. Regnabit itaq; rex & ſapiens erit, qui ipſa eſt ſapientia: & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. Si de iudicio diſcuſſionis meritorum & præmiorum intelligantur hæc verba, tunc futurum eſt adhuc iudicium hoc in nouiſſimo die. Si autem intelligatur de iudicio diſcretionis, quo inter bonum & malum, verum ac falſum diſcernitur, tunc iudicium Chriſtus hoc in terra fecit, impios & ſuperbos increpando ac deteſtando, bonos vero laudando. Hoc modo ad fidẽ, & ad ſuam gratiam quoſdam miſericorditer vocauit, quoſdam iuſte dereliquit: Diſcernit igitur inter præſcitos & prædeſtinatos. De hoc iudicio loquebatur Chriſtus, quando dicebat: Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. In diebus illis, primi ſcilicet aduẽtus Chriſti ſaluabitur Iuda per paſſionẽ Chriſti & effuſionem ſanguinis eius. Siquidem,

Luc. 1 Roma. 1

Eſaiæ 4

Matth. 25

Eſaiæ 33

Iudiciũ diſcretionis cuiuſmodi Chriſtus fecerit in terra.

Ioan. 12

Ioan. 12 quum exaltatus, inquit fuero à terra, non ſolum ludam aut Iſraelitas, ſed patres oēs veteris teſtamenti, omneſq; iuſtos, omnes gentes: imo omnia trahã ad meipſum, hoc eſt, à reatu omnium peccatorum, ſi in me crediderint, omnes abſoluam: & quantum ex mea eſt parte, ſi voluerint ipſi, eos ſalua

B bo. Quod enim multi damnantur,

Damnari hominem ex ſua culpa. ex culpa illorum eſt, quia redempti ſunt, & ſi vellent redemptionis ſeſe huius participes facere, ſaluarentur. Itaque omnia tra

Ioan. 10 het ad ſe Chriſtus, & omnes qui ſequi volunt eius tractum. Trahet autem electos omnes efficaciter, quia nemo eos de illius rapiet manu. Ideo ſaluabitur Iuda, id eſt, quiſquis confitetur Dei filium dominum Ieſum Chriſtum ore, corde & dilecti

Lucæ 2 ne: & Iſrael populus Iudæorum habitabit confidenter, in temporali pace, tempore ſcilicet aduentus Chriſti, quod fuit ſub Octauiano Auguſto: aut ſpirituales Iſraelitæ in Chriſtum credentes, habitabunt cõfidenter, propter ſpem felicitatis æternæ ſecuri in Chriſto. Et hoc eſt nomen, quo germen illud iuſtum ex Dauid ſemine natum, electi & in illum credentes vocabunt: Dominus iuſtus noſter. Dominus propter diuinitatem: & noſter, propter aſſumptam humanam naturam noſtram. Propter hoc, id eſt, propter incarnationem Chriſti, & aduentum Meſſiæ, dicit dominus: Ecce dies veniunt, & non dicent poſt hac vltra: Viuit dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti. Olim enim dum grande quid aſtruere vellent, ſic loquebantur ludęi. At poſt illos dies, hoc eſt, poſt incarnationem, paſſionem, reſurrectionem & aſcenſionem Chriſti, veniet in obliuionem memoria huius temporalis eductionis de Aegypto, & maiori beneficio minus obliterabitur, quia tunc non dicetur: Viuit dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: ſed, Viuit dominus qui eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas ejeceram eos illuc. Hoc eſt, Viuit dominus, qui de cunctis locis adduxit ſemen domus Iſrael ad fidem, per quam Chriſto ſpirituali ter adunati ſunt. Quod beneficium redemptionis ſuæ, vocationis ſuæ, adoptionis ſuæ & iuſtificationis ſuæ ab illis tanti æſtimabitur (quod reuera magni eſt æſtimandum) vt in huius comparatione priorum beneficiorum, puta eductionis de Aegypto, liberationiſque de Babylone, non ſit memoria

EXEGESIS EVANGELII
eiuſdem dominicæ XXV. poſt dominicam S. Trinitatis, Ioannis ſexto.

C ANno ſuperiori quã Chriſtus paſſus eſt, quo Herodes decollauerat Ioannẽ propter Herodiadem vxorem, venientefque diſcipuli dicerẽt quæ facta eſſent Ioanni, abijt Ieſus à Iudæa trans mare Galilææ ad locum deſertum, quo eum diſcipuli tũc ſunt ſecuti, turbæq; multæ. Subijt igitur in montem Ieſus, non ob aliud quam quia locus ille tam contemplationi, quam prædicatiõi idoneus erat. Cumq; ibi eſſet, ſubdit Euangeliſta Ioannes ea verba, quæ hodierno leguntur pro Euangelio:

Matth. 14 Marc. 6

Quum ſubleuaſſet oculos Ieſus, & vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eum.

Oculorũ continentia in Chriſto quãta:

Videte pudicitiam domini Ieſu, videte continentiam oculorum, videte denique morum Ieſu honeſtatẽ. Non em̃ erecta cervice, nec oculis incedebat vagis dominus Ieſus, ſed vultu verecundo & humili: non quod ſibi, ſed nobis timebat, ſi oculis vagis colligeremus, vnde tentaremur. Exemplum igitur continentiæ in ſeipſo præbuit nobis. Itaque ſubleuaſſe oculos dicitur, quia illos ante continuerat, nec ocioſe leuabat, ſed animo & voluntate miſerendi. Ter quaterve legitur dominus leuaſſe aut potius ſubleuaſſe oculos, non quod ſæpius non leuauerit, ſed quod ſacra hiſtoria Euangelica quadruplicem referat occaſionem, qua oculos Chriſtus ſubleuauerit. Primo em̃ oculos leuaſſe refertur in diſcipulos, ſermonem in mõte de octo beatitudinibus facturus. Ibi enim ſcribit Lucas, q̃d eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dixerit Ieſus: Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei. Hic erat reſpectus charitatis & zeli, quo certe docuit nos in eos, q̃s inſtruere debemus, ſollicite oportere reſpicere, quo nihil eorũ quæ ad ſalutem eis neceſſaria ſunt, taceamus, nihilque negligamus,

Oculorũ Chriſti quadruplex ſubleuatio, quid nos doceat.

Matth. 5

Lucæ 6

mus. Docturus enim beatitudinem, Euangelicamq; perfectionem, leuauit oculos in diſcipulos ſuos pro ſerio zelo, intentione que vehementi docendi perfectionem. Ita

Prædicandũ quãto ſtrictè ferore nos tanto congruit feruore prædicare, vt intuendo ſimul ac loquendo verbis ac nutibus aliorum prouocemus attentionem, aliorumque animos excitemus. Quicquid enim in ſeipſo non arſerit, aliud non accẽdet. Niſi ergo in nobis flagret primum charitas, ex nobis eadem ardens non poteſt tranſire in alios. Secundo, leuauit

D hic oculos in turbam eſurientem, qui fuit reſpectus compaſſionis & miſericordiæ, q̃ ſimul nos docuit benigne reſpicere in pauperes. Qui enim videt ſe pauperiorem, ægrotum, aut calamitoſum, interroget ſe, quamobrem ſe prætermiſſo triſtitia hęc illi miſero acciderit? Quare illi potius, quã ſibi Deus calamitates has dederit? Videt illum triſtem & lugentem, ſe videt ſanum, lætum & alacrem, illum pauperem & ægrotum, ſe viuentem & abundãtem: poſtremo, illum innocentem, ſe rerũ, iniquum, ingratum & noxium. Nunqd non iure mirabitur & pauebit? Itaque fili, cum conſpexeris inopes & afflictos, dic tibijpſi: Quid feci ego, aut qs ſum, aut vnde hoc merui, vt ſimilis me non apprehenderit inopia, ſimilis non compreſſerit calamitas quæ premit illum? Si filius es principis, ſi magnatum vnus aut optimatum filius, interroga te: Vnde hoc mihi, vt claro de ſanguine ego, quod potentibus & honoratis, quod diuitibus denique parentibus natus ſum? quod non opilionis ſum natus filius: Nullã profecto in te cauſam inuenies, de qua exultes, ſed de qua timeas. Vide igitur ne extollaris, qa à Deo hæc recepiſti. Sed magis propterea humiliare & time (quod iure ac merito tibi formidandũ eſt) ne receperis bona in vita tua, poſtea deuoluendus in æterna mala. Nõ ſine cauſa eſt, ſi ſuperbo tibi, ſi tibi luxurioſo hic adeo parcit. Dic igit tibijpſi: Ne forte peccata mea adeo grandia ſint, aut adeo ſim indignus ego, qui in hac non merear vita cũ electis Dei torqueri, ſed hic cõſolari, & perpetuo poſt hãc vitam cruciari. Hæc, inquã, coram Deo, & ad ipſum mente conuerſus tracta (non tecum ſolus ne generetur in te diffidentia) Sed ante Deum hæc flens expende, illi hoc conquerere: & ſenties, quia tui humiliationem conſolabitur. Ne-

Eccli. 9 Actor. 14

Lucæ 15

mo igitur ſe extollat, ſed inde potius humilietur, quod præ alijs hominibus abundet diuitijs, aut ſingularibus Dei donis, puta robore, venuſtate, honore, fauore & gratia. Neſcit enim homo placẽt ne in his Deo nec ne, certus quod omnes Dei amici per multas tribulationes tranſierunt fideles. Ideo hæc caduca temporaliaque abundanter habere, non eſt ſalutis aut felicitatis indicium, ſed potius timoris maxima iuſtiſſimaque eſſe debet occaſio metuentis, ne ideo ſibi hæc eueniant (vt dixi) propterea quod ęternis cœleſtibuſq; non ſit dignus.

Matth. 5

Manifeſtum eſt quod dominus dicit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Hoc non diuitibus dictum eſt, quamuis & diuites non ſint excluſi, cum nõ dixerit paupibus, ſed paupibus ſpũ: q̃ colligi etiã poſſunt rebus diuites, ſpũ pauperes. Veruntñ vt rariſſimus duitum quiſq; eſt ſpiritu pauper, ita rariſſimorum etiam diuitum eſt regnum cœlorum. Tertio, leuaſſe oculos inuenitur, quando voluit miracula facere, vt de Lazaro reſuſcitando legitur, & non raro idipſum creditur, egiſſe facturus miracula,

Ioan. 11 quo admonere nos voluit opera bona facturos, vt auxiliũ petamus à domino Deo ſalutari noſtro: admonemur in illum ſolum ſperare, illi ſoli confidere, illi bona noſtra omnia ſoli aſſcribere, credere cum Paulo, quod non ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, 2. Cor. 3 ſed Deum in nobis operari & velle perficere. Quarto, Eccleſia credit dñm Ieſum inſtituturum ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, eleuatis oculis reſpexiſſe in cœlum. Sic enim Canon habet: Et eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens. Quo inſinuatur, quo amore, quo deſiderio & ardentiſſima ſiti feruere debeamus ad Deum, & ad cœleſtia, hoc ſacramentũ ſuſcepturi. Quinto, leuauit oculos dũ voluit orare. Siqdem dulciſſimum ſuauiſſimumq; illum ſermonem, quem poſt cœnam coram diſcipulis habuit, legitur orando terminaſſe. Nam, vt Ioannes ſcribit,

Ioan. 17 poſt longam exhortationem tandem dominus Ieſus ſubleuatis oculis, dixit: Pater, clarifica filium tuum, &c. Admonemur au

Oculi aīæ ad Deũ leuandi qui in oratiõe Matt. 6 tẽ ibi oculos animæ interiores in oratione ad Deum leuare. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Vbi diligis, illuc li-

benter reſpicis. Quod in precio habes, ob
Pſal.122 ſeruas, quomodo ſcriptum eſt: Sicut oculi
ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi
noſtri ad Deum noſtr̃m, donec miſereat̃ no
ſtri. Eã ob rẽ q̃ puros & intentos ſibi redde
Matt.6 ret nos in oratione, hortatus eſt nos ingre
di cubiculũ, & clauſo oſtio ſenſuũ & affe-
ctionum externarum, orare patrem in ab-
ſcondito, quo curæ cogitationumque di
ſtrahentium tumultus, ſollicitudines, in-
clinationumque malarum ſtrepitus ex-
cludantur, & Deus adorandus ſolus ſit in
corde tuo.

Dicit ad Philippum: Vnde ememus
panes, vt manducent hi: Hoc autem di
cebat tentans eum. Ipſe enim ſciebat
quid eſſet facturus.

Oſtendit dominus Ieſus paupertatẽ ſu-
paupertas Chriſti quanta am, ac ſi diceret: Nobis non eſt pecunia, tur
ba ieiunijs eſt fatigata, illam refici oportet.
Vnde ememus panes Philippe, vt mandu
cent hi? Quid præbes conſilij? Poterat cer-
te dominus Ieſus imo volebat turbã hanc
ſine pecunijs quibus emerentur panes &
eſcæ, paſcere, tamen ita interrogauit, vt ex
hac interrogatione, nobis manifeſtaretur
Ieſu pauptas quanta eſſet, manifeſtaret̃ de
nique q̃d panum hic erat defectus, & qa de
ſertus erat locus, & humano modo ſuccur
rendi impoſſibilitas. Dicit itaque: Vnde e-
mus panes, vt manducent hi: Vere pijſ-
ſimam erga nos ſuam ſollicitudinem oſtẽ
dit, quam pro nobis habet, qui ad ſe per-
Pſal.54 inde ac ad patrem nos omnia vult noſtra
commendare. Propterea quoq; dicit Pſal
miſta: Iacta cogitatum tuum in domino,
& ipſe te enutriet. Non ita iactes, vt labora
re, conari, operarique tuam ſalutem nolis,
aut vt dormiens ſtertas, ocioque vaces: ſed
ita iacta, vt nihilominus interim tu quoq;
opereris. Nam ſi operaris tuam ſalutem, no
xia vitans, & animæ ſalutaria, corpori ve-
ro neceſſaria quærens, ipſe te enutriet, ipſe
te paſcet, qui te fecit. Quicq̃d tu non pores
hoc ipſe poteſt ſupplere: modo vt illũ præ
oculis habeas, & præ omnibus quæras.

Reſpondit ei Philippus: Ducentorũ
denarioꝝ panes nõ ſufficiunt eis, vt vnuſ-
quiſq; modicũ q̃d accipiat. Dicit ei
vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater
Simonis Petri: Eſt puer vnus hic q̃ ha-
bet q̃nq; panes hordeaceos & duos pi-
ſces, ſed hæc quid ſunt inter tantos?

Omnia hæc colloquia Chriſtus excl
tabat, miraculum poteſtate aliqua aut ſub
uentione humana credatur factũ, ſed vir-
tute diuina. Intelligatur neceſſitas edendi
& eſurientium fames, turbæ multitudo, de
fectus panis (in tãta enim multitudine pa
nes tantum quinq; inueniebantur, & duo
piſces) pecuniarum quoque apud Chriſtũ
penuria: quæ ſi etiam non fuiſſet, non erat
tamen comparandi emendiq; locus. Hæc
omnia vt fierent manifeſta, interrogando
Chriſtus voluit reuelari, antequã; faceret
miraculum. Neq; enim vt miraculum fuiſ
ſet habitũ, niſi fuiſſet diligentia magna in
ueſtigatum inuentumque, quod præter
quinque non fuiſſent alij panes in turba.
Vterque vero Apoſtolus humana tantum
proſpiciens cogitabat ac loquebat̃ via, ſcili
cet naturali non poſſe turbæ ſubueniri.
Atq; ideo non verbis, ſed opere eos voluit
erudire Chriſtus, & ne humanam in ſe dũ
taxat virtutem, ſed multo magis virtutem
attenderent diuinam.

Dixit ergo Ieſus: Facite homines di-
ſcumbere. Erat aũt fœnum multũ in lo
co. Diſcubuerunt igitur viri numero
quaſi quinque milia.

Obedien tia ſim plex apo ſtolorũ & turbæ

Videtis qua reuerentia obediebant apo
ſtoli Chriſto, qua etiam obedientia acqui-
eſcunt turbæ. Nemo interrogat cur diſcũ
bere iuberetur, quamuis ſcirent panes de-
eſſe. Nemo leuitate vſus, dixit: Quid diſcũ
bendum eſt cum deſit ad edendum panis?
cũ nihil ſuperſit quod manducetur? Vna
omnibus fuit cura, Chriſto obedire. Itaq;
qui diſcubituri ſedebant populi, apoſtoli
quoq; ſimplicitate vſi, in Chriſti verbis ni-
hil diſcutiunt ſed Chriſti opera veneranť,
atq; quid nunc agere velit, expectant. In-
terrogauit enim primum, an ſubſidium a-
deſſet humanum: quod cũ non adeſſe com
pertum eſt, vſus eſt miraculo. Exigebat
hoc non ſolum neceſſitas eſurientium, ſed
& ſequentium turbarum deuotio. Siquidẽ
adeo ſpiritualem eſuriebant cibum, verbũ
Dei, vt cibi corporalis hactenus fuerint ob
liti: & reficiendo mentes conſolarentur de
inedia temporali.

Accepit ergo Ieſus panes: & cum
gratias egiſſet, diſtribuit diſcumben
tibus. Similiter & ex piſcibus quantum
volebant.

Vide-

Videtis hic quãtum conuiuium fuerit
Chriſti: quinq; milia virorũ ſuæ appoſuit
menſæ, præter alios. Quot enim ibi aderãt
mulieres, ſexus deuotior? quot paruuli? Ve
Pſal.144 rum oculi omnium in te ſperant domine,
& tu das illis eſcam in tempore oportuno.
Vide præterea, quas hoc cõuiuium habue
G rit conditiones, vt imiteris. Prima
eius fuit conditio quia neceſſaria rationa-
Conuiuij Chriſti cõditiões i- mirabiles quæ ſint. biliſque erat cauſa quare fieret, puta eſu-
ries turbæ, & inopia, quia nihil inuenie-
batur edendum. Si huiuſmodi conuiuas
tu in domum tuam introduxeris, qui nõ
habent, aut vix habent aliud quod come-
dant, benefacis. Hoc enim conuiuium eſt
Luc.14 quod Chriſtus ſuadet, de non vocandis
amicis & diuitibus, q̃ habent vnde retribu
ant: ſed vocandos hortatur inopes, cæcos
& claudos, qui non habent quod retribu
ant: quandoquidem pro illis retributione
iuſtorum, ne abſque premio te putes ma-
nere, tametſi hic in illis tibi fortaſſe videat
opera perdita. Nolo tamen putes quod o-
mnia alia conuiuia damnem, ſed quod di-
ſcrimen eſſe dicam magnum inter conui-
uium quod propter Deum inſtruitur, &
quod pro honeſtate & cultu fit amicorũ.
Pro conuiuio quod facis ex miſericordia
& compaſſione, recipies mercedem à do-
mino: quia retribuetur tibi in reſurrectio-
ne iuſtorum. Porro, pro conuiuio quod
pro amicis inſtruis, ab hominibus recipi-
es etiam mercedem, puta gratiam, benefi-
cia, obſequia, fauorem & huiuſmodi hu-
mana ac peritura. Secunda cõditio huius
conuiuij, eſt quod Chriſtus gratias pro il-
lo egit Deo. Quo intelligitur Dei laus pro
collatis beneficijs deuote à nobis agenda.
Hic quoq; confirmat̃ religioſa cõſuetudo
piorũ hominum, qui ante cibũ ſumendũ,
& poſt ſumptum cibũ orant, gratiaſq; a-
randum quid ſit an te cibũ & id poſt 1.Tim.4 gunt Deo. Nam ante cibum orãt, vt creatu
ra Dei à nobis ſumenda ſanctificetur in ver
bo, iuxta ſententiam Apoſtoli: conducat-
que nobis in ſalutem tam animę q̃ corpo-
ris: poſt cibũ p ſuſcepto beneficio gratias
agunt Deo. Ab hac conſuetudine helluo-
nes, epulones, & quidem qui nobiles vo-
cantur, impij ac leues homines diſſident, q̃
neq; Deũ, neq; pietatem curant: imo nec
ante prandium orant, nec poſtea Deo gra-
arentum lerũmos udabilis tias agunt. Parentũ religioſor̃ Deumque
timentium hic mos eſt (vtinam eſſet omni
um) prolibus ne morſum quidem panis
dare, niſi primum totieſq; orauerint, quo-
ties aliquid à matre ſunt accepturi. Ter-
tia conditio, eſt indigentia iuſta. Hæc con-
ditio ſupra in prima cõditione inſerta eſt,
longo tamen ab ea differt. Nam illa eſt vt p
pter Deum fiat hoc conuiuium: hæc vero
exigit vt his exhibeatur, vbi vrget neceſſi-
tas. Hic conſiderandum quoq; eſt, ſi con-
ſãguineos habeas egenos, illos iuſte & pie
etiam præ alijs inuitas aut paſcis: non quia
tui conſanguinei ſunt, ſed quia pauperes, q̃
bus vel ex natura plus cæteris debes, ſunt.

Quarta conditio eſt, temperãtia. Vis ſci-
re huius conuiuij appoſita delicata precio
ſaque fercula? Panis hordeaceus & piſcis
totum eſt, quod his appoſitum & quod
auctum eſt. Et tu paruis impenſis pauper-
rum potes alere claſſes, quibus vnam men
ſam diuitum reficere non potes. Fac igi- Lucæ 19
tur tibi amicos de mammona iniquitatis,
quia, vt dixi, modicis impenſis multos re-
ficies, nec grauaberis ſi conuiuiorum tibi
aliorum interdixeris ſumptus. Cæterum,
gaudeant hic Chriſto conformari paupe- Apoc.19
res, quia optimus hic eſt panis hordeace-
us, quem Chriſtus rex regum & dominus
dominantium manducat. Quinta cõdi-
tio ibi fuit ſignificatio magna, nã cõuiuiũ,
hoc ſub dio fuit celebratũ, & ſuper fœnũ.
Sedere in terra ſub dio, eſt corpore in ter-
ra quieſcere, animo autem leuare ad Deũ, ſi-
cut Apoſtolus dicit: Noſtra autem conuer- Phil.3
ſatio in cœlis eſt. Tu qui mercator es cor-
pore quidem in emporio Francfordẽſi mo
raris, animo autem es domi cum vxore &
liberis. Pari modo, ſi corpore tu in menſa
recrearis, animus tamen tuus non ſepara-
tus, ſed coniunctus maneat Deo. Deinde
ſedere ſuper fœnum, eſt dominari ſuppri-
mereq; ſenſualitatem, quæ in fœno ſignifi
catur. Omnis enim caro fœnum. Nam ſi
ſenſualitas in te dominat̃ rationi, nõ tu ſu- Eſaiæ 40
per fœnum ſedes, ſed fœnum iacet ſuper
caput tuum.

Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipu
lis ſuis: Colligite quæ ſupauerunt frag
mẽta, ne pereãt. Collegerũt ergo, & im
pleuerũt duodecim cophinos fragmen
torum, ex quinq; panibus hordeaceis
& duobus piſcibus, quę ſuperfuerunt
his, qui manducauerant.

Sexta hic huius conuiuij cõditio de H
ſcribitur, quæ eſt ſufficiẽtia plena. Narran
tur enim

tur enim impleti ſeu ſaturati, vt nullum amodo quærerent cibum. Non enim ferculorum eos multitudo, nec varietas epularũ nec apparatus eos ſatiauit, ſed parſimonia ſancta, ſobrietas & bona voluntas: quãuis dubium non eſt hoc Chriſti conuiuium ſaporem dediſſe mellitiſſimum atque ſuauiſſimum mamducabantibus. Septima cõditio, eſt prouidentia: nam fragmenta iuſſit Chriſtus colligi, ne maneat quod pereat, aut non veniat in pauperum conſolationem. Quod ſupereſt, inquit, date eleemoſynam, & omnia munda erunt vobis. Dẽt alij hiſtrionibus, alij muſicis, alij canibus ciborum reliquias: tu vtens Chriſti conſilio, da pauperibus, vt theſaurum habeas in cœlo. Luc. 11

Illi autem homines cum vidiſſent, quod fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum.

Nondum plene erant illuminatę turbę, quia nihil de Chriſto ſupra hominẽ ſapiebant. Nihil de diuinitate eius intelligunt, prophetam exiſtimant eum ſcilicet, quem Moſes venturum p̃dicens, ait: Prophetam de fratribus tuis ſuſcitabit tibi Deus, &c. Prophetam nominat venturum Meſſiam ſeu Chriſtum. Hunc enim eſſe cogitabant turbæ, tametſi quod filius quoque eſſet Dei ignorarent. Vos chariſſimi filij, viuite & percipite Dei dona in ſobrietate, cum humilitate & gratiarũ actione, ex his quæ vobis dominus dedit. Et ſi quem ad vos miſerit, quia fortaſſe domi non habet quod comedat, participem illum facite bonorum veſtrorum. Quid dico bonorũ veſtrorum? Bonorum Dei. Non enim dedit vobis, vt ſint veſtra hæc temporalia, ſed tãtum vſum vobis eorum & diſpenſationem commiſit. Nec ad vſum duntaxat veſtrum putetis vobis commendata bona temporalia, ſed in vſum etiam aliorum, ea maxime quę ſuperſunt, aut ſupereſſe poſſunt vobis. Adeo enim liberalis eſt Deus, vt cũ vobis dederit quod adminiſtretis egenis, nihilominus quaſi vos de veſtris rebus erogaſſetis aliqua in pauperes, imputabit vobis dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen. Deut. 18

SERMO IN EADEM DOminica. De ſpeciebus gulæ.

NOnde ememus panes vt manducent hi? Ioannis VI. Quam benignam, quam paternam ſollicitudinem pro nobis habeat Deus, hinc liquet, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius etiam hic in terris conſtitutus, ſollicitudinem geſſerit turbæ vndecunque collectæ, ne illis deſit q̃d pertinebat ad corporis neceſſitatem: quaſi enim omnes genuiſſet ſic amabat. Et quid dico, quaſi omnes genuiſſet ſic amabat? Nonne ipſe eſt qui fecit nos? Nonne populus eius & oues ſumus paſcuæ eius, & opera manuum eius? Dicit ergo ad Philippum dominus: Vnde ememus panes vt manducent? Vide mirabilem domini diſpenſationem. Quis creauit cœlum & terram? Quis dat ſolem & pluuiam & fœcunditatem terræ? Quis nobis dat fruges, quis iſtos tandem nobis coquit in panes? Nonne dominus Deus noſter? Hic cum tãtus eſſet, non tamen dedignatus eſt ad nos in miſerias venire noſtras. Venit huc ad nos tãtus dominus & potẽs, venit propter nos quoq; ſuſtinuit famẽ, paſſus eſt inediam. Et quid iniuriarum, contumeliarũ, pœnarumque nõ ſuſtinuit? Egenus hic vixit. Nõ habuit agrũ hic aut domũ, cuius ſunt omnia, & à quo dantur omnia. Nõ habuit fruges, non villam, nec aliquid proprium. Hoſpes & incola atque tanquam aduena hic fuit in mundo. Quid dicã? Emit panes à mortalibus, qui mortales cunctos, q̃ cœli volucres, qui beſtias agri, qui denique mundum paſcit vniuerſum. Hic igit̃ cũ ſit tantus, pro mortalibus eſt ſollicitus, dicens: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Pauit, vt hodie legimus, quinque milia hominum, qui quotidie mundum paſcit vniuerſum, qui dat iumentis eſcam ipſorũ & pullis coruorum inuocantibus eum. Paſcit nos hic corporali cibo, qui paſcet nos cœleſti conuiuio in æternitate: faciet enim tunc ſeruos ſuos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Ipſe quoque erit nobis cibus, quia hæc eſt vita æterna, inquit, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Qui ergo ad illud cœleſte cõuiuiũ appetit venire, ea q̃ Chriſtus hic in ſe monſtrauit, ea q̃ docuit, debet imitari. Debet, inq̃, huius ſe Euangelij documentis cõformare. Primo nanque ſeculũ hoc eſt, ſeculi amorem & implicationem neceſſe eſt eũ relinquere. Per amorẽ ſeculũ hoc Pſalm. 99 Pſal. 94 Pſal. 144 Luc. 11 Ioan. 17 Conuiuij cœleſtis q̃ modo q̃ particeps fiat Seculum quo paſci

hoc ingreſſi ſumus, amore in ſeculo retinemur, hunc amorem mortificando ſeculũ egredimur. Oportet igitur te renunciare vanitatibus mundi, oportet audire Dei verbũ, quod Chriſtiane orthodoxeque prædicetur, & quo inſtruaris ad itinera cœleſtis viæ. Quod nobis ſignificatur in verbis hoc Euangelium præcedentibus, quibus Chriſtus abijſſe narratur per mare Galilææ. Secundo itaque neceſſarium eſt, vt tribulationes, amaritudines, tẽpeſtatesque huius vitæ intrepidus ptranſeas, q̃d eſt mare Galilææ tranſire. Omnes em̃ q̃ pie volunt viuere in Chriſto, perſecutiõem patientur: ſignumq; certiſſimum electionis eſt diuinæ, hic bona agere & mala pati. vnicuiq; reliquendum ſit 2. Tim. 3

K Tertio, tuam te abducare voluntatem, & Chriſti eruditionẽ ſeq, neceſſe eſt. Neq; em̃ quãdiu in ꝓpria viuis volũtate, iuxta fideria carnis, potes placere Deo. Si igit̃ tu nõ places Deo, nihil potes operari q̃d Deo placeat. Non em̃ opera placent Deo, ſi operans diſplicet. Propria eſt voluntas, quæ tibi cum Deo non eſt cõmunis. Verbi gratia: Tu gloriam hominum quæris, qa hãc diligis. Itaq; cum Deus te eſſe velit humilem, tu vis eſſe ſuperbus. Diſcordat voluntas tua, quæ tibi propria eſt, à Dei voluntate. Nam ſi tu ipſe quoque velis eſſe humilis & contemptor glorię, iam concordas deo, nec propriam, ſed communẽ cum Deo habes voluntatem. Hoc modo circa alia omnia quoq; eſt ſentiẽdũ. Quarto, quia ex compaſſione eſurientis turbę Chriſtus ſollicitus ſuo modo fuit, hoc eſt, ſollicitum ſe oſtendit: ita compati, & alienam miſeriã, perinde ac propriam ſentire te conuenit, illique quomodo ſubuenias ſollicitum eſſe. Habent enim opera miſericordiæ præalijs felicẽ pmiſſionem à Deo. Quinto, qa non ſolũ ex miſericordia, ſed etiã ex virtute ſeu ex poteſtate miſeris ſubuenit. Nã pauit eſurientes tã potenter quam miſericorditer, vt nos quoq; ea quę proximis noſtris impendere poſſumus ad eoꝝ neceſſitatẽ, impigri ſimus. Itaq; quia Philippus aliud non ſciuit conſilium, neque Andreas, quam turbam eſſe adeo grandem, vt modica pecunia non ſufficeret. Apud Chriſtũ vero & Apoſtolos haudquaquã tantam fuit pecuniarum, quibus turbæ etiamſi adeſſent panes poſſint comparari. Philippus nanque ducentos non ſufficere dicebat denarios, vt vel quid modicum quis percipe Matt. 11 Volũtas ꝓpria quæ dicatur

ret, quaſi diceret: etiam ſi ducentos haberemus denarios, quod longe eſt à nobis, non tamen inde tot emi poſſent panes, vt vel modicum quiſque de turba hæc guſtãdo refocillaretur. Andreas vero prorſus deſperatiue loquitur de quinq; panibus, qui nihilo inter tot homines conferrent. Cæterum, Chriſtus non conſilium quærebat, ſed nobis rerum conditiones, quo miraculum agnoſceretur manifeſtabat. Iuſſit ergo homines diſcumbere: deinde quinq; accepit panes hordeaceos, fecitq; eos diſtribui, & frangendo, diſtribuendo, edendoq; multiplicari. Comederunt itaq; & ſaturati ſunt. Et quo ſaturati crederentur, ſupfuerunt duodecim cophini fragmentoꝝ ſiue reliquiarũ. Hoc eſt ſolẽne conuiuium, quo Chriſtus ſuos pauit cõuiuas. Appoſuit eis panes hordeaceos & piſces. Huiuſmodi refectio quoque naturæ & fami ſufficiebat. Noluit ſeruire Chriſtus gulæ, ſed neceſſitati, quamuis credendi ſint tã panes quam piſces ſupra modũ guſtui fuiſſe humano propter miraculum ſuaues. Quoniã autem multiformiter in edendo bibendoque peccatur (quãuis nunc de ebrietate hic nihil dicendum ſit) quantũ gulæ peccatũ attinet, non abs re putandum eſt, ſpecies ſeu cõditiones ſex, quibus gula peccatur, recenſere. Itaque prima ſpecies gulę eſt, ante tẽpus ordinatum aut nimis mane comedere. In dominicis diebus & diebus feriatis tempus legitimum eſt, non ſumere cibum abſque neceſſitatis aut infirmitatis cauſa, niſi auditum fuerit diuinum officiũ. At vero ieiuniorum tempore vſque ad nonam, qua dominus in cruce expirauit, q̃ fuit hora tertia poſt meridiem, iuſtum foret ieiunare. In meridie enim ad crucem fuit affixus, quæ vocabatur tunc ſexta hora (q̃d hymnus quoque qui ad ſextam cantatur indicat) qui tribus horis vſque ad nonam ibi pendens, eadẽ hora, quæ modo in Germania nobiſcum vocatur hora tertia poſt prandium ſeu pod meridiem tradidit ſpiritũ. Si enim iuxta horarum diſtinctionẽ ex Euãgelio de operarijs conductis in vineã dies partita fuerit, hora vndecima vſq; ad duodecimam, vltima erit hora diei, qua dies operandique tempus finitur, vt parabola illa Euangelica habet, vbi dicitur: Cum ſero factum eſſet, dixit pater familias procuratori vineæ: Voca operarios, & redde illis mercedẽ, & cætera. De nouiſſimis vero qui

L Gulę ſpecies ſex quę ſint.

Ioan. 19 Ieiuniorũ tempore q̃ta hora cibũ ſumere liceat. Matt. 20 Ibidem

qui hora vndecima venerant, dicitur in fine diei: Hi nouiſſimi vna hora opus fecerunt: ergo cum non ſit ab vndecima vſq; ad duodecimã niſi vna hora, ſequitur horam duodecimam apud Iudæos finem fuiſſe diei. Si autem duodecima hora finit vltima hora diei, erga ſexta erit meridies.

Ioan.11 Nam Chriſto dicente. Nonne duodecim ſunt horæ diei, clarum eſt Iudæis hunc morem tunc horas diſtinguendi fuiſſe. Itaque ſexta hora apud illos meridies eſt, qua dominus eſt crucifixus. Hora vero quæ nobis Alemanis eſt hora tertia poſt meridiẽ, vocabatur à Iudæis hora nona, qua Chriſtus tradidit ſpiritum. Ad illam itaque horam deberemus ieiunare. At quia quotidie homines efficiuntur infirmiores, cõſuetudo Eccleſiæ habet, vt horam nonam anticipet ponatq; in meridiem, tuncq; tẽpore ieiuniorum comedat. Inde multos contingit errare, putantes meridiem Iudæis fuiſſe nonam, propterea ꝙd tunc nona anticipata cantatur, exiſtimantesque tunc dominum mortuum, quando fuit crucifixus: quia reuera hora ſexta (vt dixi) erat meridies, quo dominus eſt crucifixus: & quę nobis eſt hora tertia poſt meridiem, erat illis nona qua Chriſtus tradidit ſpiritũ: & hora duodecima finiebat dies. Apud Iudæos nanq; non omni tempore æquales erant horæ, ſed nunc longiores, nunc breuiores iuxta diem naturalem, vel longiorem vel breuiorem in æſtate aut hyeme. Hæc obiter dico ꝓpterea ꝙd cœperã dicere diebus eſſe ieiuniorum prandium differendum ad horã nonã, quam tñ hodie per anticipationem cantamus circa meridiẽ, quæ potius & reuera eſt hora ſexta, ita tñ ſatisfacimus conſuetudini & intentiõi Eccleſiæ, quæ videtur hoc approbare. In quadragefima vero vltra nonam nobis ieiunã dũ foret (ſicut Canõ exprimit de Conſ. d. V. ca. Quadragefima) vſque ad veſperas.

In quadragefima qñ comedẽdum eſt ſer.

M Veruntamen pari modo veſperas hodie anticipamus: nam circa meridiem per ſolutis nonis & miſſa, eaſdem abſoluimus vt aliquo modo ad veſperas cantatas, non ad tempus veſperarum ieiunaſſe videamur. Qui infirmi ſunt, qui debiles ſunt, & valetudinarij, qui pueri ſunt & infra ætatem, qui etiam ſenes ſunt, & ſupra ætatem, qui denicq; pro mercede operant, panemq; ſuum lucrantur manibus. Item ꝓgnantes, lactantes, pauperes, qui fixum certumque

Ieiunare q non obligentur.

non habent prandium, & huiuſmodi non vrgentur ad ieiunandum, niſi quãtum volunt & poſſunt. Et ideo cum multiplex ſit homini excuſatio ieiunãdi, nemo aliũ iudicet, nemo cõdemnet, nemo ſcandalizet faciliter, qa alterius cor, alterius neceſſitates & onera excuſantia aut infirmitates poteſt videre nemo. Quare dũ comedentẽ die ieiunij qs viderit, cogitare debet illũ, & vnũ quenq; eſſe ſuæ ſalutis memorẽ, nec aliter illũ quam Deo poſſit reſpondere facientẽ.

Veruntamen ad gulam nihilominus ꝑtinet (niſi aliqua rationabilis ſubſit cauſa) mane antequam orationes præceſſerint antequam diuina ſint audita, feſtinare ad cibum: eos præſertim qui ocio vacant, vt ſi quis veluti ex lecto veniens, mox velit comedere. Pertinet item ad hanc ſpeciem feſtinare ad cibum, anteq̃ qs orauerit Deũ aut antequam cibum benedixerit, vt his ſę penumero contingit, qui tam indomitum effrenemque habent appetitum, cui domi nari non curant. Adeo enim mane feſtinare ad cibum, niſi infirmitas ægritudoque ad hoc cogat, turpe ac abſurdum eſt. Ad quod non vera fames, nec naturæ neceſſitas, ſed vitioſa inueteratag cõſuetudo, cui repugnare neceſſe eſt, incitat. Secunda ſpe Lucæ 16 cies gulę eſt, lauta delicataque quærere. Sic refertur de Epulone diuite, ꝙd epulabat ꝙtidie ſplendide, non neceſſitatis gratia, ſed voluptatis: quia peccatũ non eſt in cibo, nec peccat q ꝑcioſa & delicata comedit, ſi intentio ſit caſta: ſed qui delectationem in huiuſmodi quærit, aut propter delectationem ſumit, vt ſolent facere, qui communia ſpernunt, ſi cibum præcioſiorem ac voluptuoſiorem expectent, tam curioſe inter cibum & cibum, non neceſſitatis, infirmitatis, aut etiam ſanitatis, ſed voluptatis gratia diſcernẽtes. Delicata autem & ſumptuoſa quærere, magis eſt reprehenſibile in pauperibus quam diuitibus, quia manifeſtiorem indicat gulæ concupiſcentiã, cui nihilominus quamuis pauperes ſint, ſatis facere volunt cum rei familiaris iactura. Hoc genere gulæ deliquerunt Iſraelitæ, qui faſtidientes manna, petierunt carnes, qbus guloſo ſatisfacerẽt appetitui. Mater ſancti Bernardi, mulier nobilis, craſſo ruſtico que alere ſolebat ſuas ples cibo, eas quaſi ad eremũ ꝑparatura. Delicata ꝑmittunt infirmis, ꝙ naturæ in neceſſarijs non poſſent ſufficere, ſi ea tñ, quæ inuiti ſumũt aut

Sumptuoſa & delicata comedere qñq; buſq; vitioſum ſit

Num. 11

N Delicata q buſdã permittantur comedere

aut horrent, admitterent. Cum diuitibus & delicate educatis, cibis quoq; delicatioribus à puero aſſuetis, & cum his qui tenerioris ſunt complexionis, diſſimulatur, vt comedant delicatiora, modo intentio ſit caſta, vt quærant refectionem, non delectationis excitationẽ. Auguſtinus in regula ſua etiam monachis, ſi viliora faſtidiant, vtpote non aſſueti olim in ſeculo aut cum parentibus, ꝑmittit melioribus refici, eosque vult ꝓpterea eſſe humiliores alijs, q vilibus reficiuntur, quos æſtimat feliciores.

Auguſtin.

Magnatibꝫ q cibig mittantur

Magnatibus quoq; ꝓpter ſtatum cibi põcioſiores admittuntur. Non quod illi gula nõ poſſint peccare, imo peccant & ipſi nõ raro neq; leuiter gula, etiã in vilioribus cibis. Non enim dicit cibus vilis, q vehemẽter delectat. Vno itaq; verbo rei ſummam dicam: Quærere delicatiora propter voluptatem tantum & gulæ, quæ inordinatum habet appetitum, edendiq; libidinẽ & viliora propterea aſpernari, non licet.

Cibum nimis delicatẽ ꝑparare qñ peccatum ſit.

Tertia ſpecies eſt nimis ſtudioſe cibũ, vt bene ſuauiterq; guſtum afficiat, parare, ſalſamentaque & ſapores peregrinos adijcere, qui non raro corpori nutriendo magis obſunt, quam conducunt, vt, ſicut ait Bernardus, famẽ non excitet cibus, ſed ſapores. Mira eñ excogitãt arte ſua hoïes, vt ꝑ uocẽt appetitũ vel ſaturitate iã victum.

Bernardꝰ

O Mẽſuram modumq; excedere in comedẽdo quale peccatũ ſit.

Quarta ſpecies eſt gulæ, nimium comedere, ingurgitare, excedereque in cibi mẽſura. Hoc adeo faciliter non contigit Deum timentibus, vbi non eſt cibor varietas aut acccurata præparatio. Propterea q ſimplici vtuntur cibo & operantur, rarius infirmantur. Hoc genere peccauerunt Sodomitæ, vt dicit in Ezechiele: Hæc fuit iniqtas Sodomæ: Supbia, ſaturitas panis & abundantia, & ocium ipſius & filiarum eius. Poteſt tamen fieri ex ignorantia, vt mẽſura excedat abſq; graui peccato, præſertim ſi non adeo ſit grauatus cibo aut potu quin debita & officia ſua poſſit implere.

Ezech. 16

Irruere in cibum nimis auide quid ſit

Quinta ſpecies, nimis ardenter ad cibum ſe effundere, vt faciunt hi qui tam prę cipitanter, auideq; cibum ſumunt, vt expectare nequeant, donec ſatis ſit maſticatus: huiuſmodi guloſi non ceſſant comedere, niſi faſtidiant. Hoc gñe guloſus fuit Eſau, qui primogenita ſua vendidit pro cibo, quem auide nimis concupiuit. Fit quandoque tamen effuſio animi ſuper cibũ, vt feſtinato ſumatur cibus, ex vehementia famis. Hoc quamuis indecens ſit & immoderatum, tamen caret (puto) graui peccato, quia nihil intenditur niſi refectio.

Gene. 25

Comedere nimis frequẽter quid ſit

Sexta ſpecies gulæ, eſt nimis frequenter comedere, anſerum more, qui vbicunque viderint aquam, bibunt. Infirmi, laborantes, operarij, pueri, ſenes, comedunt ſæpius, & parum qualibet vice. Veruntamen alijs, puta ſanis, iuxta quendam philoſophum, ſemel in die comedere ſufficeret, bis toleratur, ter exceditur. Vnde quidam dicebat: Qui in die manducat ſemel, Deus hoc eſt, diuinus eſt: qui bis, homo eſt: qui ter, beſtia eſt. Redeundo itaque ad Euangelium, conuiuium hoc Chriſti fuit, quo eſurientes homines pauit. Eſuriebant autem tam ſpiritualem, quam corporalem cibũ. Niſi enim Dei verbum eſurijſſent, Ieſum adeo ac remotiora loca non fuiſſent ſequuti. Verum Chriſti nec verborum ſuauitate nec morum poſſent ſatiari dulcedine, ideo tam diu illi adhæſerunt. Vos filij ſicut cibum eſuritis corporis, ſicut quæritis, ſicut denique ſuauiter ſumitis, ita eſurite, quærite & ſumite multo magis animæ cibum. Qui enim corporis nõ appetit cibum, qui cibum faſtidit ac reijcit, languorem grauẽ indicat ſtomachi. Sic qui Dei verbum audire renuit, quive faſtidit nec retinet, nõ parum infirmus eſt mente. Cui iure timendũ quoque eſt, ſe de illorum non eſſe numero, quibus Chriſtus dicebat: Qui eſt ex Deo, verba Dei audit: ſed inter illos conſtitutum, quibus dicit: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Qui eſt cum patre & ſpiritu ſancto benedictus in ſecula, Amen.

Ioan. 8

IN SOLENNITATE DEDICATIONIS Eccleſiæ. Lectio loco epiſtolæ ex Apocalypſi beati Ioannis Apoſtoli, capite XXI.

IN diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nonam descendentem de cœlo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnã de throno, dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quę prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

A

EMini mirum videbitur, cur hęc hodie lectio legatur in solennitate dedicationis tẽpli, si attenderit non hodie dedicationis memoriã agi lapidum, lignorũ, cementi, tecti, vasorum, & huiusmodi materiarum tẽpli, sed cõgregationis potius huius sanctæ, quæ simul in vnitatem Ecclesię huius particularis sub vno prælato, sub vnoq; pastore congregata est. Hæc tñ congregatio nõ est aut dici debet vniuersa Ecclesia, sed quædam pars Ecclesiæ militantis. Vniuersa cñ Ecclesia militans oẽs in se complectit Ecclesias (vt sic loquar) particulares. Quia tñ hæc congregatio, huiusq; loci fidelium conuẽtus, q in hãc domũ colligitur, fide & sub regimine eodẽ tanquã ciuitas vna simul vnit: ideo qcqd de vna vniuersaq; Ecclesia legitur & intelligit, etiam singulari Ecclesiæ huic tanquam vniuersalis Ecclesiæ filiæ applicat. Ait igitur Ioãnes: Ego Ioannes in visione mentis ac in spiritu vidi ciuitatem sanctam Hierusalẽ, hoc est præsentem Ecclesiam militantem, quæ fide ac charitate, legum parilitate, animorumque concordia cum Deo hominũ vnit multitudinem, non aliter atq; ciuitas suos ciues in vnam congregationẽ coadunat cũ suo rectore. Vidi, inqt ciuitatẽ Hierusalẽ sanctã. Merito sancta dicit, à qua omnis qui in peccato viuit mortali, coram Deo proscribit. Nihil enim coinquinatũ intrabit in illam, quippe quã Christus dilexit, & tradidit semetipsum pro ea, mundãs eã lauacro aquæ in ✝bo vitæ. Nemo igit ciuitatis huius est particeps, nisi sanctus à pctis p virtutẽ sanguinis Christi mũdatus. Dicit ãq; noua: siquidẽ lege Mosi antiquata, noua regit lege gratiæ, puta Euãgelica. Sequit: Paratã à Deo tanq; spõsam ornatã viro suo. Reuera vt Ecclesia Christo esset spõso digna, parauit, ornauitq; illã Deus sacramentis, donis, virtutibus ac gratijs multis ac varijs: qbus vt regina astaret à dextris Deo in vestitu deaurato, circũamicta varietate. Astaret, inq;, parata ad oẽ eius bñ placitũ, vt videat voluntatẽ dñi, eandemq; faciat, audiens: Obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui, & cõcupiscet rex decorẽ tuũ, &c. Sequit: Et audiui vocẽ magnã de throno diuinæ maiestatis, dicentẽ: Ecce tabernaculũ Dei cũ hoĩbus. Tabernaculũ recte pñs Ecclesia vocat, quæ tabernaculũ est militantiũ, in qbus Deus habitat, iuxta ãd Christus pmisit: Ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus vsq; ad cõsũmationẽ seculi. Et in Zacharia ait: Ecce ego venio & habitabo in medio tui. Nobiscũ eñ est dñs sicut pastor cũ ouibus, magister cũ discipulis, pater cũ filijs, medicus cũ infirmis. Tabernaculũ itaq; Dei in q̃ deus habitat, & ãd pñs est Ecclesia, est cũ hoĩbus, quẽadmodũ mater cũ filijs, ita tñ vt ex ipsis filijs cõgregatis constituat ea quæ dicit Ecclesia mater. Et habitabit in eis, q tabernaculum Dei esse meruerũt, idq; p gratiã suã. Ipse enim est q dixit: Si qs diligit me, sermonẽ meũ seruabit: & pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus. Et ipsi populus eius erũt. Hi scilicet, q ad hoc à Deo pdestinati sunt & electi, vt sint gens sancta, populus acqsitionis, redẽpti à dño. Et ipse q omniũ est Deus p creationem, erit singulari peculiariq; modo illoꝝ Deus: erit omne eis refugiũ & cõsolatio. Erit, inquã, illorum Deus: ad illum cõfugient, in illum sperabunt, illi seruient, illum dicentem audiunt: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Porro quæ sequuntur, non hic, sed in triumphum

Pſal.44

Pſal.26 Pſal.44

B

Tabernaculũ cur recte præſens vocet eccleſia

Matt.28 Zach.2

Ioan.14

1.Pet.2

Gen.15

Ciuitati cur bene cõparetur militans eccleſia

Apoc.21 Ephe.5

phante Ecclesia implebuntur. Tunc enim abstergет illis omnem lachrymam ab oculis eorum, his scilicet q hic euntes ibant & flebãt mittentes semina sua, qui dicunt: Sup flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion: At modo, vbi transiuimus per ignem & aquã eduxisti nos in refrigerium. In ijs electis mors neque naturæ, neque culpæ locum habebit amplius, neque luctus, neque clamor, cuiusmodi in vita est præsenti: puta gementium & vociferantium. Neque dolor, qui lædat aut contristet, erit vltra: quippe quibus nihil molestum tristeve accidet vt hic, nolentibus. Hæc enim omnia iam prima abierunt. Transitoria enim hæc erant ac momentanea: quę vero iucunda & felicia sequuntur, perpetua erunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Noua enim & glorioſa erunt ad immortalitatem resurgentium corpora. Nũc enim (vt Ioannes dicit) filij Dei sumus: sed nondum apparuit quid erimus. Erit autẽ semper beatis nouitas illa noua, nec vlla poterit vetustate antiquari.

Apoc.21 Pſal.125 Pſal.136 Pſal.65 Apoc.21 1.Ioan.3

EXEGESIS EVANGELII in anniuersario dedicationis Ecclesiæ. Lucæ XIX.

C

IN dedicationis Ecclesiæ solennitate legi solet Euangeliũ de illo Zachęo, qui dominum videre cupiens dum ad hoc conatũ suũ extẽdit, etiã in suã domũ meruit recipere. Vnde exhilaratus, atq; ad dominũ totus conuersus, cũ ante fuerat princeps publicanorum, omnia quæcunq; iniuste acquisiuit, restituere promisit, dimidiũq; suoꝝ bonoꝝ in vsum erogare pauperꝝ. Quamobrem ilico audire meruit Christi testimonium: Hodie salus huic domui facta est. Propter quæ verba, qa hæc domui huic Deo eiusq; cultui dedicatæ aliq̃ modo applicant, puta quatenus Ecclesiã seu congregationẽ hanc credentiũ, q huc sub vno pastore adunati sunt, significat, quoꝝ singulariter hic & nihilominus cũ Ecclesia vniuersa vna eademq; est fides, vnũ baptisma, vnus idemq; Christus, hoc hodie legit Euangeliũ. Quõ ergo renouat lætitia sub rememoratione dedicatiõis huius Ecclesiæ, ita memoria quoq; beneficij diuini, quo hoc in loco congregationem Deus credentium filiorum suorum adunauit, renouat cui ppterea potissimum in hac festiuitate dicunt laudes & gratiarum actiones, ãd nos o filij charissimi vocauit in agnitionem Dei, deditq; nobis potestatem filios Dei fieri, remissionemq; accipere omnium peccatorum nostrorum. Dicit igitur sanctus Lucas Euangelista:

Ephe 4 Ioan.8

Ingressus Iesus, perambulabat Hiericho.

Ex Luca alijsq; Euangelistis colligitur hoc Euangelium quod hodie legitur, eiusque historiã, quæ de Zachæo refertur publicano, factam esse, dum vltimo ex ciuitate Ephrem Iesus rediens, conuerteret faciem suam iturus versus Hierusalem: vbi vltimo aduenies, tradidit se in manus inimicorũ suoꝝ, & in mortem. In quo itinere redeundi, dũ occurreret vrbs Hiericho, ingressus pambulauit eam. Ibi cæcum illuminauit in via, & hunc Zachæum, vt sequitur, conuertit, quomodo mox sequitur:

Matt.21 Marc.12 Lucæ 16 Lucæ 18

Et ecce vir nomine Zachæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse dives.

Qui in mundum venerat, vt filios Dei, qui dispersi erant in mundo, congregaret in vnum, ille nũc etiam venit in Hiericho, vt ouem quam ibi habebat electam, ad se vocaret. Nõ respexit q̃lis ante fuerit ille Zachæus (Fuerat eñ peccator, & egebat gratia Dei) sed attẽdit cuiusmodi illum esset facturus, quam feruentem, quã deuotũ, q̃ iustũ, q̃ pauperẽ spũ, q̃ denicq; execratorem prioꝝ actuũ suoꝝ. Erat autem, inquit, hic Zachæus princeps publicanoꝝ. Publicani dicebantur hi, q officia negociaq; habebant, aut negocijs huiusmodi præerant quæ absq; pctõ tractari, pagiq; non poterant, vt erant thelonarij, & q similibus præerant officijs, quià magistratibus thelonea emerant. Quam obrem data quotãnis summa pecuniaria dominis, ipsi opprimebant miseros, & dure vectigalia exigebant, vt supra datam summã ad sua lucra & maiorẽ q̃ expendissent pecuniã corraderent. Hoꝝ vnus fuit publicanorum Zachæus: nec solũ publicanus, verũ etiã princeps publicanorum. Quæ rẽs hodie quoque cum fiat vt vendantur vectigalia, aut thelonea, aut

Ioan.11 Rom.9

publicani q olim dicti fuerint

elocentur pro ſumma pecuniaria ad cãdelam ardentem: indeque qui eiſdem colligendis præſunt, ad ſua lucra cumulanda auarius à pauperibus vectigalia exigunt, an excuſari poſſit, videãt illi, qui huiuſmodi inhiant lucris, & qui vectigalia grauant, quiq; non miſerentur pauperũ. In tribus enim delinquebant publicani. Nam ab his exigebant, qui erant liberi ac immunes, vectigal. Nam & à Chriſto exigebant. Grauabant prꝛterea homines, vectigal maius exigentes, quam erat ex lege conſuetũ. Tertio defenſionem tutam non prꝛſtabãt, nec vias ponteſque conſtruebant, & alia quibus moleſtias cuitare poſſent viatores negociatoreſque qui vectigalia ſoluebant. Vide, ſi non hodie fiant ſimilia. Nemo tamen propterea velit dici publicanus. Verũ aliud eſt dici, aliud eſſe. Nouit dominus qui digni ſint vt nominentur publicani, tametſi à nobis niſi magno non velint tractari honore. Hoc modo plures reor habuiſſe commiſſiones Zachæum, officiaque huiuſmodi, in quibus famulos habuit ſubſtitutos, quorum princeps & dominus fuit. Et ipſe dives. Haud nocerent diuitiæ, ſi iuſte forent acquiſitæ, ſi non nimis auare quærerentur, ſi non tenaciter nimis in proximorum neceſſitatibus aſſeruarentur, ſi non vitioſo diligerentur amore, ſi non ad luxum oſtentationemve expenderentur, ſi denique poſſiderentur, non poſſiderent: ſeruirent, non imperarent. Imperant em̃ diuitibus non raro, vt nihil ex omnibus quæ illis ſupfluo abundant, audeant poſſintve cõmunicare pauperibus. Vnde dives ſeruus efficitur diuitiarum, no dñs. Vide tñ hic, quia de Zachæo ea quæ laudem nullam habent, ſed conuerſionis impedimentum, puta eſſe diuitem, eſſe publicanũ, eſſe principem publicanorum, accurate referuntur, quo maior diuinæ bonitatis fiat commendatio, maiorque ac glorioſior habeatur conuerſio Zachęi, quanto illa huiuſmodi diuitum eſſe ſolet rarior. Neque enim Zachæum impediuerunt à regno dei quę alios impediunt multos. Verum vt nõ impedirent diuitiæ, quid fecit? Dimidium bonorum ſuorum (vt mox ſequitur) dedit pauperibus. Diuitias igitur ne ſe impedirent, illas abiecit. Quod diuitũ certe niſi rariſſimus quiſq; velit imitari. Idcirco ſua impedimenta retiaq;, quibus à diabolo capiuntur dum amant, per illa etiam à diabolo retinentur. Quid opus eſt hic gloſſa aliqua? Nonne clara de hoc ſunt verba Chriſti? Quam difficile eſt, inquit, diuitem intrare in regnum cœlorum. Itemque: Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum cœlorũ.

D Publicanorũ deli ctũ triplex Matt, 17

Diuitiæq; nõ noceãt

Matt. 19. Ibidem Lucæ 18

Legimus certe de quibuſdam diuitibus amicis Dei, qui tranſierunt foramen acus: ſed hi non quæſierunt diuites fieri. Dominus etiam benedixit eis, quia omnia quę habebant, ordinarunt in gloriam dei, in hoſpitalitatẽ peregrinorũ, in vſum pauperũ: ppter diuitias nihil facti ſuperbiores nec iniuſtiores. Nec ſi etiam illas iterum amitterent (quod eos non amaſſe diuitias fuit indicium) facti ſunt triſtiores. Si itaq; illos imitari volueritis, eritis vos diuites ſalui omnes. Et contra difficultatem cameli per foramen acus tranſituri (vt habetur in comparatione Chriſti) ſi, vt apoſtoli, quæſieritis, Quis poterit ſaluus fieri? Audietis: Quod impoſſibile eſt apud homines, poſſibile eſt apud Deum. Ego vero niſi alia ſigna in vobis videro diuites, qui eſtis auari, nullam habeo ſpem, vt foramẽ illud anguſtum cum diuitiarum veſtrarum gibbo tranſeatis. Neque enim Zachæi, neq; Matthæi vos exempla inuitabunt, neq; etiam Chriſti terrebunt verba, vt mores veſtros mutetis, vnde ſalutem vobis audeam promittere. Si nanque ſalus vobis futura eſt, neceſſe eſt primum vt prorſus in vobis fiat mutatio, vt ex ſuperbis efficiamini humiles, ex diuitibus inflatis pauperes ſpiritu, ex auſteris mites, ex p̃ſumptuoſis timẽtes, ex auaris liberales, ex duris corde, compatientes & miſericordes. Quod quãdiu nõ video, nihil vobis audeo promittere aliud, quam quod dominus dixit: Quam difficile intrabunt diuites in regnum cœlorũ, Et illud: Væ vobis diuites qui habetis hic cõſolationes veſtras. Scio enim quod illud ꝓpheticũ vobis conueniat: Si Aethiops aut pardus poteſt mutare pellem ſuam, ſic & vos poteſtis benefacere, cum didiceritis male, id eſt, credam vos miſericordes in pauperes, & bona veſtra diſtributuros, cum videro, & cum deſieritis eſſe auari.

E Diuitijs q̃ pacto amici Dei in ipſius gloriam vſi fuerint

Matt. 19. Lucæ 18

Ibidem Matt. 9

Et quærebat Ieſum videre, quis eſſet, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat.

De Chriſti glorioſis miraculis, de eiuſdem

ſdem ſuauiſſimis & verbis & moribus multa Zachæus audierat. Vnde cor eius inclinabatur ad Chriſtum, deſiderabatque illius habere notitiam ac familiaritatem, licet id fateri non auderet. Cupiebat itaq; videre Ieſum, eiuſq; ſuauitatẽ contẽplari. Quod cũ difficile ei eſſet in turba, ꝓpterea quod ſtatura puſillus erat, ideo ad aliud quod ſequitur ſeſe conuertit conſilium. Eſt tamen hic aduertendum, multos ęque impediri turba & ſocietate peccantium, qui ſi inter pios viuerẽt homines, cõuerterentur ad Chriſtum. Sciamus igitur in turba non poſſe videri Chriſtum: ſiue turba homines ſignificet irreligioſos inordinatosq; ſine lege, homines puta, qui ſecundum carnem viuunt, nihil in ſpiritu ſapientes: ſiue ſenſus ſignificet diſtractos & multitudine terrenarum curarum, imaginationum, phantaſmatumq; varietate turbatos: aſcendat ſuper turbam, & impedimentis omnibus ſuperior atq; potentior fiat oportet, vt Chriſtum videat.

Et præcurrens, aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret illum, quia inde erat tranſiturus.

F

Magnum erat deſiderium Zachæo videndi Chriſtum. Vnde q̃uis princeps eſſet ac dives, & inter ſuos honoratus, immemor tamen grauitatis, deſiderio ac deuotione plenus, aſcendere non erubuit ſycomorum, hoc eſt, ſylueſtrem ficum, q̃ Chriſtum videret. Erat Herodi quoque deſiderium vidẽdi Chriſtum. Nam de occaſione ſibi data Chriſtũ vidẽdi, Chriſtoq; loquẽdi, eſt gauiſus, ſed ex deuotione haudquaquã hoc erat illi deſideriũ, q̃n potius ex vana curioſitate, qua videre cupiebat aliquid rarum aut nouũ. Proinde Euangeliſta dicit de eo, q̃d ſperabat ſignũ aliq̃d videre de Chriſto. Quod cũ Chriſtus nollet oſtẽtare, ſpreuit ipſum Herodes cum oĩ exercitu ſuo, & in alba illum veſte ceu fatuũ Pilato remiſit. Nõ hoc modo Zachæus Chriſtũ videre concupiuit. Ad Chriſtum eius alia erat mens, quam Herodis. Porro iuxta myſticum ſenſum intelligimus nobis in arborem crucis aſcendendum, ea quæ Chriſtus pro nobis paſſus eſt contemplando, atque noſtræ fidei deuotionis atque amoris oculos paſcendo. Ibi enim recte videtur Chriſtus, ibi charitas, ibi miſericordia eius agnoſcitur, ibi humilitas, ibi patientia, ibi eius denique manſuetudo nobis declaratur.

Lucæ 19 Deſideriũ videndi Chriſtũ q̃ fuerit diuerſum Herodi & Zachæo

Ibidem

Crucis arbor quõ myſtice aſcendenda.

Et cum veniſſet ad locum, ſuſpiciẽs Ieſus vidit illum, & dixit ad eũ: Zachęe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere.

Non caſu aut fortuito accidiſſe putes, quod in arborẽ ſycomorã ſuſpexerit Ieſus. Sciebat enim quis ibi eſſet, ſciebat q̃ aſcẽdiſſet ratione. Itaque ſuſpiciens Ieſus vidit Zachæum, non tam reſpectu corporali, q̃ reſpectu pietatis, qua Zachęi deuotionem probauit & deſideriũ. Vnde quõ Zachæo bonũ erat videre Chriſtũ, ita multo erat ei dẽ melius videri à Chriſto. Itaq; vidit Ieſus Zachæũ videntẽ ſe diligitq; diligẽtẽ ſe. Ideo autem Zachæus deſiderabat videre Chriſtum, quia ſcintillas dilectionis deuotioniſq; guttas iã in cor eius Chriſtus mittebat. Vnde diuini roris inſtillatione liquefactus animo erat Zachæus inquietus, niſi cito domini notitiam, gratiam aut familiaritatem aſſequeretur. Itaq; ſuſpiciens Ieſus vidit in arbore Zachæum, electũ videlicet illud pomum: & mox ad illũ cõuerſus, benignitatẽ & dulcedinẽ ſuæ charitatis prærogans, dixit: Zachæe feſtinans deſcende. Oſtendit diuinitatis ſibi ineſſe virtutem Ieſus: q̃ in aliena terra conſtitutus, ignota noſceret, & cui oĩs creatura eſt nominata. Dicit igitur: Zachęe, noui te qs fis, noui te ex nomine, noui cur aſcenderis arborem. Non ſolum me tibi videndum p̃beo, ſed ad longe etiam maiorem tum gratiam tum familiaritatem te recipiam. Feſtinans igitur de arbore deſcende, quia hodie in domo tua materiali me oportet manere, qui iam in corde tuo recumbo. Mihi hodie & diſcipulis meis miniſtrabis cibũ corporalẽ: ego ꝟo te reficiam gratia & illuminatione perfectiori. Vide manſuetiſſimum, vide p̃ſſimum cor Ieſu, quã nihil aſpernatur hominem peccatorem, modo bonæ ſit voluntatis. Nihil de peccatis illi veteribus, exprobrat, ſed etiam pro merito illi imputat, ſi dignatur Dei gratiã à ſe non procludere, ſi Chriſtũ deſideret recipere. Et quamuis de illius domo ac prãdio parum eſſet dominus Ieſus ſollicitus, vt ſcilicet ibi manducaret: voluit tamen nouiter conuerſo familiariter ſe benignum exhibere, atque plusquam deſiderare auderet, præſtare. Quando enim Zachæus ſuorum peccatorum ſibi conſci-

Zachæus cur Chriſtũ videre deſideraſſe

G

ius ausus fuisset sanctum Dei, quem venerabatur iam & amare incipiebat, ad conuiuium inuitare, nisi dominus seipsum vltro ad hoc exibuisset? Nouit enim Iesus reuera, cuiusmodi Zachæi erat desiderium, licet Zachæus seipsum attendens, nihil huiusmodi præsumere audebat, vt ad se Christum vocaret. Illum igitur præueniens dominus Iesus, etiam quod ne cogitare quidem ad rogandum audebat Zachæus, hoc illi præter spem obtulit, quo fidem faceret eidem, ad integram se eum amicitiam recepisse. Sed nūquid filij hoc propter Zachæum fecit solum? Minime. Siquidem in Zachæo quod fecit, se ostendere voluit itidem singulis nostrum facturum. Voluit nos expectare à se, quod Zachęo vltro obtulit: paratum scilicet se esse, venire ad nos, & in domino nostræ conscientiæ recipi, ibi habitare, ibique (si modo promptam illi obtulerimus voluntatem, feruentemque deuotionem) nobiscum conuiuari. Vide igitur bonitatem cordis Iesu. Nihil optauerat Zachęus, nisi videre Christum. Non enim grandius aliquid præsumebat. Tantum aberat, vt dominum fuisset ausus in domum suam inuitare. Adquā tamen misericordissima Iesu bonitas, licet verbis aut signis externis minime inuitata, desideratissima tamen inuitauit seipsam dicēs: Quia in domo tua oportet me esse: q̄si humano modo loquēs & affectu, ac si diceret: Nō possū me cōtinere, qn tecū esse velim in domo tua. Propterea noli mihi morā facere, sed festinans descende, qa aliter fieri non potest. In domo tua oportet me manere. Quid nobis, filij, hac pietate dulcius? Quid hac benignitate optatius? Nō spernit nos miseros, sed gaudet, & quasi mater desiderio aduenientis filij cruciat, vt redeamus ad ipsum. Nōne & hoc ipsum in parabola prodigi filij ostendit? Se em̄ comparatum vult patri, qui prodigo filio reuertenti occurrens, nihil delictorum illi exprobrās, nihil minans suppliciorum, non illum terrens, non austere obiurgans, nec torue quidem aspiciens, sed vniuersæ offensionis pristinæ immemor, quantocyus festinauit, & ad amplexus illum recepit paternos: gaudens quod vel sero redeuntem filium post peccata reciperet. Itaq; q̄modo ille pater fecit in filio suo, ita nobis omnibus, si ad ipsum redierimus faciet deus. Ideo enim hanc parabolam (vt dixi) nobis retulit, q̄ disceremus quam simili, imo quam maxima quoque clementia, si ad illum redierimus, nos sit susceptorus.

Benignitas Iesu in receptiōe pœnitentium quarta. Lucæ 15

At ille festinans descendit, & excepit illum gaudens.

H

Nihil audire Zachęus potuisset optatius, nihil sibi potuisse videbatur suauius contingere aut gloriosius, quam quod dominus Iesus, quē in cordis iam receperat hospitium, dignaretur pariter ad se in domum suam intrare. Quod vbi futurum audiuit, Christū excepit gaudens, Discimus hic quandocunque à nobis, aut Deo aut proximo, siue obedientia, siue obsequium seu eleemosyna exhibenda fuerit, alacres & hilares occurrere. Hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9

Et cum viderent, omnes murmurabant, dicentes: quod ad hominem peccatorem diuertisset.

Murmuratorū peccatū duplex

Bis murmuratores isti peccauerūt. Primo, in eo quod Zachæum iudicabant peccatorem, qui erat pœnitens & amicus Dei. Sed dicis: Quomodo aliter de illo sentire possent, q heri & nudiustertius publicanū agnouerant? Dicendum: Potuerunt aliter, imo debuerunt aliter de Zachęo, aut de omni proximo sentire. Siquidem etsi præteritam vitam iudicare potuissent, quam sciebant malam, præsentem tamen eius animæ statū iudicare non potuerunt: Quia conuersio hominis est momentanea: & nihil adeo est durum, quod misericordia Dei penetrare, emolire & sanare non possit: nihil adeo tenebrosum, quod non subito queat illuminare. Non igitur homines illi cor Zachæi videre potuerunt, qui erat iam pœnitens & Christi amicus. Idcirco illicitum erat eis iudicare, sed potius sperare debebant meliora. Vides quam ambiguum, quam incertum, & quam periculosum sit hominem iudicare? Tu igitur neminem in terra iudices, sed spera & crede vnumquenq; esse salutis suę memorem: vt q heri, imo qui paulo ante fuerit peccator, iam non sit peccator. Eam ob rem vt tutus à periculosis, Christus tibi iudicare prohibuit, dicens: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et Paulus: Nolite ante tempus iudicare. Itemque: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino (nō tibi) stat aut cadit. Stabit autem, & cætera.

Iudicare alios q̄ sit periculosū. Matt. 7 Lucæ 6 1. Cor. 4 Roma. 2

Stans

Stans aūt Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorū do-mine do pauperibus, & si quid aliquē defraudaui, reddo quadrūplum.

I Conuersio ad Deum perfecta quæ sit. 1. Tim. 6

Perfecta ad Deum cōuersio radicem omnem amputat peccatorum. Cupiditas nanq; radix est & causa multis peccandi. Hanc vt eradicaret Zachæus, dimidiū bonorum suorum in vsus promittit pauperum se erogaturum. Verum, quia eleemosynarum distributio Deo accepta non est de bonis iniustis: vbi fraudem proximo fecisti, ibi quod iniuste tenes, aut quod illicito ei abstulisti modo, primum teneris ei restituere. Quod nō ignorans Zachæus, adiunxit: Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Vide hic quantum profecerit mox Zachæus à Christo illuminatus. Voluit aūt hoc propositum suum palam idcirco profiteri, quo Christum excusaret contra murmuratores, monstraretq; quāta Christus fuisset vsus sapientia circa se, quem non aspernādo vt publicanum præteriisset, sed benigne alloquens, & seipsum in domū illius non vocatū inuitans (q̄d rarę maximęq; amicitię solet esse indicium) tanta mox ad pœnitentiā & cōuersionem mutatione se perduxisset, vt quantum temporalibus lucris olim inhiasset, tamen illis nudari iam desideraret. Neq; em̄ promisit se daturum pauperibus, redditurūq; his quos fraudauerat, sed loqtur de p̄senti: Ecce, inquiēs, do & reddo. Do eleemosynam, reddo fraudata. Et q̄uis primo reddenda sunt iniuste acq̄sita, vt Deo fieri possit eleemosyna accepta: & hoc in executione: tamen hic quo pronitatem ostenderet, nō solum quæ debuit, sed quæ supererogare potuit ac voluit, dandi, p̄miſit donationem in loquendo eleemosynæ, quā redditionē. Alio tamen ordine executus est, cōtra morem quorundam, contra quos Sapiens dicit: Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Et iterum: Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Prouer. 3 Eccli 4

Ait autem Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere, quod perierat.

Salutem domui huic factam Christus significans, animā vult intelligere Zachęi, quæ desiderando, annitendo, amando, obediendoque salua facta est: quam hic Dei vocat ideo domum, quia Deus animæ est inhabitator. Venerat nanque saluum facere Iesus in mundum id quod perierat. Vnde maxime cum his conuersari debuit, q̄s ope sua egere, atque salutis quærere remedium nouerat. Quasi enim murmuratoribus respondere voluisset: Quid mihi, inquit, indignamini, quod hominem pc̄tōrem alloquor, quod ad illius hospitiū non vocatus me inuito? Propter huiusmodi in mundum ego veni, non vt pc̄tōres maneant, sed vt conuertantur, & in me vitam habeant. Non aspicio, quæ hactenus pc̄tōr fecit, sed quid posthac facturus sit, obseruabo. Offero ei gratiam & amicitiam meam, quam vobis etiam omnibus, si vultis, offero. Si hanc recipit, si ad me accedit, si ex peccatore fit iustus, vos cur me calumniamini, quod ad hominem peccatorem diuerterim, cū male iudicetis pc̄tōrem, qui Dei amicus factus est? Est enim Abrahę filius, non ex eius sanguine natus, sed fidei & deuotionis Abrahæ imitator. Dominus noster Iesus Christus nobis tribuat sui agnitionem, sui amorem, & ad se confidētiam, vt nihil nobis libeat, nihil nos afficiat, nisi quod & diuinam voluntatem oblectet, & nostræ saluti non repugnet, qui est benedictus in secula, Amen. Ioan. 8

SERMO IN EADEM SOlennitate. Templum dedicandum fore triplex: quaque reuerentia loca Deo dicata honoranda.

K

Domum tuā domine decet sanctitudo. Psalmo XCII. Hodie charissimi festum agimus diem dedicationis huius domus. Nec noua est hæc festiuitas & obseruantia, sed vetustissima est, ab initio quo domus in templa cœperant Dei mutari, ad nos vsque deriuata. Tunc enim domus hominū & ædes cœperunt propter abijciendum vsum prophanum, sub quo ante fuerunt, aliqua solennitate renouari, & Deo dedicatæ in vsum diuinum ac Dei cultū consecrari: vt sic minus licenter terrena ibi posthac agerentur negocia, vbi dño Deo semel fuisset sacrata domus aliqua. Est autem triplex domus, cuius dedicationis hodie agitur memoria. Prima domus est tem- Dom^o Deo dedicāda triplex quæ sit.

plum hoc materiale, quod aut ex alia domo pphanis vſibus olim applicata, in Dei eſt templũ mutata: aut à nouo propterea, vt ibi fit cultus Dei, ibiq; adminiſtrentur ea, quæ nobis ad ſalutem ſunt neceſſaria, eſt conſtructa. Neq; enim locum hic habet hæreticorum calumnia dicentium, omni loco eſſe orandum, nec orationi applicari domum debere ſingularem. Verum eſt ſiſ in omni loco orandum, nec vllum eſſe vbiuis locum, quo non poſſit orari, nihilominus congruum maxime fuit, Deo peculiarem aſſignari locum, quo conueniamus Chriſtiani huius congregationis omnes, quo Deũ ſimul laudemus, ſimul oremus, & quæ petimus facilius ita in oratione cõiuncti (iuxta illud: Si duo vel tres conſenſerint ſuper terram, pro quacunq; re petierint, fiet illis à patre meo) impetremus. Si enim aliis vſibus diſtinctas habemus officinas & habitacula, quomodo diuino cultui, diuinæque laudi non haberemus domum, vbi ad Deum oraturi accedamus, cõgruam atque peculiarem? Si tu, quamuis omni in loco cœnare aut dormire poſſis, habes tamen ſingularia, diſtinctaq; loca, vbi tibi cœnãdum, vbi operandum, & vbi dormiendum eſt: quare non haberes cum aliis multis vel vnam domum, cuius vel cõtemplatio, vel ingreſſus te mox admoneat ad orandum, ad laudandumq; Deum, quo etiam venias ad auſcultandum de Deo prę dicantem, moribuſq; te ſanctis inſtituentem? Nonne congruum eſt, quomodo prophanis ſunt rebus loca propria inſtituta, ita negocio Chriſti & animarum ſit locus proprius, qui huic ſancto ſtudio docendi, qui etiam orandi exercitio tanto ſit conuenientior, quo ab aliis fuerit quibuslibet negociis alienus? Iure igitur ac merito locus eſſe debet Deo, Orationi, Dei cultui, diuinæ laudi, ſacrificiis, ſanctæ eruditioni & ſacramentorum adminiſtrationi inſtitutus ad gloriam Dei & ſalutem animarum.

Matth. 18

L Deut. 20

Legimus autem in veteri teſtamento, q̃ etiam prophanã domũ, hoc eſt, prophanis vſibus accõmodandam q̃s ędificans, hanc ſibi dedicabat. Inde eſt ẽ illud, q̃ dñs ituris in bellũ fecerit precone clamari: Si quis ædificauerit domum, & nondum dedicauerit eam, redeat ex prælio domũ, & domũ ſuam primo dedicet, ne fortaſſe illo mortuo inter præliandum, alius ſibi dedicet iſtam domum. Erat aũt dedicatio illa noua rum huiuſmodi domoꝝ nihil aliud q̃ initium illam domũ inhabitandi cũ aliqua ſolennitate & gaudio inter amicos. Quæ res ad Dei q̃q; domum eſt applicata, vt in dedicatione domus Dei, aut in eius dedicationis memoria, annua fit lętitia, ſpiritualiſq; epulatio animarum in donis gratiarũ Dei, & in indulgentiis pc̃õrum. In cuius ſignũ in exteriori quoq; apparatu conuiuãtium amicorum & peregrinorum religioſa tũc ſolebat obſeruari hoſpitalitas. Verum vtinam eadem nũc ſit religioſa, vtinam nõ ſit illa nimia nec ſola. Eſt igitur tenendum dedicationem domus Dei, & altariũ in veteri teſtamento habuiſſe exordium & figuram, vnde cæremoniis legis trãſeuntibus, multæ religioſæ obſeruantiæ ludęorum, licet alio fine ac nomine q̃ olim obſeruãtur, quæ tẽpore Euangelij Chriſto & Eccleſiæ acceſſerunt. Nam vt nonnihil inde recenſeam, Iacob Iſaac filius ſub lege naturę cõſtitutus, & fratrem ſuum fugiens Eſau in Meſopotamiam, vbi in itinere cõſtitutus, ſero iuit ad locum orationis gratia, ſimulq; & requiei, quo Abraham olim eius auus Iſaac eduxerat, eundem ibidem domino, niſi iterum à Deo fuiſſet prohibitus, immolaturus. Ibi igitur ad dormiendum ſe repoſuit. Vidit autem in ſomnis tunc ſcalã ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tãgens cœlum: angelos quoque deſcendentes & aſcendentes per eam, & dominum innixum ſcalæ loquentem ſibi. Qui quum euigilaſſet, dixit: Vere dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauenſque ait: Quam terribilis eſt locus iſte. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli. Vocauit igitur locum illum Bethel, id eſt, domum Dei. Hic eſt locus (vt prædixi) quo Abraham immolare voluerat filium ſuum Iſaac. Hoc in loco olim Dauid poſt numerationem populi, ira domini ſæuiẽte, & peſte vltra ſeptuaginta milia hominũ percutiente, dominũ, vt contineret ſe ab interfectione populi, orauit: videnſque angelum eua ginatum gladium in vaginam reponentẽ, dominum intellexit placatum. Empta igitur parte illius loci ab Ornan Iebuſæo, altare domino cõſtituens, obtulit victimas, dixitq; Hęc eſt domus Dei, & hoc altare holocauſti Iſrael. In eodẽ etiam loco in monte Moria dicto poſtea Salomon templum domino dedicauit. Vides quã peculari ſibi modo, ac quodã priuilegio ſanctitatis Deus lo-

Dedicationẽ domus Dei & altariũ habuiſſe in veteri teſtamẽto exordium.

Gene. 28

Gene. 22

2. Reg. 24

1. Paral. 21

2. Reg. 6

M Loca Deo dicata quãta ſint reuerentia colenda.

us locum illud per multas generationes, vbi tandem ſibi templũ conſtrueretur, elegit? Eſt igitur omni veneratione ac deuotione locus ille etiam apud nos, qui templum ſeu domus Dei dicitur, habendus. Propterea enim, quia Deo dedicatus eſt, ideo nihil prophanum, nihil quod Dei cultum, Dei honorem, aut animarum non adferat ſalutem, ibi tractandum eſt. Quanta enim ſanctitate templum ſuum à nobis velit obſeruari Deus, oſtendit olim tempore Moſi in dedicatione tabernaculi & altaris, quando populus in egreſſu de Aegypto morabatur in deſerto. Tunc enim Moſi dominus præcipiens de ſanctificatione altaris, dixit: Aſſumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vaſis ſuis, vt ſanctificentur altare holocauſti, & labrum cum baſe ſua, omnia vnctionis oleo conſecrabis, vt ſint ſancta ſanctorum. Quibus conſummatis, operuit, inquit, nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria domini impleuit illud. Nec poterat Moſes ingredi tabernaculum fœderis nube operiente & maieſtate domini coruſcante. Vides quomodo domino hæc conſecratio, dedicatioque tabernaculi (licet non fixum erat, ſed reſolutum à Leuitis portabatur in itinere, & rurſus erigebatur) placuit qui coruſcatiõe maieſtatis ſuæ ea quę facta erãt palam probauit? Lege quoq; templi dedicationẽ tempore Salomonis, quod miris atq; incredibilibus ſumptibus erat extructum, quippe vbi nihil erat, quod auro non eſſet opertũ, aut quod nõ ex puriſſimo auro eſſet fabricatũ. In cuius conſtructione Salomonem dñs adhortans confortauit. Huius dedicatione quoq; admirabili ſolẽnitate celebrata, vbi Salomon dñm, vt templum hoc clementer aſpiceret, & petitionibus multiplicibus enumeratis, in illo orãtes nunquam non exaudiret, locũq; ipſum ſingulari benedictionis excellẽtia dignaretur, oraſſet: non ſine oſtenſione maieſtatis ſuæ, qua facta, qua à ſe petita, & qua oblata ſibi in vniuerſum grata, acceptaq; eſſe & rata ſemper fore cõmonſtrauit. Deinde quum in Babylonẽ abducti eſſent ludæi, dirutoq; à Chaldæis templo, poſt ſeptuaginta annos ſoluta iteꝝ captiuitate illa Babylonica ſub Cyro & Dario regibus ludæi redeũtes denuo templum ædificauerunt, & dño dedicarũt. Quod vbi ſub Antiocho Epiphane ſpoliatum, prophanatum, & quõ ad multa diru-

Exodi 40

3. Reg. 8

tum rurſus fuit, Iudas Machabæus altari nouo cõſtructo, quicquid demolitum fuerat, reparauit, mundauit, templumq; vaſis nouis ornauit, ac iterum dño dedicauit. Et hæc eſt domus, quam poſt annos multos dominus Ieſus intrans, & emẽtes, vendentesq;, hoc eſt, negociatores ibi inueniens, flagello de funiculis facto omnes eiecit, dicens: Domus mea domus orationis vocabitur: vos aũt feciſtis eã ſpeluncã latronũ. Vides nũc quõ templum dñs Ieſus ſuã domũ vocat, quõ pro illa, vt caſta maneat ac pia, vtq; nihil in ea, niſi propter q̃d ædificata atq; dedicata eſt, fiat, zelatur: quamuis in illo tẽplo, aut alio quouis anteriori nihil, cuius gratia tanta deberetur illi loco veneratio, haberetur, quod ad noſtri templi dignitatem poſſet comparari? Nihil enim ibi niſi quod figura eſſet eorum quæ ſunt noui teſtamẽti, ſacrum continebatur. Mactabant & immolabant pecudũ carnes, ponebãt panes propoſitionis, nutriebãt ignẽ in altari, incẽdebãt luminaria, lauabãt ſe, purgabãt ſe hoſtiis, iudicabantur de lepra, aut non lepra. Verũ in his oĩbus nihil erat, q̃d ſub nouo teſtamẽto in noſtris agitur templis. Siquidem nobiſcum eſt, & in templis noſtris offertur hoſtia viuẽs, caro & ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti, panis q̃ de cœlo deſcendit. Ibi adminiſtratio ſit ſacramentorum, pc̃õrum remiſſio, prædicatio Euangelij, ibi baptiſmus, & huiuſmodi alia omnia ſacra. Et idcirco in templo nobiſcum medicinalium vnguentoꝝ eſt apotheca, vnde infirmis ſuccurrit. Sunt enim in Eccleſia ſacramentorum remedia, quibus variæ infirmitates curãtur. Alij eñ infirmi ſunt ad pugnãdum, quibus datur confirmatio. Alij ad viuendum, quibus adminiſtratur panis vitę ſeu Euchariſtia. Alij ad continendum, quibus datur matrimonium. Alij morbis aliis varijsq; languent, qui confeſſione purgati ſanantur. Ad hæc oĩa aliaq; ſimilia morboꝝ genera, eſt medicinarum, vnguentorum, aromatumque pœnu q̃ddam, vbi eadẽ ſeruãtur, templum ſ. Deo dedicatum. Secundo, Dei templũ apud nos cœleſtium eſt theſaurorũ gazophilacium. Ibi enim veniæ & pc̃õrum remiſſiones adminiſtrant, ibi dona ſpũs ſancti, ibi ſanitatũ beneficia impetrant, ibi exaudiuntur ad Deum factæ orationes.

1. Mach. 4

Ioan. 2 Matth. 21

Lucæ 19

Exod. 24 Exodi 25 Leuit. 6 Exod. 25

N Tẽpla Euangelicæ legis quibus dignitatibus excellant veteris legis templum. Ioan. 4

Apotheca vnguentorum.

Gazophilatiũ cœleſtiũ theſaurorum.

Tertio eſt ſchola cœleſtium pręceptorum, & eruditionis ſalutaris. In templo enim docetur

Schola cœleſtiũ præceptorum

cet Euangelium, obſeruantia mandatorum Dei, eruditio ſacra multiformis, vnde alij terreantur, alij compungantur, alij lugeant, alij gaudeant, alij inflammentur Dei amore, alij conſolationibus repleantur. Aula Dei. Quarto, eſt ibi aula cum Deo colloquendi, Deum laudandi, Deum colendi, Deum orādi. Curia angelorum. Quinto, quia ibi Chriſti, angelorum ſanctorum, electorumque eſt curia, Ibi enim moratur, ibi offertur ac immolatur ille qui dicit: Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Matth. 28 Ibi angeli ſancti pſallentibus, Deumque laudantibus aſſiſtunt. Gene. 28 Ibi Dei electi ardentibus defideriis ſe Deo cōiungunt. Propter hæc omnia rectiſſime dicitur domus Dei, domus ad hæc omnia Deo dedicata: cuius dedicationis hodie annua dies agitur. Vnde lætamur, Deum laudamus, Deoq; gratias agimus. Dom⁹ Dei ſpiritualis quę ſit. Secunda domus Dei eſt populus ille, atque hęc ſancta congregatio in hanc Eccleſiam adunata, id eſt, vos, ſcilicet, qui ſub vno paſtore aut prælato gubernamini, docemini, atque paſcimini. Et hęc eſt Dei domus ſpiritualis, quæ in materiali hac domo Dei, ſiue per templum hoc ſignificatur. Hoc templum ſpirituale Chriſtus ſibi conſtruxit, adunauit, atque dedicauit per adoptionem & ſanctificationem omnium animarum ſaluandarum, quæ ex præteritis, præſentibus, & futuris electis Dei in vnitate fidei & charitatis in vnam hanc Eccleſiam, vniuerſalis Eccleſiæ filiam, colligitur, quæ tamen cum vniuerſa Eccleſia non niſi vna eſt, & ad diſtinctionem aliarum ſingularium Eccleſiarū (quēadmodum etiam reliquę Eccleſiæ) eſt pars tantum Eccleſiæ, quæ ſimul tamen omnes vnam Eccleſiam generalem conſtituunt omnium matrem. Comparatione itaq; totius Eccleſiæ, hæc Eccleſia noſtraque congregatio pars ſeu filia eſt totius Eccleſiæ, eidem vt filia ſubiecta, quippe quæ eodem ſpiritu ſanctificatur & regitur.

O Tēpliſpūalis dedicationis feſtum quō agatur. Huius Eccleſiæ dedicationis feſtum agere filij, nihil aliud eſt, quam cum gratiarum actione in hymnis & laudibus rememorari beneficij diuini, quo Deus plebeculā hanc vocauit in ſui agnitionē, quo etiam donauit ei non ſolum credere in ſe, ſed & ſe, hoc eſt, Deum diligere, populum Dei eſſe, Dei mandatis obtemperare, & pro eiuſdem amore laborare & pati. De hac igitur feſtiuitate audi quid Bernardus deuotiſſimus ſentiat, dicens: Feſtiuitas hodierna fratres tanto nobis eſſe debet deuotior, quanto familiarior eſt. Nam cæteras quidē ſanctorum ſolennitates cum Eccleſijs alijs habemus communes, hæc vero ſic nobis eſt propria, vt neceſſe ſit vel à nobis eam, vel à nemine celebrari. Noſtra eſt, quia de Eccleſia noſtra: magis autem noſtra, quia de nobiſipſis. Miramini forſitan & erubeſcitis feſta celebrari de vobis: ſed nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Quid enim lapides iſti potuerunt ſanctitatis habere, vt eorum ſolennia celebremus? Habent vtiq; ſanctitatem, ſed propter corpora veſtra. An vero corpora veſtra ſancta eſſe quis dubitet, quæ templum ſancti ſpiritus ſunt, vt ſciat vnuſquiſq; poſſidere vas ſuum in ſanctificatione? Itaque ſanctæ ſunt animæ, propter inhabitantem ſpiritum Dei in vobis. Sancta ſunt corpora propter animas: ſancta eſt etiam propter corpora domus. An experimentum quæritis eius, de qua loquimur, ſanctitatis? Multi certe veſtrum de peccatis exiere, in quibus computruerant, ſicut iumenta in ſtercore ſuo, iam vero conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Quid mirabilius, quando is qui prius vix per biduum poterat à luxuria, crapula, & comeſſationibus, & ebrietatibus, à cubilibus, & impudicitijs, cæterisque ſimilibus & diſſimilibus vitijs continere, nunc ab eis multis continet annis, tota vtiq; vita ſua? Et quanquam hæc ſuperiora ad monachos loquatur Bernardus, apud quos pfectior eſt cōuerſio, inueniūtur tamen inter nos filij (vt credo) non pauci quoque, qui præteritam & in peccatis male actam vitam exoſi, pœnitent operum ſuorum: ſtudentque ſummopere, quæ lugent & deteſtantur, eadem non iterare. Quid hi, inquam, per conuerſionem & gratiam ſpiritus ſancti aliud quam domino Deo ſunt dedicati, atque eius proprij effecti? Videte igitur ſi non recte dedicationis huius diem cum gaudio & feſtiuitate celebrent? Beatus enim populus, non cui prōptuaria ſunt plena, aut cui proſpera tantū affluūt & cūcta fortunata, ſed cui dñs Deus eius, Huic igitur digne feſtum agamus diē, qui nos in pprios ſibi aſſumpſit, dicēs: Et ego ero illorū Deus, & habitabo in eis: nobis dicētibus: Nos autem populus tuus ſumus, & oues paſcuę tuæ. Nam quando per manus epiſcopi primum

Bernard⁹.

Pſalm. 31

1. Cor. 6
1. Theſ. 4

Ioel. 1

Hebr. 11

Roma. 13

Pſalm. 143

p

Apoc. 21
Pſalm. 94

mum hæc domus materialis domino dedicata eſt, nulli dubium ſit propter nos hoc factum eſſe: nec propter illos tantum qui tunc fuere præſentes, ſed propter nos, qui ſequuti illos ſumus: imo & propter eos, qui nos ſequentur, & quicunque hoc in loco vſque in finem ſeculi domino ſunt ſeruituri. Templum animæ quando Deo dedicatur. Tertia domus Dei eſt, quæuis anima ſancta, quæ dedicatur, conſecratur Deo in baptiſmo, efficiturq; templum ſpiritus ſancti, & habitatio Dei. Huiuſmodi domus fuit Zachæus, cuius laus & memoria eſt hodie in Euangelio: de quo refertur etiam, quod hodie ſalus huic domui facta eſt, vbi diuinæ in ſe gratiæ reſpectum accepit. Huius dedicationis feſtum agere, nihil aliud eſt quam beneficij diuini accepti memorem eſſe, quo te gratia ſua vt inhabitaret, elegit. Hanc igitur domino domum ornemus filij, quomodo ornaretur palatium regium, quod rex aut Imperator venturus eſſet ingreſſurus. Si enim tantopere regis curatur habitatio, vt munda ſit, vt amœna, vt ornata, quanto decet ornatu illam venuſtari, quam ſibi elegit Deus? Simus igitur mundi corde & immaculati, vt templum Deo dignum eſſe mereamur, cui nihil inſit inquinatum aut immundum, quod abominetur dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula,

A M E N.

Sermonum D. Ioannis Lanſpergij de Tempore partis Æſtiualis, F I N I S.